διδασκαλίαις καὶ νουθεσίαις, καὶ σώζῃ. » Ταῦτα διαγνοῦσα ἡ Εὐδοκία οὐκ ἀμελῶς διετέθη· πέμψασα δὲ, τὸν ἅγιον Εὐθύμιον μετεστέλλετο, εἰς ὃν ἐκείνη νεοπαγῆ πύργον ἐδείματο. Ἐπεὶ δὲ ἧκεν, ἀῤῥήτου πλησθεῖσα τῆς ἡδονῆς, πρὸς τοῖς ἐκείνου πεσοῦσα ποσὶ, « Νῦν ἔγνων, μέγα ἀνέκραγεν, ὅτι ἐπεσκέψατο Κύριος τὸ ἐμὸν ἀνάξιον τῇ ἐπιφοιτήσει παρουσίας τῆς σῆς. » Ὁ δὲ ὅσιος εὐλογίας ταύτην καταξιώσας, προσέχειν τοῦ λοιποῦ παρηγγύα. « Τὰ γὰρ ἐπισυμβάντα τῶν λυπηρῶν μὴ δι' ἄλλο τι ἐπιγεγενῆσθαί σοι ἴσθι, ἢ ὅτι τῷ ἀνοσίῳ Θεοδοσίῳ κοινωνῆσαι ἠνέσχου. Καὶ τοίνυν τῆς ἀλόγου φιλονεικίας παντάπασιν ἐκστῆθι· καὶ πρὸς ταῖς τρισὶν ἁγίαις καὶ οἰκουμενικαῖς συνόδοις, τῇ ἐν Νικαίᾳ πρώτως συνελθούσῃ κατὰ Ἀρείου τοῦ δυσσεβοῦς, τῇ τε ἐν Κωνσταντινουπόλει κατὰ Μακεδονίου, καὶ τῇ ἐν Ἐφέσῳ πρώτῃ κατὰ Νεστορίου, χρεών σε καὶ τὸν νυνὶ ἐκφωνηθέντα ὅρον τῆς ἐν Χαλκηδόνι ἀθροισθείσης συνόδου προσίεσθαι· καὶ τὴν Διοσκόρου ἀπειποῦσα κοινωνίαν, τῷ Ἱεροσολύμων Ἰουβεναλίῳ πρόσιθι, καὶ τῶν ἃ σοι ἔθος πράττε τῇ Ἐκκλησίᾳ. » Ταῦτ' εἰπὼν καὶ ὑπὲρ αὐτῆς εὐχὴν ἀναπέμψας Θεῷ, ἐπὶ τὴν ἰδίαν μάνδραν ἐχώρει. Ἡ δ' ἐξ αὐτῆς τῇ ἁγίᾳ προσιοῦσα πόλει, τῇ καθόλου Ἐκκλησίᾳ ὅσα θέμις ἦν διεπράξατο. Πολὺ δὲ σὺν αὐτῇ καὶ πλῆθος τοῦ τε λαώδους καὶ τοῦ μοναχικοῦ συστήματος τῇ Θεοδοσίου πλάνῃ ἀκολουθῆσαν, τῆς ἱερᾶς κοινωνίας μετέλαχεν. Ὅσοι δὲ μὴ ἀκολουθῆσαι ταύτῃ ἠρνοῦντο, τῶν μὲν ἐκείνης συνήθων δωρεῶν καὶ ἔτι ἀπήλαυον συμπαθείας ἕνεκεν, ἀλλ' οὐ προσπαθείας· τῶν γε μὴν ἐκείνοις οὐ καλῶς δοκούντων ἐξέστη ὅλῃ προθυμίᾳ ψυχῆς τῇ καθόλου Ἐκκλησίᾳ ἑαυτὴν ἐπιδεδωκυῖα. Οὐ πολλῷ δὲ ὕστερον καὶ τὸν χοῦν κάτω λιποῦσα, ὥς μοι προείρηται, μακαρίῳ τέλει διέδραμε πρὸς Θεόν.

A divinum virum Euthymium : hujus doctrinam et præcepta sequere, et salva eris. » Litteris lectis, Eudocia minime se negligentiæ dedit, verum ad se Euthymium in eam quam recens construxerat turrim evocavit. Atque ubi ille venit, incredibili repleta voluptate, et ad pedes ejus provoluta, magnum exclamans, « Nunc, inquit, cognovi, quod Dominus indignam me adventu et præsentia tua visitavit. » Sanctus vero vir benedictionem ei impertiit, et attentiorem de cætero esse jussit. « Quæ namque, inquiens, accidere res tristes et duræ, non aliam ob causam accidisse eas tibi scito, quam quod cum impio Theodosio communicare sustinueris. Itaque contendendi, quod præter rationem suscipitur, studio prorsus posthabito, in tribus B sanctis universalibus synodis, in ea videlicet quæ primum, Nicææ adversus impium Arium, 607 deinde quæ contra Macedonium Constantinopoli, et quæ rursum Ephesi prima adversus Nestorium coacta est, conquiesce. Tum autem decretum etiam quod in concilio Chalcedone congregato factum est, recipere te, et Dioscori communione rejecta, ad Juvenalem Hierosolymitanum accedere, et quæ in Ecclesia solita tibi sunt facere oportet. » Hæc postquam ille dixit, et precationem pro ea ad Deum fudit, in mandram suam reversus est. Eudocia autem civitatem sanctam petiit, et in Ecclesia catholica quæ fas est peregit. Magna porro una cum ea multitudo ex plebeiis et monachis, qui C Theodosii errorem secuti fuerant, sacram communionem perceperunt. Qui vero exemplum ejus imitari noluerunt, solita adhuc ipsius Eudociæ munera receperunt, sed propter receptam affectionem tantum, non etiam ob sententiæ et opinionis convenientiam et conjunctionem. Postquam autem universali se dedidit Ecclesiæ Eudocia, omni animi propensione pravas et erroneas opiniones illorum exuit ac repudiavit. Et non longe post pulvere hoc in terris relicto, ut dixi, felici et beato obitu ad Deum migravit.

ΚΕΦΑΛ. ΙΔ'.

Περὶ τῶν θεοφιλῶν ἔργων τῆς βασιλίδος Πουλχερίας· καὶ περὶ τῶν τριῶν μεγίστων ναῶν οὓς τῇ Θεοτόκῳ ἀνήγειρε· τῆς ἁγίας σοροῦ ἐν τοῖς Χαλκοπρατείοις, τοῦ τῶν Ὁδηγῶν καὶ τῶν Βλαχερνῶν· καὶ οἷα διεξῆλθεν Ἰουβενάλιος περὶ τῆς ἁγίας κοιμήσεως τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου, καὶ τῶν ἐνταφίων σπαργάνων αὐτῆς.

Πουλχερία δὲ ἡ ἀοίδιμος βασιλὶς πολλὰ μὲν παρὰ πάντα τὸν βίον ἐποίησε κατορθώματα· πολλὰ δὲ καὶ κοινὰ ξένων καὶ πτωχῶν συνεστήσατο καταγώγια, ξενοτάφιά τε καὶ ἄλλα θεοφιλοῦς διανοίας τεκμήρια· ἐν οἷς καὶ ὁ τοῦ μάρτυρός ἐστι Λαυρεντίου ναός. Τρεῖς δ' ὑπερμεγέθεις δόμους καὶ τῇ τοῦ Θεοῦ μητρὶ ἐξ αὐτῶν ἀνίστη κρηπίδων· ὧν εἷς ὁ τῶν Χαλκοπρατείων τῆς ἁγίας σοροῦ ὄνομα ἔχων, ᾧ τὴν ζώνην τῆς Θεομήτορος ἐθησαύριζε· περὶ οὗ μετρίως τῷ πρὸ τούτου βιβλίῳ ἐν δευτέρῳ κεφαλαίῳ εἰρήκαμεν· ἐν ᾧ καὶ παννυχίδα καὶ λιτὴν κατὰ πᾶσαν τετράδα ἐθέσπιζε γίνεσθαι· καὶ αὐτῆς πεζῇ προϊούσης, σύναμα φωτὶ ὃ πηγάζει λαμπάς. Δεύ-

CAPUT XIV.

De piis Pulcheriæ Augustæ operibus : et de tribus quæ maxima Dei Genitrici construxit templis : uno, sancti loculi, in Chalcopratiis : altero, quod Ὁδηγῶν, id est, viæ ducum dicitur; tertio, cui nomen Blachernæ. Et quæ memoriæ prodiderit Juvenalis de sancta obdormitione sanctissimæ Dei Genitricis, deque ejusdem fasciis sepulcralibus.

D Celeberrima hæc Pulcheria multas per vitam præclare res gessit, multa publica hospitum et pauperum condidit domicilia. Advenarum etiam sepulcra et alia ædificia construxit, piæ mentis ejus indicia : in quibus etiam est martyris Laurentii delubrum. Tria quoque Dei Matri ex ipsis fundamentis templa erexit. Quorum unum est in Chalcopratiis, Sacri loculi nomen habens. In hoc, veluti thesaurum, Dei Genitricis deposuit zonam : de qua paucis libro proximo capite secundo mentionem fecimus. Hoc in templo, ut quarto quoque hebdomadis die pervigilium et supplicatio ad lucernas et lampades fieret, constituit, quam et

ipsa pedes frequentare solita erat. Secundum templum Ὁδηγῶν, viæ ducum est, ubi Antiochia missam Verbi Matris imaginem dedicavit, quam divus apostolus Lucas suis ipse manibus depinxit, illa adhuc vivente, et tabulam ipsam vidente, gratiamque adeo illi formæ immittente. **608** Hæc imago primum in loco qui tribunal dicitur, fuit: ubi ea (1) quæ nunc quoque fiunt, miracula peracta sunt. Porro in templo isto, ut tertio quoque septimanæ die pervigilium itidem et supplicatio perageretur, curavit: quod ad hunc usque diem servatur. Tertium autem Verbi Matri incredibiliter pulchritudine et omnis generis materia ornatum consecravit templum, cui Blachernæ cognomen est: quo abunde per ambitionem quamdam et liberalitatem decorato, Marciano Romani imperii sceptra tenente, magnopere una cum eo operam dedit, ut modis omnibus venerandum, immaculatum, Deiferumque illius corpus inveniret, et in ecclesia ea reponeret. Itaque Juvenalem Hierosolymorum archiepiscopum, et Palæstinos episcopos, qui concilii celebrandi causa Chalcedonem venerant, accitos interrogavit, an divinum Dei Genitricis templum et sacrosanctum corpus adhuc apud Palæstinos in eo tumulo, quo primum repositum esset, reperiretur: velle se id inde translatum, in templum hoc ejus inferre, ut imperantis urbis custodia esset et præsidium. Cum enim et urbs ipsa et templum illi dicatum esset, æquum esse dixit, ut sacrum etiam ejus corpus ab eis non abesset. Ad quæ verba Juvenalis respondit, in sacris divinitusque inspiratis Scripturis obitum sanctæ semperque Virginis Dei Genitricis Mariæ minime referri, antiquissima autem et verissima omnino traditione receptum esse, instante illius obitu, apostolos ex ipsis orbis terrarum finibus, ubi ad prædicationem obeundam dispersi erant, sublimes in aere Hierosolyma venisse, visione auspicatiore hymnos divinarum potestatum exauditos esse, et absque strepitu aliquo, mirifico plane modo, Verbum et Filium ejus advenisse, atque in manus suas divinum illius spiritum suscepisse. Sacrosanctum autem corpus illius angelica simul et apostolica hymnodia elatum, in tumulo quodam, in regione Getzemani repositum esse, et in tertium usque diem eo loco carmina angelos perpetua in honorem et laudem Dei Genitricis cecinisse. Et cum eodem tertio die, is qui in obitu Virginis Matris choro apostolorum non affuerat, advenisset, et sacrum illum cœtum, ut tumulum recluderet, quo et ipse Verbi Matri debitum supremumque persolveret honorem, **609** precibus summopere sollicitasset, atque sigillo ablato sepulcrum apertum esset, sacrum illius corpus prorsus repertum non esse, sed sepulcrales illius fascias tantum suo loco intactas atque inviolatas, perinde atque corpus eis paulo ante

A τερος ὁ τῶν Ὁδηγῶν ἐστιν· ἐν ᾧ τὴν ἐξ Ἀντιόχου σταλεῖσαν εἰκόνα τῆς τοῦ Λόγου μητρὸς ἀνέθετο, ἣν Λουκᾶς ὁ θεῖος ἀπόστολος χερσὶ καθιστόρει, ζώσης ἔτι, καὶ τὸν τύπον ὁρώσης, καὶ τὴν χάριν τῇ μορφῇ ἐνιείσης. Ἣ δή τις εἰκὼν ἐν τῷ Τριβουναλίῳ λεγομένῳ πρώτως τὰ ἐς δεῦρο τελούμενα αὐτῇ διεπράξατο· ἐφ' ᾧ καὶ κατὰ τὴν τρίτην τῶν ἡμερῶν τὴν παννυχίδα καὶ τὴν λιτὴν ἐνομοθέτει τελεῖσθαι· ὃ δὴ καὶ ἐς δεῦρο ὁρᾶται τηρούμενον. Τρίτον δ' ἕτερον κάλλει ἀμυθήτῳ καὶ παντοδαπαῖς ὕλαις κοσμούμενον τῇ τοῦ Λόγου ἀφιέρου μητρί, ᾧ Βλαχέρναι ἐπώνυμον· ὃν διαρκῶς εἰς φιλότιμον κάλλος κοσμήσασα, Μαρκιανοῦ τὰ Ῥωμαίων σκῆπτρα διέποντος, σπουδὴν καὶ ἄμφω πᾶσαν ἐποιοῦντο, καὶ τὸ πάνσεπτον καὶ πανάχραντον καὶ θεοδόχον ἐκείνης B σκῆνος εὑρεῖν, καὶ τούτῳ ἐναποθέσθαι. Καὶ δῆτα παρόντα τηνικάδε τὸν ἀρχιεπίσκοπον Ἱεροσολύμων Ἰουβενάλιον, καὶ τοὺς ἐκ Παλαιστίνης ἥκοντας ἐπισκόπους διὰ τὴν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον μεταστειλάμενοι ἐπυνθάνοντο, εἴ γε τὸ θεῖον τῆς Θεοτόκου κατὰ Παλαιστίνην τέμενος ἐξαίσιον μάλα γε ὂν καὶ τὸ θεῖον ἐκείνης σκῆνος ἔτι τῇ σορῷ παραμένοι ᾗ ἐτέθη τὸ καταρχάς. Βουλομένοις γὰρ εἶναι ἐκεῖθεν μετακομίζειν παρὰ τὸ ἐκείνοις ἀνεγερθὲν τέμενος, φυλακτήριον ἐσόμενον τῇ βασιλίδι τῶν πόλεων. Ταύτης γὰρ οὖσαν καὶ τὴν πόλιν καὶ τὸν νεὼν, χρῆναι ἔφασκον μηδὲ τοῦ ἱεροῦ σκήνους ἐκείνης ἄμοιρα καθεστάναι. Πρὸς δὴ ταῦτα ὑπολαβόντα Ἰουβενάλιον, ἀποκρίνασθαι· Τῇ μὲν ἱερᾷ καὶ θεοπνεύστῳ Γραφῇ C οὐδαμῶς τὰ κατὰ τὴν τελευτὴν τῆς ἁγίας καὶ ἀειπαιδος Θεοτόκου Μαρίας ἐμφέρεται· ἀρχαίᾳ δέ τινι καὶ ἀληθεστάτῃ πάμπαν παραδόσει πείθεσθαι· ὡς ἐπιστάσης ἐκείνῃ τῆς τελευτῆς, ἀθρόον ἐκ περάτων γῆς ἐπὶ τὸ κήρυγμα τοῖς ἀποστόλοις διεσπαρμένοις, μεταρσίους νεφέλαις τισὶν εἰς Ἱεροσόλυμα γεγενῆσθαι. Ὀπτασίᾳ δὲ κρείττονι ὕμνος θείων δυνάμεων ἐξηχεῖτο. Ἀψοφητὶ δὲ πάλιν ὑπερφυῶς τὸν Λόγον καὶ Υἱὸν αὐτῆς κατιόντα τὸ θεῖον ἐκείνης πνεῦμα εἰς χεῖρας λαβεῖν· τὸ δ' ἐκείνης θεοειδέστατον σκῆνος ἀγγελικῇ καὶ ἀποστολικῇ σύναμα ὑμνῳδίᾳ ἐκκομισθὲν, σορῷ τινι ἐν χώρῳ Γεθσιμανῇ κατετέθη, καί γε εἰς τρίτην ἡμέραν ὁ τῶν ἀγγέλων ὕμνος τῷ χώρῳ διέμεινεν ἀσιγήτοις ὑμνῳδίαις γεραίρων τὴν Θεομήτορα. Ὡς δ' ἐκείνη ἐπαύετο, καί D τις τοῦ χοροῦ τῶν ἀποστόλων ἀπολειφθεὶς, ἐπανῆκε μετὰ τρίτην τῶν ἡμερῶν βιασάμενος τὸν ἱερὸν ἐκεῖνον χορὸν, ἀνοίγειν τὴν σορὸν ἐπειρᾶτο, καὶ τὸ εἰκὸς τῇ μητρὶ τοῦ Λόγου ἀφοσιοῦν. Ἐπεὶ δὲ καὶ τῆς σφραγῖδος διαλυθείσης ἠνοίγετο, τὸ μὲν θεῖον ἐκείνης σῶμα παντάπασιν ἀνεύρετον ἦν· τά γε μὴν ἐντάφια σπάργανα μένοντα κατὰ χώραν ἀθιγῆ καὶ ἀπρόσψαυστα, ὥσπερ ἄρτι ἀπολελοιπότος ἐκεῖνα τοῦ σώματος, ἀρρήτῳ τινὶ εὐωδίᾳ ἀστράπτοντα· ἧς ἐς μᾶλλον ἐμφορηθέντες, σφραγῖδι αὖθις τὴν σορὸν ἐπισημηνάμενοι, ἀπηλλάττοντο, ἐκπεπληγμένοι τῷ παραδόξῳ τοῦ πράγματος, τοῦτο μόνον ὥς γ' ἐχρῆν ἐπιλογισάμενοι, ὡς ἄρα ὁ ἐξ αὐτῆς ἰδίᾳ

(1) Pulcheria Eudocia imaginem Matris Christi, quam Lucas apostolus pinxerat, Hierosolymis misit. (Theodorus Lector.)

ὑποστάσει εὐδοκήσας ἀῤῥήτως καὶ ἀπερινοήτως A σάρκα λαβεῖν καὶ γεννηθῆναι Θεὸς Λόγος, καὶ τῆς δόξης ὢν Κύριος. εἶτα καὶ μετὰ τὴν ἄῤῥητον κύησιν ἀλύμαντον τὴν παρθενίαν διατηρήσας, αὐτὸς ἠξίωσε καὶ μετὰ τὴν ἐνθένδε ἀπαλλαγὴν τὸ ὑπερφυῶς ἄχραντον καὶ ἀμίαντον ἐκείνης καὶ πανάγιον σῶμα καὶ πρὸ τῆς νενομισμένης καὶ κοινῆς ἅπασιν ἀναστάσεως ἀφθαρσίᾳ τιμῆσαι, καὶ μεταθέσει ἀγγελικῇ μεταστήσας εἴς τινας ὑπερφώτους καὶ ἀφθάρτους χώρους τῶν ἐπουρανίων μονῶν, γέρας ὥσπερ τι ἐξαίσιον χαριζόμενος τὸ μὴ τοῖς λοιποῖς τῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν μάλιστα εὐδοκιμησάντων σύναμα καὶ ταύτην ἀνίστασθαι. Συνῆσαν δὲ τηνικάδε τοῖς ἀποστόλοις ὅ τε ἁγιώτατος Τιμόθεος, Διονύσιός τε ὁ Ἀρεοπαγίτης, καὶ ὁ πολὺς τὰ θεῖα καὶ σοφὸς B Ἱερόθεος· ὥσπερ αὐτός φησι Διονύσιος ἐν τοῖς πρὸς Τιμόθεον πονηθεῖσιν αὐτῷ περὶ τοῦ μακαρίου Ἱεροθέου λέγων οὕτως· « Ἐπεὶ καὶ παρ' αὐτοῖς τοῖς θεολήπτοις ἡμῶν ἱεράρχαις, ἡνίκα καὶ ἡμεῖς, ὡς οἶσθα καὶ αὐτὸς, καὶ πολλοὶ τῶν ἱερῶν ἡμῶν ἀδελφῶν ἐπὶ τὴν θέαν τοῦ ζωαρχικοῦ καὶ θεοδόχου σώματος συνεληλύθαμεν. Παρῆν δὲ καὶ ὁ ἀδελφόθεος Ἰάκωβος, καὶ Πέτρος ἡ κορυφαία καὶ πρεσβυτάτη τῶν θεολόγων ἀκρότης. Εἶτα ἐδόκει μετὰ τὴν θέαν ὑμνῆσαι τοὺς ἱεράρχας ἅπαντας, ὡς ἕκαστος ἦν ἱκανὸς τὴν ἀπειροδύναμον ἀγαθότητα τῆς θεαρχικῆς εὐσθενείας, πάντων ἐκράτει μετὰ τοὺς θεολόγους, ὡς οἶσθα, τῶν ἄλλων ἱερομυστῶν, ὅλος ἐκδημῶν, ὅλος ἐξιστάμενος ἑαυτοῦ, καὶ τὴν πρὸς τὰ ὑμνούμενα κοινωνίαν πάσχων. Καὶ πρὸς πάντων C ἠκούετο καὶ ἐγινώσκετο καὶ ἑωρᾶτο θεόληπτος ὕμνος, καὶ θεῖος ὑμνολόγος κρινόμενος. Καὶ τί ἄν σοι περὶ τῶν ἐκεῖ θεολογηθέντων λέγοιμι; Καὶ εἰ μὴ καὶ ἐμαυτοῦ ἐπιλέλησμαι, πολλάκις οἶδα παρὰ σοῦ καὶ μέρη τινὰ τῶν ἐνθεωτικῶν ἐκείνων ὑμνῳδιῶν ἐπακούσας. » Ταῦτα διεξελθόντος Ἰουβεναλίου, οἱ κρατοῦντες τὴν ἁγίαν ἐκείνην ἐδέοντο πέμπειν σορὸν μετὰ τῶν ἱερῶν ἐκείνων ἀμφίων, ἀσφαλῶς τῇ σφραγῖδι ἐνσημηνάμενον· ἣν δὴ καὶ πρὸς Ἰουβεναλίου ἀποσταλεῖσαν, ἐν τῷ παρ' αὐτῶν οἰκοδομηθέντι μεγίστῳ νεῷ τῶν Βλαχερνῶν ὁσίαις κατέθεντο ταῖς χερσὶν ἔγγιστα τῆς ἱερᾶς καὶ θείας τραπέζης, ἔτι τοι ζῶσι κατειλεγμένου Μαρκιανοῦ. Ἡ γὰρ τιμία ἐσθὴς ἐπὶ Λέοντος οὐ πολλῷ ὕστερον ἐκομίζετο· ἣ δὴ καὶ ἐν τῷ περιφερεῖ ἀνετέθη νεῷ, ὃν D Λέων ὁ Μέγας ἐδείματο, ὡς ἐπ' ἐκείνου γενόμενοι λέξομεν.

A reliquisset, repertas, et quidem inenarrabili odoris suavitate redolentes: eaque illos abunde afflatos, signaculo rursum tumulo imposito, abiisse, ad miraculum tantum consternatos, atque illud solum, pro eo atque decebat, animo secum meditatos, illum ipsum Deum Verbum et Dominum gloriæ, qui subsistentia sua, pro beneplacito suo, eo quem neque verbis neque intelligentia assequi liceat modo, carnem ex ea suscipere, et deinde post ineffabile in illam uteri gestationem et partum, virginitatem illæsam conservare dignatus sit: illum inquam ipsum, etiam post obitum et ex vita hac migrationem, mirifice immaculatum, impollutum, et modis omnibus sanctum corpus ejus, ante destinatam B quoque et communem omnium resurrectionem, immortalitate cohonestasse: eoque per angelorum ministerium in loca quædam cœlestium regionum lucidissima et a corruptione alienissima translato, honore præcipuo prosecutum esse, ne una cum reliquis vel celeberrimis laudatissimisque hominibus resurgeret. Porro cum discipulis ibi tum affuisse addidit, sanctissimum illum Timotheum, Dionysium Areopagitam, magnumque divinum et sapientem Hierotheum: quemadmodum hac de re Dionysius ipse in suis ad Timotheum de beato Hierotheo scriptis testatus sit: « Congressus etiam est cum hierarchis divino numine afflatis, cum et ego, ut scis ipse, aliique multi ex sanctis fratribus nostris, ad spectaculum C corporis, quod auctorem vitæ Deumque suscepisset, convenissemus. Aderat ibi Jacobus quoque frater Domini, et item Petrus, supremum atque venerandum theologorum fastigium. Deinde post id spectaculum, visum est, ut hierarchæ omnes, pro se quisque ut posset, hymno cantato, infinitpotentem divinæ virtutis bonitatem concelebrarent. Meministi tu satis, ut ibi secundum theologos ipsos, omnes alios sacros mystas longe superarit, totus a seipso secedens, totus mente extra seipsum degens, et prorsus convenientia eis quæ canebat patiens, ita ut a quibus audiebatur et conspiciebatur simul et cognosceretur et non cognosceretur, Numine afflatus, **610** et divinus D hymnorum cantor judicatus. Sed quid tibi de iis, quæ tum sancti illi viri theologati sint, dicam, cum, nisi mei quoque ipsius sim oblitus, meminerim, me multos hymnos et partes quasdam divinitus inspiratarum illarum laudum, te canente, audire? » Hæc ubi Juvenalis dixit, principes ipsi ab eo, ut sanctum eum tumulum, una cum sacris vestibus probe obsignatum ad se mitteret, rogarunt: eumque ita a Juvenali transmissum, in maximo quod ab eis constructum est Blachernarum templo, piis consecrarunt atque deposuerunt manibus, proxime ad sacram divinamque mensam. Factum id Marciano adhuc superstite. Veneranda enim vestis ejus aliquanto post, sub Leone, est allata, et in rotundo templo, quod Leo Magnus ædificavit, collocata est, sicuti in historia ejus dicemus.

A

CAPUT V.

De obitu Pulcheriæ et Marciani : et ut post eum Leo Magnus Romanorum imperator sit renuntiatus.

Beata Pulcheria sexto imperii Marciani anno, illustri post se relicta laude et gloria, et virginitate sua ad extremum usque finem integra conservata, cum post plurima maximaque benefacta, substantiam suam omnem Dei templis et pauperibus dedicasset, in fata concessit. Donationem eam Marcianus gratam habuit, facultatesque illius quæ plurimæ erant, distribuit. Ipsa autem in templo divorum apostolorum condita est. Postea annis duobus non omnino exactis, Marcianus quoque inter homines esse desiit, multa religione et sanctitate vir, ut qui in supplicationibus publicis pedes praierit, et maximam indigentibus pecuniam præbuerit : si quis alius, et ipse Christianissimus imperii administrationem veluti monumentum vitæ pie agendæ hominibus omnibus reliquit. Eo imperante, in Romana ditione tranquilla pax fuit, ita ut tum aurea existimarentur esse sæcula. Cæterum eo ad meliorem vitam translato, communi senatus calculo, Leo ex tribunis, Thrax ipse quoque genere, imperator Romanorum salutatus est, et a patriarcha Anatolio diademate coronatus. Hic Maceles cognominatus est, quod Asparem ex militiæ ducibus maximum, qui eum ad imperium evexerat, et filium ejus Ardaburium, propter imperium affectatum, interemit.

ΚΕΦΑΛ. ΙΕ'.

Περὶ τοῦ θανάτου Πουλχερίας καὶ Μαρκιανοῦ· καὶ ὡς μετ' ἐκεῖνον Λέων ὁ Μέγας βασιλεὺς Ῥωμαίων ἀνηγορεύθη.

Ἀλλ' ἡ μὲν μακαρία Πουλχερία τῷ ἕκτῳ χρόνῳ ἤδη ἀρχομένῳ τῆς βασιλείας Μαρκιανοῦ μετὰ περιφανοῦς δόξης ἣν καταλέλοιπε, τῶν τῇδε μετέστη, ἄφθορον τὴν ἑαυτῆς παρθενίαν ἄχρι δὴ καὶ ἐς τέλος διατηρήσασα, ἐπὶ πολλοῖς καὶ μεγίστοις τοῖς κατορθώμασιν ἅπαντα τὰ προσόντα Θεοῦ ναοῖς καὶ πένησι καταλείψασα· ἃ δὴ καὶ Μαρκιανὸς πλεῖστα ὄντα καὶ ἔστερξε καὶ διέδωκε· καὶ ἐν τῷ τῶν Ἀποστόλων κατετέθη νεῷ. Οὐ πάνυ δὲ δύο παρῳχηκότων ἐνιαυτῶν, καὶ Μαρκιανὸς ἐξ ἀνθρώπων γίνεται, ἀνὴρ πολλῇ εὐλαβείᾳ καὶ σεμνότητι χρώ-

B μενος. Πεζὸς γὰρ ταῖς γινομέναις λιταῖς προϊὼν πλεῖστα τοῖς δεομένοις διένεμε χρήματα· Χριστιανικώτατος εἴπερ τις διαγενόμενος, καὶ μνημεῖον πᾶσιν ἀνθρώποις τὴν βασιλείαν καταλελοιπώς· βαθεῖα γὰρ εἰρήνη τὰ Ῥωμαίων κατέσχεν, ὡς καὶ χρυσᾶ ἔτη τὰς τῆς ἀρχῆς ἐκείνου ἡμέρας εἶναι λογίζεσθαι. Ἐκείνου δὲ πρὸς τὴν ἀμείνω λῆξιν μεταχωρήσαντος, ψήφῳ κοινῇ τῆς συγκλήτου Λέων ὁ ἀπὸ τριβούνων, Θρᾷξ καὶ αὐτὸς τῷ γένει, βασιλεὺς Ῥωμαίων ἀναγορεύεται, τοῦ πατριάρχου Ἀνατολίου τὸ διάδημα περιθέντος αὐτῷ, ὃς καὶ Μακέλης ἐκλήθη, ὅτιπερ Ἄσπαρα τὸν μέγιστον στρατηγὸν καὶ τὸν υἱὸν Ἀρδαβούριον ἐπιβουλεύοντας τῇ ἀρχῇ ἀνεῖλεν εὐθύς.

C

611 CAPUT XVI.

Ut rursus Alexandriæ seditione orta, ab eis qui non assentiebantur sanctæ quartæ synodi decretis, Proterius Alexandriæ episcopus occisus sit, et per urbem pedibus tractus, instinctu et dolo Timothei Æluri, qui episcopalem sedem occupavit. Et ut isto a Leone pio expulso, Alexandrini alium Timotheum legerint, cognomento Salophaciolum. Et ut Anatolio mortuo, Gennadius sedem Constantinopolitanam obtinuerit.

Alexandriæ autem plebs ipsa, atque etiam primores viri Dioscoro addicti, Chalcedonensis synodi decretum non suscepere, et Marciani obitu cognito, furore multo rursum adversus Proterium concitati sunt, ardorem eo expellendo plurimum ostendentes. Populus quidem ubique universus facile ad iram impellitur, et materiam quamque quam sors offert, veluti scintillam atque fomitem tumultus arripit. Alexandrina autem plebs ad res ejusmodi non minus proclivis et prompta est, ex innumera quæ undequaque confluxit multitudine coacervata. Proinde præter rationem omnem audacia utitur, et impetu dæmoniaco effertur. Aiunt quippe, cuivis liberum ibi esse, quacunque temere arrepta causa et occasione, populum celeriter ad seditionem intemperiis quibusdam excitare, et quocunque velit ducere. Et maxima ex parte jocis ludicrisque rebus populus, sicuti inquit Herodotus, de Amaside scribens, deditus est. Plebs ea quan-

ΚΕΦΑΛ. ΙϚ'.

Ὡς στάσεως αὖθις ἐν Ἀλεξανδρείᾳ γενομένης παρὰ τῶν μὴ παραδεχομένων τὴν ἁγίαν τετάρτην σύνοδον, ἀνῃρέθη Προτέριος ὁ Ἀλεξανδρείας, ἐκ ποδὸς ἑλκυσθεὶς, μεθοδείᾳ Τιμοθέου τοῦ Αἰλούρου, ὃς καὶ τὸν θρόνον ἔσχε. Τούτου δὲ ὑπὸ τοῦ εὐσεβοῦς Λέοντος ἐλαθέντος, Ἀλεξανδρεῖς Τιμόθεον ἕτερον προχειρίζονται τὸν Σαλοφακίολον. Ἀνατολίου δὲ θανόντος, Γεννάδιος τὸν τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἐκληροῦτο θρόνον.

Τὸ δ' ἐν Ἀλεξανδρείᾳ δημοτικὸν, καὶ ὅσοι δὴ τῶν ἐπισήμων τὴν ἐν Χαλκηδόνι οὐκ ἀπεδέχοντο σύνοδον Διοσκόρῳ προσκείμενοι, τὸν Μαρκιανοῦ πυθόμενοι θάνατον, θυμῷ πολλῷ τὴν κατὰ Προτερίου μῆνιν αὖ-

D θις ἀνῆπτον, θερμότητα πλείστην ἐξελάσαι τοῦτον ἐπιδεικνύμενοι. Δεινὸν γάρ τι χρῆμα δῆμος ἅπας καὶ πρὸς ὀργὴν ῥᾳδίως εὐέξαπτον· καὶ τὸ προστυχὸν ὕλην ὥσπερ καὶ ὑπέκκαυμα τῶν θορύβων ἔχει. Οὐχ ἥκιστα δ' ὁ τῆς Ἀλεξάνδρου δῆμος πρὸς τὰ τοιαῦθ' ἕτοιμος, μυρίῳ πλήθει, καὶ ὅθεν δή ποτε ἥκοντι προσηρανισμένος, κἀντεῦθεν θράσει παραλογωτέρῳ χρώμενος, καὶ ὁρμαῖς τισι δαιμονίαις γαυρούμενος. Ἀμέλει τοι καὶ φασὶν ἐξὸν εἶναι βουλομένῳ παντὶ τὸ προστυχὸν αἰτίαν ποιησαμένῳ, θᾶττον εἰς στάσιν ἀναβακχεύειν τὸν δῆμον, καὶ ὅπῃ βουλομένῳ εἴη μεταφέρειν αὐτόν. Τὰ πολλὰ δὲ καὶ παιγνιήμων ἐστὶν, ὥς φησιν ὁ Ἡρόδοτος περὶ Ἀμάσιδος ἱστορῶν. Τοιοῦτος μὲν ὁ τῶν Ἀλεξανδρέων δῆμος κατὰ τοῦτο τὸ μέρος· τά γε μὴν ἄλλα αὐτοῦ οὐχ

οἷον ἄν τις περιφρονήσειεν. Οὕτω τοίνυν ὁρμῆς καὶ A μήνιδος ἔχοντες, καιροῦ δραξάμενοι, καθ' ὃν Διονύσιος ὁ τῶν Ἑῴων στρατιωτικῶν ταγμάτων ἡγούμενος πρὸς τῇ προσωτέρᾳ Αἰγύπτῳ διέτριβε, Τιμόθεόν τινα ὄνομα, Αἴλουρον δὲ τὸ ἐπώνυμον, ἐπὶ τὸν τῆς ἐπισκοπῆς ἀνάγειν θρόνον ψηφίζονται· ὃς βίον μὲν δ᾽ θεν μοναδικὸν ἐπιτήδευεν, ὕστερον δὲ καὶ πρεσβύτερος τῆς Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίας ἐγίνετο. Πολὺς δέ τις κατὰ τῆς ἐν Χαλκηδόνι ἔῤῥει συνόδου. Δεινὸς δὲ μάλιστα ὢν συγχέειν τὰ πράγματα, καὶ τῆς ἐπισκοπῆς ὑπερφυῶς ὀρεγόμενος, μελανίᾳ τινὶ καὶ ἀσβόλῃ χρησάμενος, νυκτὸς τὰ καταγώγια τῶν μοναχῶν διερχόμενος, ἐκάλει ἕκαστον ἐξ ὀνόματος διά τινος σχοινοτενοῦς καὶ ἐπιχένου καλάμου. Ὧν ἀκουόντων τὰς κλήσεις, ἕνα μὲν ἑαυτὸν εἶναι τῶν λειτουργικῶν πνευμάτων ὑπεκρίνετο, σταλῆναι δὲ B οὐρανόθεν πᾶσιν εἰπεῖν, ὥστε τῆς μὲν Προτερίου κοινωνίας ἀποστῆναι, Τιμόθεον δὲ τὸν Αἴλουρον εἰς τὸν τῆς ἀρχιερωσύνης θρόνον ἀναβιβάσαι. Καὶ δὴ ἔτι Προτερίου τῇ ἐπισκοπῇ διατρίβοντος, καὶ τὴν ἱερωσύνην λειτουργοῦντος, οἱ περὶ αὐτὸν ἐπὶ τὴν Μεγάλην ἐκκλησίαν γενόμενοι, ἣ τοῦ Καίσαρος προσηγόρευται, πατριάρχην τῆς Ἀλεξάνδρου τὸν Αἴλουρον προχειρίζονται. Εὐσέβιος δὲ τοῦτον ἐχειροτόνει, τοῦ Πηλουσίου ἐπίσκοπος, καὶ Πέτρος ὁ ἐξ Ἰβηρίας, Μαϊουμᾶ τοῦ πολιχνίου τῷ νομῷ Γάζης τὴν ἐπιτροπὴν ἔχων, καὶ ἄμφω τὴν ἱερωσύνην ἀφῃρημένοι πολλῷ πρότερον παρὰ Προτερίου. Ὡς δὲ μάθοι ὁ στρατηγὸς Διονύσιος τὰ γενόμενα, σπουδῇ τῇ πάσῃ ἐλαύνων, ἧκεν ἀνὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν, C σπεύδων ἔτι νεαρὰν οὖσαν τὴν τῆς στάσεως ἀναφθεῖσαν κατασβέσαι πυρκαϊάν. Δείσας δὲ ὁ Τιμόθεος μὴ τὸν θρόνον ἀφαιρεθείη, τῶν τινας Ἀλεξανδρέων στασιαστῶν ἐρεθίσας, κατὰ Προτερίου κινεῖ. Οἱ θυμῷ πλήρει φρονήματος ἐπελθόντες, ἐκείνου κατὰ τὸ πανάγιον βαπτιστήριον πεφευγότος, ἀπηνῶς (ὢ θεία δίκη!) τὸν τοσοῦτον ἀρχιερέα διαχειρίζονται, τὰ ξίφη σφῶν κατὰ τῶν ἐγκάτων ἐλάσαντες, τὴν ἐπιταγὴν τῷ Τιμοθέῳ πληροῦντες· ἔπειτα καλωδίῳ περιαρτήσαντες, ἀνὰ τὴν λεωφόρον ἁπανταχοῦ ἔσυρον, ἐπιμαινόμενοι τῷ νεκρῷ, διατωθάζοντές τε καὶ ἐξυβρίζοντες, ὡς ἄρα Προτέριος εἴη ὁ ἀνῃρημένος. Ἱκανῶς δὲ διὰ πάσης τῆς πόλεως περιελκύσαντες, ἔσχατον πάντων παρεδίδουν πυρί, τὴν ὑπολειφθεῖσαν κόνιν εἰς ἀέρα λικμῶντες, οὐδὲ τῶν ἐκείνου D σπλάγχνων ὠμῶν οὕτω ναρκήσαντες ἀπογεύσασθαι. Σὺν αὐτῷ δὲ καὶ ἄλλοι ἓξ τὸν ἴσον ἀγῶνα διήνυσαν. Ἃ δῆτα μαθὼν Λέων ὁ εὐσεβέστατος βασιλεύς, σύνοδον αὖθις ἀθροίζειν ἀπεδοκίμαζε· γράμματα δ' ἐγκύκλια ταῖς ἀνὰ τὴν οἰκουμένην ἔπεμπεν ἐκκλησίαις, καὶ τὴν οἰκείαν δόξαν ἐγκατασπείρων τοῖς γράμμασιν, ἐκέλευέ τε πάντας τὴν δόξαν ἀντεπιστέλλειν, περί τε τῶν ὁρισθέντων τῇ ἐν Χαλκηδόνι συνόδῳ, εἴ γ' ἐκείνοις ἕπεσθαι βούλοιντο· ἔτι δὲ καὶ ὅπως γνώμης ἔχουσι περὶ τῆς τοῦ Αἰλούρου χειροτονίας, οὕτω γεγενημένης, ὡς εἴρηται· εἴ γ' ἐπιλαμβάνοιντο ταύτης ὡς οὐ προσηκόντως προβάσης, ἢ καὶ προσίενται τοῦτον τὴν Ἀλεξάνδρου ἐπισκοπεῖν. Ὁ μὲν οὖν τοιαῦτα τοῖς ἁπανταχοῦ ἱερεῦσιν ἐπέ-

A tum ad hanc partem pertinet, talis est: in rebus autem aliis haudquaquam contemnenda. Cum igitur eo impetu irati ferrentur homines, illa etiam temporis opportunitate oblata, quod Dionysius Orientalium copiarum ductor apud interiorem Ægyptum esset, Timotheum quemdam cognomento Ælurum ad episcopalem evehere dignitatem constituerunt: qui monasticam egerat vitam, et deinde presbyter Ecclesiæ Alexandrinæ factus fuerat. Et quod magnopere in Chalcedonensem synodum inveheretur, idoneusque ad res miscendas esset, atque episcopatum mirifice expeteret, fuligine nigroque colore oblitus, noctu circum monachorum cellas obambulavit, et quemque per calamum scirpeum excavatum nominatim evocavit: atque illi cum eum B audirent, ipse se ex spiritibus administris unum esse assimulavit, et cœlitus propterea missum omnibus dixit, ut a communione Proterii discederent, et Timotheum Ælurum in episcopali sede collocarent. Adhuc Proterius episcopatum gerebat, **612** et munere suo fungebatur, cum Timothei partium studiosi in ecclesia Magna, quæ de Cæsaris nomine dicta est, congregati, Ælurum ipsum patriarcham Alexandriæ designarunt. Ordinarunt eum Eusebius Pelusii, et Petrus, ex Iberia ortus, Majumæ, quod Gazæorum præfecturæ oppidum est, episcopus, quibus dignitas sacerdotalis a Proterio dudum adempta fuerat. Qua de re certior factus Dionysius dux maximis C itineribus Alexandriam venit, seditionis recens etiamnum incendium restincturus. Timotheus sibi, ne e throno deturbaretur, metuens, seditiosos quosdam ex populo Alexandrino homines adversus Proterium irritavit, qui illum audaci furore pleni aggressi sunt, et episcopum tantum, cum ad sacrosanctum baptisterium confugisset, crudelem in modum (o divina vindicta!) ferro in viscera ejus adacto, ut imperata Timothei exsequerentur, contrucidarunt: et deinde ex fune suspensum passim per viam publicam rapuerunt, cadaveri ejus ut homines furibundi insultantes, atque cum contumelia illudentes, et quod Proterius necatus esset clamitantes. Et postquam id per urbem omnem distraxere, postremo igni etiam ustularunt, cinere D qui superfuit in aerem disjecto, visceribusque ejus crudis (nam et ab hoc facto non abhorruere) degustatis. Una cum Proterio alii præterea sex idem certamen obiere. Hæc res ubi ad piissimum imperatorem Leonem est delata, non ille rursum synodum cogendam esse duxit, sed circularibus per orbem literis ad ecclesias missis, quibus sententiam suam inseruit, opinionem episcoporum quemque suam rescribere sibi jussit, cum de Chalcedonensis synodi constitutionibus, an sequi illas vellent, tum de ordinatione Æluri, quæ ita, siculi dictum est, facta esset, reprehenderentne eam, ut quæ minus legitime processisset, an episcopatum illum gerere permitterent. Leo hæc sic ad omnes ubique episcopos scripsit. Illi autem,

quanquam locorum intercapedine inter se dissiti, simul tamen omnes, cum supra mille essent, suffragiis omnibus Chalcedonensem synodum comprobarunt, decretumque ejus egregie confirmarunt : 613 Timotheo autem, ut qui illegitime in thronum insiluisset, eisdem calculis dignitatem abrogarunt, disertisque verbis hominem excommunicarunt. Ille ad hunc modum condemnatus, et Alexandria ejectus, Gangram, quo etiam magister ejus Dioscorus deportatus fuerat, exsulatum missus est. Ælurus iste multa divini Cyrilli scripta nondum vulgata, dogmatibus suis adulterinis aspersis, depravasse dicitur. Eo autem abducto, Alexandrini Timotheum alium, ejusdem quam Proterius complexus fuerat sententiæ virum, ecclesiæ suæ episcopum legunt : quem quidam Basilicum, quidam autem Salophaciolum cognominarunt. Qui propterea quod plebs ejus gratia tumultum exciverat, Canopi degebat. Eodem tempore cum Anatolius simul et vita et episcopatu in urbium regina defunctus esset, in locum ejus Gennadius substitutus est : atque huic postea Acacius, qui in ea urbe pupillorum domicilio præfuit.

A στείλειν· οἱ δ' ἅμα πάντες, καίπερ ἀπ' ἀλλήλων διεστηκότες, ὅλαις ψήφοις τὴν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον ἐπεκύρουν ὑπὲρ χιλίους ὄντες· καὶ τοῖς ἐκείνῃ ὁρισθεῖσι μάλα γενναίως ἐπεψηφίζοντο. Τιμόθεον δὲ, ὡς ἀναξίως τῷ θρόνῳ ἐπεισπηδήσαντα, κοινῇ ψήφῳ πάντες τῆς ἱερωσύνης ἐγύμνουν, διαῤῥήδην ἀποκηρύξαντες. Ὁ δὲ οὕτω μὲν καταψηφισθεὶς, τῆς Ἀλεξάνδρου ἐκβάλλεται, καὶ εἰς Γάγγραν ὑπερορίζεται, ἔνθα δὴ καὶ ὁ τούτου διδάσκαλος Διόσκορος ἤχθη. Λέγεται μὴν πολλὰ τοῦτον δῆτα τὸν Αἴλουρον τῶν συγγραμμάτων τοῦ θείου Κυρίλλου μήπω εἰς πλάτος ἐκδοθέντων διαλυμήνασθαι, νόθα τούτοις ἐπισπείραντα δόγματα. Ἐκείνου δ' ἐκποδὼν γενομένου, Ἀλεξανδρεῖς Τιμόθεον ἕτερον εἰς τὴν σφετέραν ἐπισκοπὴν προχειρίζονται, Προτερίου τῆς δόξης διάB δοχον· ὃν οἱ μὲν Βασιλικὸν, οἱ δὲ Σαλοφακίολον κατωνόμαζον· ὃς διά τινα τοῦ δήμου κατ' αὐτοῦ στασιάσαντος, ἐν Κανώβῳ διέτριβε. Τηνικαῦτα δὲ καὶ τοῦ θείου Ἀνατολίου τὸν βίον ὁμοῦ καὶ τὸν θρόνον τῆς βασιλίδος καταλιπόντος, Γεννάδιος εἰς διαδοχὴν τοῦ θρόνου ἐδείκνυτο· ᾧ σύμψηφος καὶ Ἀκάκιος ἐγεγόνει, ὃς τοῦ τῶν ὀρφανῶν καταγωγίου προειστήκει τῆς Κωνσταντίνου.

CAPUT XVII.

Episcoporum et clericorum Ægyptiorum libellus supplex, de ecclesiarum suarum rebus : et de Proterio et Timotheo.

Mihi vero molestum non erit et difficile, Ægyptiorum episcoporum et Alexandrini cleri ad Leonem missas preces, Proterii fere historiam omnem complectentes, atque etiam circulares Leonis litteras hic apponere. Preces illorum hisce conceptæ fuere verbis : « Ad piissimum, Christianissimum, et a Deo renuntiatum victorem, triumphatorem, et Augustum Leonem, episcoporum Ægyptiæ vestræ diœcesis omnium, et maximæ urbis Alexandriæ Ecclesiæ vestræ clericorum preces. Non immerito, qui cœlesti gratia quasi quoddam donum orbi huic datus es, quotidie secundum Deum reipublicæ consulere, imperator omnium sanctissime, pergis. » Et post alia : « Cum tranquilla pax orthodoxi recteque sentientis populi apud nos et Alexandrinos esset, Timotheus rursum seipsum statim post Chalcedonensem sanctam synodum, presbyteri dignitatem tum gerens, 614 ab universali Ecclesia et fide segregavit atque resecuit, cum quatuor aut quinque tantum episcopis, paucisque monachis, Apollinaris ejusque sectatorum parva opinione et hæresi infectis. Quam ob causam canonice et legitime a divinæ memoriæ Proterio et universo Ægyptio concilio ita illi sunt exauctorati, ut imperatoris indignationem et soli exsilii causa vertendi condemnationem, merito sint experti. » Et post pauca : « Et migratione ad Deum per sanctum obitum Marciani imperatoris ille comperta, veluti is qui legibus solutus suo ipse arbitrio viveret, impudenter adversus cum blasphemis et maledicis vocibus

ΚΕΦΑΛ. ΙΖ'.

Δέησις τῶν Αἰγυπτίων ἐπισκόπων καὶ κληρικῶν περὶ τῶν συμβάντων τῇ κατ' αὐτοὺς Ἐκκλησίᾳ· καὶ περὶ Προτερίου καὶ Τιμοθέου.

Ἐγὼ δ' οὐκ ὀκνήσω μὴ καὶ αὐτὴν τῶν Αἰγυπτίων C ἐπισκόπων καὶ κληρικῶν τῆς Ἀλεξάνδρου τὴν δέησιν τὴν πρὸς Λέοντα τῷ συγγράμματι ἐπιθεῖναι, πάντα σχεδὸν τὰ κατὰ Προτέριον περιέχουσαν, καὶ αὐτὰ ἐκεῖνα τὰ ἐγκύκλια Λέοντος. Ὕπτιον δὲ ἡ δέησις γέγραπται τούτοις παρειλημμένη τοῖς ῥήμασι· « Τῷ εὐσεβεστάτῳ καὶ φιλοχρίστῳ παρὰ Θεοῦ ἀναδειχθέντι νικητῇ, τροπαιούχῳ καὶ Αὐγούστῳ Λέοντι, δέησις τῶν ἐπισκόπων πάντων τῆς ὑμετέρας Αἰγυπτιακῆς διοικήσεως, καὶ κληρικῶν τε τῶν κατὰ τὴν μεγίστην ὑμετέραν Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίαν. Ἐκ τῆς ἄνωθεν χάριτος δῶρον τῷ βίῳ παρασχεθεὶς, εἰκότως οὐ λήγεις ὁσημέραι τοῦ κοινοῦ μετὰ Θεὸν προμηθούμενος, εὐαγέστατε πάντων αὐτοκρατόρων Αὔγουστε. » Καὶ μεθ' ἕτερα· « Ἀστασιάστου εἰρήνης τῶν ὀρθοδόξων λαῶν παρ' ἡμῖν τε καὶ κατὰ D τὴν τῶν Ἀλεξανδρέων ὑπαρχούσης, πάλιν Τιμοθέου ἀποσχοινίσαντος ἑαυτὸν τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας καὶ πίστεως, καὶ ἀποτεμόντος εὐθὺς μετὰ τὴν ἐν Χαλκηδόνι ἁγίαν σύνοδον, τὸ τηνικαῦτα δῆθεν πρεσβυτέρου τυγχάνοντος, ἅμα τέσσαρσιν ἢ πέντε μόνοις ποτὲ ἐπισκόποις καὶ ὀλίγοις μονάζουσι σὺν αὐτῷ, τὴν αἱρετικὴν Ἀπολλιναρίου καὶ τὴν κατ' ἐκεῖνον νοσούντων κακοδοξίαν· δι' ἣν καθαιρεθέντες τότε κανονικῶς ὑπὸ τοῦ τῆς θείας μνήμης Προτερίου καὶ πάσης Αἰγυπτιακῆς συνόδου, βασιλικῆς εἰκότως σὺν ἐξορίᾳ κινήσεως ἐπειράθησαν. » Καὶ μετ' ὀλίγα· « Ἐπιτηρήσας τε τὴν ἐντεῦθεν πρὸς Θεὸν ἐκδημίαν τοῦ τῆς εὐαγοῦς λήξεως Μαρκιανοῦ γενομένου βασιλέως, βλασφήμοις τε φωναῖς, ὡς αὐτόνομος ἀναιδῶς κατ' αὐτοῦ θρασυνόμενος, καὶ τὴν ἁγίαν οἰκουμενι

τὴν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον ἀναθεματίζων ἀπηρυθριασμένως, πλῆθος δήμου ὠνητῶν τε καὶ ἀτάκτων ἐπισυρόμενος, καὶ στρατεύσας κατά τε τῶν θείων κανόνων καὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς καταστάσεως, καὶ τῆς κοινῆς πολιτείας καὶ τῶν νόμων, ἐπεισέφρησεν ἑαυτὸν τῇ ἁγίᾳ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ, ἐχούσῃ τηνικαῦτα ποιμένα τε καὶ διδάσκαλον τὸν ἁγιώτατον ἡμῶν τὸν τηνικαῦτα πατέρα καὶ ἀρχιεπίσκοπον Προτέριον, τάς τε συνήθεις συνάξεις ἐπιτελοῦντα, καὶ λιτὰς ἀναπέμποντα τῷ πάντων ἡμῶν Σωτῆρι Χριστῷ ὑπὲρ τῆς εὐσεβοῦς ὑμῶν βασιλείας καὶ τοῦ φιλοχρίστου ὑμῶν παλατίου.» Καὶ μετ' ὀλίγα· «Καὶ μόνης διαγενομένης ἡμέρας ἐν τῷ ἐπισκοπείῳ κατὰ τὸ ἔθος διάγοντος τοῦ θεοφιλεστάτου Προτερίου, λαβὼν μεθ' ἑαυτοῦ ὁ Τιμόθεος τοὺς καθαιρεθέντας ἐνδίκως δύο ἐπισκόπους καὶ κληρικούς, ὁμοίως τὴν ἐξορίαν, ὡς ἔφημεν, οἰκεῖν κατακριθέντας, καὶ δὴ χειροτονίαν παρὰ τῶν δύο δεξάμενος, μηδενὸς τὸ σύνολον τῶν κατὰ τὴν Αἰγυπτιακὴν διοίκησιν ὀρθοδόξων ἐπισκόπων παρόντος κατὰ τὸ εἰωθὸς ἐπὶ ταῖς τοιαύταις τῆς Ἀλεξανδρέων τοῦ ἐπισκόπου χειροτονίας, ἐπιλαμβάνεται, ὡς ἐνόμισε, τῆς ἀρχιερατικῆς καθέδρας, μοιχείᾳ προδήλως τολμήσας κατὰ τῆς ἐχούσης Ἐκκλησίας τὸν ἑαυτῆς νυμφίον, καὶ ἐνεργοῦντος ἐν αὐτῇ τὰ θεῖα, καὶ κανονικῶς τὸν οἰκεῖον διέποντος θρόνον.» Καὶ μεθ' ἕτερα· «Οὐδὲν ἦν ἕτερον ποιεῖν τὸν μακάριον ἐκεῖνον, ἢ τόπον δοῦναι τῇ ὀργῇ κατὰ τὸ γεγραμμένον, καὶ τὸ σεπτὸν καταλαβεῖν βαπτιστήριον, φεύγοντα τῶν ἐπ' αὐτὸν τρεχόντων πρὸς φόνον τὴν ἔφοδον. Ἐν ᾧ μάλιστα τόπῳ καὶ βαρβάροις καὶ πᾶσιν ἀγρίοις ἀνθρώποις ἐγγίνεται δέος, τοῖς καὶ μὴ εἰδόσι τὸ σέβας τοῦ τόπου, καὶ τὴν ἐκεῖθεν βρύουσαν χάριν. Ὅμως οἱ τὸν ἐξ ὀργῆς Τιμοθέου σκοπὸν εἰς ἔργον προαγαγεῖν σπουδάζοντες, οἱ μηδὲ ἐν τοῖς ἀχράντοις ἐκείνοις σηκοῖς αὐτὸν ἀνεχόμενοι σώζεσθαι, οὔτε τὸ σέβας αἰδεσθέντες τοῦ τόπου, οὔτε τὸν καιρὸν, ἦν γὰρ τοῦ σωτηρίου Πάσχα πανήγυρις, οὔτε τὴν ἱερωσύνην αὐτὴν φρίξαντες, μεσιτεύουσαν Θεῷ καὶ ἀνθρώποις, ἀποκτείνουσι τὸν ἀνεύθυνον, ἀποσφάττουσιν αὐτὸν ἀπηνῶς μετὰ καὶ ἄλλων ἕξ· καὶ παραγαγόντες τούτου τὸ λείψανον πανταχοῦ κατατετρωμένον, ὠμῶς τε περισύραντες κατὰ πάντα σχεδὸν τόπον τῆς πόλεως, καὶ καταπομπεύσαντες σχετλίως, ᾐκίζοντο ἀνηλεῶς τὸ τῶν πληγῶν οὐκ αἰσθανόμενον σῶμα, διατεμόντες κατὰ μέλος, καὶ οὐδὲ τῶν ἐντὸς ἀπογεύεσθαι κατὰ τοὺς θῆρας φειδόμενοι ἐκείνου, ὃν ἔχειν μεσίτην Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων ἔναγχος ἐνομίσθησαν· πυρί τε παραδιδόντες τὸ ὑπολειφθὲν αὐτοῦ σῶμα, τὴν ἐκ τούτου κόνιν τοῖς ἀνέμοις παρέπεμπον, θηρίων πᾶσαν ὑπερακοντίσαντες ἀγριότητα. Ὧν ἁπάντων αἴτιος καὶ τῶν κακῶν ὁ σοφὸς Τιμόθεος.» Ζαχαρίᾳ μέντοι τῷ ῥήτορι ταῦθ' ἱστοροῦντι ἑτέρως εἰπεῖν ἐπῆλθε· καὶ τὰς ταραχὰς κινῆσαι μᾶλλον Προτέριον τῇ Ἀλεξάνδρου δοκεῖ, καὶ μὴ τὸν δῆμον τὰ τοιαῦτα τολμῆσαι, ἀλλά τινας τῶν ἐκ τοῦ στρατιωτικοῦ καταλόγου. Πιστοῦται δὲ ταῦτα ἔκ τινος ἐπιστολῆς Τιμοθέου σταλείσης πρὸς Λέοντα· οἷς καὶ δίκην ἐπιθήσων σταλείς τις ἐκ Λέοντος ἐπιπέμπεται. Καὶ

A ferociens, et sanctam universalem Chalcedonensem synodum perfricta prorsus fronte anathemati subjiciens, ex plebe venali et incomposita multitudinem ad se pertraxit, bellumque contra sacros canones, ecclesiasticas constitutiones, rempublicam et leges ipsas cœpit, et in sanctam Dei Ecclesiam seipsum conjecit: cum illa tum pastorem et doctorem suum haberet, sanctissimum Patrem nostrum archiepiscopum Proterium, cum stata sacra et conventus solitos peragentem, tum preces in supplicationibus ad omnium nostrum Servatorem Christum pro pio imperio et Christi amanti palatio vestro fundentem.» Et deinde: «Et cum una intercessisset dies, et amantissimus Dei Proterius, sicuti mos est, in episcopali æde sua esset, B assumptis secum duobus episcopis et clericis, qui legitime exauctorati et ad exsilium pariter damnati fuerant, Timotheus, consecrationeque ab eis accepta, cum nullus prorsus ex diœcesi Ægyptiaca recte sentientium episcoporum adesset (id quod moribus in ejuscemodi Alexandrini episcopi ordinatione fieri solet), pontificalem cathedram, sicuti ipse existimavit, occupavit, adulterium manifeste inferre Ecclesiæ ei ausus, quæ suum sibi haberet sponsum, rem divinam in ea facientem, canoniceque et legitime munus suum obeuntem.» Et post alia: «Nihil aliud facere beatus ille vir potuit, quam ut locum daret iræ, juxta id quod scriptum est, et ad sacrosanctum confugeret baptisterium, C illorum qui ei ad cædem patrandam imminebant fugiens impetum. In quo loco barbaris etiam ipsis et feris hominibus omnibus, **615** qui venerationem et cultum ejus, scatentemque inde gratiam ignorant, metus incessit. Sedenim homines illi qui consilium cœptumque Timothei ad exitum suum perducere contendebant, ne in incontaminato quidem illo templo salvum eum esse passi, neque religionem reveriti sunt vel loci vel temporis. Agebatur enim tum salutiferi Paschæ festi dies conventus. Sed neque sacerdotalem exhorruerunt functionem, quæ media intercedit inter Deum et homines. Interfecerunt igitur hominem innocentem, et crudeliter ipsum una cum sex aliis mactarunt, et reliquias ejus undequaque convulneratas D per omnia fere civitatis loca, ferum in modum tractas atque raptatas, miserabiliter traduxerunt, sine misericordia omni corpus quod jam plagas non sentiret, discruciantes: et in frusta eo conciso, bestiarum more viscera ejus degustarunt, quem mediatorem nuper inter Deum et homines habere existimati sunt: postremoque quidquid ex eo superfuit, id igne concremarunt, et cineres ventis differendos permiserunt, feritatem belluarum omnem longe superantes. Atqui malorum istorum omnium auctor sapiens, si Deo placet, Timotheus fuit.» Porro Zachariæ rhetori de his in historia sua scribenti aliter hæc referre libuit: tumultum videlicet Alexandriæ per Proterium potius excitatum: neque populum hæc, sed ex militum

ordine quosdam ausos esse. Fidemque verbis eis astruit per epistolam quamdam a Leone ad Timotheum missam : quam rem judicaturus atque vindicaturus aliquis etiam a Leone missus sit. Litteras etiam circulares ad omnes ubique episcopos Leo dedit, ad ipsum etiam Constantinopolitanæ urbis antistitem Anatolium, eosque qui monastica vita emituerunt, sententiam eorum (quemadmodum dixi) de synodo Chalcedonensi Timotheique consecratione requirens : Ægyptiorum episcoporum libello supplici, precibusque insuper eorum qui vel Proterii partium, vel Timothei factionis erant, sicuti ad eum missæ fuerant, adjunctis. Circulares litteræ Leonis in hanc sententiam scriptæ erant.

A γράμματα δ' ἐγκύκλια τοῖς ἁπανταχοῦ ἐπισκόποις ἀνέπεμπε Λέων, τῷ τ' ἐπισκόπῳ τῆς Κωνσταντινουπόλεως Ἀνατολίῳ, καὶ τοῖς τῷ μοναδικῷ διαπρέπουσι βίῳ, περί τε τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου, ὡς εἴρηται, διαπυνθανόμενος. Ἔτι δὲ καὶ περὶ τῆς τοῦ Τιμοθέου χειροτονίας· ἐπιπέμπων καὶ τὰς τῶν Αἰγυπτίων δεήσεις ἐπισκόπων ἔκ τε τῆς μοίρας Προτερίου, ἔκ τε τῆς Τιμοθέου πεμφθείσης συμμορίας. Τὰ δ' ἐγκύκλια Λέοντος ταύταις περιείχοντο λέξεσιν·

616 CAPUT XVIII.

Epistola Leonis ἐγκύκλιος, *hoc est circularis, ad Anatolium et reliquos episcopos, de synodo Chalcedonensi contra Timotheum Ælurum missa.*

«Imperator Cæsar Leo, pius, victor triumphator, maximus, semper colendus Augustus, Anatolio episcopo. In votis quidem pietati meæ fuit, ut universæ orthodoxæ, rectæque sentientes et sanctissimæ Ecclesiæ, nec non urbes sub imperio Romano omnes, quiete altissima fruerentur, neque quidquam, quod statum illarum et tranquillitatem turbare posset, intercederet. Quid autem nuper admodum apud Alexandrinos acciderit, sanctitatem tuam jam nosse credimus. Ut vero plenius de rebus omnibus, et quæ causa tanti tumultus et confusionis exstiterit, certior fias, exempla precum, quas religiosissimi episcopi et clerici ex Alexandriæ urbe et diœcesi Ægyptia, adversus Timotheum in urbe Constantinopolitana pietati meæ obtulere : atque itidem supplicum libellorum exempla, quos a Timotheo internuntii ejus Alexandria advenientes serenitati nostræ in comitatu nostro dederunt, ad pietatem tuam misimus : ut quid actum sit, ab eo quem diximus Timotheo, quem sibi populus Alexandrinus, et qui ibi magistratus gerunt, civesque et naucleri, seu navium gubernatores, episcopum petunt, et aliis quoque de rebus quas supplicationum complectitur contextus : adhæc, de synodo Chalcedonensi, cui nequaquam quidam assentiuntur, quemadmodum libelli adjuncti ostendunt, clarius sanctitas tua cognoscere possit. Itaque pietas tua orthodoxos omnes et sanctos episcopos, qui nunc in urbe hac imperante degunt, et religiosissimos clericos confestim ad se convocet, et rebus omnibus cum cura et fide tractatis atque deliberatis, quandoquidem hoc tempore Alexandrina civitas turbata est, et status ejus tranquillitasque nobis maxime curæ est, nobis sententiam suam, de Timotheo ipso, et concilio Chalcedonensi, timore humano omni, gratia etiam et odio semoto, solum omnipotentis Dei metum ob oculos ponens, significet. **617** Scitis namque, nos omnes de negotio tanto immaculatæ Divinitati rationem esse reddituros. Ut in eo de re omni

ΚΕΦΑΛ. ΙΗ'.

B *Ἐπιστολὴ Λέοντος ἐγκύκλιος, πεμφθεῖσα Ἀνατολίῳ ἐπισκόπῳ καὶ τοῖς λοιποῖς, ὑπὲρ τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου, καὶ κατὰ Τιμοθέου τοῦ Αἰλούρου.*

« Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Λέων, εὐσεβής, νικητής, τροπαιοῦχος, μέγιστος, ἀεισέβαστος Αὔγουστος, Ἀνατολίῳ ἐπισκόπῳ. Δι' εὐχῆς μὲν ἦν τῇ ἐμῇ εὐσεβείᾳ ἁπάσας τὰς ὀρθοδόξους ἁγιωτάτας ἐκκλησίας, ἔτι δὲ καὶ τὰς ὑπὸ τὴν τῶν Ῥωμαίων πολιτείαν πόλεις, μεγίστης ἡσυχίας ἀπολαύειν· μηδὲν δὲ συμβαίνειν τὴν αὐτῶν κατάστασιν καὶ γαλήνην διαταράττειν· οἷα δὲ κατὰ τὴν Ἀλεξανδρέων ἔναγχος συνέβη, εἰδέναι μὲν ἤδη πεπείσμεθα τὴν σὴν ὁσιότητα· ἵνα δὲ τελειότερον περὶ πάντων διδαχθῇς, ποία αἰτία C τοῦ τοσούτου θορύβου καὶ τῆς συγχύσεως γέγονε· τὰ ἴσα τῶν δεήσεων ἃς οἱ εὐλαβέστατοι ἐπίσκοποι καὶ κληρικοὶ ἀπὸ τῆς προλεχθείσης πόλεως, καὶ τῆς Αἰγυπτιακῆς διοικήσεως, εἰς τὴν βασιλίδα Κωνσταντινούπολιν παραγενόμενοι, κατὰ Τιμοθέου τῇ ἐμῇ εὐσεβείᾳ ἐκόμισαν· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὰ ἴσα τῶν δεήσεων, ἃς εἰς τὸ θεῖον ἡμῶν στρατόπεδον ὑπὸ Τιμοθέου ἀπὸ τῆς Ἀλεξανδρέων παραγενόμενοι τῇ ἡμετέρᾳ ἐπιδεδώκασι γαληνότητι, πρὸς τὴν σὴν θεοσέβειαν ἀπεστείλαμεν, ὡς τί πέπρακται παρὰ τοῦ εἰρημένου Τιμοθέου, ὃν ὅ τε τῆς Ἀλεξανδρέων δῆμος, καὶ οἱ ἀξιωματικοί, καὶ πολιτευόμενοι, καὶ ναύκληροι, ἐπίσκοπον ἑαυτοῖς αἰτοῦσι· καὶ περὶ τῶν ἄλλων πραγμάτων τῶν τῷ ὕφει τῶν δεήσεων περιεχομένων, καὶ πρὸς τούτοις περὶ τῆς ἐν Χαλ- D κηδόνι συνόδου, ᾗτινι οὐδαμῶς συναινοῦσι, καθὰ αἱ ὑποτεταγμέναι αὐτῶν δεήσεις σημαίνουσι, φανερῶς δυνηθῆναι μαθεῖν τὴν σὴν ὁσιότητα. Ἡ σὴ τοιγαροῦν εὐλάβεια ἅπαντας τοὺς ὀρθοδόξους ὁσίους ἐπισκόπους, τοὺς ἐπὶ τοῦ παρόντος κατὰ τήνδε τὴν βασιλίδα πόλιν διάγοντας, ἔτι γε μὴν καὶ τοὺς εὐλαβεστάτους κληρικοὺς παραχρῆμα ποιησάτω πρὸς ἑαυτὴν συνελθεῖν· καὶ πάντων ἐπιμελῶς τρακτευθέντων καὶ δοκιμασθέντων, ἐπειδὴ νῦν ἡ Ἀλεξάνδρου πόλις τετάρακται, ἧστινος τῆς καταστάσεως καὶ τῆς ἡσυχίας μεγίστη ἐστὶν ἡμῖν φροντίς, εἴπατε τὸ δοκοῦν περὶ τοῦ προειρημένου Τιμοθέου καὶ τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου ἄνευ τινὸς ἀνθρωπίνου φόβου, καὶ δίχα χάριτος καὶ ἀπεχθείας, μόνον τὸν τοῦ παντοκράτορος Θεοῦ φόβον πρὸ ὀφθαλμῶν τιθέ-

μενοι· ἐπειδὴ ἴστε ὡς περὶ τοῦ πράγματος τούτου τῇ ἀχράντῳ Θειότητι λόγον δώσετε· ἵνα παρὰ πάντων δι' ὑμετέρων γραμμάτων τελείως διδαχθέντες, τὸν ἁρμόζοντα τύπον δοῦναι δυνηθῶμεν.»

ΚΕΦΑΛ. ΙΘ'.

Οἷα ὁ Λέων ὑπὲρ τῆς τετάρτης ἁγίας συνόδου πρὸς τοὺς ἁπανταχοῦ ἔγραψεν ἀσκητάς, καὶ Συμεῶνι τῷ Στυλίτῃ· καὶ ἐπιστολὴ τοῦ ἁγίου Συμεὼν ὑπὲρ τῆς ἁγίας συνόδου.

Ταῦτα μὲν πρὸς Ἀνατόλιον καὶ τοὺς ἁπανταχοῦ ἐπισκόπους ἐπέστελλε· παραπλήσια δὲ καὶ τοῖς διαφανέσι τῶν μοναστῶν ἔγραφε, καὶ οἷς τὸ τοῦ βίου ἐπίσημον ἦν, πρὸς τὸν ἄϋλον βίον εὐθυνομένοις· ὧν μάλα ἐπισημότατος Συμεώνης ἦν, ὁ τὴν ἐπὶ τοῦ κίονος στάσιν πρῶτος ἐπινοήσας, οὗ καὶ πρὸ τούτου μνείαν ἐποιησάμην· πρὸς δὲ καὶ Βαραδάτος, καὶ Ἰάκωβος ὁ Νισιβηνός· ὧν καὶ Θεοδώρητος ἐν τῇ *Φιλοθέῳ ἱστορίᾳ* ἐμνήσθη. Πρῶτος τοίνυν Λέων ὁ τῆς Ῥώμης ἐπίσκοπος τὴν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον εἰσδεξάμενος, τὴν χειροτονίαν Τιμοθέου ὡς μὴ καλῶς γεγενημένην ἀπεδοκίμασεν. Ἣν δῆτα Λέοντος ἐπιστολὴν Λέων ὁ βασιλεὺς Τιμοθέῳ ἔπεμπε τῷ Αἰλούρῳ, Σιλεντιαρίου καθυπουργήσαντος. Πρὸς ὃν Τιμόθεος αὖθις ἀντέπεμπε, τήν τε Λέοντος ἐπιστολὴν ἐκτρεπόμενος, καὶ τὴν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον ὡς πλεῖστον διαμεμφόμενος. Ἐπίσης δὲ τῷ πάππᾳ καὶ οἱ λοιποὶ ἐπίσκοποι διεπράξαντο. Μόνος δ' ὁ Σίδης Ἀμφιλόχιος Λέοντι γράφων, τῆς μὲν Τιμοθέου χειροτονίας κατεβοᾶτο, οὐδαμῶς δὲ καὶ τὴν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον ἀπεδέχετο. Ἃ δὴ πάντα Ζαχαρίᾳ ἐπονήθη τῷ ῥήτορι· ὃς καὶ τὴν Ἀμφιλοχίου ἐπιστολὴν τῷ ἑαυτοῦ ἐντάττει συγγράμματι· οὐ μόνον δὲ οἱ ἐπίσκοποι, ἀλλὰ καὶ Συμεώνης ὁ τῆς ἀοιδίμου μνήμης περὶ τούτων δύο ἐπιστολὰς πρός τε τὸν βασιλέα Λέοντα, καὶ πρὸς Βασίλειον τῆς Ἀντιόχου ἐπίσκοπον [ἐπέστελλε]· ἣν δῆτα βραχυτέραν οὖσαν, ἐντίθημι τῷ συγγράμματι, τάδε κατὰ ῥῆμα διαλαμβάνουσαν· «Τῷ δεσπότῃ μου τῷ ὁσιωτάτῳ καὶ ἁγιωτάτῳ φιλοθέῳ Βασιλείῳ ἀρχιεπισκόπῳ ὁ ἁμαρτωλὸς καὶ ταπεινὸς Συμεώνης ἐν Κυρίῳ χαίρειν. Νῦν εὔκαιρον εἰπεῖν, δέσποτα, *Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς ὃς οὐκ ἀπέστησε τὴν προσευχὴν ἡμῶν, καὶ τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἀφ' ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν.* Δεξάμενος γὰρ τὰ γράμματα τῆς ὑμετέρας ὁσιότητος, ἐθαύμασα τὸν ζῆλον καὶ τὴν εὐσέβειαν τοῦ θεοφιλεστάτου ἡμῶν βασιλέως τὴν πρὸς τοὺς ἁγίους Πατέρας, καὶ τὴν τούτων βεβαίαν πίστιν, ἣν ἐπέδειξε καὶ ἐπιδείκνυται. Καὶ τοῦτο οὐκ ἐξ ἡμῶν τὸ δῶρον, καθὼς καὶ ὁ ἅγιος Ἀπόστολος λέγει, ἀλλ' ἐκ Θεοῦ τοῦ ταύτην αὐτῷ δεδωκότος τὴν προθυμίαν διὰ τῶν ὑμετέρων εὐχῶν.» Καὶ μετ' ὀλίγα· «Διὸ κἀγὼ ὁ ταπεινὸς καὶ εὐτελής, τὸ ἔκτρωμα τῶν μοναχῶν, ἐγνώρισα τῇ αὐτοῦ βασιλείᾳ τὴν ἐμὴν πρόθεσιν, τὴν περὶ τὴν πίστιν τῶν ἁγίων Πατέρων τῶν ἐν Χαλκηδόνι συνελθόντων ἑξακοσίων λ', ἐμμένων καὶ ὑποστηριζόμενος ὑπ' αὐτῆς τῆς ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος φανερωθείσης. Εἰ γὰρ μεταξὺ δύο ἢ τριῶν συνελθόν-

A litteris vestris abunde edocti, congruentem et debitam sententiam ferre possimus.»

CAPUT XIX.

Quæ Leo de sancta quarta synodo ad omnes ubique monachos, et ad ipsum Symeonem Stylitem scripserit: et epistola ejusdem sancti Symeonis pro eadem synodo.

Ad hunc modum Leo ad Anatolium, et omnes ubique episcopos scripsit. In eamdem sententiam quoque litteras dedit ad illustres monachos, et qui vitæ sanctitate præclari erant alios, mores suos ad vitam spiritualem dirigentes: inter quos cele-
B berrimus omnium fuit Symeones ille, qui primus stationem super columna invenit, cujus antea etiam meminimus: præterea Varadatus, et Jacobus Nisibenus, quorum etiam Theodoretus in Dei amantium historia mentionem facit. Porro Leo Romanus episcopus primus Chalcedonensi synodo comprobata, ordinationem Timothei ut illegitimam improbavit: cujus epistolam Leo imperator Timotheo Æluro per Silentiarium misit. At enim Ælurus ad imperatorem rescripsit, Leonis epistolam refellens, et Chalcedonensem synodum quam maxime reprehendens. Episcopi reliqui, itidem ut Papa fecerunt. Solus Amphilochius Sidites ad imperatores scribens, Timothei quidem ordinationem damnavit, synodi autem Chalcedonensis
C decretum non recepit. Quæ omnia a Zacharia rhetore in historiam sunt relata, qui Amphilochii etiam epistolam ei inseruit. Non episcopi vero solum, sed et celebris memoriæ Symeones de his rebus epistolas duas dedit, alteram ad imperatorem Leonem, alteram ad Basilium episcopum Antiochenum: quam, quod brevior sit, hic apposui, verbis hisce conscriptam: «Domino meo piissimo et sanctissimo, Dei amanti Basilio archiepiscopo, peccator et humilis Symeones in Domino salutem. In tempore nunc dicere possumus, domine: *Benedictus Deus, qui non rejecit precationem nostram, et misericordiam suam a nobis peccatoribus non removit.* Acceptis enim sanctitatis vestræ litteris,
D **618** ardorem et veram pietatem Dei amantissimi imperatoris nostri erga sanctos Patres, et certam stabilemque eorum fidem admiratus sum: quam pietatem ille et antea exhibuit, et etiam nunc exhibet. Atque hoc quidem donum non ex nobis ipsis, quemadmodum etiam sanctus Apostolus dixit [1], sed ex Deo est, qui illi eam animi alacritatem propter orationes vestras indidit.» Et post pauca: «Proinde et ego humilis et tenuis, atque adeo abortivus monachus, majestati ejus sententiam meam de fide sanctorum Patrum, qui Chalcedone sexingenti triginta sex convenere, in qua persisto, et per quam confirmor, utpote quæ a Spiritu sancto manifestata sit, significavi. Quod si

[1] Ephes. II, 8.

enim duobus aut tribus in nomine ejus convenientibus, medius inter eos est Salvator: quomodo ad tot et tam sanctos Patres ille advenisset, nisi ab initio cum eis Spiritus sanctus fuisset? » Et post alia: « Itaque fortis esto, et in vera pietate viriliter age, quemadmodum et Jesus Navæ filius, servus Domini, in populo Israelitico. Clerum religiosum, qui sub sanctitate tua est, omnem, et benedictum fidelissimumque populum verbis meis quæso saluta. » Propter hæc omnia, sicuti dictum est, Ælurus quidem Alexandria ejectus est: Timotheus autem alter, qui et Salophaciolus dictus, et ex Proterii partibus erat, pro eo in ecclesiam inductus. De his hactenus.

CAPUT XX.

De horrendo qui sub Leone accidit terræmotu, et diluvio, aliisque item orbis calamitatibus: et de pulvere qui e cœlo decidit.

παῤῥησιασθῆναι Εὐσέβιον. Τὰ ἴσα δὲ εἰπεῖν καὶ τὸν Ἱεροσολύμων Ἰουβενάλιον ἡ πρᾶξις δηλοῖ. Ὁ δὲ Καισαρείας Θαλάσσιος ἔφη, τὴν ἐξουσίαν μὴ ἔχειν. Ὃ δῆτα κατέγνωσαν οἱ ἄρχοντες· μηδὲ γὰρ ἀπολογίαν ταύτην εἶναι πίστεως προκειμένης. Ἐπὶ δὴ τούτοις παριστάνουσιν αἱ πράξεις, μέμψασθαι τὸν Διόσκορον τὰ γινόμενα, ἐπειπόντα· Νῦν ποῖοι κανόνες σώζονται, ὅτι εἰσῆλθε καὶ Θεοδώρητος; Ἀποκρίνασθαί τε τὴν σύγκλητον, κατήγορον εἶναι καὶ διὰ τοῦτο ἐλθεῖν. Εἰπεῖν δὲ Διόσκορον, ὡς ἐν τάξει ἐπισκόπου κάθηται· εἰπεῖν τε αὖθις τὴν σύγκλητον, ὡς καὶ Εὐσέβιος καὶ Θεοδώρητος κατηγόρων τόπον ἐπέχουσιν, ὥσπερ καὶ Διόσκορος κατηγορουμένου τόπον κεκλήρωται. Καὶ δὴ πάσης πράξεως τῆς κατὰ τὴν δευτέραν σύνοδον ἐν Ἐφέσῳ, καὶ τῆς κατὰ Φλαβιανοῦ καὶ Εὐσεβίου ἀποφάσεως ἀνεγνωσμένων, ἐπεὶ πρὸς τῇ ῥήσει ἐγένοντο ὅπου δὴ Ἱλάριος ὁ ἐπίσκοπος ἔφη, « Οἱ τῆς ἀνατολῆς ἐπίσκοποι καὶ οἱ σὺν αὐτοῖς ἐβόησαν· Ἀνάθεμα Διοσκόρῳ· ταύτῃ τῇ ὥρᾳ Διόσκορον ὁ Χριστὸς καθεῖλε· Φλαβιανὸς παρὰ Διοσκόρου καθῃρέθη. Ἅγιε Κύριε, σὺ αὐτὸν ἐκδίκησον. Ὀρθόδοξε βασιλεῦ, σὺ αὐτὸν ἐκδίκησον. Λέοντος πολλὰ τὰ ἔτη. Τοῦ πατριάρχου πολλὰ τὰ ἔτη. » Ἔπειτα καὶ τῶν ἄλλων ἀνεγνωσμένων, ἃ δηλοῦσι καὶ τοὺς ἄλλους τῶν ἐπισκόπων τῇ Φλαβιανοῦ καθαιρέσει συναινέσαι καὶ Εὐσεβίου, οἱ ἐνδοξότατοι ἄρχοντες ταῦτα πρὸς λέξιν ἀνεῖπον· « Περὶ μὲν τῆς ὀρθοδόξου καὶ καθολικῆς πίστεως τελειοτέρας συνόδου γενομένης τῇ ὑστεραίᾳ, ἀκριβεστέραν ἐξέτασιν δεῖν γενέσθαι συνορῶμεν· ἐπειδὴ δὲ Φλαβιανὸς ὁ τῆς εὐσεβοῦς μνήμης, καὶ Εὐσέβιος ὁ τοῦ Δορυλαίου εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος, ἐκ τῆς τῶν πεπραγμένων καὶ διαγνωσθέντων ἐρεύνης, καὶ αὐτῆς τῆς φωνῆς τῶν γενομένων ἐξάρχων τῆς τότε συνόδου ὁμολογησάντων ἐσφάλθαι καὶ μάτην αὐτοὺς καθῃρηκέναι, οὐδὲν περὶ τὴν πίστιν σφαλέντες δείκνυνται, ἀδίκως δὲ καθαιρεθέντες· φαίνεται ἡμῖν κατὰ τὸ τῷ Θεῷ ἀρέσκον δίκαιον εἶναι, εἰ παρασταίη τῷ θειοτάτῳ καὶ εὐσεβεστάτῳ ἡμῶν δεσπότῃ τῶν αὐτῶν ἐπιτιμίων Διόσκορον τὸν εὐλαβέστατον ἐπίσκοπον Ἀλεξανδρείας, καὶ Ἰουβενάλιον τὸν εὐλαβέστατον ἐπίσκοπον Ἱεροσολύμων, καὶ Θαλάσσιον τὸν εὐλαβέστατον ἐπίσκοπον Καισαρείας, καὶ Εὐσέβιον τὸν εὐλαβέστατον ἐπίσκοπον Ἀγκύρας, καὶ Εὐστάθιον τὸν εὐλαβέστατον ἐπίσκοπον Βηρυτῶν, καὶ Βασίλειον τὸν εὐλαβέστατον ἐπίσκοπον Σελευκείας τῆς Ἰσαυρίας, τοὺς ἐξουσίαν ἐσχηκότας καὶ ἐξάρχοντας τῆς τότε συνόδου, ἐκπεσεῖν διὰ τῆς ἱερᾶς ταύτης συνόδου, κατὰ τοὺς κανόνας, τοῦ ἐπισκοπικοῦ ἀξιώματος, πάντων τῶν παρακολουθησάντων τῇ θείᾳ κορυφῇ γνωριζομένων. » Ἐφ' οἷς οἱ ἐκ τῆς ἕω ἐπεβόησαν· « Αὕτη δικαία ἡ κρίσις. » Οἱ δὲ Ἰλλυρικοὶ ἐπεκραύγασαν· « Πάντες ἐσφάλημεν, συγγνώμης πάντες ἀξιωθῶμεν. » Καὶ τῶν ἀνατολικῶν ἐπιβοησάντων, « Αὕτη δικαία ἡ κρίσις· Διόσκορον ὁ Χριστὸς καθεῖλε· τοὺς μάρτυρας ὁ Χριστὸς ἐξεδίκησεν, ὥσθ' ἕκαστον τῶν ἐπισκόπων τὴν ἰδίαν

(1) *Armeniæ*, Evagr., sed perperam.

πίστιν ἐκθέσθαι· εἰδότα, ὡς ὁ θεοφιλέστατος βασιλεὺς, κατὰ τὴν ἔκθεσιν τῶν τι' καὶ ὀκτὼ καὶ τῶν ρν' Πατέρων, ἔτι δὲ καὶ κατὰ τὰς ἐπιστολὰς τῶν ἁγίων Πατέρων Γρηγορίου, Βασιλείου, Ἱλαρίου, Ἀθανασίου, Ἀμβροσίου, καὶ τὰς δύο Κυρίλλου, τὰς ἐν τῇ πρώτῃ ἐν Ἐφέσῳ συνόδῳ παῤῥησιασθείσας, πιστεύει, καί γε τὸν εὐλαβέστατον ἐπίσκοπον τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας Λέοντα τὸν Εὐτυχῆ ἐπὶ τούτοις καθελεῖν. » Καὶ τῆς τοιαύτης δὲ συνελεύσεως πέρας λαβούσης, ἑτέρα πάλιν ἐγίνετο, μόνων τῶν ἁγιωτάτων ἐπισκόπων προκαθεσθέντων· οἷς ἑτέρους λιβέλλους Εὐσέβιος ὁ Δορυλαίου ἐπέδωκεν ὑπέρ τε ἑαυτοῦ καὶ Φλαβιανοῦ. Ἐν ᾧ καὶ μέμψιν Διοσκόρῳ ἐπῆγεν, ὡς ἐπίσης Εὐτυχεῖ θρησκεύοντι· οὗ χάριν καὶ τὴν ἱερωσύνην αὐτοὺς ἀφελέσθαι. Προσετίθει γε μὴν, ὡς καί τινα μὴ τηνικαῦτα εἰρημένα τοῖς ὑπομνήμασιν ἐνέσπειρε· καὶ ὡς ἀγράφῳ χάρτῃ ὑπέγραψαν. Κἀκ κοινῆς ἐδεῖτο ψήφου τῶν συνειλεγμένων, ἄκυρα καὶ ὡς μηδὲ γεγονότα λογίζεσθαι τὰ ἐν τῇ δευτέρᾳ συνόδῳ ἐν Ἐφέσῳ διαπεπραγμένα· καὶ τὴν μὲν ἱερωσύνην αὐτοὺς ἔχειν, τὸ δὲ βέβηλον ἐκεῖνο δόγμα ἀναθεματισθῆναι. Μετὰ δὲ τὴν ἀνάγνωσιν ἠξίου παρεῖναι καὶ τὸν ἀντίδικον. Καὶ διαλαλιᾶς γενομένης παραγενέσθαι, Ἀέτιος ὁ τῶν νοταρίων πριμικήριος παρελθὼν εἶπεν, ὡς διέβη μὲν πρὸς Διόσκορον, ὥσπερ δῆτα καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους, καὶ εἰρήκασι μὴ ἐλθεῖν δύνασθαι ὑπὸ τῶν φυλαττόντων· καὶ διελαλήθη ζητηθῆναι τὸν Διόσκορον πρὸ τοῦ συνεδρίου. Κἀκείνου μὴ εὑρεθέντος, Ἀνατόλιος ὁ τῆς νέας Ῥώμης ἐπίσκοπος εἶπε· Δίκαιόν ἐστιν ἐκεῖνον παραγενέσθαι. Οὗ γενομένου, οἱ πεμφθέντες ἐπανελθόντες εἶπον, ὡς εἴρηκε, Φυλάσσομαι ἐγώ. Εἰ δὲ συγχωρήσουσιν, ἥκω, καὶ ἕτοιμός εἰμι πρὸς τὴν θείαν παραγενέσθαι σύνοδον. Προστέθεικε δὲ τοῦτο Ἱμέριος· ὡς ἐκ Διοσκόρου ἐρχομένων, συναντᾷ Βοηθὸς αὐτοῖς καὶ τῷ μαγίστρῳ τῶν θείων ὀφφικίων. Καὶ σὺν ἐκείνῳ οἱ ἐπίσκοποι πρὸς Διόσκορον αὖθις ἦλθον, καὶ εἶπον ἐν σημείοις τινὰ ἔχειν ἐρεῖν αὐτῷ. Ὥνπερ ἀναγνωσθέντων, δηλοῖ ταῦτα πρὸς λέξιν εἰπεῖν τὸν Διόσκορον· « Συναγαγὼν ἐμαυτὸν, καὶ γνοὺς τὸ συμφέρον, τάδε ἀποκρίνομαι· Ἐπειδὴ ἐν τῇ πρὸ ταύτης συνόδῳ καθεζόμενοι οἱ μεγαλοπρεπέστατοι ἄρχοντες, ὥρισαν πολλὰ μετὰ πολλὰς ἑκάστῳ διαλαλιάς· νῦν δὲ εἰς δευτέραν καλοῦμαι σύνοδον εἰς τὴν τῶν προειρημένων ἀνασκευὴν, παρακαλῶ τοὺς πρώην ἐν τῇ συνόδῳ παραγενομένους μεγαλοπρεπεστάτους ἄρχοντας, καὶ τὴν ἱερὰν σύγκλητον καὶ νῦν παρεῖναι, ἵνα πάλιν τὰ αὐτὰ γυμνασθῇ. » Πρὸς οὖν ταῦτα Ἀκάκιον ἡ πρᾶξις δηλοῖ τοιάδε ἀπολογήσασθαι· Οὐχ οὕτως ἐκέλευσεν ἡ ἁγία καὶ μεγάλη σύνοδος τὴν ὑμετέραν ἁγιότητα παρεῖναι, ὥστε ἀνασκευασθῆναι τὰ ἐπὶ τῶν μεγαλοπρεπεστάτων ἀρχόντων καὶ ἐπὶ τῆς ἱερᾶς συγκλήτου πραχθέντα· ἀλλ' ἡμᾶς ἀπέστειλεν ὥστε καταλαβεῖν σε τὸ συνέδριον, καὶ μὴ ἀπολειφθῆναι αὐτοῦ τὴν σὴν ὁσιότητα. Πρὸς ὃν ἀντεῖπε Διόσκορος, ὅτι Νῦν εἰρήκατέ μοι ὅτι λιβέλλους ἐπιδέδωκεν ὁ Εὐσέβιος. Εἰ τοίνυν τοῦτο, πάλιν δέομαι τὰ κατ' ἐμὲ τυχεῖν ἐξετάσεως ἐπὶ τῶν ἀρχόντων καὶ τῆς συγκλήτου.

A tales rursum : « Hoc justum est judicium ; Christus Dioscorum exauctoravit, Christus martyres vindicavit. » **641** Hic senatum episcopum quemque fidei suæ professionem in scriptum referre jussisse : quibus etiam is, ut scirent, indicarit, Dei amantissimum imperatorem, juxta formulam a trecentis decem et octo, et rursum a centum quinquaginta Patribus editam, et juxta epistolas sanctorum Patrum Gregorii, Basilii, Hilarii, Athanasii, Ambrosii, et duas illas Cyrilli, quæ in priore Ephesina synodo publicatæ essent, credere, et religiosissimum Romanæ Ecclesiæ antistitem Leonem Eutychetem abdicasse. Conventu seu congressu eo soluto, alium rursum institutum esse, in quo soli sanctissimi episcopi consederint. Eis libellum alium, de se et B Flaviano conscriptum, Eusebium Dorylæi antistitem obtulisse, in quo Dioscorum eo etiam nomine criminatus sit, quod idem cum Eutychete sentiret, cujus rei gratia et Flavianus et ipse ab eo exauctorati essent. Addidisse quoque pleraque verba, quæ tum dicta non essent, commentariis actorum esse aspersa. Et quod subscriptiones in charta pura factæ essent. Petiisse insuper ut communi eorum qui sic congregati essent, suffragio, quæcunque in posteriore Ephesina synodo acta essent, auctoritate eis omni adempta, perinde atque acta non essent, abolerentur, ipsis sacerdotalis dignitas restitueretur, et impium illud dogma anathemate jugularetur. Post libelli lectionem eumdem postulasse, ut adversarius quoque adesset. Ibi cum interlocutione C prolata jussum esset, ut adesset, Aetium primicerium inter notarios progressum, ad eos dixisse, accessisse se ad Dioscorum, sicuti etiam ad reliquos. Illos autem dixisse, venire se propter adversariorum insidias non posse. Ibi rursus facta interlocutione decretum est, ut Dioscorus ante concilium quæreretur. Eo vero non invento, Anatolius novæ Romæ episcopus dixit, æquitatem et justitiam, ut ille adesset, efflagitare. Itaque quæsitum esse, et qui ad eum missi erant reversos, hoc sic eum dixisse renuntiasse, insidias sibi fieri. Sin ei tuto venire permitteretur, paratum se ut in sanctam synodum veniret, esse. Himerium illud addidisse, cum a Dioscoro digressi essent, D Boethum eis et magistro divinorum officiorum obviam venisse, cum quo episcopi ad Dioscorum reversi, habere se dixerint, quod cum eo ex scripto agerent. Quod ubi lectum esset, Dioscorum hæc verba dixisse actorum liber refert : **642** « Cum de me ipso deliberarim, et id quod utile commodumque est considerarim, hoc sic respondeo : Quandoquidem in proximo consessu magnificentissimi principes qui in concilio sedent, multa post multas interlocutiones decrevere : et nunc ego in consessum alium, ad ea quæ dicta sunt revocanda atque abolenda evocor, peto ut magnificentissimi principes qui proxime synodo interfuere, et sacer senatus nunc etiam intersint, ut de iisdem rebus denuo inquiratur. » Ad quæ verba

acta Acacium ita respondisse testantur: Non ita sancta et magna synodus sanctitatem tuam adesse jussit, ut ea inducantur, quæ in præsentia magnificentissimorum principum et sacri senatus acta sunt. Sed nos ad te misit, ut in consessum ejus venires, et ab eo sanctitas tua non abesset. Ad quem Dioscorus: Modo, inquit, mihi dixistis, Eusebium libellum contra me obtulisse. Quod si id factum est, iterum peto, ut de rebus meis in principum et senatus præsentia disquisitio fiat. Et aliis quibusdam hujusmodi verbis interpositis, alios rursum missos esse, qui Dioscorum, ut rebus agendis adesset, accerserent. Quod ubi factum esset, reversos illos, hisce eum verbis usum esse retulisse: Antea quoque pietati vestræ indicavi, valetudine adversa me correptum esse, et petere, ut magnificentissimi principes et sacer senatus nunc quoque rerum inquisitioni et judicio adsint. Cum vero valetudo mea invaluerit, diffundi ob eam causam diem postulo. Commentarii actorum porro indicant, Cecropium Dioscoro dixisse: Nihil cum antea de valetudine allegasse. Proinde illum, pro eo atque deberet, canonibus satisfacere oportere. Cui rursum Dioscorus responderit: Semel se dixisse, principes adesse debere. Sub hæc Rufinum Samosatenum episcopum retulisse: canonice synodum atque consessum institutum esse, ad quem si veniret, liberum ei, ut quæ vellet diceret, fore. Et cum Dioscorus, an rebus agendis etiam Juvenalis et Thalassius et Eustathius interessent, rogaret: nihil illos ad rem id pertinere, respondisse. Ad quæ verba Dioscorum acta subjunxisse tradunt: Imperatorem Christi amantissimum se oravisse, ut principes viri, et qui cum ipso judicio contendunt, adsint. Tum vero eos qui missi ad eum fuerant dixisse: Eusebium solum eum accusare, et omnes adesse debere. Atque ibi Dioscorum, eos quoque præsto oportere esse, dixisse, qui una secum judicis munere functi essent. **643** Nihil enim, inquit, mihi privati negotii aut criminis cum Eusebio est, quod non cum aliis qui mecum condemnationis sententiam tulerunt, commune sit. Et cum ejus rei gratia diutius internuntii apud eum morati essent, Dioscorum tandem hisce verbis eis respondisse: Semel vobis quæ dicenda erant dixi, et quod amplius dicam non habeo. Quæ ubi ad episcopos fuissent relata, Eusebium, cum uno Dioscoro, neque cum alio quopiam judicium sibi esse, dixisse: Dioscorumque tertio etiam citari postulavisse. Ibi tum Aetium significasse, paulo ante quosdam, qui se clericos esse dixissent, et alios ab Alexandria laicos et populares homines, libellos sibi adversus Dioscorum obtulisse, eosque pro consessus foribus vociferantes astare. Dedisse autem libellum primum Theodorum Alexandrinæ Ecclesiæ diaconum, deinde diaconum alterum Ischyrionem (1) nomine, et Athanasium presbyterum Cy-

A Καὶ ἄλλων δή τινων τοιούτων κειμένων, αὖθις ἐστέλλοντο ἕτεροι καὶ μετεστέλλοντο τὸν Διόσκορον τοῖς πραττομένοις παρεῖναι. Οὗ γενομένου, ἐπανελθόντες οἱ πεμφθέντες, τάδε εἰπεῖν ἐκεῖνον εἰρήκασιν· Ἤδη φθάσας δεδήλωκα τῇ ὑμετέρᾳ θεοσεβείᾳ ὅτι καὶ ἀῤῥωστίᾳ συνέχομαι, καὶ ἐξαιτῶ, ὥστε καὶ τοὺς μεγαλοπρεπεστάτους ἄρχοντας καὶ τὴν ἱερὰν σύγκλητον καὶ νῦν παρεῖναι τῇ τῶν ἐξετασθησομένων κρίσει. Ἐπειδὴ δέ μοι τὰ τῆς ἀῤῥωστίας ἐπετάθη, τούτου χάριν τὴν ὑπέρθεσιν πεποίημαι. Δηλοῦσι δὲ τὰ ὑπομνήματα Κεκρόπιον εἰπεῖν πρὸς Διόσκορον, μηδὲν εἰπεῖν πρότερον περὶ ἀσθενείας, καὶ ὀφειλὴν ἔχειν τὸ ἐφειμένον τοῖς κανόσι ποιεῖν. Πρὸς ὃν εἰπεῖν αὖθις Διόσκορον· Ἅπαξ εἶπον ὀφείλειν παρεῖναι τοὺς ἄρχοντας. Ῥουφῖνον δὲ τῶν Σαμοσάτων ἐπί- B σκοπον ἀντιφθέγξασθαι, κανονικὴν εἶναι τῶν κεκινημένων τὴν σύνοδον· καὶ εἴ γε παραγένοιτο, ἃ βούλεται διεξελθεῖν, ἐλευθέρως ἔχειν. Ἐρομένου δὲ Διοσκόρου εἰ πάρεστι τοῖς δρωμένοις καὶ Ἰουβενάλιος καὶ Θαλάσσιος καὶ Εὐστάθιος, ἀποκρίνασθαι μηδὲν εἶναι πρὸς λόγον ἐκείνους. Πρὸς ἃ Διόσκορον, Ἡ πρᾶξις, φάναι, δηλοῖ, παρακαλέσαι τὸν φιλόχριστον βασιλέα, ὥστε καὶ τοὺς ἄρχοντας παρεῖναι, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ τηνικαῦτα δικάσαντας. Ἴδιον γάρ τι πρᾶγμα μὴ ἔχειν πρὸς τὸν Εὐσέβιον, ἀλλ' ἢ ἄρα περὶ ὧν καὶ ἄλλοι κατεψηφίσαντο. Πλεῖστα δ' ἐπιμεινάντων τῶν πεμφθέντων τούτου χάριν, ἀπέφησεν ὁ Διόσκορος εἰπών· Ἅπαξ εἶπον ὅπερ εἶπον, καὶ περαιτέρω λέγειν οὐκ ἔχω. Εὐσέβιον δὲ πρὸς C ταῦτα φάναι, πρὸς μόνον τὸν Διόσκορον τὴν δίκην ἔχειν, καὶ πρὸς μηδένα ἕτερον· καὶ ἠξίου καὶ ἐκ τρίτου κληθῆναι Διόσκορον. Καὶ ὑπολαβὼν Ἀέτιος ἔλεγε, τινὰς οὐ πάνυ πόῤῥω κληρικοὺς ἑαυτοὺς εἶναι λέγοντας μετὰ καὶ ἄλλων λαϊκῶν τῆς Ἀλεξάνδρου, λιβέλλους ἐπιδοῦναι κατὰ Διοσκόρου· νῦν δὲ πρὸ τοῦ συνεδρίου ἑστῶτας ἀναβοᾷν. Καὶ πρῶτος Θεόδωρος διάκονος τῆς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Ἐκκλησίας γενόμενος, λίβελλον ἐπιδέδωκεν· εἶτα καὶ διάκονος ἕτερος Ἰσχυρίων ὄνομα, καὶ Ἀθανάσιος πρεσβύτερος ἀδελφιδοῦς Κυρίλλου, πρὸς ἐπὶ τούτοις δὲ καὶ Σωφρόνιος· δι' ὧν βλάσφημόν τε ἐκεῖνον ἐδείκνυον, καὶ χρήματα βίᾳ ἀφελόμενον· καὶ περί τινων σωματικῶν διεξῄεσαν. Καὶ ἐπὶ τούτοις καὶ τρίτη κλῆσις Διοσκόρῳ ἐγίνετο ὥστε παρεῖναι. Καὶ ἐπανελθόντες D οἱ τὸν λόγον διασωσάμενοι, εἰρήκασι φάναι Διόσκορον, αὐτάρκως πρώην ἀπολογήσασθαι, καὶ νῦν μηδὲν ἔχειν πλέον ἐρεῖν. Τῶν δ' ἀπεσταλμένων ἐπικειμένων, κἀκείνου τὰ ἴσα λέγοντος, Πασχασῖνος ἐπίσκοπος εἶπε· Καὶ ἐς τρίτον ἤδη κληθεὶς ὁ Διόσκορος οὐδαμῶς παρεγένετο, τῇ συνειδήσει ἴσως βαλλόμενος. Καὶ τῶν ἐπισκόπων ἀνεπυνθάνετο, τίνος ἄξιος εἴη. Ἐκείνων δὲ τοῖς κανόσιν ὑποπεσεῖν εἰρηκότων, Προτέριος ἐπίσκοπος Σμύρνης εἶπεν· Ὅτε ἐφονεύθη Φλαβιανὸς, οὐδέν τι ἀκόλουθον ἐπ' αὐτῷ διεπράχθη. Οἱ τὸν τόπον ἐπέχοντες Λέοντος τοῦ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης ἐπισκόπου ταῦτ' ἐπὶ λέξεως ἀπεφήναντο· « Δῆλα γεγένηται τὰ τετολμημένα Διοσκόρῳ τῷ

(1) Sive Ischyram.

γενομένῳ τῆς Ἀλεξανδρέων μεγαλοπόλεως ἐπισκόπῳ κατὰ τῆς τῶν κανόνων τάξεως καὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς καταστάσεως ἐκ τῶν ἤδη ἐξετασθέντων ἐν τῷ πρώτῳ συνεδρίῳ, καὶ ἀπὸ τῶν σήμερον πεπραγμένων. Οὗτος γὰρ, ἵνα τὰ πολλὰ παραλίπωμεν, Εὐτυχῆ τὸν ὁμόδοξον αὐτοῦ καθαιρεθέντα κανονικῶς παρὰ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, τοῦ ἐν ἁγίοις φαμὲν Πατρὸς ἡμῶν καὶ ἀρχιεπισκόπου Φλαβιανοῦ, αὐθεντήσας ἀκανονίστως εἰς κοινωνίαν ἐδέξατο, πρινὴ συνεδρεῦσαι ἐν τῇ Ἐφεσίων μετὰ τῶν θεοφιλῶν ἐπισκόπων. Ἀλλ' ἐκείνοις μὲν ὁ ἀποστολικὸς θρόνος συγγνώμην ἀπένειμεν ἐπὶ τοῖς ἐκεῖσε μὴ κατὰ γνώμην αὐτῷ πεπραγμένοις· οἳ καὶ διετέλεσαν μέχρι τοῦ παρόντος ἑπόμενοι τῷ ἁγιωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ Λέοντι καὶ πάσῃ τῇ ἁγίᾳ καὶ οἰκουμενικῇ συνόδῳ. Οὗ δὴ χάριν καὶ ἐν τῇ αὐτοῦ κοινωνίᾳ αὐτοὺς ὁμοπίστους ἐδέξατο. Οὗτος δὲ καὶ μέχρι τοῦ παρόντος διέμεινε σεμνυνόμενος ἐπ' ἐκείνοις, ἐφ' οἷς ἔδει στένειν, καὶ εἰς γῆν κεκυφέναι ὀφείλει. Πρὸς τούτοις δὲ οὐδὲ τὴν ἐπιστολὴν ἀναγνωσθῆναι συνεχώρησε τοῦ μακαριωτάτου πάππα Λέοντος, τὴν γραφεῖσαν παρ' αὐτοῦ πρὸς τὸν μακαριώτατον Φλαβιανὸν, καὶ ταῦτα πολλάκις παρακληθεὶς ἀναγνῶναι ταύτην ὑπὸ τῶν κεκομικότων, καὶ μεθ' ὅρκων ποιήσασθαι τὴν ἀνάγνωσιν ὑποσχόμενος· ἧς μὴ ἀναγνωσθείσης, σκανδάλων καὶ βλάβης αἱ ἀνὰ τὴν οἰκουμένην ἁγιώταται ἐπληρώθησαν Ἐκκλησίαι. Ἀλλ' ὅμως τοιούτων παρ' αὐτοῦ τολμηθέντων, ἐπισκοποῦμεν περὶ τῆς προτέρας αὐτοῦ ἀνοσίας πράξεως, φιλανθρωπίας τινὸς αὐτὸν ἀξιῶσαι, ὡς καὶ τοὺς λοιποὺς θεοφιλεστάτους ἐπισκόπους, καίτοι μηδὲ τὴν αὐθεντίαν αὐτῶν παραπλησίως τῆς κρίσεως ἐσχηκότας. Ἐπειδὴ δὲ τοῖς δευτέροις τὴν προτέραν παρανομίαν ὑπερηκόντισεν, ἐτόλμησε δὲ καὶ ἀκοινωνησίαν ὑπαγορεῦσαι κατὰ τοῦ ἁγιωτάτου καὶ ὁσιωτάτου ἀρχιεπισκόπου τῆς μεγάλης Ῥώμης Λέοντος, πρὸς δὲ τούτοις καὶ λιβέλλων παρανομιῶν μεστῶν κατ' αὐτοῦ προσενεχθέντων τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ συνόδῳ, καὶ ἅπαξ καὶ δὶς καὶ τρὶς διὰ θεοφιλῶν ἐπισκόπων κανονικῶς κληθεὶς οὐχ ὑπήκουσεν, ὑπὸ τοῦ ἰδίου συνειδότος δηλονότι κεντούμενος, καὶ τοὺς παρὰ συνόδων διαφόρων ἐνθέσμως καθαιρεθέντας παρανόμως ἐδέξατο, αὐτὸς καθ' ἑαυτοῦ τὴν ψῆφον ἐξήνεγκε διαφόρως τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς πατήσας θεσμούς. Ὅθεν ὁ ἁγιώτατος καὶ μακαριώτατος ἀρχιεπίσκοπος τῆς μεγάλης καὶ πρεσβυτέρας Ῥώμης Λέων δι' ἡμῶν καὶ τῆς παρούσης συνόδου μετὰ τοῦ τρισμακαρίου καὶ πανευφήμου Πέτρου τοῦ ἀποστόλου, ὅς ἐστι πέτρα καὶ κρηπὶς τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας, καὶ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως θεμέλιος τυγχάνει, ἐγύμνωσεν αὐτὸν τοῦ τε ἐπισκοπικοῦ ἀξιώματος, καὶ πάσης ἱερατικῆς ἠλλοτρίωσεν ἐνεργείας. Τοιγαροῦν ἡ ἁγία αὕτη καὶ μεγάλη σύνοδος τὰ δόξαντα τοῖς κανόσιν ἐπὶ τῷ μνημονευθέντι Διοσκόρῳ ψηφίσηται. »

A rilli fratris filium, et item Sophronium : in quibus libellis blasphemum illum esse, et per vim pecuniam hominibus extorsisse, et de corporalibus insuper quibusdam supplicantes retulerint. Sub hæc, tertio Dioscorum, ut se sisteret, citatum esse. Et eos qui ad illum missi fuerant, reversos, verba ejus memoriæ mandata retulisse : Dioscorum scilicet dixisse, abunde satis se antea respondisse, neque jam quod insuper diceret habere. Atque ubi internuntii ei identidem institissent, et ille eadem sæpe verba repetiisset, Paschasinum episcopum dixisse : Tertio etiam evocatus Dioscorus haudquaquam comparet, propterea fortasse quod eum conscientia mordeat : episcoposque eum interrogasse, quidnam is commeritus esset? Et cum illi in ca-
B nones eum commisisse dixissent, Proterium Smyrnensem episcopum prolocutum esse : Cum Flavianus cæsus est, nihil tum ordine legitimo de eo est actum. Et Leonis veteris Romæ antistitis legatos in hæc verba sententiam dixisse, commentarius synodi perhibet : « In lucem producta sunt, quæ Dioscorus, qui magnæ Alexandrinorum urbis episcopus fuit, adversus canonum sanctiones et ecclesiasticas constitutiones facere ausus est, per inquisitionem in consessu primo institutam, et per ea quæ hodierno die sunt acta ; ille enim, ut multa omittamus, Eutychetem opinionis suæ popularem, canonice et legitime ab episcopo suo, eo scilicet qui inter sanctos degit, **644** Patre nostro et ar-
C chiepiscopo Flaviano, exauctoratum, auctoritatem sibi ipsi arrogans contra canonum sententiam, prius etiam ad communionem admisit, quam piis Dei amantibus episcopis Ephesi assederit. Sedentia sedes apostolica, aliis gratiam de rebus quas contra voluntatem et sententiam ejus admiserunt, fecit : atque illi ad hunc usque diem sanctissimum archiepiscopum Leonem, et sanctam universalem Ecclesiam sequi perseverarunt. Quamobrem in communionem etiam suam ipsos, ut ejusdem fidei cultores, recepit. Iste autem ad præsens etiam tempus se gloriose de rebus eis jactitat, propter quas anxie eum lugere et submisse terram spectare oportuit. Ad hæc epistolam quoque beatissimi papæ Leonis legi non permisit, ad beatissimum
D Flavianum ab eo scriptam, cum quidem de ea legenda, ab eis qui illam attulerant rogatus, jurejurando interposito, lectionem ejus pollicitus esset, quapropter ea non lecta, per scandala et offendicula sanctissimæ in orbe Ecclesiæ plurimum cepere detrimenti. Nos vero, tametsi talia ausus sit, de prioribus tamen ejus impie factis, ut misericordia eum, sicuti et alios Dei amantissimos episcopos, qui non eam quam sibi usurparunt judicandi habuere potestatem, dignaremur, prospeximus. Quandoquidem autem ille priora facinora posterioribus flagitiis superarit, et excommunicationem adversus sanctissimum et piissimum magnæ Romæ archiepiscopum Leonem dictare et promulgare ausus est, atque insuper libellum contra illum criminibus iniquis plenum sanctæ et magnæ synodo obtulit : semel denique iterum ac tertio a piis episcopis canonice citatus, dicto audiens non fuit, conscientia scilicet ipse sua ictus, multosque rite atque ordine a pluribus synodis exauctoratos

contra leges et constitutiones suscepit, sententiam ipse adversus seipsum ecclesiasticis sanctionibus variis modis proculcatis tulit. Proinde sanctissimus et beatissimus archiepiscopus magnæ et veteris Romæ Leo, per nos et synodum præsentem, una cum ter beato et celeberrimo Petro apostolo, qui est petra et basis Ecclesiæ catholicæ, fundamentumque orthodoxæ et rectæ fidei, **645** episcopalem ei abrogavit dignitatem, et ab omni sacerdotali ministerio alienum esse decrevit. Itaque sancta hæc et magna synodus, de eo qui dictus est Dioscoro, juxta sententiam canonum, calculis suffragiisque suis, quod ei videbitur, statuet. »

Hæc omnia, cum auctoritate sua Anatolius, A Maximus, et cæteri episcopi, præter eos qui una cum Dioscoro exauctorati fuerant, confirmassent, relationem de omnibus rebus synodalem ad Marcianum imperatorem missam esse acta dicunt. Cui sententia quoque qua Dioscoro dignitas abrogata est, adjuncta fuerit, verbo ad verbum sic habens, sicuti etiam ipsi Dioscoro et insinuata. « Scito te, propter sacrorum canonum contemptum, et quam sanctæ isti universali synodo exhibuisti inobedientiam, propterea quod præter crimina alia, de quibus manifesto convictus es, tertium a sancta hac magna synodo juxta sacros canones citatus, ut ad dicendam causam adesses, non comparueris, decimo tertio vertentis hujus Octobris mensis die, a sancta et universali synodo B exauctoratum, ab episcopatu et omni ecclesiastica constitutione alienum esse. » Post hæc, ubi de his rebus litteræ ad episcopos Alexandriam scriptæ, et edicta contra Dioscorum composita fuissent, finem etiam suum congressum istum habuisse. Cæterum cum rursum convenissent, de recta fide tractatum, et ne formula ulla alia conciperetur, decretum esse : et posteaquam res Eutychetis finem suum accepissent, et ab episcopo Romano per constitutionem conformatæ essent, quam etiam omnes comprobarent, omnes eadem se dicere sæpiusque repetere, exclamasse. Postquam etiam principes postulassent, ut patriarcha quilibet unum aut alterum episcopum ex diœcesi et administra- C tione sua designaret, quo unius cujusque sententia manifesto apud omnes proferretur : Florentium Sardensem episcopum, episcopis ut re deliberata id faceret permittentibus, et Cecropium Sebastopolis episcopum, sic postea verba fecisse : « Fides rite a trecentis decem et octo sanctis Patribus in formulam redacta, et rursum a sanctis Patribus Athanasio, Cyrillo, Cœlestino, Hilario, Basilio, Gregorio, atque nunc denuo a sanctissimo Leone confirmata est. Rogamus igitur, ut sanctorum trecentorum decem et octo Patrum, sanctissimique **646** Leonis scriptum legatur. » Id ubi factum esset, synodum universam exclamasse : « Hæc orthodoxorum recteque sentientium fides est : ita omnes credimus : papa Leo sic credit : Cyrillus sic credidit : D papa fidem sic exposuit. » Porro interlocutione et deliberatione alia habita, ut etiam quæ centum et quinquaginta Patres ediderunt, legerentur, lecta ea quoque esse. Ad quæ synodus rursum exclamaverit : « Hæc omnium nostrum et fides, hæc orthodoxorum est fides ; ita omnes credimus. » His dictis, Aetium

A Τούτων δὲ πάντων κῦρος εἰληφότων παρά τε Ἀνατολίου, καὶ Μαξίμου, καὶ τῶν λοιπῶν ἐπισκόπων, πλὴν ἐκείνων, ὅσοι σὺν Διοσκόρῳ καθῃρέθησαν, ἀναφορὰ περὶ πάντων συνοδικὴ Μαρκιανῷ τῷ βασιλεῖ ἀπεστέλλετο. Ἐπέμπετο δὲ καὶ ἡ καθαίρεσις Διοσκόρου ἔχουσα ἐπὶ λέξεως ὧδε· « Γίνωσκε σαυτὸν διὰ τὴν τῶν θείων κανόνων ὑπεροψίαν, καὶ διὰ τὴν ἀπείθειάν σου τὴν περὶ τὴν ἁγίαν ταύτην καὶ οἰκουμενικὴν σύνοδον, ὑπὲρ ὧν πρὸς τοῖς ἄλλοις πλημμελήμασιν οἷς ἑάλως, καὶ τρίτον κληθεὶς παρὰ τῆς ἁγίας ταύτης καὶ μεγάλης συνόδου κατὰ τοὺς θείους κανόνας ἐπὶ τὸ ἀποκρίνασθαι, τοῖς ἐπαγομένοις οὐκ ἀπήντησας, μηνὶ Ὀκτωβρίῳ τῷ ἐνεστῶτι τρισκαιδεκάτῳ παρὰ τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς συνόδου καθῃρῆσθαι τῆς ἐπισκοπῆς, καὶ παντὸς ἐκκλησια- B στικοῦ θεσμοῦ ὑπάρχειν ἀλλότριος. » Μετέπειτα τῶν περὶ τούτων γραφέντων καὶ πρὸς τοὺς κατὰ Ἀλεξάνδρειαν ἐπισκόπους προθέματος κατὰ Διοσκόρου γενομένου, πέρας καὶ τὰ τῆς τοιαύτης ἐδέχετο συνελεύσεως. Αὖθις τοίνυν συναλισθέντων, τὰ περὶ τῆς ὀρθῆς πίστεως ἠρευνῶντο· καὶ διεκρίνετο μήτι περαιτέρω τυποῦσθαι, ἅπαξ τῶν κατ' Εὐτυχῆ πέρας δεξαμένων, καὶ παρὰ τοῦ ἐν Ῥώμῃ ἐπισκόπου διατυπωθέντων· οἷς καὶ πάντες συνῄνεσαν· καὶ πάντων εἰπόντων τὰ αὐτὰ καὶ πάλιν λέγειν· ἐπειπόντων δὲ καὶ τῶν ἀρχόντων, ἕκαστον πατριάρχην ἓν ἢ δύο ἐπιλεξάμενον πρόσωπα τῆς κατ' αὐτὸν διοικήσεως εἰς μέσον ἥκειν, ὥσθ' ἑκάστου γνώμην φανερὰν ἅπασιν ἐγγενέσθαι, Φλωρέντιος ἐπίσκοπος Σάρδεων, C τῶν ἐπισκόπων ἐνδεδωκότων, ἐφ' ᾧ μετὰ σκέψεως ἐπὶ ταῦτα ἐλθεῖν, Κεκρόπιος ἐπίσκοπος Σεβαστοπόλεως ταῦτ' ἐπὶ λέξεως ἔφησεν· « Ἡ πίστις καλῶς εἴρηται τῶν τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ ἁγίων Πατέρων· καὶ ἐβεβαιώθη πάλιν παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων, Ἀθανασίου, Κυρίλλου, Κελεστίνου, Ἱλαρίου, Βασιλείου, Γρηγορίου, καὶ νῦν πάλιν διὰ τοῦ ἁγιωτάτου Λέοντος. Ἀξιοῦμεν καὶ τὰ τῶν ἁγίων Πατέρων τῶν τριακοσίων ιη', καὶ τὰ τοῦ ὁσιωτάτου Λέοντος ἀναγνωσθῆναι· » ὧν ἀνεγνωσμένων, ἡ πᾶσα σύνοδος τάδ' ἐπεκραύγασεν· « Αὕτη ἡ πίστις τῶν ὀρθοδόξων· οὕτω πάντες πιστεύομεν· ὁ πάππας Λέων οὕτω πιστεύει· Κύριλλος οὕτως ἐπίστευσεν· ὁ πάππας οὕτως ἡρμήνευσεν. » Ἑτέρας τοίνυν διαλαλιᾶς γενομένης, ὥστ' ἀναγνώσεως τυχεῖν καὶ τὰ παρὰ τῶν D ρν' ἁγίων ἐκτεθειμένα, ἀνεγνώσθη καὶ ταῦτα· πρὸς ἃ οἱ τῆς συνόδου αὖθις ἐβόησαν· « Αὕτη ἡ πάντων πίστις· αὕτη ἡ πίστις τῶν ὀρθοδόξων· οὕτω πάντες πιστεύομεν. » Τούτων εἰρημένων Ἀέτιος ὁ ἀρχιδιάκονος παρελθὼν εἶπεν ἀνὰ χεῖρας ἔχειν τὴν πρὸς Νεστόριον ἐπιστολὴν Κυρίλλου τοῦ θεσπεσίου, ἣν οἱ ἐν Ἐφέσῳ ἀθροισθέντες οἰκείαις χερσὶν ἐκύρωσαν· ἔτι δὲ φέρειν καὶ ἑτέραν ἐπιστολὴν αὐτοῦ Κυρίλλου

A πρὸς Ἰωάννην τὸν Ἀντιοχείας γραφεῖσαν, ἐπίσης τε καὶ ταύτην βεβαιωθεῖσαν· ἃς καὶ ἐζήτει ἀναγνώσεως ἀξιωθῆναι. Καὶ διαλαλιᾶς γενομένης, καὶ ἄμφω ἀναγνώσεως ἔτυχον, ὧν τῆς προτέρας αὐτοῖς ὀνόμασιν ἡ περιοχὴ ταῦτα ἐδήλου· « Τῷ εὐλαβεστάτῳ καὶ θεοσεβεστάτῳ συλλειτουργῷ Νεστορίῳ Κύριλλος. Καταφλυαροῦσιν, ὡς μανθάνω, τινὲς τῆς ἐμῆς ὑπολήψεως ἐπὶ τῆς σῆς θεοσεβείας· καὶ τοῦτο συχνῶς· τὰς τῶν ἐν τέλει συνόδους καιροφυλακτοῦντες μάλιστα, καὶ τάχα που καὶ τέρπειν οἰόμενοι τὴν σὴν ἀκοήν. » Καὶ μετ' ὀλίγα· « Ἔφη τοίνυν ἡ ἁγία καὶ μεγάλη σύνοδος αὐτὸν τὸν ἐκ Θεοῦ καὶ Πατρὸς κατὰ φύσιν γεννηθέντα Υἱὸν μονογενῆ, τὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ Θεὸν ἀληθινόν, τὸ φῶς ἐκ τοῦ φωτὸς, δι' οὗ τὰ πάντα πεποίηκεν ὁ Πατὴρ, κατελθεῖν, σαρκωθῆναι, B ἐνανθρωπῆσαι, παθεῖν, ἀναστῆναι τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, ἀνελθεῖν εἰς οὐρανούς. Τούτοις καὶ ἡμᾶς ἕπεσθαι δεῖ καὶ τοῖς λόγοις καὶ τοῖς παραδείγμασιν, ἐννοοῦντας, τί τὸ σαρκωθῆναι καὶ ἐνανθρωπῆσαι δηλοῖ τὸν Θεὸν Λόγον. Οὐ γάρ φαμεν ὅτι ἡ τοῦ Λόγου φύσις μεταποιηθεῖσα γέγονε σάρξ, ἀλλ' οὐδὲ εἰς ὅλον ἄνθρωπον μεταβληθῆναι τὸν ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος· ἐκεῖνο δὲ μᾶλλον, ὅτι σάρκα ἐψυχωμένην, ψυχῇ λογικῇ ἑνώσας ὁ Λόγος ἑαυτῷ καθ' ὑπόστασιν, ἀφράστως καὶ ἀπερινοήτως γέγονεν ἄνθρωπος, καὶ κεχρημάτικεν Υἱὸς ἀνθρώπου· οὐ κατὰ θέλησιν μόνην ἢ εὐδοκίαν, ἀλλ' οὐδὲ ὡς ἐν προσλήψει προσώπου μόνου· καὶ ὅτι διάφοροι μὲν αἱ πρὸς ἑνότητα τὴν ἀληθινὴν συνενεχθεῖσαι φύσεις· εἷς δὲ ἐξ ἀμφοῖν Χριστὸς καὶ Υἱός· οὐχ ὡς τῆς τῶν φύσεων C διαφορᾶς ἀνῃρημένης διὰ τὴν ἕνωσιν· ἀποτελεσασῶν δὲ μᾶλλον ἡμῖν τὸν ἕνα Κύριον καὶ Χριστὸν καὶ Υἱὸν ἐκ θεότητός τε καὶ ἀνθρωπότητος διὰ τῆς ἀφράστου καὶ ἀποῤῥήτου πρὸς ἑνότητα συνδρομῆς. » Καὶ μεθ' ἕτερα· « Ἐπειδὴ δὲ δι' ἡμᾶς καὶ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν ἑνώσας ἑαυτῷ καθ' ὑπόστασιν τὸ ἀνθρώπινον προῆλθεν ἐκ γυναικὸς, ταυτὶ λέγεται καὶ γεννηθῆναι σαρκικῶς. Οὐ γὰρ πρῶτον ἄνθρωπος ἐγεννήθη κοινῶς ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου, εἶθ' οὕτως καταπεφοίτηκεν ἐπ' αὐτὸν ὁ Λόγος· ἀλλ' ἐξ αὐτῆς τῆς μήτρας ἑνωθεὶς ὑπομεῖναι λέγεται γέννησιν σαρκικὴν, ὡς τῆς ἰδίας σαρκὸς τὴν γέννησιν οἰκειούμενος. Οὕτω φαμὲν αὐτὸν παθεῖν καὶ ἀναστῆναι, οὐχ ὡς τοῦ Θεοῦ Λόγου παθόντος εἰς ἰδίαν φύσιν, ἢ D πληγὰς, ἢ διατρήσεις ἥλων, ἢ γοῦν τὰ ἕτερα τῶν τραυμάτων· ἀπαθὲς γὰρ τὸ Θεῖον, ὅτι καὶ ἀσώματον. Ἐπειδὴ δὲ τὸ γεγονὸς αὐτοῦ ἴδιον σῶμα πέπονθε ταῦτα πάλιν, αὐτὸς λέγεται παθεῖν ὑπὲρ ἡμῶν. Ἦν γὰρ ἀπαθὴς ἐν τῷ πάσχοντι σώματι. » Τῆς δ' αὖ ἑτέρας ἐπιστολῆς τὰ μὲν πλεῖστα τῇ πρὸ ταύτης ἱστορίᾳ ἐμπεριείληπται· ἔστι δὲ καὶ ἐν αὐτῇ ῥῆσις τοιάδε· ἣν Ἰωάννης μὲν ὁ τῆς Ἀντιόχου ἔγραψεν, ἁπάσαις δὲ ψήφοις προσεδέξατο Κύριλλος, φάσκων· « Ὁμολογοῦμεν τὴν ἁγίαν Παρθένον Θεοτόκον, διὰ τὸ τὸν Θεὸν Λόγον σαρκωθῆναι ἐξ αὐτῆς, καὶ ἐνανθρωπῆσαι, καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς συλλήψεως ἑνῶσαι ἑαυτῷ τὸν ἐξ αὐτῆς ληφθέντα ναόν. Τὰς δὲ εὐαγγελικὰς καὶ ἀποστολικὰς ἐπὶ τοῦ Κυρίου φωνὰς ἴσμεν τοὺς θεοφόρους ἄνδρας, τοὺς μὲν κοινοποιοῦντας ὡς

archidiaconum progressum, in manibus se habere divini Cyrilli ad Nestorium epistolam, dixisse, quam manibus suis Patres Ephesi confirmarint. Et aliam item epistolam ipsius Cyrilli ad Joannem Antiochenum, itidem ut alteram illam confirmatam: easque publice legi petiit. Interlocutione igitur facta utrumque scriptum publice lectum esse. Epistola prior hisce verbis composita fuit: « Religiosissimo et piissimo collegæ Nestorio Cyrillus. Obloquuntur, ut audio, nonnulli, de existimatione mea, apud tuam pietatem: et id crebrius faciunt, sollicite admodum, ut cum magistratibus propterea congrediantur, opportunitatem observantes, et fortasse alicubi auribus se tuis rem gratam facere putantes. » Et post pauca: « Sancta igitur et magna synodus profitetur, inquit, ipsum qui ex Deo et Patre natura genitus est, Filium unigenitum ex vero Deo Deum verum, lumen de lumine, per quem Pater condidit omnia, descendisse: incarnatum et hominem factum, et passum esse: resurrexisse tertia die, ascendisse in cœlos. Quæ et nos sequi oportet, doctrina simul et exemplo illud nobiscum reputantes, quid sibi velint verba hæc, Deum Verbum incarnatum et hominem factum esse. Non enim dicimus, Verbi naturam transmutatam carnem factam, sed neque in totum hominem ex anima et corpore constantem versam esse. Verum illud potius, carne rationali anima animata sibi ipsi secundum subsistentiam unita, Verbum eo, qui verbis exprimi et intelligentia percipi nequeat, modo, hominem factum, et Filium hominis dictum esse. Atque **647** id quidem non juxta voluntatem aut beneplacitum solum, sed neque veluti per solius personæ assumptionem, et quod diversæ ad unionem veram convenerint naturæ; verum quod unus ex utrisque Christus et filius factus sit, non quod naturarum diversitas propter unionem sublata sit, sed quod illæ potius unum Dominum et Christum et Filium ex divinitate atque humanitate ineffabili et inenarrabili ad unitatem concursu perfecerint. » Et rursum post pauca: « Quandoquidem vero propter nos et nostram salutem, unita sibi ipsi, juxta subsistentiam, humanitate, processit ex muliere, idcirco carnaliter etiam genitus esse dicitur. Non enim primum communi more ex sancta Virgine homo genitus est, et deinde in eum Verbum pervenit: sed id ex utero ipso unitum, carnalem nativitatem subiisse dicitur, utpote carnis suæ nativitatem proprie sibi asciscens. Sic ipsum dicimus passum esse, et resurrexisse, non quod Deus Verbum propria sua natura passum sit, aut plagas aut clavorum fixuras aut vulnera reliqua exceperit. Divinitas enim perpessioni obnoxia non est, propterea quod etiam incorporea est. Quoniam vero corpus, quod proprie ejus factum est, ista passum est, propterea Verbum ipsum pro nobis passum esse dicitur. Nam id perpessione liberum in corpore perpessioni obnoxio fuit. » Alterius porro epistolæ partes pleræque antea in hoc opere

insertæ sunt. In ea autem dictum quoddam est, a Joanne quidem Antiocheno prolatum, a Cyrillo vero suffragiis omnibus comprobatum, qui sic inquit: « Virginem sanctam, θεοτόκον, hoc est Dei Genitricem, profitemur, propterea quod Deus Verbum ex ea caro et homo factus sit, et ab ipsa usque conceptione assumptum ex ea templum sibi univerit. Evangelicas vero et apostolicas voces de Domino divinos illos viros scimus partim communiter veluti et una persona protulisse, partim vero tanquam de duabus naturis discrevisse. Et alias quidem magnifice, sicuti Deum decet, juxta divinitatem Christi, alias autem submisse et humiliter, secundum humanitatem ejus tradidisse. » Quibus intulit: « Sacras hasce voces vestras ubi legimus, sicuti et nos ipsos, sentire vos comperimus. Unus enim Dominus, una fides, unum baptisma. Itaque rerum universarum Servatorem Deum glorificavimus, alteri alteris congratulantes, **648** quod congruentem divinitus inspiratis Scripturis, et traditioni sanctorum Patrum nostrorum, nostræ simul et vestræ Ecclesiæ habeant fidem. » Hæc ub lecta sunt (acta synodi habent), synodus exclamavit: « Omnes ita credimus, papa Leo ita credit: Anathema in eum qui vel dividit, vel confundit. » Hæc ipsa Leonis archiepiscopi est fides, Leo ita credit, Leo et Anatolius ita credunt: Omnes ita credimus: et Cyrillus ita credit. Sempiterna est memoria Cyrilli: epistolæ Cyrilli ita sunt, sic sentimus, sic credidimus, sic credimus. Leo archiepiscopus ita sentit, ita credit, ita scripsit. » Atque ubi de Leonis epistola legenda Patres interlocuti sunt, sicuti in Græcum sermonem translata fuerat, et ipsam lectam esse commentarius refert, eamque de verbo ad verbum actis annexam. « Post cujus lectionem episcopi vociferati sint: Hæc ipsa Patrum fides est: hæc ipsa apostolorum fides: omnes ita credimus. Nos orthodoxi et recte sentientes ita credimus. Anathema in eum qui ita non credit. Petrus per Leonem ita protulit. Apostoli ita docuerunt. Pie et vere Leo docuit. Cyrillus ita docuit. Leo et Cyrillus ad eumdem modum docuerunt. Anathema in eum qui non ita credit. Hæc vera est fides. Orthodoxi ita credunt. Hæc fides est Patrum. Cur hæc Ephesi lecta non sunt? Dioscorus hæc suppressit. » Illud quoque in actorum commentariis reperitur: « Postquam pars quædam epistolæ Leonis lecta est, hoc complectens: Et ad naturæ nostræ debitum persolvendum, natura divina ei quæ perpessioni obnoxia est, unita est, ut quod ita sanationi nostræ affine commodumque esset, unus et idem mediator Dei et hominum Christus Jesus, mori ex altero posset, ex altero prorsus non posset. » De hac voce Leonis Illyricos atque itidem Palæstinos episcopos contendisse; et eum qui dictus est Aetium archidiaconum sanctissimæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ, sententiam aliam Cyrilli, hisce verbis compositam protulisse: « Quandoquidem proprium ejus corpus, gratia Dei,

A ἐφ' ἑνὸς προσώπου, τοὺς δὲ διαιροῦντας ὡς ἐπὶ δύο φύσεων· καὶ τὰς μὲν θεοπρεπεῖς κατὰ τὴν θεότητα τοῦ Χριστοῦ, τὰς δὲ ταπεινὰς κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα αὐτοῦ παραδιδόντας. » Οἷς ἐπήγαγε· « Ταύταις ὑμῶν ταῖς ἱεροῖς ἐντυχόντες φωναῖς, οὕ μὲν καὶ ἑαυτοὺς φρονοῦντας εὑρίσκομεν· εἷς δὲ Κύριος, μία πίστις, ἓν βάπτισμα. Ἐδοξάσαμεν οὖν τὸν ὅλων σωτῆρα Θεὸν, ἀλλήλοις συγχαίροντες, ὅτι ταῖς θεοπνεύστοις Γραφαῖς, καὶ τῇ παραδόσει τῶν ἁγίων ἡμῶν Πατέρων, συμβαίνουσαν ἔχουσι πίστιν αἵ τε παρ ἡμῖν καὶ παρ' ὑμῖν Ἐκκλησίαι. » Τούτων ἀνεγνωσμένων, τοιούτοις ῥήμασιν οἱ τῆς συνόδου ἐβόησαν· « Πάντες οὕτω πιστεύομεν· ὁ πάππας Λέων οὕτω πιστεύει. Ἀνάθεμα τῷ μερίζοντι καὶ τῷ συγχέοντι. Αὕτη ἡ πίστις Λέοντος τοῦ ἀρχιεπισκόπου· Λέων οὕτως πι-
B στεύει· Λέων καὶ Ἀνατόλιος οὕτω πιστεύουσι. Πάντες οὕτω πιστεύομεν· καὶ Κύριλλος οὕτω πιστεύει. Αἰωνία ἡ μνήμη Κυρίλλου· καὶ αἱ ἐπιστολαὶ Κυρίλλου εἰσὶν οὗ φρονοῦμεν, οὗ ἐπιστεύσαμεν, οὗ πιστεύομεν. Λέων ὁ ἀρχιεπίσκοπος οὕτως φρονεῖ, οὕ πιστεύει, οὕ ἔγραψε. » Διαλαλιᾶς δὲ γενομένης ὥστε καὶ τὴν Λέοντος ἀναγνωσθῆναι ἐπιστολὴν, εἰς Ἕλληνα γλῶσσαν μεταβληθεῖσα ἀνεγινώσκετο, ἥτις τοῖς πεπραγμένοις πρὸς λέξιν ἐμφέρεται· ἧς μετὰ τὴν ἀνάγνωσιν ἐπεβόησαν οἱ ἐπίσκοποι· « Αὕτη ἡ πίστις τῶν Πατέρων· αὕτη ἡ πίστις τῶν ἀποστόλων. Πάντες οὕτω πιστεύομεν· οἱ ὀρθόδοξοι οὕτω πιστεύομεν. Ἀνάθεμα τῷ μὴ οὕτω πιστεύοντι. Πέτρος διὰ Λέοντος ταῦτα ἐβόησεν· οἱ ἀπόστολοι οὕτως ἐδίδαξαν. Εὐσεβῶς καὶ ἀληθῶς Λέων ἐδίδαξε· Κύριλλος οὕτως
C ἐδίδαξε· Λέων καὶ Κύριλλος ὁμοίως ἐδίδαξαν. Ἀνάθεμα τῷ μὴ οὕτω πιστεύοντι. Αὕτη ἡ ἀληθὴς πίστις· οἱ ὀρθόδοξοι οὕτω φρονοῦσιν. Αὕτη ἡ πίστις τῶν Πατέρων. Ταῦτα ἐν Ἐφέσῳ διὰ τί οὐκ ἀνεγνώσθη; Ταῦτα Διόσκορος ἔκρυψεν. Καὶ τοῦτο δὲ τοῖς πεπραγμένοις ἐμφέρεται· ὡς ἡνίκα τὸ μέρος τῆς ἐπιστολῆς Λέοντος ἀνεγνώσθη, τουτοὶ περιέχον· καὶ πρὸς τὸ χρεωστούμενον ὄφλημα τῆς ἡμετέρας φύσεως ἐκτισθῆναι, ἡ θεία φύσις ἡνώθη τῇ παθητῇ· ἵνα τοῦτο ᾖ τὸ ταῖς ἡμετέραις ἰάσεσιν ὑπάρχον ἁρμόδιον, ὁ εἷς καὶ ὁ αὐτὸς ὢν μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων ἄνθρωπος Χριστὸς Ἰησοῦς, καὶ ἀποθνήσκειν ἐκ τοῦ ἑνὸς δυνηθῇ, καὶ τελευταῖον ἐκ τοῦ ἑτέρου μὴ δυνηθῇ. » Πρὸς ἣν ῥῆσιν Λέοντος τῶν Ἰλλυριῶν ἀμφιβόλως
D ἐχόντων, ὡσαύτως δὲ καὶ τῶν Παλαιστινῶν ἐπισκόπων, ὁ εἰρημένος Ἀέτιος ὁ ἀρχιδιάκονος τῆς ἁγιωτάτης Ἐκκλησίας Κωνσταντινουπόλεως ἄλλην ῥῆσιν τοῦ ἁγίου Κυρίλλου παρῆγε τάδε διεξιοῦσαν· « Ἐπειδὴ δὲ πάλιν τὸ ἴδιον αὐτοῦ σῶμα χάριτι Θεοῦ, καθά φησιν ὁ ἀπόστολος Παῦλος, ὑπὲρ παντὸς ἐγεύσατο θανάτου, λέγεται παθεῖν αὐτὸν τὸν ὑπὲρ ἡμῶν θάνατον· οὐχ ὡς εἰς πεῖραν ἐλθὼν θανάτου, τόγε ἧκον εἰς τὴν αὐτοῦ φύσιν· ἀποπληξία γὰρ τοῦτο λέγειν ἢ φρονεῖν· ἀλλ' ὅτι, καθάπερ ἔφην ἀρτίως, ἡ σὰρξ αὐτοῦ ἐγεύσατο θανάτου. » Καὶ αὖθις πρὸς τὴν ῥῆσιν τῆς ἐπιστολῆς Λέοντος τὴν λέγουσαν· « Ἐνεργεῖ γὰρ ἑκατέρα μορφὴ μετὰ τῆς θατέρου κοινωνίας, ὅπερ ἴδιον ἔσχηκε· τοῦ μὲν Λόγου κατεργαζομένου τοῦθ' ὅπερ ἐστὶ τοῦ Λόγου, τοῦ δὲ σώματος ἐκτελοῦν-

τος, ὅπερ ἐστὶ τοῦ σώματος. Καὶ τὸ μὲν αὐτῷ διαλάμπει τοῖς θαύμασι, τὸ δὲ ταῖς ὕβρεσιν ὑποπέπτωκεν. » Τῶν δὲ Ἰλλυριῶν καὶ Παλαιστινῶν αὖθις ἀμφιβαλλόντων, Ἀέτιος ἄλλο Κυρίλλου κεφάλαιον ἀνέγνω περιέχον οὕτως· « Αἱ μὲν ἄλλαι τῶν φωνῶν ὅτι μάλιστα θεοπρεπεῖς, αἱ δὲ οὕτω πάλιν ἀνθρωποπρεπεῖς· αἱ δὲ μέσην τινὰ τάξιν ἔχουσιν, ἐμφανίζοντες τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ Θεὸν ὄντα καὶ ἄνθρωπον ὁμοῦ ἐν αὐτῷ. » Καὶ μετὰ ταῦτα πρὸς ἕτερον μέρος τῆς ἐπιστολῆς Λέοντος ἀμφιβαλλόντων τῶν εἰρημένων ἐπισκόπων ἔχον οὕτως· « Εἰ καὶ τὰ μάλιστα γὰρ ἐν τῷ Δεσπότῃ Ἰησοῦ Χριστῷ τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ ἀνθρώπου ἓν πρόσωπον, ὅμως ἕτερόν ἐστιν ἐκεῖνο ἐξ οὗ ἐν ἑκατέρῳ κοινόν ἐστι τὸ τῆς ὕβρεως· καὶ ἕτερον ἐξ οὗ κοινὸν τὸ τῆς δόξης καθέστηκεν. Ἐξ ἡμῶν μὲν γὰρ αὐτῷ ἡ ἐλάσσων τοῦ Πατρὸς ἀνθρωπότης· ἐκ δὲ τοῦ Πατρὸς ἔστιν αὐτῷ ἡ μετὰ τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ ἴση θεότης. » Θεοδώρητος ζυγοστατῶν ἔλεγε καὶ τῷ μακαρίῳ Κυρίλλῳ ἐπὶ λέξεως εἰρῆσθαι οὕτως· « Καὶ γενόμενον ἄνθρωπον καὶ μὴ μεθέντα τὸ ἴδιον, μεμένηκεν ὅπερ ἦν· καὶ ἕτερον ἐν ἑτέρῳ τὸ κατοικοῦν· τουτέστιν ἡ θεία φύσις μετὰ τῶν ἀνθρώπων. » Εἶτα τῶν ὑψηλοτάτων ἀρχόντων πυθομένων εἰ ἔτι τις ἀμφισβητεῖ, πάντες εἶπον, μηδαμῶς ἀμφιβάλλειν. Ἐν τούτῳ δὲ Ἀττικὸς ἐπίσκοπος Νικοπόλεως ἐνδοῦναί οἱ ᾐτεῖτο, ἀταράχῳ διανοίας λογισμῷ ἐν βραχέσιν ἡμέραις τὸ τῷ Θεῷ δοκοῦν καὶ τοῖς θείοις Πατράσι διατυπωθῆναι. Ἐζήτει δὲ λαβεῖν καὶ τὴν ἐπιστολὴν Κυρίλλου τὴν πρὸς Νεστόριον· ἐν ᾗ παρακελεύεται αὐτὸν, συνθέσθαι τοῖς δώδεκα αὐτοῦ κεφαλαίοις, οἷς καὶ οἱ λοιποὶ πάντες συνέθεντο· καὶ τῶν ἀρχόντων διαλαλησάντων, ἡμερῶν πέντε διωρίαν ἔδοντο, ὥστε συνελθεῖν Ἀνατολίῳ τῷ προέδρῳ τῆς Κωνσταντινουπόλεως, οἱ ἐπίσκοποι πάντες ἐπευφήμισαν ταῦτα εἰπόντες· « Ἡμεῖς οὕτω πιστεύομεν· πάντες οὕτω πιστεύομεν· ὡς Λέων οὕτω πιστεύομεν. Ἡμῶν οὐδεὶς ἀμφιβάλλει. Ἡμεῖς πάντες ὑπεγράψαμεν. » Πρὸς ἃ ἐπὶ ῥήματος ταῦτα λελάληται· « Οὐκ ἀναγκαῖον πάντας ὑμᾶς συνελθεῖν. Ἀλλ' ἐπειδὴ ἀκόλουθόν ἐστι πιστωθῆναι τοὺς ἀμφιβάλλοντας, ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Ἀνατόλιος ἀπὸ τῶν ὑπογραψάντων ἐπιλέξηται οὓς ἐὰν νομίσῃ πρὸς διδασκαλίαν τῶν ἀμφιβαλλόντων. » Οἷς ἐπήγαγον οἱ τῆς συνόδου οὕτως· « Δεόμεθα παρὰ τῶν Πατέρων τῇ συνόδῳ τὰς φωνὰς τῷ βασιλεῖ, τὰς ἱκεσίας τῶν ὀρθοδόξων· πάντες ἡμάρτομεν, πᾶσι συγχωρηθείη. » Οἱ δὲ τῆς Κωνσταντινουπόλεως Ἐκκλησίας ἐπεβόησαν· « Ὀλίγοι κράζουσιν, οὐ λέγει ἡ σύνοδος. » Μεθ' οὓς οἱ τῆς ἔω εἶπον, « Τὸν Αἰγύπτιον τῇ ἐξορίᾳ. » Οἱ δὲ Ἰλλυριοὶ ἐκραύγασαν· « Δεόμεθα, πάντας ἐλέησον. » Μεθ' οὓς οἱ ἀνατολικοὶ, « Τὸν Αἰγύπτιον τῇ ἐξορίᾳ. » Ἐπίσης δὲ καὶ Ἰλλυριῶν λεγόντων, οἱ τῆς Κωνσταντίνου ἐκραύγασαν· « Τὸν Διόσκορον τῇ ἐξορίᾳ· τὸν Αἰγύπτιον τῇ ἐξορίᾳ· τὸν αἱρετικὸν τῇ ἐξορίᾳ· Διόσκορον ὁ Χριστὸς καθεῖλεν. » Οἱ δὲ Ἰλλυριοὶ, « Πάντες ἡμάρτομεν, » εἶπον, « πᾶσι συγχώρησον, Διόσκορον τῇ συνόδῳ· Διόσκορον ταῖς ἐκκλησίαις. » Καὶ ἄλλων δέ τινων

A quemadmodum inquit apostolus Paulus, pro omnibus mortem gustavit, oppetiisse mortem pro nobis ipsum (Verbum scilicet) dicitur: **649** non quod id periculum mortis adierit, quantum ad naturam ipsius pertinet (nam hoc dicere, aut sentire, attoniti stuporis est), sed quod, sicuti modo dixi, caro ejus mortem gustavit.» Rursum ad epistolæ Leonis dictum, quod sic habet: « Operatur namque utraque forma, cum alterius communione, quod ei proprium est, Verbo quidem, id quod Verbi est, perficiente, corpore autem, quod corporis est, absolvente; » atque illud quidem in eo miraculis relucet, hoc autem injuriis et contumeliis subjacet; » ad hoc, inquam, dictum Illyricis et Palæstinis rursum ambigentibus, Aetius aliud Cyrilli
B capitulum legit, quod sic habet: « Quædam sane voces quam maxime Deum decent, quædam autem rursus homini conveniunt, quædam porro medium obtinent locum, Filium Dei Deum simul et hominem esse significantes.» Post hæc, de alia epistolæ Leonis parte, quos diximus, episcopi addubitarunt, cujus hæc sunt verba: «Etiamsi enim in Domino Jesu Christo Dei et hominis persona una est, aliud tamen illud est, ex quo in utroque communis est injuria et contumelia: et aliud, eo quo communis consistit gloria. Ex nobis enim in eo est minor Patre humanitas, ex Patre autem æqualis ei cum Patre divinitas.» Ibi tum Theodoritus æqua lance verba ea ponderans, beatum quoque Cyrillum de
C verbo ad verbum hæc dixisse retulit: « Et homo factus, eo quod ejus proprium fuit, non mutato, id quod erat permansit, et alterum in altero habitat, videlicet natura divina cum hominibus. » Sub hæc, amplissimi principes, num aliqua adhuc reliqua esset controversia, interrogarunt: et omnes, minime se ambigere dixerunt. Deinde Atticus Nicopolitanus episcopus permitti sibi postulavit, ut in diebus paucis, animo tranquillo et quieto, Dei et divinorum Patrum decretum in constitutionem referre posset. Epistolam quoque Cyrilli ad Nestorium dari sibi petiit, in qua illum Cyrillus, ut duodecim capitibus suis, ita ut alii omnes fecissent, assensionem suam præberet, admonuit. Et principes interlocuti, dierum quinque tempus
D ei concessere, ut cum Anatolio Constantinopolitano antistite congrederetur. **650** Et episcopi omnes faustis acclamationibus hæc laudarunt, vociferantes: «Nos sic credimus: omnes ita credimus, sicut Leo, ita credimus. Nemo nostrum ambigit. Nos omnes subscripsimus.» Deinde verba hæc dicta sunt: « Non necesse est ut omnes conveniamus. Cæterum quoniam æquum est, ambigentium fidem confirmari, religiosissimus episcopus Anatolius ex subscriptoribus deligat, quos ad ambigentes docendos judicaverit esse idoneos.» Ibi qui in synodo convenerant, intulerunt: « A Patribus petimus, ut Patres synodo restituant, ut voces et preces orthodoxorum ad imperatorem referant: omnes peccavimus, omni-

bus venia detur. » Tum Ecclesiæ Constantinopolitanæ clerus exclamavit : « Pauci vociferantur, non synodus hoc dicit. » Post quos Orientales dixerunt : « Ægyptium in exsilium. » Illyrici autem exclamarunt: « Omnium imperator misereatur, oramus. » Et Orientales : « Ægyptium in exsilium. » Et cum contra ex æquo Illyrici vociferarentur, Constantinopolitani exclamarunt : « Dioscorum in exsilium, Ægyptium in exsilium, hæreticum in exsilium, Dioscorum Christus exauctoravit. » Et Illyrici rursus : « Omnes peccavimus, omnibus gratiam facito : Dioscorum synodo, Dioscorum ecclesiis redde. » Et cum alia quædam in eumdem modum fierent, consessus quoque is finem suum cepit.

A παραπλησίων γεγενημένων, καὶ τὰ τῆς τοιαύτης συνελεύσεως πέρας ἐλάμβανε.

In proxima deinde sessione, postquam senatus per interlocutionem jussisset, ut decreta concilii in constitutionis formam redacta legerentur : progressus Constantinus secretarius, ex scheda hæc recitavit : « De recta quidem et catholica fide sequenti die, conveniente concilio, diligentiorem inquisitionem fieri debere, cernimus. Et quia Flavianus divinæ memoriæ antistes, et Eusebius religiosissimus episcopus, ex actorum commentariorum, qui lecti sunt, inquisitione, et dictis ipsis quorumdam qui synodo tum celebratæ præfuerunt, quique hallucinatos se esse, et perperam eos exauctorasse, qui nihil a fide aberraverint confessi sunt, inique exauctorati esse probati sunt : videtur nobis, pro eo atque Deo æquum esse placet, quatenus hoc etiam divinissimus et religiosissimus noster Dominus arbitrabitur, ut eadem pœna multentur **651** Dioscorus religiosissimus Alexandriæ episcopus, et Juvenalis religiosissimus Hierosolymorum episcopus, et Thalassius religiosissimus Cæsareæ Cappadocum episcopus, et Eusebius religiosissimus Ancyræ episcopus, et Eustathius religiosissimus Beryti episcopus, et Basilius religiosissimus Seleuciæ Isaurorum episcopus, qui tum synodo præfuerunt : videlicet ut juxta sacros canones ab episcopali dignitate sint alieni, et omnia quæ consequenter acta fuerint sacræ majestati referantur. » Et post quarumdam sententiarum lectionem, episcopi qui ibi congregati erant, interrogati sunt, an fidei trecentorum decem et octo, et rursum centum et quinquaginta Patrum, litteræ Leonis papæ consonæ essent ? Tum Anatolius Constantinopolitanus episcopus, et reliqui, quam maxime epistolam Leonis concordare cum eis qui dicti sunt patribus responderunt : et confestim eam omnes manuum suarum adnotatione roborarunt. His ita actis, synodus universa exclamavit : « Omnes assentimur, omnes comprobamus, omnes idem credimus, omnes idem sentimus : omnes ita credimus. Patres synodo reddantur, subscriptores synodo reddantur. Vivat ad multos annos imperator Augustus. Vivat ad multos annos imperatrix Augusta. Patres synodo reddantur. Qui idem nobiscum credunt, synodo reddantur. Vivat ad multos annos imperator. Qui nobiscum in sententia concordant, synodo reddantur. Multos annos vivat imperator. Omnes fidei subscripsimus. Sicuti Leo, ita et nos sentimus. » Sub hæc, interlocutio in hæc verba prolata est : « Retulimus ad divinissimum et piissimum dominum

Τῇ δ' ἐφεξῆς συνελεύσει ἐπεὶ ἡ σύγκλητος διελάλησε τοὺς ἤδη γενομένους τύπους ἀναγνωσθῆναι, παριὼν Κωνσταντῖνος σεκρετάριος ἀπὸ σχέδους ἀνέγνω ταῦτα ἐπὶ λέξεως ἔχοντα· « Περὶ μὲν τῆς ὀρθοδόξου καὶ καθολικῆς πίστεως συνόδου γενομένης μετὰ μίαν, τελεωτέραν καὶ ἀκριβεστέραν ἐξέτασιν δεῖν γενέσθαι συνορῶμεν. B Ἐπειδὴ δὲ Φλαβιανὸς ὁ τῆς θείας μνήμης ἐπίσκοπος, καὶ Εὐσέβιος ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος, ἐκ τῆς τῶν πεπραγμένων καὶ διεγνωσμένων ἐρεύνης, καὶ αὐτῆς τῆς φωνῆς τινῶν τῶν ἐξάρχων γενομένων τῆς τότε συνόδου, ὁμολογησάντων ἐσφάλθαι καὶ μάτην αὐτοὺς καθῃρηκέναι, οὐδὲν περὶ τὴν πίστιν σφαλέντας, δείκνυνται ἀδίκως καθαιρεθέντες· φαίνεται ἡμῖν κατὰ τὸ τῷ Θεῷ ἀρέσκον δίκαιον εἶναι, εἰ παρασταίη τῷ θειοτάτῳ καὶ εὐλαβεστάτῳ ἡμῶν δεσπότῃ τῶν αὐτῶν ἐπιτιμίων τυχεῖν Διόσκορον τὸν εὐλαβέστατον ἐπίσκοπον Ἀλεξανδρείας, καὶ Ἰουβενάλιον τὸν εὐλαβέστατον ἐπίσκοπον Ἱεροσολύμων, καὶ Θαλάσσιον τὸν εὐλαβέστατον ἐπίσκοπον Καισαρείας Καππαδοκίας, καὶ Εὐσέβιον τὸν εὐλαβέστατον ἐπίσκοπον Ἀγκύρας, καὶ Εὐστάθιον τὸν εὐλαβέστατον ἐπίσκοπον Βηρυτοῦ, καὶ Βασίλειον C τὸν εὐλαβέστατον ἐπίσκοπον Σελευκείας τῆς Ἰσαυρίας, οἳ τῆς τότε συνόδου ἐξῆρχον, κατὰ τοὺς ἱεροὺς κανόνας, τοῦ ἐπισκοπικοῦ ἀξιώματος ἀλλοτρίους γενέσθαι, πάντων τῶν παρακολουθησάντων τῇ θείᾳ κορυφῇ γνωριζομένων. » Καὶ μετά τινας ἄλλας ἀναγνώσεις ἠρωτήθησαν οἱ συνειλεγμένοι ἐπίσκοποι, εἰ τῇ πίστει τῶν τιη' Πατέρων καὶ τῶν ρν' συνᾴδει καὶ τὰ Λέοντος τοῦ πάππα συγγράμματα. Καὶ ἀπεκρίνατο Ἀνατόλιος ὁ τῆς Κωνσταντίνου πρόεδρος καὶ οἱ λοιποὶ, καὶ μάλιστα συνᾴδειν τὴν ἐπιστολὴν Λέοντος τοῖς εἰρημένοις θείοις Πατράσι· καὶ αὐτίκα πάντες ἐκείνην ὑπεσημήναντο. Τούτων δ' οὕτω προβάντων, οἱ τῆς συνόδου πάντες ἐπεβόησαν· « Πάντες συντιθέμεθα, πάντες συναινοῦμεν, πάντες ὁμοίως πιστεύομεν, πάντες τὰ αὐτὰ D φρονοῦμεν, πάντες οὕτω πιστεύομεν. Τοὺς Πατέρας τῇ συνόδῳ, τοὺς ὑπογράψαντας τῇ συνόδῳ, πολλὰ τὰ ἔτη τοῦ βασιλέως· πολλὰ τὰ ἔτη τῆς Αὐγούστης. Τοὺς πατέρας τῇ συνόδῳ, τοὺς ὁμοπίστους τῇ συνόδῳ, πολλὰ τὰ ἔτη τοῦ βασιλέως· τοὺς ὁμόφρονας τῇ συνόδῳ πολλὰ τὰ ἔτη τοῦ βασιλέως. Οἱ πάντες τῇ πίστει ὑπεγράψαμεν· ὡς ὁ Λέων οὕτω φρονοῦμεν. » Καὶ εἰσηνέχθη διαλαλιὰ ἔχουσα ὧδε· « Ἀνηνέγκαμεν τῷ θειοτάτῳ καὶ εὐσεβεστάτῳ ἡμῶν δεσπότῃ περὶ αὐτῶν· καὶ ἀναμένομεν τὴν ἀπόκρισιν τῆς αὐτοῦ εὐσεβείας. Ἡ δὲ εὐλάβεια ἡ ὑμετέρα καὶ περὶ Διοσκόρου τοῦ παρ' ὑμῖν καθαιρεθέντος, ἀγνοούσης καὶ τῆς θειοτάτης κορυφῆς καὶ ἡμῶν,

Hæc ubi sic Basiliscus egit, Acacio quoque ut circulares ejus litteras reciperet, et synodum Chalcedonensem anathemati subjiceret, per vim institit : cum id jam tres magni throni fecissent. Illum vero vehementer indoluisse, seque ipsum et thronum suum, atque etiam sanctiorem sacrificii aram pulla veste obduxisse, opinio est. Qui deinde, plebe et monachorum Constantinopolitanorum ordine congregato, strenue tyranno restitit. Quo tempore etiam Daniel ille magnus ex columna descendit, et cum Acacio ecclesiasticos conventus egit. Basiliscus motum plebis urbanæ veritus, in ædes imperiales ex templo reversus est, et senatui indixit, ne molestiam Acacio exhiberent, quod multitudo ad incendendam urbem parata esset. Daniel vero plebis et monachorum multitudine assumpta, ad tyrannum accessit, et propalam libere apud eum de rectis dogmatibus disseruit. Hic igitur ab Acacio Daniele coactus, circulares priores litteras abnegavit, et constitutionem quæ circulares eas surreptitie impetratas prorsus indu-

ΚΕΦΑΛ. ϛ'.

Ὡς Ἀκάκιος ὁ τῆς Κωνσταντίνου καὶ Δανιὴλ ὁ Στυλίτης ἔπεισαν Βασιλίσκον ἀντεγκύκλια ὑπὲρ τῆς ἁγίας συνόδου γράψαι.

Ἐπεὶ δὲ ταῦτα ἔδρασε Βασιλίσκος, ἐπέκειτο καὶ Ἀκακίῳ τὰ ἐγκύκλια δέξασθαι. Καὶ ἠνάγκαζε τὴν ἐν Χαλκηδόνι καὶ αὐτὸν ἀναθεματίζειν τῶν μεγάλων τριῶν θρόνων τοῦτο διαπραξαμένων. Τὸν δὲ λίαν περιπαθήσαντα ἑαυτὸν καὶ τὸν θρόνον καὶ τὸ θυσιαστήριον λόγος μελανοῖς ἀμφιέσαι πέπλοις· ἔπειτα τὸν δῆμον καὶ τὸ μοναδικὸν τῆς βασιλευούσης ἀθροίσαντα, γενναίως πρὸς τὸν τύραννον ἀντιπαρατάξασθαι· ὅτε καὶ Δανιὴλ ὁ μέγας ἀποβὰς τοῦ στύλου, συνεκκλησίαζεν Ἀκακίῳ. Βασιλίσκος δὲ τὴν κίνησιν δείσας τοῦ πλήθους τῆς πόλεως, ἀνεχώρει, ἐπειπὼν τῇ συγκλήτῳ μηδαμῶς δι' ὄχλου Ἀκακίῳ γενέσθαι· ἕτοιμον γὰρ εἶναι τὸ πλῆθος πῦρ ἐνιέναι τῇ πόλει. Δανιὴλ δὲ τὸ πλῆθος παραλαβὼν, καὶ ὅσον τοῦ μοναδικοῦ στῖφος, παρὰ τὸν τύραννον ἧει, καὶ παῤῥησίᾳ ὑπὲρ τῶν ὀρθῶν διελέχθη δογμάτων· ἐκεῖνον δὲ ὑπό τε Ἀκακίου καὶ Δανιὴλ βιαζόμενον, τὰ ἐγκύκλια ἐξαρνήσασθαι, καὶ διάταξιν γράψαι, τὰ ἐκ συναρπαγῆς γενόμενα πανταπασι διακελευομένην ἀργεῖν, καὶ ἀντεγκύκλια γράψαντα τῇ ὑφ' ἥλιον διαπέμπεσθαι, ἀντίῤῥοπα τῶν

A προτέρων ὑπὲρ τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου διεξιόντα. Ἀλλὰ Ζαχαρίας μὲν ὁ τὴν ὅλην πραγματείαν ἐμπαθῶς συγγραψάμενος παρῆκε τῇ κατ' αὐτὸν ἱστορίᾳ τὰ ἀντεγκύκλια· ἐγὼ δέ που εὑρὼν, τῇ συγγραφῇ παραθήσομαι. Ἔχουσι δ' ἐπὶ λέξεως οὕτω·

ceret atque aboleret, edidit, et eam priori illi contrariam in orbem vulgandam misit, quæ aliter longe quam circulares illæ scriptæ fuerant, composita, synodum Chalcedonensem defendit. Cæterum Zacharias, qui rem eam omnem affectibus ductus conscripsit, in historia sua contrarias prioribus circulares litteras prætermisit: quas ego alicubi inventas hic apponam. Earum verba hæc sunt:

ΚΕΦΑΛ. Ζ'.

Ἀντεγκύκλια Βασιλίσκου.

«Αὐτοκράτορες Καίσαρες Βασιλίσκος καὶ Μάρκος. Τὴν ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς ἐν ταῖς καθολικαῖς ἐκκλησίαις κρατήσασαν ἀποστολικὴν καὶ ὀρθόδοξον πίστιν, καὶ μέχρι τῆς ἡμετέρας βασιλείας κρατήσασαν, καὶ ἐπὶ τῆς ἡμετέρας δὲ βασιλείας κρατοῦσαν, **B** καὶ εἰς τὸ διηνεκὲς κρατεῖν ὀφείλουσαν, εἰς ἣν καὶ ἐβαπτίσθημεν καὶ πιστεύομεν, αὐτὴν μόνην ἄτρωτον καὶ ἀσάλευτον κρατεῖν, τὴν καὶ κρατοῦσαν καὶ διηνεκῶς πολιτεύεσθαι ἐν πάσαις ταῖς καθολικαῖς καὶ ἀποστολικαῖς ἐκκλησίαις τῶν ὀρθοδόξων θεσπίζομεν, καὶ μηδὲν ἕτερον ζητεῖσθαι. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ τὰ ἐπὶ τῆς ἡμετέρας βασιλείας γεγενημένα, εἴτε καὶ ἕτερα ἢ εἴ τι δήποτοῦν πίστεως ἕνεκεν, ἢ καταστάσεως ἐκκλησιαστικῆς, ἀργεῖν καὶ πεπαῦσθαι προστάττομεν, ἀναθεματιζομένου Νεστορίου καὶ Εὐτυχοῦς καὶ πάσης ἑτέρας αἱρέσεως καὶ πάντων τῶν τὰ αὐτὰ φρονούντων. Καὶ περὶ ταύτης τῆς ὑποθέσεως μὴ σύνοδον γίνεσθαι ἢ ἑτέραν ζήτησιν· ἀλλὰ ταῦτα μένειν ἀῤῥαγῆ καὶ ἀσάλευτα. **C** Ἀποδοθῆναι δὲ καὶ τὰς ἐπαρχίας τῷ ἁγιωτάτῳ καὶ εὐλαβεστάτῳ πατριάρχῃ καὶ ἀρχιεπισκόπῳ Ἀκακίῳ· ὧν τὴν χειροτονίαν εἶχεν ὁ θρόνος ταύτης τῆς βασιλίδος καὶ ἐνδόξου πόλεως· δηλαδὴ τῶν νῦν ὄντων θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων μενόντων ἐπὶ τῶν οἰκείων θρόνων, μηδενὸς προκρίματος γινομένου μετὰ τὴν τούτων τελευτὴν τῷ δικαίῳ τῆς χειροτονίας τοῦ εὐαγοῦς θρόνου ταύτης τῆς βασιλίδος καὶ ἐνδόξου πόλεως. Τοῦτο δὴ τὸ θεῖον ἡμῶν θέσπισμα δύναμιν ἐπέχον θείας διατάξεως, οὐδενὶ ἀμφίβολον καθέστηκεν.» Ταῦτα μὲν οὕτως ἐγένετο.

CAPUT VII.

Contrariæ circulares Basilisci litteræ.

«Imperatores Cæsares, Basiliscus et Marcus. Fidem apostolicam et orthodoxam, quæ jam inde ab initio in catholicis ecclesiis usque ad nostri imperii tempora obtinuit, et sub imperio nostro obtinet, atque adeo in perpetuum obtinere debet, in quam etiam baptizati sumus, quam et credimus, eam ipsam solam inviolatam atque inconcussam obtinere, et obtinentem perpetuo celebrari in omnibus orthodoxorum catholicis et apostolicis ecclesiis, **670** neque quidquam aliud requiri debere, sancimus. Proinde quidquid sub imperio nostro actum editumque est, sive circulares litteræ, seu scripta alia, quæcunque tandem ea sint, professionis fidei aut ecclesiasticæ constitutionis gratia promulgata, irrita et abrogata esse jubemus. Nestorium et Eutychetem, nec non hæreses omnes, et eos qui idem cum illis sentiunt, universos anathemate condemnamus. Decernimus quoque, de fidei causa neque synodum cogi, neque quæstionem aliam inferri, sed hæc quam approbamus firma et inconcussa manere: provincias etiam reddi debere sanctissimo et religiosissimo patriarchæ et archiepiscopo Acacio, quarum antistitum ordinationem imperantis hujus et inclytæ urbis thronus habuit: ita videlicet, ut Dei amantissimi qui nunc sunt episcopi, in sedibus suis permaneant: neque post obitum illorum, præjudicium aliquod adversus jura ordinationis sacri throni imperantis hujus et inclytæ urbis creetur. Atque divina hæc sanctio nostra vim sacræ constitutionis habens, ne cui in dubium aut controversiam vocetur.» Hæc sic acta.

ΚΕΦΑΛ. Η'.

D *Ὡς Ζήνων αὖθις εἰς τὴν οἰκείαν ἐπανῆλθεν ἀρχήν· Βασιλίσκος δὲ διεφθάρη.*

Ὁ δὲ Βασιλίσκος κατὰ τῆς πίστεως παραταξάμενος, μῖσος παρὰ πάντων ἐκτήσατο· ὃ μεμαθηκότες οἱ Ζήνωνα ἐπιτετραμμένοι πολιορκεῖν, πιστά οἱ φυλάξειν διομοσάμενοι, Ζήνωνι σπένδονται· καὶ τοῦτον λαβόντες ἐχώρουν ἀνὰ τὴν βασιλεύουσαν· δῶρα τὰ μὲν εἰληφότες, τὰ δ' ὑπεσχημένοι λαβεῖν. Φασί γε μὴν καὶ τὴν πρωτομάρτυρα καὶ πολύαθλον Θέκλαν ὄψεσι μυστικαῖς ἐκφανεῖσαν, τὴν τῆς βασιλείας ἀποκατάστασιν αὖθις αὐτῷ βεβαιώσασθαι. Οὗ γενομένου, Ζήνων τῇ μάρτυρι ἀμειβόμενος τῆς μηνύσεως, ἀνὰ τὴν Σελευκέων μητρόπολιν τέμενος ἀνετίθει ἐξοχῇ μέγιστον, καὶ προὔχον ἐν κάλλει, ὃ πολλῷ χρυσίῳ καὶ βασιλικοῖς κατεκόσμει τοῖς ἀναθήμασιν. Ὁ δὲ Βασιλίσκος τὴν κίνη-

CAPUT VIII.

Ut Zeno rursus in imperium suum sit restitutus, Basiliscus autem interierit.

Porro Basiliscus quod adversus fidem bellum gereret, odium omnium incurrit. Quod ubi cognovere, quibus Zenonis obsidio commissa fuerat, juramento interposito se fidos illis futuros, Zenoni conciliati sunt: eoque recepto, ad urbem imperantem ire contenderunt: cum quidem dona ab eo partim jam accepissent, partim se accepturos esse stipulati essent. Ferunt sane quidam protomartyrem, quæ multum et strenue decertavit, Theclam, arcanis quibusdam visionibus illi restitutionem imperii confirmasse. Quapropter Zeno ut martyri de ejuscemodi denuntiatione gratiam referret, in metropoli Seleuciæ, delubrum amplitudine maximum et pulchritudine præstantissimum

condidit, quod multo auro et imperialibus donariis A exornavit. Basiliscus de Zenonis motu certior factus, consobrinum suum Harmatium (1) copiarum in Thracia ducem, qui progressum illius impediret, adversus eum misit, **671** eumque jurejurando sane quam horrendo, ne se unquam Zenoni conjungeret, obstrinxit. Harmatius cum Zenone ad Nicæam congressus, in eum illum conjecit metum, ut frustra se rem quam conficere nequiret, aggredi putarit: nisi donis ac pollicitationibus Harmatium, se videlicet Basiliscum filium ejus Cæsarea tænia exornaturum esse, expugnaret. Atque ita hunc quoque jurisjurandi religionem parvifacientem, Zeno adversus Basiliscum in partibus suis habuit. At Basiliscus his rebus cognitis, statim senten- B tiam mutavit: et imperiali corona sacræ mensæ imposita, supplex ipse cum Zenonide (2) ad baptisterium confugit. Zeno confestim Constantinopoli exceptus, primum ecclesiam magnam, deinde cum apparatu et comitatu maximo imperialem regiam ingressus est. Basiliscus autem cum viginti menses in Romano imperio tyrannus fuisset, in Cappadociam moriturus missus est: atque in mansione quadam seu militari diversorio (3), cui Acusi nomen est, cum uxore et liberis interfectus est. A Zenone statim Circenses ludi editi. Deinde is, pro eo atque paulo ante se facturum juraverat, Harmatii quidem filium Basiliscum ad Cæsaris dignitatem extulit: postea autem Harmatium, quod cum non magis sibi, quam Basilisco fuisset, fidum fore arbitraretur, jugulari jussit: filium porro ejus Cæsarem sacerdotem fecit, qui deinde multo post ecclesiam Cyzicenam optime administravit.

σιν ἐκμαθὼν Ζήνωνος, τὸν ἀνεψιὸν Ἁρμάτιον ἔπεμπε στρατηγὸν τῶν ἐν Θρᾴκῃ καθεστῶτα δυνάμεων, ἐκεῖνον ἐπὶ τὰ πρόσω ἰέναι κωλύσοντα, ὅρκοις φρικτοῖς τοῦτον ἀσφαλισάμενος μὴ σπείσασθαί ποτε Ζήνωνι. Ὁ δ' ἐν Νικαίᾳ συμβαλὼν ἐκείνῳ, ἐπὶ τόσον ἐκεῖνον κατέπληξεν, ὡς λογίσασθαι ἀνηνύτοις δῆτα ἐπιχειρεῖν, εἰ μὴ δώροις ὑποφθείρας τοῦτο, Ζήνων καὶ ὑποσχέσεσιν, ὡς ἄρα τῇ Καισαρικῇ ταινίᾳ τὸν ἐκείνου υἱὸν Βασιλίσκον κοσμήσοι, κατὰ τοῦ κρατοῦντος καὶ τοῦτον ἔσχεν, ἐν δευτέρῳ τὰ τῶν ὅρκων δὴ θέμενον. Ὁ μὲν οὖν Βασιλίσκος ταῦτα μαθὼν, εὐθὺς ὑπεχώρει· καὶ τὸν βασιλικὸν στέφανον τῇ θείᾳ τραπέζῃ ἐνθέμενος, αὐτὸς σὺν Ζηνωνίδι ἐπὶ τὸ βαπτιστήριον ἱκέτης προσέφευγε. Ζήνων δ' ἐξ αὐτῆς τῇ Βύζαντος προσδεχθεὶς, πρῶτον μὲν ἐπὶ τὸν μέγαν ᾔει νεὼν· ἔπειτα ἐχώρει σὺν πομπῇ μεγίστῃ πρὸς τὰ βασίλεια. Βασιλίσκος δὲ κ' μῆνας τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν τυραννήσας, ἐπὶ τὴν Καππαδοκῶν ἐστέλλετο τεθνηξόμενος· καὶ ἔν τινι σταθμῷ Ἀκουσῷ λεγομένῳ σὺν γυναικὶ καὶ τέκνοις δέχεται τὴν σφαγήν. Ἱππικὸν δ' εὐθὺς ποιήσας Ζήνων κατὰ τοὺς πρὸ βραχέος δοθέντας ὅρκους, τὸν μὲν Ἁρματίου υἱὸν Βασιλίσκον τῇ τοῦ Καίσαρος ἀξίᾳ τιμᾷ· ἐς ὕστερον δὲ λογισάμενος ὡς Ἁρμάτιος οὐδαμῶς οἱ αὐτῷ τὰ πιστὰ φυλάξοι ὥσπερ οὐδὲ Βασιλίσκῳ, κελεύει τοῦτον σφαγῆναι· τὸν δ' ἐκείνου υἱὸν τὸν Καίσαρα ἱερέα ἐχειροτόνει. Πολλῷ δὲ ὕστερον οὗτος καὶ τὴν Κυζικηνῶν ἐκκλησίαν ἐποίμανεν ἄριστα.

CAPUT IX.

C

Episcopi Asiani libellum pœnitentiæ ad Acacium mittunt, de synodo eum placantes.

Zeno simul atque in imperium restitutus est, per constitutionem scriptam quamprimum, quidquid a tyranno Basilisco per circulares litteras contra fidem novatum fuerat, abrogavit. Quod ubi Asiani episcopi intellexerunt, missis ad Acacium Constantinopolitanum episcopum pœnitentiæ libellis, gratiam sibi fieri petierunt: illa deprecatione usi, quod non sua sponte, sed vi maxima adacti circularibus subscripsissent. Eamque rem **672** ita et non aliter se habere, et se Chalcedonensi synodo assentiri, atque juxta ejus decretum et antea credidisse, et nunc credere, juremento confirma- D runt. Episcoporum scriptum hoc erat: « Acacio sanctissimo et piissimo sanctissimæ quæ apud imperantem Constantinopolim, novam Romam, est Ecclesiæ patriarchæ. » Et post pauca: « Recte sane ad nos venit, qui locum etiam vestrum

ΚΕΦΑΛ. Θ'.

Ὅτι οἱ τῆς Ἀσίας ἐπίσκοποι βιβλίον μετανοίας Ἀκακίῳ ἀπέστειλαν ἡμερούμενοι ἐκεῖνον διὰ τὴν σύνοδον.

Ζήνων δὲ ἅμα τῷ τῇ ἀρχῇ καταστῆναι, ἔγγραφον νόμον ἐτίθει, δς προτροπάδην ἀνῄρει, ὅσα τῷ τυράννῳ Βασιλίσκῳ τοῖς ἐγκυκλίοις ἐνεωτερίσθη κατὰ τῆς πίστεως· ὃ οἱ τῆς Ἀσίας μαθόντες ἐπίσκοποι, βιβλία μετανοίας ἐπιπέμποντες Ἀκακίῳ τῷ τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἐπισκόπῳ, συγγνώμην ᾔτουν, παραιτούμενοι, ὡς οὐχ ἑκόντες, ἀλλ' ἀνάγκῃ πλείστῃ τοῖς ἐγκυκλίοις καθυπογράψαι· ὅρκοις τε τοὺς λόγους κατησφαλίζοντο, ἦ μὴν οὕτως ἔχειν καὶ οὐχ ἑτέρως· καὶ τῇ ἐν Χαλκηδόνι συνόδῳ τίθεσθαι, καὶ κατ' ἐκείνην πιστεύειν καὶ νῦν καὶ πρότερον. Ἡ δὲ τῶν ἐπισκόπων γραφὴ τούτοις τοῖς γράμμασι περιείληπτο· « Ἀκακίῳ τῷ ἁγιωτάτῳ καὶ ὁσιωτάτῳ πατριάρχῃ τῆς κατὰ τὴν βασιλεύουσαν Κωνσταντινούπολιν νέαν Ῥώμην ἁγιωτάτης Ἐκκλησίας. » Καὶ μετ' ὀλίγα· « Ἔφθασεν ἐφ' ἡμᾶς πρεπόντως ποιῶν ὁ καὶ τὸν ἡμέτερον ἀναπλη-

(1) Procopius *Armatum* nominat.

(2) Alii *Zenobium* vocant.

(3) Basiliscum tyrannum cum uxore et filiis Zeno in Cappadociam misit hiemis tempore, eosque neque veste neque cibariis juvari jussit. Unde brevi se invicem complexi, collacrymantes misere periere. (Procop.) Hic inexplebilis avaritiæ fuit. Nam et ab ecclesiarum antistitibus pecuniam exegit: et a tenuibus opificibus manuum labore vitæ sumptus tolerantibus, excutiendis non abstinuit. Quapropter ob ejusmodi exactiones lacrymis plena erant omnia. Sub Leone is pro Rustico copiarum militarium dux lectus. (Suid.)

ρώσων τόπον. » Καὶ μεθ' ἕτερα· « Διὰ δὲ τῶν λιβέλλων γνωρίζομεν ὑπογεγραφηκέναι οὐ κατὰ πρόθεσιν, ἀλλ' ἐξ ἀνάγκης γράμμασι καὶ ῥήμασιν, ἀλλ' οὐ καρδίᾳ συνθέμενοι τούτοις. Ταῖς γὰρ ἡμῶν ἀπροσδέκτοις πρεσβείαις σὺν ἐπινεύσει τοῦ Κρείττονος καὶ παρειλήφαμεν παρὰ τῶν τῆς οἰκουμένης φωστήρων τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ καὶ τῶν ρν' ἁγίων Πατέρων πιστεύομεν, πρὸς τούτοις καὶ τοῖς ἐν Χαλκηδόνι εὐσεβῶς καὶ ὀρθῶς τυπωθεῖσι παρὰ τῶν ἐν αὐτῇ συναχθέντων θείων Πατέρων. » Ταῦτα μὲν οἱ ἐπίσκοποι. Εἴτ' οὖν Ζαχαρίας ὁ ταῦτα ἐμπαθῶς συνταξάμενος, τούτοις ἔφθη συκοφαντήσας· εἴτε καὶ αὐτοὶ διεψεύσαντο, ὡς παρὰ γνώμην τῷ ἐγκυκλίῳ ὑπέγραψαν, καὶ ταῦτα Ἀκακίῳ γεγραφότες, οἷα μικρὸν ἄνωθεν διεξήλθομεν, ἀκριβῶς συνορᾷν οὐκ ἔχω. Καὶ τὰ μὲν ὧδέ πη ἔσχε.

A obtinebit. » Et rursum : « Per libellos supplices significamus, subscripsisse nos non ex animi sententia, sed necessitate coactos, litteris tantum et verbis, non autem animi destinatione, circularibus illis assentientes. In acceptabilibus enim precationibus nostris, annuente Deo, quæ a totius orbis luminaribus trecentis decem et octo, et rursum a centum quinquaginta sanctis Patribus accepimus, ad hæc quæ a divinis patribus Chalcedone congregatis, pie et recte constituta sunt, ea credimus. » Hæc episcopi scripsere. Sive autem Zacharias, qui hæc affectibus ductus conscripsit, sycophantice hoc illis impegit : seu ipsi episcopi, quod præter animi sententiam circulari constitutioni subscripserint, cum ita ad Acacium scribe-
B rent, ut paulo ante narravimus, mentiti sunt, dispicere et pronuntiare certo non possum. » Hæc certe sic habuere (1).

ΚΕΦΑΛ. Ι'.

Ὡς ἀπήλασε Ζήνων τὸν Κναφέα Πέτρον τῆς Ἀντιόχου καὶ ἑτέρους· Καλανδίωνι δὲ τὸν θρόνον αὖθις ἐπέτρεψε. Καὶ περὶ τῆς ἀνακομιδῆς τοῦ λειψάνου τοῦ ἁγίου Εὐσταθίου Ἀντιοχείας.

Ζήνων δὲ τὸν μὲν Κναφέα Πέτρον, ἅτε ὑπὸ Βασιλίσκου ἀνακληθέντα, τῆς Ἀντιόχου ἐξήλαυνε. Καλανδίωνι δὲ τῷ μετὰ Στέφανον τὴν ἐπισκοπὴν ἐνεχείριζεν αὖθις. Καὶ Παῦλον δὲ τῆς Ἐφέσου ἐδίωκε· καὶ Νεστόριον τῆς Ταρσοῦ, καὶ Κῦρον ἀφίστα Ἱεραπόλεως· Χαλκηδόνος τε Ῥωμανόν, καὶ Σαμοσάτων Εὐσέβιον, Μοψουεστίας δὲ Ἰουλιανόν, Παῦλον Κωνσταντίνης, καὶ Ἀνδρέαν Θεοδοσιουπόλεως. Ὁ δὲ Καλανδίων οὐδένα προσίετο, εἰ μὴ πρότερον τὸν Πέτρον ἀναθεματίσοι, καὶ τὰ Βασιλίσκου ἐγκύκλια. Αἰτήσας δὲ Ζήνωνα καὶ τὸ λείψανον Εὐσταθίου τοῦ θείου ἀπὸ Φιλίππων τῆς Μακεδόνων, ἔνθα ἐξόριστος τὸν βίον ἀπέλιπε, σὺν τιμῇ πολλῇ εἰς Ἀντιόχειαν ἤγαγε, πρὸ ὀκτωκαίδεκα μιλίων πάσης σχεδὸν προχυθείσης τῆς πόλεως, καὶ σὺν χαρᾷ πλείστῃ προσηχαμένης. Οἱ δὲ δι' αὐτὸν εἰσέτι τῆς Ἐκκλησίας διακρινόμενοι, ἑκατὸν παρῳχηκότων ἐνιαυτῶν, τῇ Ἐκκλησίᾳ ἡνώθησαν.

CAPUT X.

Ut Zeno Petrum Cnapheum, et item alios Antiochia expulerit, et Calandioni episcopatum ejus commiserit. De reductione reliquiarum sancti Eustathii Antiocheni.

Zeno Petrum Cnapheum, ut qui a Basilisco revocatus esset, Antiochia expulit, et Calandioni Stephani successori episcopatum restituit. Paulum etiam Epheso exegit, Nestorium item Tarso, et Cyrum Hierapoli, Romanum Chalcedone, Samosatis Eusebium, Mopsuestia Julianum, Paulum Con-
C stantia, et Andream Theodosiopoli. Calandion autem neminem ad communionem admittebat, qui non prius Petrum et circularia Basilisci anathemate confodisset. Ac de Zenonis voluntate et consensu, divi Eustathii, qui Philippis apud Macedones in exsilio vitam finierat, reliquiæ cum reverentia multa Antiochiam reductæ sunt : 673
quas cum lætitia summa civitas ea ad decimum octavum fere lapidem extra urbem effusa excepit. Atque illi qui ad hoc usque tempus ab Ecclesia secesserant, annis centum elapsis, Ecclesiæ tandem prorsus uniti sunt.

ΚΕΦΑΛ. ΙΑ'.

Ὡς μετὰ Τιμόθεον τὸν Αἴλουρον Πέτρος ὁ Μογγὸς γίνεται ἐν Ἀλεξανδρείᾳ· εἶτα πάλιν Τιμόθεος ὁ Σαλοφακιόλος· εἶτα Ἰωάννης ὁ Ταβεννησιώτης· καὶ μετὰ τοῦτον αὖθις ὁ Μογγὸς Πέτρος, δεξάμενος τοὺς ἀπὸ Προτερίου, καὶ τῷ ἑνωτικῷ καθυπογράψας τοῦ Ζήνωνος.

Πρὸς βουλῆς δ' ἦν Ζήνωνι καὶ Τιμόθεον τὸν Αἴλουρον ἀπελάσαι τῆς Ἀλεξάνδρου. Γνοὺς δὲ εἰς βαθὺ γῆρας ἐληλακότα, καὶ ἤδη πρὸς ταφὴν ὄντα, τὸ βούλευμα διεκώλυσεν. Ὁ δὲ μετ' οὐ πολὺ πρὸς τὰ κατωτέρω μετεχώρει δικαιωτήρια. Ἀλεξανδρεῖς δ' αὐθεντίᾳ χρησάμενοι, χειροτονοῦσι σφίσι ποιμένα, πολλῷ τῇ δυσσεβείᾳ χείρονα τοῦ Αἰλούρου, Πέτρον ἕτερον, Μογγὸν τὸ ἐπώνυμον· ὃν, ὥς φασι καὶ δύο ἐπισκόπων τὴν χειροτονίαν τελεσάντων, καὶ

CAPUT XI.

C *Ut Alexandriæ Timotheo Æluro Petrus Moggus, Moggo Timotheus Salophaciolus, huic porro Joannes Tabennesiotes, huic autem rursus Petrus Moggus, eis qui Proterium secuti fuerant ad se receptis, et Zenonis Henotico, hoc est, conciliatorio seu pacificatorio edicto comprobato, successerit.*

Constituerat Zeno Timotheum quoque Ælurum Alexandria ejicere. Postquam autem ad multam eum senectutem pervenisse, et jam non longe a sepulcro abesse cognovit, consilium mutavit. Atque ille paulo post ad inferorum migravit judicium. Alexandrini autem potestate sibi et auctoritate usurpata, pastorem sibi delegerunt impietate Æluro longe deteriorem, Petrum alterum cognomento Moggum : quem unus et alter siculi ferunt,

(1) Evagr. lib. III, cap. 9.

episcopi consecrarunt, quibus legitime dignitas adempta fuerat. Quod ubi Zeno rescivit, eos qui illum episcopum legerant, morte multavit. Timotheum autem Salophaciolum, Proterii successorem, qui Canobi (sicuti diximus) degebat, in sedem suam restituit, cui Moggus diebus triginta sex incubaverat. Ac Timotheus quidem imperatoriis litteris thronum suum ita recuperavit. Brevi vero post consilium quidam ceperunt legatum ad imperatorem mittendi, Joannem presbyterum Tabennesiotam, qui œconomus templi honorandi Præcursoris et Baptistæ creatus fuerat : ut ibi episcopus eorum inter homines esse desiisset, Alexandrini potestatem episcopi quem vellent eligendi haberent. Qui legatus ubi compertus est sibi ipsi episcopatum precari, quemadmodum Zacharias inquit, postquam imperatori juravit, haud unquam se Alexandriæ thronum recepturum esse, domum reversus est, et imperator constitutione, ut post obitum Timothei, Joanne excepto, cathedram episcopalem Alexandriæ, quem ibi clerus et populus legisset sortiretur, sancivit. Non multo post Timotheo defuncto, Joannes pacta conventa et jusjurandum parvi pendens, pecunia quibusdam, ut
674 idem Zacharias ait, corruptis, ad episcopatum conscendit. Quod ubi factum est, Zeno illum quidem rejici jussit, suggestione autem Acacii scriptum ad Alexandrinos, quod ἑνωτικὸν, hoc est, unionis conciliatorium vocavit, dedit : in quo præcepit, ut thronus Petro Moggo reddatur, siquidem ille scripto ei subscribere, et Proterii sectatores recipere, quartamque synodum approbare vellet. Hanc rei ejus dispositionem, de Acacii sententia (sicuti dixi) constitutam, Pergamius, qui nuper admodum Ægyptiæ provinciæ præfectus declaratus fuerat, Alexandriam pertulit. Is postquam eo pervenit, et Joannem Romam profugisse comperit, cum Petro Moggo collocutus, ut henoticum Zenonis scriptum reciperet, ei persuasit, et eos præterea qui ab Ecclesia secessissent. Ille tomo ei statim subscripsit : et cum Alexandriæ publicus populi conventus celebraretur, quia henoticum Zenonis omnibus placuit, eos quoque qui propter Proterii partes secesserant, admisit. Atque ubi orationem non ita longam ad populum habuit, quam ad ecclesiasticum plebis conventum composuerat, postea etiam Zenonis constitutionem multitudini recitavit, hisce verbis compositam :

CAPUT XII.

De Zenonis edicto, quod pacificatorium est dictum, neque rejiciens neque comprobans Chalcedonensem synodum.

« Imperator Cæsar Zeno pius, victor, triumphator, maximus, semper colendus, Augustus, Alexandrinis, et qui per Ægyptum et Libyam et Pentapolim sunt, religiosissimis episcopis et clericis, et monachis et laicis. Cum imperii nostri initium et conservationem, tum autem opes atque armaturam inexpugnabilem persuasum habeamus esse,

A τούτων δ' ἐνδίκως τὴν ἱερωσύνην ἀφαιρεθέντων. Ὁ δὴ Ζήνων μαθὼν, τοὺς μὲν ψηφισαμένους θανάτου ζημίᾳ ἐτίμα· Τιμόθεον δὲ τὸν μετὰ Προτέριον, ᾧ Σαλοφακίολος τὸ ἐπίκλην, ὥσπερ ἔφημεν, ἐν Κανώβῳ ποιούμενον τὰς διατριβὰς, ἐπανάγει αὖθις τῷ θρόνῳ, ἐφ' ἡμέραις τριακονταὲξ τοῦ Μογγοῦ Πέτρου τούτῳ διαγαγόντος. Ἀλλὰ Τιμόθεος οὕτω βασιλείοις γράμμασι τὸν οἰκεῖον θρόνον ἀπέλαβε. Μετ' οὐ πολὺ δὲ βουλὴν ἔνιοι ἐτίθεντο βασιλεῖ στεῖλαι πρέσβιν, Ἰωάννην πρεσβύτερον τὸν Ταβεννησιώτην, εἰς οἰκονόμον ἀποτεταγμένον τοῦ νεὼ τοῦ τιμίου Προδρόμου καὶ Βαπτιστοῦ· ὡς ἂν εἴ γε συμβαίη τὸν σφῶν ἐπίσκοπον ἐξ ἀνθρώπων γενέσθαι, ἐξὸν εἴη Ἀλεξανδρεῦσιν ὃν ἂν ἕλοιντο ψηφίσασθαι πρόεδρον. Ἑαυτῷ δὲ φωραθεὶς ὁ πρέσβις μνώμενος τὴν ἐπι-
B σκοπὴν, ὡς Ζαχαρίας φησὶν, ὅρκους δοὺς βασιλεῖ, μή ποτ' ἐκεῖνον τὸν τῆς Ἀλεξάνδρου ἐγχειρισθῆναι θρόνον, ἀνέστρεψεν ὄπισθεν, τοῦ βασιλέως θεσπίσαντος, μετὰ τὸ ἀποβιῶναι Τιμόθεον πλὴν Ἰωάννου ἐκεῖνον τὴν καθέδραν κληρώσασθαι ὃν ἂν ὁ κλῆρος καὶ τὸ πλῆθος ἐπιλέξηται. Μετ' οὐ πολὺ δὲ Τιμοθέου τὸ βιοῦν μεταλλάξαντος, Ἰωάννης τὰς συνθήκας τῶν ὅρκων παρ' οὐδὲν λογισάμενος, χρήμασί τινας ὑποφθείρας, ὡς ὁ αὐτὸς Ζαχαρίας φησὶν, εἰς τὴν τῆς ἐπισκοπῆς καθέδραν ἀνάγεται. Οὗ γενομένου, ἐκεῖνον μὲν ἀπελαθῆναι Ζήνων ἐκέλευεν, ὑποθήκαις δὲ Ἀκακίου καὶ πρὸς Ἀλεξανδρεῖς ἔγραφεν, ὃ δὴ *Ἑνωτικὸν* κατωνόμασε· θεσπίζων Πέτρῳ τῷ Μογγῷ αὖθις ἀποδοθῆναι τὸν θρόνον, εἴπερ ἕλοιτο καθυποσημαίνειν τῷ
C γράμματι, καὶ τοὺς ἀπὸ τῆς μοίρας Προτερίου δέχεσθαι, καὶ μὴ τὴν τετάρτην ἐκτρέπεσθαι σύνοδον. Ἣν δὴ οἰκονομίαν γνώμῃ Ἀκακίου συντεθειμένην, ὡς εἴρηται, Περγάμιος διεκόμιζεν, ἄρτι τῆς Αἰγυπτιακῆς διοικήσεως τὴν ὕπαρχον ἀξίαν ἐγχειρισθείς. Ὁ δὴ τῇ Ἀλεξάνδρου προσεσχηκὼς, τὸν μὲν Ἰωάννην φυγάδα ἐς Ῥώμην γενέσθαι ἐμάνθανε· Πέτρῳ δὲ τῷ Μογγῷ περιτυχὼν, πείθει μὲν τὸ ἑνωτικὸν Ζήνωνος δέχεσθαι, καὶ τοὺς τῆς Ἐκκλησίας διισταμένους. Καὶ τὸν μὲν τόμον εὐθὺς καθυπέγραφε· δημοτελοῦς δὲ πανηγύρεως ἀνὰ τὴν Ἀλεξάνδρου τελουμένης, ἐπεὶ καὶ πᾶσι τὸ ἑνωτικὸν Ζήνωνος εἰς ἀρέσκειαν ἦν, δέχεται Πέτρος καὶ τοὺς ἀπὸ Προτερίου διισταμέ-
D νους. Μετρίαν δὲ προσφώνησιν τῷ λεῷ ἀνειπὼν, ὃ ἐπ' ἐκκλησιάσει τοῦ δήμου συνέταξεν, ἔπειτα καὶ τὸ ἑνωτικὸν Ζήνωνος τῷ πλήθει ὑπανεγίνωσκε τάδε διαγορεῦον·

ΚΕΦΑΛ. ΙΒ'.

Περὶ τοῦ λεγομένου ἑνωτικοῦ τοῦ βασιλέως Ζήνωνος· μήτε ἀποτρεπόμενον μήτε δεχόμενον τὴν ἐν Χαλκηδόνι ἁγίαν σύνοδον.

« Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Ζήνων, εὐσεβὴς, νικητὴς, τροπαιοῦχος, μέγιστος, ἀεισέβαστος, Αὔγουστος, τοῖς κατ' Ἀλεξάνδρειαν καὶ Αἴγυπτον καὶ Λιβύην καὶ Πεντάπολιν εὐλαβεστάτοις ἐπισκόποις καὶ κληρικοῖς καὶ μοναχοῖς καὶ λαϊκοῖς. Ἀρχὴν καὶ σύστασιν δύναμίν τε καὶ ὅπλον ἀκαταμάχητον τῆς ἡμετέρας εἰδότες βασιλείας τὴν μόνην ὀρθὴν καὶ ἀληθινὴν

πίστιν, ἥντινα διὰ τῆς θείας ἐπιφοιτήσεως ἐξέθεντο A μὲν οἱ ἐν Νικαίᾳ συναθροισθέντες τριακόσιοι δεκαοκτὼ ἅγιοι Πατέρες, ἐβεβαίωσαν δὲ οἱ ἐν Κωνσταντινουπόλει ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα ὁμοίως ἅγιοι Πατέρες συνελθόντες, νύκτωρ τε καὶ μεθημέραν πάσῃ προσευχῇ καὶ σπουδῇ καὶ νόμοις κεχρήμεθα πληθυνθῆναι δι' αὐτῆς τὴν ἁπανταχόσε ἁγίαν τοῦ Θεοῦ καθολικὴν καὶ ἀποστολικὴν Ἐκκλησίαν, τὴν ἄφθαρτον καὶ ἀτελεύτητον μητέρα τῶν ἡμετέρων σκήπτρων· εἰρήνῃ τε καὶ τῇ περὶ Θεὸν ὁμονοίᾳ τοὺς εὐσεβεῖς λαοὺς διαμένοντας, εὐπροσδέκτους τὰς ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας βασιλείας ἱκετείας προσφέρειν, σὺν τοῖς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις, καὶ θεοσεβεστάτοις κληρικοῖς καὶ ἀρχιμανδρίταις καὶ μονάζουσι. Τοῦ γὰρ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου καὶ Θεοτόκου Μα- B ρίας σαρκωθέντος καὶ τεχθέντος, τὴν ἐκ συμφωνίας δοξολογίαν καὶ λατρείαν ἡμῶν ἐπαινοῦντος καὶ ἑτοίμως δεχομένου, τὰ μὲν τῶν πολεμίων ἐκτριβήσεται καὶ ἐξαλειφθήσεται γένη· πάντες δὲ τὸν οἰκεῖον ὑποκλινοῦσιν αὐχένα τῷ ἡμετέρῳ μετὰ Θεὸν κράτει. Εἰρήνη δὲ καὶ τὰ ἐκ ταύτης ἀγαθὰ, ἀέρων τε εὐκρασία, καὶ καρπῶν εὐφορία, καὶ τὰ ἄλλα δὲ τὰ λυσιτελοῦντα τοῖς ἀνθρώποις φιλοτιμηθήσεται. Οὕτως οὖν τῆς ἀμωμήτου πίστεως ἡμᾶς τε καὶ τὰ Ῥωμαϊκὰ περισωζούσης πράγματα, δεήσεις ἡμῖν προσεκομίσθησαν παρὰ θεοσεβῶν ἀρχιμανδριτῶν καὶ ἐρημιτῶν, καὶ ἑτέρων αἰδεσίμων ἀνδρῶν, μετὰ δακρύων ἱκετευόντων ἕνωσιν γενέσθαι ταῖς ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις, συναφθῆναί τε τὰ μέλη τοῖς μέλε- C σιν, ἅπερ ὁ μισόκαλος ἀπὸ πλείστων χρόνων χωρίσαι κατηπείχθη, γινώσκων ὡς εἰ ὁλοκλήρῳ τῷ τῆς Ἐκκλησίας σώματι πολεμῴη, ἡττηθήσεται. Συμβαίνει γὰρ ἐκ τούτου καὶ γενεὰς ἀναριθμήτους εἶναι, ὅσας ὁ χρόνος ἐν τοσούτοις ἔτεσι τῆς ζωῆς ὑπεξήγαγε· καὶ τὰς μὲν τοῦ λουτροῦ τῆς παλιγγενεσίας ἐστερημένας ἀπελθεῖν, τὰς δὲ τῆς θείας κοινωνίας μὴ μετασχούσας πρὸς τὴν τῶν ἀνθρώπων ἀπαραίτητον ἐκδημίαν ἀπαχθῆναι, φόνους τε τολμηθῆναι μυρίους, καὶ αἱμάτων πλήθει μὴ μόνον μολυνθῆναι τὴν γῆν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τὸν ἀέρα. Ταῦτα τίς οὐκ ἂν εἰς τὸ ἀγαθὸν μετασκευασθῆναι προσεύξοιτο; Διά τοι τοῦτο γινώσκειν ὑμᾶς ἐσπουδάσαμεν, ὅτι καὶ ἡμεῖς καὶ αἱ πανταχοῦ ἐκκλησίαι, ἕτερον σύμβολον ἢ μάθημα, ἢ ὅρον πίστεως, ἢ πίστιν, πλὴν D τοῦ εἰρημένου ἁγίου συμβόλου τῶν τιη' ἁγίων Πατέρων, ὅπερ ἐβεβαίωσαν οἱ μνημονευθέντες ρν' ἅγιοι Πατέρες, οὔτε ἐσχήκαμεν, οὔτε ἔχομεν, οὔτε ἕξομεν, οὔτε ἔχοντας ἐπιστάμεθα· εἰ δὲ καὶ ἔχοι τις, ἀλλότριον αὐτὸν ἡγούμεθα· τοῦτο γὰρ καὶ μόνον, ὡς ἔφαμεν, τὴν ἡμετέραν περισώζειν τεθαῤῥήκαμεν βασιλείαν. Καὶ πάντες δὲ οἱ λαοὶ τοῦ σωτηριώδους ἀξιούμενοι φωτίσματος, αὐτὸ καὶ μόνον παραλαμβάνοντες βαπτίζονται. Ὧ καὶ ἐξηκολούθησαν οἱ ἅγιοι Πατέρες, οἱ ἐν τῇ Ἐφεσίων συνελθόντες· οἳ καὶ καθελόντες τὸν ἀσεβῆ Νεστόριον καὶ τοὺς τὰ ἐκείνου μετὰ ταῦτα φρονοῦντας. Ὅντινα καὶ ἡμεῖς Νεστόριον ἅμα Εὐτυχεῖ τἀναντία τοῖς εἰρημένοις φρονοῦντας ἀναθεματίζομεν· δεχόμενοι καὶ τὰ ιβ' κεφά-

A solam rectam et veram fidem quam divina inspiratione Nicææ trecenti decem et octo sancti Patres congregati promulgaverunt, et Constantinopoli centum quinquaginta itidem sancti Patres coacti confirmaverunt, diu noctuque precationibus, studiis legibusque nostris omnibus hoc agimus, ut per eam ubique locorum sancta Dei catholica et apostolica Ecclesia incrementa capiat, **675** quæ incorruptibilis et immortalis sceptrorum nostrorum mater, et pii populi nostri in pace religionis divinæ concordia persistentes, acceptabiles pro imperio nostro preces una cum Dei amantissimis episcopis et piissimis clericis et archimandritis et monachis fundant. Cum enim magnus Deus et Salvator noster Christus Jesus, qui ex sancta Virgine et Dei B Genitrice Maria incarnatus et natus est, glorificationem et sacrum cultum nostrum consentientem laudaverit, benigneque susceperit, tum gentes hostiles conterentur atque exstinguentur, et omnes colla sua imperio secundum Deum nostro submittent: pax etiam, et quæ ex pace proveniunt bona, cœli salubritas, frugum ubertas, aliaque quæ hominibus commoda sunt, liberaliter suppeditabunt. Itaque cum fides irreprehensibilis et vos et imperium Romanum sic conservet, preces nobis a piis archimandritis et eremitis, aliisque venerandis viris oblatæ sunt: qui cum lacrymis nobis supplicarunt, ut unionem in sanctissimis Ecclesiis fieri, et membra membris conjungi, quæ honestatis pietatisque C inimicus ab annis plurimis segregare est conatus, curaremus. Qui quidem inimicus bene novit, si integro et conjuncto Ecclesiæ corpori bellum inferat, victum se iri. Nam ex hoc factum est, ut infinitæ gentes et generationes, quas tot annorum tempora ex hac vita subduxerunt, partim absque lavacri regeneratione obierint, partim sine divinæ communionis perceptione ad inevitabilem illam omnium migrationem transierint: et ut cædes innumerabiles patratæ sint, ita ut sanguinis unda non solum terra, verum etiam aer ipse contaminatus sit et infectus: quæ omnia quis est qui non in melius mutari exoptet? Quapropter scire vos volumus, neque nos, neque quæ ubique locorum sunt ecclesias, aliud symbolum, aut doctrinam aut D formulam fidei, aut fidem etiam, præterquam quod (sicuti dictum est) a trecentis decem et octo sanctis Patribus editum, et a centum et quinquaginta, quorum mentionem etiam fecimus, sanctis Patribus comprobatum est sanctum Symbolum, vel habuisse, vel habere, vel habituros esse, neque aliquos qui habeant scire: atque si quis etiam habeat, alienum illum putare. **676** Nam id solum Symbolum, quemadmodum diximus, imperium nostrum conservare confidimus. Et populi universi, qui salutarem consequuntur illuminationem, hoc solo recepto baptizantur. Hoc etiam secuti sunt sancti Patres Ephesi congregati, qui impium Nestorium et opinionis ejus postea sectatores condemnarunt, quem sane Nestorium una cum Eu-

tychete, quod diversa ab eis quæ dicta sunt sentiant, anathemate ferimus: duodecim etiam capita illa a sanctæ memoriæ Cyrillo sanctæ catholicæ Alexandrinorum Ecclesiæ archiepiscopo promulgata recipientes. Profitemur autem unigenitum Filium (1) Dei et Deum (qui vere homo factus est, Dominum nostrum Jesum Christum, qui consubstantialis est Patri secundum divinitatem, et idem consubstantialis nobis juxta humanitatem: et qui descendit et incarnatus est ex Spiritu sancto, et Maria virgine et Dei genitrice) unum esse, et non duos. Unius enim esse dicimus et miracula et perpessiones, quas sponte sua carne pertulit. Eos vero qui eum dividunt aut confundunt, aut phantasiam seu spectrum inducunt, haudquaquam approbamus. Et pura labisque peccati omnis expers (2), veraque, ex Dei Genitrice incarnatio accessionem Filii non attulit: et Trinitas, uno Trinitatis ejus Deo Verbo incarnato, Trinitas permansit. Cum igitur sciamus neque sanctas quæ ubique sunt, et orthodoxas Dei ecclesias, neque qui eis præsunt Dei amantissimos sacerdotes, neque imperialem nostram sublimitatem symbolum aliud, aut fidei definitionem præter eam quam diximus sanctam doctrinam et formulam, vel antea tulisse, vel nunc ferre, conjunximus nos per unionem inter nos ipsos, nihil addubitantes, nihilque cunctantes. Atque hæc scripsimus, non ut novi quidquam de fide afferremus, sed ut vos per certam perfectamque doctrinam confirmaremus. Quemlibet vero qui aliud quidquam sensit, aut sentit, aut nunc, aut quacunque synodo alia, anathemati subjicimus: præcipue vero quos diximus, Nestorium et Eutychetem, et qui cum eis idem sentiunt. Conjungite ergo vos per unionem spirituali matri Ecclesiæ et divina ipsius in ea communione fruimini, per eam quam diximus, unam et solam trecentorum decem et octo sanctorum Patrum professionis fidei definitionem. Ipsa enim sanctissima mater vestra Ecclesia, vos ut germanos nativosque filios, circumfusis ulnis amplecti desiderat, **677** et suavem vestram vocem aliquando tandem audire cupit. Itaque vos ipsos incitate atque urgete. Quod si feceritis, tum Domini et Servatoris et Dei nostri Jesu Christi benignitatem vobis ipsis conciliabitis, tum ab imperiali nostra amplitudine laudem eximiam feretis. » Quibus litteris lectis, Alexandrini universi sanctæ catholicæ et apostolicæ Ecclesiæ conjuncti unitique sunt: et quæcunque in medio fuere offendicula et impedimenta, sustulere.

ἅπαντα τὰ εἰρημένα παρὰ τοῦ τῆς ὁσίας μνήμης γενομένου Κυρίλλου ἀρχιεπισκόπου τῆς Ἀλεξανδρέων ἁγίας καθολικῆς Ἐκκλησίας. Ὁμολογοῦμεν δὲ τὸν μονογενῆ Υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ Θεὸν, τὸν κατὰ ἀλήθειαν ἐνανθρωπήσαντα, τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν τὸν αὐτὸν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα, κατελθόντα καὶ σαρκωθέντα ἐκ Πνεύματος ἁγίου καὶ Μαρίας τῆς Παρθένου καὶ Θεοτόκου, ἕνα τυγχάνειν καὶ οὐ δύο· ἑνὸς γὰρ εἶναί φαμεν τά τε θαύματα καὶ τὰ πάθη, ἅπερ ἑκουσίως ὑπέμεινε σαρκί. Τοὺς γὰρ διαιροῦντας, ἢ συγχέοντας, ἢ φαντασίαν εἰσάγοντας, οὐδὲ ὅλως δεχόμεθα· ἐπείπερ ἡ ἀναμάρτητος κατὰ ἀλήθειαν σάρκωσις ἐκ τῆς Θεοτόκου προσθήκην Υἱοῦ οὐ πεποίηκε· μεμένηκε γὰρ Τριὰς ἡ Τριὰς, καὶ σαρκωθέντος τοῦ ἑνὸς τῆς Τριάδος Θεοῦ Λόγου. Εἰδότες οὖν ὡς οὔτε αἱ ἅγιαι πανταχοῦ ὀρθόδοξοι τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαι, οὔτε οἱ τούτων προϊστάμενοι θεοφιλέστατοι ἱερεῖς, οὔτε ἡ ἡμετέρα βασιλεία ἑτέρου συμβόλου ἢ ὅρου πίστεως παρὰ τὸ εἰρημένον ἅγιον μάθημα ἠνέσχοντο ἢ ἀνέχονται, ἡνώσαμεν ἑαυτοὺς μηδὲν ἐνδοιάζοντες. Ταῦτα δὲ γεγράφαμεν, οὐ καινίζοντες πίστιν, ἀλλ' ὑμᾶς πληροφοροῦντες. Πάντα δὲ τὸν ἕτερόν τι φρονήσαντα, ἢ φρονοῦντα, ἢ νῦν, ἢ πώποτε, ἢ ἐν Χαλκηδόνι, ἢ οἵᾳ δήποτε συνόδῳ, ἀναθεματίζομεν· ἐξαιρέτως δὲ τοὺς εἰρημένους Νεστόριον καὶ Εὐτύχιον, καὶ τοὺς τὰ αὐτῶν φρονοῦντας. Συνάφθητε τοίνυν τῇ πνευματικῇ μητρὶ τῇ Ἐκκλησίᾳ, τῆς αὐτῆς ἡμῖν ἐν αὐτῇ θείας ἀπολαύοντες κοινωνίας, κατὰ τὸν εἰρημένον ἕνα καὶ μόνον ὅρον τῆς πίστεως τῶν τιη' ἁγίων Πατέρων. Ἡ γὰρ παναγία μήτηρ ὑμῶν ἡ Ἐκκλησία καὶ ὡς γνησίους ὑμᾶς υἱοὺς ἀπεκδέχεται περιπτύξασθαι, καὶ τῆς χρονίας καὶ γλυκείας ὑμῶν ἐπιθυμεῖ φωνῆς ἀκροάσασθαι. Ἐπείξατε οὖν ἑαυτούς· ταῦτα γὰρ ποιοῦντες, καὶ τὴν τοῦ Δεσπότου καὶ Σωτῆρος καὶ Θεοῦ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ εὐμένειαν πρὸς ἑαυτοὺς ἐφελκύσεσθε, καὶ παρὰ τῆς ἡμετέρας βασιλείας ἐπαινεθήσεσθε. » Ὧν δὴ γραμμάτων ἀνεγνωσμένων οἱ τῆς Ἀλεξάνδρου πάντες ἥνωντο τῇ ἁγίᾳ καθολικῇ καὶ ἀποστολικῇ Ἐκκλησίᾳ, τὰ ἐν μέσῳ σκῶλά τε καὶ προσκόμματα διαλύοντες.

(1) Unum solummodo Christum Dei Patris Verbum cum propria carne cognoscimus. (Cyrill.)

(2) Genuit ex se Virgo corpus, sed quod conceptum esset ex Spiritu. (Hilar.) — In naturæ humanæ susceptione gratia quodammodo illi homini naturalis facta est, quæ nullum peccatum posset admittere. (Aug.) Et Gregor. Nazianz. Virginem matrem ante conceptionem Filii sui et anima et corpore cœlitus sanctificatam esse scripsit. — Talis erat illa susceptio, quæ Deum hominem faceret, et hominem Deum. (Aug.) — Virgo carnem Christi non peperit de peccati propagine. (Id. *sup. Joan.* tract. 79.) Erronea ergo fuerit Magistri Sententiarum illa lib. III, dist. 3, sententia: *Sane dici potest, et credi oportet, juxta sanctorum attestationis convenientiam, ipsam (carnem Verbi) prius peccato fuisse obnoxiam, sicut reliqua Virginis caro fuit.*

ΚΕΦΑΛ. ΙΓ'.

A

Ὡς Καλανδίων ὑπερόριος γίνεται, Πέτρος δὲ ὁ Κναφεὺς τῷ τῆς Ἀντιόχου αὖθις θρόνῳ ἐπιπηδᾷ· καὶ περὶ τοῦ παλιμβόλου ἤθους Πέτρου τοῦ Μογγοῦ.

Καλανδίων δὲ ὁ τῆς Ἀντιόχου πρόεδρος Ἀκακίῳ καὶ Ζήνωνι ἔγραφε, μοιχὸν τὸν Πέτρον ἀποκαλῶν διὰ τὰ γενόμενα· καὶ ὅτι καὶ ἐπὶ τῆς Ἀλεξάνδρου γενόμενος, ἀναθέματι τὴν ἁγίαν τετάρτην καθυπέβαλε σύνοδον. Ὃς διὰ ταῦτα πρόφασιν εἰληφὼς ὡς τοῖς ἀποστάταις Ζήνωνος ἐπαμύνοι Ἴλλῳ καὶ Λεοντίῳ καὶ Παμπρεπεῖ τυραννιῶσιν, τὴν Ὄασιν οἰκεῖν κατακρίνεται. Καὶ Καλανδίων μὲν αὖθις τῆς Ἀντιόχου διὰ τοῦτο ἐκβάλλεται· ὁ δὲ Κναφεὺς Πέτρος τέχνῃ τὰ πράγματα ὑπελθὼν, τῆς ἐφετῆς αὐτῷ καθέδρας τῆς Ἀντιόχου πάλιν καταξιοῦται, τῷ ἑνωτικῷ Ζήνωνος πρότερον ὑποσημηνάμενος. Καὶ πρὸς Πέτρον δὲ τὸν Μογγὸν τῆς Ἀλεξάνδρου ἐπισκοποῦντα ἀμοιβαίοις συνοδικοῖς ἐχρήσατο γράμμασιν. Ἐπίσης δὲ καὶ ὁ μετ' Ἀναστάσιον ὁ Ἱεροσολύμων Μαρτύριος τὰς κατ' ἔθος συνοδικὰς ἐκείνῳ ἐπιστολὰς ἔπεμψεν. Ἥνωται δὲ τούτῳ καὶ ὁ τῆς Κωνσταντίνου τὸν θρόνον διέπων Ἀκάκιος. Οὐ πολλοῦ δὲ χρόνου διεῤῥυηκότος, τινὲς τῶν τῆς Πέτρου τοῦ Μογγοῦ προτέρας μοίρας οὕτως ἔχοντα βλέποντες, τῆς ἐκείνου κοινωνίας διέστησαν· ὡς ἐκεῖνον βιασθέντα, τὴν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον ἐπ' ἐκκλησίας ἀναθεματίσαι, καὶ τὸ λείψανον Τιμοθέου ἀνορύξαι. Ὃ μαθὼν Ἀκάκιος, ὁ τῆς Κωνσταντίνου, ἐν δεινῷ ἐποιεῖτο, καὶ ἐν οὐ μετρίαις ἦν ταραχαῖς, ἐς τοσοῦτον, ὥστε καί τινας ἀνὰ τὴν Ἀλεξάνδρου ἐκπέμψαι εἴ γε ἀληθῆ τὰ λεγόμενα εἰσομένους. Οὓς ὁ Πέτρος ἐξακριβούμενος, ἐπληροφόρει μηδὲν τοιοῦτον διαπεπραχὼς· καὶ τὰ πλήθη συνάγων, ὑπομνήματα ἔγραφεν, ὧν ἡ δύναμις ἔγγραφος ἔκειτο, ὡς ἄρα εἴη Πέτρος τῶν ἠκουσμένων μηδέν τι διαπραξάμενος. Οὗτος δὲ ἄρα ταῖς ἀληθείαις κόθορνός τις ἢ Πρωτεὺς Φάριος ὢν, Εὔριπός τε καὶ παλίμβολος, ἐν οὐδεμιᾷ καθίστατο γνώμῃ· ἀλλ' ἀεὶ πρὸς τὸ δόξαν μετεῤῥυθμίζετο τοῖς καιροῖς καὶ τοῖς πράγμασιν, νῦν μὲν τὴν ἐν Χαλκηδόνι προσιέμενος σύνοδον, νῦν δὲ ὥσπερ παλινῳδίαν ᾄδων, καὶ ψήφοις ἁπάσαις ἐκβάλλων ταύτην καὶ παραδιδοὺς ἀναθέματι. Ἐξ ὧν δ' Ἀκακίῳ τῷ τῆς Κωνσταντίνου γράφει προέδρῳ μόλις τὸν ἐκείνου δόλον φωράσαντι, δῆλος γεννήσεται. Γράφει δ' ἐπὶ λέξεως οὕτως·

CAPUT XIII.

Ut Calandion in exsilium sit actus, et Petrus Cnapheus in ejus rursum insilierit sedem: et de inconstantibus ac versipellibus Petri Moggi moribus.

Porro Calandion Antiochenus antistes ad Acacium et Zenonem scripsit, et Petrum mœchum vocavit, cum propter ea quæ de illo accidissent, tum quod Alexandriæ anathema in sanctam quartam synodum conjecisset. At Calandion, quod per eam causam occasionem arripuit, ut Illi et Leontii et Pamprepis, qui a Zenone defecerant et tyrannidem affectabant, partes foveret, ad Oasim exsilii causa incolendam damnatus est. Atque ille quidem idcirco rursum Antiochia ejectus, Petrus autem B Cnapheus, fraude in negotio peragendo usus, in desideratam sibi Antiochenam sedem rursum inductus est, postquam henotico Zenonis subscripsit. Dedit is ad Petrum Moggum Alexandriæ episcopum, et vicissim ab eodem accepit synodales litteras. Martyrius itidem Anastasii Hierosolymis successor, ad eum more recepto epistolas ejuscemodi misit. Conjunctus quoque ei est, qui Constantinopolitanam gubernabat Ecclesiam, Acacius. Verum non multum intercessit temporis, et nonnulli qui Petri Moggi partium fuerant, cum eum consilium mutasse viderent, a communione ejus secesserunt: unde factum est, ut Chalcedonensem synodum in ecclesia anathematis sententia damnasset, et Timothei cadaver effodisset. Eam rem C ubi Acacius Constantinopolitanus audivit, graviter factum id tulit, et magnopere est perturbatus: **678** adeo certe, ut quosdam Alexandriam mittendos duxerit, qui rei veritatem cognoscerent. Eos vero Petrus postquam diligenter inquisitos adesse rescivit, certiores fecit, nihil se earum rerum admisisse: et multitudine quadam contracta, attestationes conscripsit, quæ indicabant, Petrum nihil earum quæ auditæ essent rerum, fecisse. Ille vero reipsa veluti cothurnus quidam, aut Proteus Pharius atque Euripus, versipellis scilicet homo, fuit, et sibi ipsi non constitit, verum pro eo atque ei visum esset, semper se temporibus et rebus ipsis accommodavit. Et aliquando D quidem Chalcedonensem synodum comprobavit, aliquando autem perinde atque palinodiam canens, calculis omnibus rejecit, et anathemate condemnavit. Ex litteris autem eis quas ad Acacium Constantinopolitanum episcopum, qui dolum ejus per inquisitionem scrutatus est, dedit, qualis fuerit, liquebit. Scripsit autem in hæc verba:

ΚΕΦΑΛ. ΙΔ'.

Ἐπιστολὴ Πέτρου τοῦ Ἀλεξανδρείας, Ἀκακίῳ σταλεῖσα τῷ ἐπισκόπῳ τῆς βασιλίδος τῶν πόλεων.

« Ὁ Θεὸς ὁ ὕψιστος τὴν σὴν ἁγιωσύνην ἀμείψεται, ὑπό τε πόνων καὶ καμάτων τοσούτων, ὧν περιόδους χρόνων ἐφύλαξας τὴν τῶν ἁγίων Πατέρων πίστιν, ἣν ἀκαταπαύστως κηρύττων ἐβεβαίωσας· ἐν ᾗ καὶ τὸ σύμβολον κείμενον τῶν τιη' ἁγίων Πατέρων εὑρόντες, ἀκολούθως ἐν ᾧ βαπτισθέντες ἐπι-

CAPUT XIV.

Epistola Petri Alexandrini ad Acacium missa, imperantis urbis episcopum.

« Altissimus Deus remunerabitur sanctitati tuæ labores et sudores tantos, quos tot annorum curriculis, fidei sanctorum Patrum professione conservanda subiisti: quam sane assidue prædicans confirmasti. In ea symbolum quoque sanctorum trecentorum decem et octo Patrum recte positum

reperimus: in cujus scilicet professione baptizati, A et antea credidimus, et nunc quoque ei credimus. Id quod etiam comprobarunt centum et quinquaginta sancti Patres, qui Constantinopoli congregati fuere. Itaque cum assidue omnibus in recta via præeas, per unionem sanctam Dei conjunxisti Ecclesiam, et nobis certissimis argumentis persuasisti, nihil esse contra hæc actum in sanctissima universali synodo Chalcedone celebrata; quippe quæ cum sanctis Nicænis Patribus concordet, eorumque decretum confirmet. Et cum in actis Chalcedonensibus novi nihil reperissemus, sponte nostra illis assensimus et credidimus. Cæterum certiores facti sumus, monachos quosdam, qui conjunctioni nostræ fraternæ invident, de injuriis criminibusque quibusdam ad vos retulisse, B quibus tamen illi non facile sanctitatem vestram permovere. Primum, quod reliquias ejus qui in sanctis est Patris nostri beati archiepiscopi Timothei in locum alium transtulerimus: quod factum neque Deo placet, neque legibus convenit. **679** Deinde, ad crimen aliud quod non consistit, et priore illo deterius est, pervenere. Quomodo namque anathema jaculari in sanctam Chalcedonensem synodum potuimus, cui credidimus, et quam confirmavimus? Non latet autem pietatem vestram populi nostri fervor et levitas, et monachorum etiam ad novas res spectantium motus: qui cum in animo habeant, cum quibusdam consulta animi destinatione improbis ab Ecclesia resilire, popu- C lum secum avellere conantur. Porro vestris adjuti precibus, re deliberata, rationem quæ mederi malo imminenti posset, invenimus, nihil sanctæ Chalcedonensi synodo, in qua nihil novi scimus esse actum, derogantem, atque ut simplicibus persuaderemus factumque nostrum defenderemus, effecimus, ut ab iis qui nobiscum conventus agunt, ista dicerentur. Atque in eo cum toti essemus, mox etiam prohibuimus. Certiorem vero sanctitatem vestram facio, ne nunc quidem cessare eos qui semper zizania seminant, monachos: et tanquam instrumenta sibi asciscere quosdam, qui monasteria non incolunt, sed passim vagantes, rumores varios contra nos et ecclesiasticam Christi pacem et tranquillitatem spargunt: neque nobis, D pro eo atque decet, canonice quidquam in sancta Dei catholica Ecclesia facere permittunt, illudque sedulo agunt, ut nobis populus hic potius imperet, quam pareat, et omnia moliuntur, quæ Deo indigna sunt, et indecora facere student. De sanctitate autem vestra nobis persuademus, eam omnia ad sacratissimum orbis terrarum dominum relaturam, curaturamque esse, ut constitutio a serenitate ejus edatur, in qua de ecclesiastica pace, ea quæ et Deum ipsum et imperatorem deceant, et in quibus omnes acquiescant, præcipiat.» Atque hæc cothurnus ille Petrus, homo inconstans et versutus, fraudulenter ad Acacium scripsit.

στεύσαμεν καὶ πιστεύομεν. Ὅπερ καὶ ἐβεβαίωσαν οἱ συνελθόντες ἐν Κωνσταντινουπόλει ἅγιοι Πατέρες ρν'. Ἀκαταπαύστως τοίνυν πάντας ὁδηγῶν, ἥνωσας τὴν ἁγίαν τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαν, πείσας ἡμᾶς διὰ μεγίστων ὑποδειγμάτων, ὡς οὐδέν ἐστι παρὰ ταῦτα πεπραγμένον ἐν τῇ ἁγιωτάτῃ καὶ οἰκουμενικῇ συνόδῳ τῇ ἐν Χαλκηδόνι γενομένῃ, συμφωνούσῃ καὶ βεβαιούσῃ τὰ τοῖς ἐν Νικαίᾳ ἁγίοις Πατράσιν. Οὐδὲν γὰρ εὑρόντες καινὸν, αὐτοτελῶς συνεστήσαμεν καὶ πεπιστεύκαμεν. Μεμαθήκαμεν δὲ, ὥς τινες μονάζοντες, φθονοῦντες τῇ ἡμῶν ἀδελφότητι, εἰς τὰς ὑμῶν ὁσίας ἀκοὰς εἰσήνεγκαν λοιδορίας τινὰς, οὐκ εὐχερῶς μεταγούσας εἰς λύπην τὴν ὑμῶν ὁσιότητα. Καὶ πρῶτα μὲν, ὡς τὰ λείψανα τοῦ ἐν ἁγίοις ἡμῶν Πατρὸς τοῦ μακαρίου ἀρχιεπισκόπου Τιμοθέου μετηνέγκαμεν εἰς ἕτερον τόπον· ὅπερ πρᾶγμα οὔτε Θεῷ οὔτε νόμοις πρέπον ἐστί· καὶ ἐπὶ τούτοις εἰς ἕτερον μετεπήδησαν ἀσύστατον καὶ προτέρου χεῖρον. Πῶς γὰρ ἀναθεματίζειν εἴχομεν τὴν ἐν Χαλκηδόνι ἁγίαν σύνοδον, ᾗ πιστεύσαντες ἐβεβαιώσαμεν; Οὐκ ἀγνοεῖτε δὲ, οὐδὲ λέληθε τὴν ὑμῶν θεοφιλίαν τῶν παρ' ἡμῖν λαῶν ὁ ζῆλος καὶ ἡ ἐλαφρία, καὶ τῶν νεωτερίζειν ἐθελόντων μοναζόντων· οἵτινες μελετήσαντες ἅμα τισὶν ἐθελοκάκοις τῆς Ἐκκλησίας ἀποσχιρτῆσαι τοὺς λαοὺς ἀποσπᾷν ἐπιχειροῦσι· καὶ διὰ τῶν ὑμετέρων εὐχῶν ἐσκεψάμεθα λόγον θεραπείας ἐχόμενον, μηδὲν βλάπτοντα τὴν ἁγίαν σύνοδον τὴν ἐν Χαλκηδόνι· εἰδότες οὐδὲν καινὸν ἔχειν αὐτῇ πεπραγμένον καὶ πρὸς πεισμοσύνην τῶν ἀκεραίων καὶ ἀπολογίαν τοὺς ἐπισυνελθόντας ἡμῖν, τοῦτο λέγειν πεποιήκαμεν. Καὶ τοῦτο μὲν πολὺς γενόμενος, ταχέως ἐκώλυσα· γνωρίζω δὲ τῇ ὑμῶν ἁγιωσύνῃ, καὶ μέχρι καὶ νῦν οὐ παύονται οἱ τὰ ζιζάνια σπείροντες ἀεὶ μονάζοντες, ὄργανα ἑαυτοῖς ἐγκαταμίξαντες τινῶν μοναστήριά ποτε μὴ οἰκησάντων. Καὶ περιέρχονται φήμας θρυλλοῦντες διαφόρους καθ' ἡμῶν, καὶ κατὰ τῆς ἐκκλησιαστικῆς τοῦ Χριστοῦ εἰρήνης, καὶ μηδὲν ἡμᾶς συγχωροῦντες κανονικῶς καὶ πρεπόντως τῇ ἁγίᾳ τοῦ Θεοῦ καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ πράττειν, παρασκευάζοντες τοὺς παρ' ἡμῖν λαοὺς μᾶλλον ἄρχειν ἡμῶν, ἤπερ πείθεσθαι ἡμῖν· καὶ θέλουσι ποιεῖν, ὅσα μὴ πρέπει Θεῷ. Πιστεύομεν δὲ ὡς ἡ ὑμῶν ἁγιωσύνη διδάξει πάντα τὸν θειότατον δεσπότην τῆς οἰκουμένης· καὶ παρασκευάσει, ὥστε τύπον αὐτοῖς παρασχεθῆναι παρὰ τῆς αὐτοῦ γαληνότητος, τὰ δέοντα περὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς εἰρήνης πρεπούσης Θεῷ τε καὶ βασιλεῖ, ὥστε πάντας ἐν τούτοις κατευνάζειν.» Ἀλλὰ τοιαῦτα μὲν ὁ κόθορνος Πέτρος δολίως Ἀκακίῳ ἐπέστελλεν, ἀσταθὴς τὴν γνώμην ὢν καὶ παλίμβολος.

—

ΚΕΦΑΛ. ΙΕ'. A

Ὡς Ἰωάννης Ἀλεξανδρείας ὁ Ταβεννησιώτης εἰς Ῥώμην γενόμενος, πείθει Φήλικα τὸν Ῥώμης Ἀκακίῳ τῷ τῆς Κωνσταντίνου σχεδιάσαι καθαίρεσιν.

Ἰωάννης δὲ ὁ τῆς Ἀλεξάνδρου ὁ Ταβεννησιώτης, οὗ καὶ ἀνόπιν μνείαν ἐποιησάμην, φεύγων τὴν πρεσβυτέραν κατελάμβανε Ῥώμην, καὶ ἀνέσειεν ἐκταράσσων, τοῦ οἰκείου θρόνου λέγων διαπεσεῖν, ὡς τῶν Λέοντος δογμάτων ὑπέρμαχον, καὶ τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου· ἄλλον δέ τινα ἐφ' ἅπασι τούτοις ἀντίπαλον καταστῆναι. Δι' ἃ ταραχθεὶς Σιμπλίκιος, ὁ Ῥώμης ἐπίσκοπος μετὰ Λέοντα, πρὸς Ζήνωνα ἔγραφε, τὸ τῆς ἐκβολῆς παράλογον αἰτιώμενος. Ζήνων δὲ ἀνταπέστελλε, μηδ' ἄλλο τι ἀποῤῥιφῆναι τοῦ θρόνου φάσκων, ἢ ὅτι ἐπιορκίας ἑάλω B ἐγκλήματι. Ἐπεὶ δὲ Φῆλιξ Σιμπλίκιον διεδέχετο, οὐκ ἀνίει ὁ Ἰωάννης ἀεὶ ἐνοχλῶν περὶ τῶν Πέτρῳ γεγενημένων, καὶ ὅτιπερ Ἀκάκιος ὁ τῆς Κωνσταντίνου, ὃν πρότερον ὡς αἱρετικὸν ἐξετρέπετο, νῦν μάλα προσίεται. Καὶ συχνῶς ἐπιὼν, μόλις ἔπειθε Φήλικα, καθαίρεσιν Ἀκακίῳ σχεδιάσαι, ὅτιπερ κοινωνήσειε Πέτρῳ τῷ Μογγῷ. Ὃ μὴ κατὰ παράδοσιν γεγενημένον ἐκκλησιαστικὴν, καθὼς Ζαχαρίας ἱστόρηται, μοναχοί τινες ἐκ τῆς τῶν Ἀκοιμήτων μονῆς Ἀκακίῳ ἐπιδεδώκασιν. Ὁ δ' Ἀκάκιος οὐ προσήκατο. Ἔοικε δὲ Ζαχαρίας μηδὲν τῶν πεπραγμένων εἰδέναι, ἀκοὴν δὲ μόνην ἀφηγεῖσθαι ἠκρωτηριασμένην. Ἐγὼ δ' ἀκριβῶς εἰδὼς διηγήσομαι.

CAPUT XV.

Ut Joannes Tabennesiotes Alexandriæ episcopus, Romam profectus, Felici Rom. episcopo persuaserit, ut is Acacio repente episcopatum abdicaret.

Joannes autem Alexandriæ episcopus Tabennesius, cujus antea quoque fecimus mentionem, cum inde profugisset, Romam venit, et turbam isthic concivit, propterea se throno suo excidisse dicens, quod Leonis doctrinam et Chalcedonensem synodum defenderet, aliumque qui ab his prorsus diversum sentiret, **680** in locum suum substitutum esse. Querela ea permotus Simplicius Romæ post Leonem episcopus, ad Zenonem illegitimam Joannis ejectionem reprehendens scripsit eique Zeno, non aliam illum ob causam sede sua expulsum esse, quam quod perjurii compertus esset, rescripsit. Postquam Simplicio Felix successit, non intermisit Joannes molestus illi esse, de Petro, quem Acacius Constantinopolitanus prius tanquam hæreticum rejectum, tum admodum complecteretur, referens. Et cum frequentius ei instaret, tandem Felici persuasit, ut litteras statim ederet, in quibus Acacio, quod cum Petro Moggo communionem haberet, dignitatem abrogavit. Quas litteras contra ecclesiasticam traditionem compositas, sicuti Zacharias scribit, monachi quidam ex Insomnium sodalitate, Acacio obtulerunt. Acacius autem non recepit. Porro Zacharias rem ipsam ut acta est, ignorare, et rumorem solum truncatum exponere videtur (1). Ego vero illam certo mihi compertam commemorabo.

ΚΕΦΑΛ. ΙϚ'. C

Περὶ τῶν γενομένων μεταξὺ Φήλικος καὶ Ζήνωνος διὰ τὸν Ἀκάκιον· καὶ περὶ Κυρίλλου ἡγουμένου μονῆς τῶν Ἀκοιμήτων. Καὶ ὡς καθῃρέθησαν οἱ τῶν Ῥωμαίων πρέσβεις παρὰ τῆς ἐν Ῥώμῃ συνόδου, καὶ Ἀκάκιος ὁ τῆς Κωνσταντίνου.

Δέδωκε μὲν λιβέλλους ὁ Ἰωάννης τῷ Φήλικι κατὰ Ἀκακίου, ὡς παρὰ λόγον κοινωνοίη τῷ Πέτρῳ, καὶ περί τινων ἄλλων μὴ κατὰ θεσμὸν Ἐκκλησίας ἐκείνῳ γεγενημένων. Καὶ στέλλει Φῆλιξ πρὸς Ζήνωνα Βιτάλιον καὶ Μισῆνον τοὺς ἐπισκόπους, διαταττόμενος, τὴν μὲν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον ἁπάσαις ψήφοις κρατεῖν, Πέτρον δὲ τῆς Ἀλεξάνδρου ἀπελαθῆναι, ὡς μὴ ὑγιῶς περὶ τὴν θρησκείαν ἔχοντα· ἐς Ῥώμην δὲ πεμφθῆναι Ἀκάκιον, ἀντιδικασόμενον D Ἰωάννῃ ὑπὲρ ὧν ἐνάγοι, ἢ ἀπολογησόμενον, ἢ τὰς ἀνηκούσας εὐθύνας ὑφέξοντα. Πρινὴ δὲ Βιτάλιον καὶ Μισῆνον τοὺς ἐκ Ῥώμης ἥκοντας φθάσαι τὴν βασιλεύουσαν, ὁ τῆς τῶν Ἀκοιμήτων μονῆς προεστὼς Κύριλλος πρὸς Φήλικα φθάνει στέλλων, τὸν πάππαν ἐπαιτιώμενος, τῇ τοσαύτῃ βραδυτῆτι τοσούτων περὶ τῶν τῆς Ἐκκλησίας θεσμῶν νεωτερισθέντων. Φῆλιξ δὲ τὰ γράμματα Κυρίλλου δεξάμενος, τοῖς πρέσβεσιν ἔγραφε, μηδέν τι πρᾶξαι, πρὶν ἢ Κυρίλλῳ συγγένοιντο, καὶ τὸ ποιητέον παρ' αὐτοῦ διαγνῶσιν· ὑπομνήσεις τε ἄλλας πρὸς Ζή-

CAPUT XVI.

Quæ propter Acacium inter Felicem et Zenonem acciderint. De Cyrillo, cœnobii Insomnium monachorum præfecto et antistite. Ut Rom. legati et Acacius Constantinopolitanus a synodo Rom. dignitatibus suis privati sint.

Joannes libellos supplices Felici adversus Acacium, quod præter rationem cum Petro communicaret, et res plerasque alias non ex præscripto sanctionum ecclesiasticarum ageret, dedit. Et Felix ad Zenonem Vitalem et Misenum episcopos misit, cum mandato et decreto hujusmodi, ut Chalcedonensis synodus calculis omnibus obtineret: Petrus, ut qui non sanam coleret religionem, Alexandria ejiceretur: et Acacius Romam mitteretur, cum Joanne in judicio, si quam haberet actionem, experturus, aut convenientes pœnas daturus. Prius autem quam Vitalis et Misenus Roma Constantinopolim venerunt, sodalitatis Insomnium præfectus Cyrillus ad Felicem papam scripsit, moram ejus tantam accusans, per quam tot res novæ in ecclesiasticis constitutionibus inducerentur. Litteris ejus acceptis, Felix legatis suis scripsit, ne quid prius agerent, **681** quam Cyrillum convenissent, et ab eo quid agendum esset cognovissent. Dedit quoque alias ad Zenonem

(1) Evagr. lib. III, cap. 18.

Περὶ τῆς τηνικαῦτα τῶν ἐκκλησιῶν καταστάσεως, ὅπως δόξης εἶχον περὶ τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου· καὶ περὶ τῆς ἐξορίας Εὐφημίου τοῦ Κωνσταντινουπόλεως. C

Ὁ δ' Ἀναστάσιος περιβαλλόμενος τὸ διάδημα, καὶ τὴν Ἀριάδνην ἑαυτῷ εἰσῳκίσατο, μήπω γυναικὶ ὁμιλήσας· Ἐπίδαμνον δ' ἔχων πατρίδα (Δυῤῥάχιον νῦν λέγεται), πρὸς τὸ κάλλιστον αὐτὸ καὶ ὀχυρώτερον μετεσκεύασεν, ἄξια γέρα παρασχὼν αὐτῷ· καὶ πρῶτα μὲν Λογγῖνον τὸν μάγιστρον, τῶν δ' ἐν τῇ αὐλῇ τάξεων ἡγεῖτο, ἀνὰ τὴν Σελεύκειαν ἔπεμπεν· ἔπειτα δὲ καὶ τὸ ἄλλο τῶν Ἰσαύρων γένος ἐξέβαλε, τοῦτο δῆθεν αἰτησάντων· οἳ συνάμα Λογγίνῳ ἰόντες, τυραννίδι ἐπέθεντο, ὡς προϊόντες δηλώσομεν. Εἰρηναῖος δέ τις θέλων εἶναι ὁ Ἀναστάσιος, παντάπασι μηδέν τι καινουργεῖν ᾑρεῖτο περὶ τὴν τῆς Ἐκκλησίας κατάστασιν· καὶ πολλὴν τινα περὶ τούτου ἐποιεῖτο σπουδὴν, ὡς ἂν αἵ τε θεῖαι τοῦ Χριστοῦ D Ἐκκλησίαι θορύβων καὶ τῆς ἐντεῦθεν ἐρεσχελίας εἶεν ἐκτός· ἐν βαθείᾳ τε γαλήνῃ καὶ τὸ ὑπήκοον κατασταίη, ἔριδος ἁπάσης καὶ φιλονεικίας ἐκποδὼν κατ' ἀμφότερα γενομένης. Καὶ τοίνυν ταῖς ἐκείνου ἡμέραις ἡ ἐν Χαλκηδόνι σύνοδος οὔτε εἰς προὖπτον ἀνεκηρύττετο, ἀλλ' οὐδ' ἀποκήρυκτος ἦν· ὡς δ' ἑκάστῳ τοῖς τῶν Ἐκκλησιῶν ἡγεμόσιν ἐδόκει τὰ ταύτης ἐφέρετο. Οἱ μὲν γὰρ καὶ λίαν ταύτης ἀντείχοντο γεννικώτερον ἀνθιστάμενοι· μήτοι γε λέξιν τῶν ἐκείνῃ ὁρισθέντων, ἀλλ' οὐδὲ συλλαβὴν, ἢ κἂν γράμμα, ἢ

691 CAPUT XXV.

De Ecclesiarum ejus temporis statu, qua quæque fuerit de Chalcedonensi synodo opinione : et de exsilio Euphemii Constantinopolitani.

Anastasius, diademate sumpto, cum nondum matrimonium contraxisset, Ariadnam uxorem duxit : et Epidamnum patriam suam, quæ nunc Dyrrachium dicitur, ut natale solum honore prosequeretur, pulcherrime exornavit, eamque dignis muneribus ditavit. Et primum Longinum magistrum, aulicorum scilicet ordinum præfectum, Seleuciam, ubi ortus fuerat, misit : deinde reliquum etiam Isaurorum genus ejecit, qui hoc postulaverant, et una cum Longino discedentes, ad tyrannidem aspirarunt, sicuti postea dicemus. Anastasius cum pacificus esse, neque quidquam rerum novarum in Ecclesiæ statu excitare vellet, plurimumque studii in eo collocaret, ut sanctæ Christi Ecclesiæ tumultibus et verborum contentionibus, disputationibus et dissidiis ecclesiasticis simul et civilibus omnibus sublatis, homines in multa tranquillitate viverent, et subditi populi pacati essent, evenit, ut temporibus ejus Chalcedonensis synodus, neque propalam per ipsum constitutionibus imperialibus edendis promulgaretur, neque etiam reprobaretur. Verum sicuti quibusque Ecclesiarum præsidibus videbatur, ita de ea sentiebant. Nam qui eam fortiter defendentes propugnabant, non vel-

(1) Dicorus cognominatus est a discoloribus oculorum pupillis, quæ κόραι dicuntur, quarum dextra nigricans, sinistra cærulea fuerit.

(2) Rectius 1244.

(3) Secundum neotericos a mundo condito 4470.

(4) Postremum hoc Evagrius non habet, lib. II, cap. 29.

tum unum in ejus decretis, ac ne syllabam quidem, aut litteram, aut apicem saltem loco moveri aut mutari passi sunt, et per libertatem magnam a commercio et communione aliorum resiliere : adeo ut ne in ædes quidem suas eos admitterent, qui ea quæ recte ibi decreta essent, non reciperent. Fuere autem qui eam non tantum non approbarent, sed etiam publice una cum Leonis tomo anathemate jugularent. Alii de henotica Zenonis constitutione itidem faciebant, atque a seipsis inter se dissidebant : ita ut quidam duas naturas in Christo, quidam unam dicerent; atque ii quidem litteris insidiose compositis, per fraudem deciperentur; ii autem pacem sibi consectandam esse putarent. Id malum eo processit, ut Ecclesia quælibet in factiones suas divideretur, et episcopi a consuetudine mutua abhorrerent. Proinde in multas sectas orientales occidentalesque atque etiam Libycæ partes dissectæ sunt. **692** Neque enim Oriens consentire cum Occidente, neque rursum Libya conciliari hisce voluit. Et quod omnium indignissimum est, neque ipsi inter se Orientalium Ecclesiarum antistites ad communionem conveniebant, neque Europæi, neque etiam Libyci episcopi conventus inter se agebant : nedum cum eis qui extra regionum suarum fines essent, congrederentur. Tanta confusio mentiumque caligo orbem universum incessit. Porro Anastasius tametsi tranquillitatem sibi conservandam esse proposuerat, neque mutare quidquam in Ecclesiis voluerat, inconsulta tamen eorum temeritate, qui ad res novas spectabant, permotus, quoscunque præter morem nugas agere, et vel impudenter synodum sanctam damnare, crudeliterque anathemate confligere, vel rursum aperte eamdem et clare in sacris templis deprædicare intelligebat, e thronis utrosque dejiciebat, inhumaniterque exigebat : atque ad eum modum permulti episcopi multati sunt, et in primis, sicuti antea etiam diximus, Constantinopolitanum ille Euphemium proscripsit; deinde post hunc et Macedonium, cui Timotheus successit.

κεραίαν μετακινεῖν, ἢ ἐναλλάττειν καταδεχόμενοι. Παῤῥησίᾳ δὲ πολλῇ χρώμενοι ἀπεπήδων, μηδ' ἐν οἴκῳ κοινωνεῖν ᾑρημένοι τοῖς μὴ παραδεχομένοις τὰ ἐκείνῃ καλῶς ὁρισθέντα. Ἦσαν δὲ οἳ οὐ μόνον αὐτὴν οὐκ ἐδέχοντο, ἀλλὰ καὶ ἀναθέματι αὐτὴν ἀναφανδὸν περιέβαλον· οὐ μόνον δὲ ταύτην, ἀλλὰ καὶ τὸν τόμον Λέοντος. Ἄλλοι δὲ τῷ Ζήνωνος ἑνωτικῷ ἐπίσης ἐνίσταντο· καὶ πρὸς ἀλλήλους διεῤῥωγότες, τῷ τὸν μὲν δύο φύσεις, ἄλλον δὲ μίαν λέγειν ἐπὶ Χριστοῦ· καὶ τοὺς μὲν τοῖς γράμμασι παρακλέπτεσθαι, τοὺς δὲ καὶ εἰρηνεύειν αἱρεῖσθαι· καὶ ἐπὶ τόσον τὸ δεινὸν προχωρῆσαι, ὡς ἑκάστην Ἐκκλησίαν εἰς ἰδίαν μοῖραν ἀποκριθῆναι, καὶ μὴ συνέρχεσθαι ἀλλήλους τοὺς προεδρεύειν λαχόντας. Καὶ εἰς πολλὰ τμήματα τὸ διεῤῥωγὸς ἦν, ἀνά τε τὴν Ἕω καὶ Ἑσπερίαν λῆξιν καὶ Λιβύην αὐτήν. Οὔτε γὰρ ἡ Ἕως τῇ Ἑσπέρᾳ συμφωνεῖν ᾑρεῖτο, ἀλλ' οὐδὲ Λιβύη πάλιν ταύταις σπένδεσθαι ἤθελε· τὸ δὲ δὴ πάντων ἀτοπώτατον, ὅτι περ οὐδὲ σφίσιν αὐτοῖς οἱ κατὰ τὴν Ἕω τῶν Ἐκκλησιῶν ἡγεμόνες εἰς κοινωνίαν συνῄεσαν, ἀλλ' οὐδὲ οἱ κατὰ τὴν Ἑσπέραν τοῖς Ἑσπερίοις· ἀλλ' οὐδὲ μὴν οἱ τῆς Εὐρώπης ἢ Λιβύης προεδρεύειν λαχόντες, μήτοι γε δὴ τοῖς ὑπερορίοις. Τοιαύτη τις σύγχυσις καὶ σκοτόμαινα τὴν οἰκουμένην ἐπέδραμεν. Ὁ δ' Ἀναστάσιος, καίπερ προθέμενος εἰρηνικώτερον διάγειν, καὶ μή τι τῶν τῆς Ἐκκλησίας μετακινεῖν, ὅμως τῷ ἐσάγαν παραφόρῳ τῶν νεωτεριζόντων ὑποσυρεὶς, ὅσους γνοίη παρὰ τὸ εἰωθὸς ἐρεσχελοῦντας, καὶ ἢ ἀναίδην τὴν ἁγίαν ἀποκηρύττοντας σύνοδον, ἢ ἀπηνέστερον ἀναθεματίζοντας, ἢ αὖθις ἐκείνην τόποις ἐν ἱεροῖς διαῤῥήδην κηρύττοντας, καὶ ἄμφω ἀπωθεῖτο τῶν θρόνων, καὶ ἀπανθρώπως ἐξήλαυνε. Καὶ δὴ πολλοῖς μὲν τούτῳ τῶν ἐπισκόπων ἐπίτιμον ἔθετο. Πρὸ δὲ πάντων ἐξώθει τὸν τῆς Κωνσταντίνου Εὐφήμιον· εἶτα καὶ τὸν μετ' αὐτὸν, Μακεδόνιον· ἔπειτα καὶ ὃς μετ' ἐκεῖνον ἐγεγόνει, Τιμόθεον.

CAPUT XXVI.

De Macedonio Constantinopolis episcopo, ut et is sede sua sit expulsus, et quem vitæ finem habuerit. Item de episcopis Alexandrinis.

Verum enim vero veluti Patrocli prætextus (1) hic ab Anastasio contra eos obtendebatur, quod res novas in Ecclesias inducerent : sed quæ occulte Anastasium male habebant, longe alia erant; præclara scilicet Euphemii pietas, et quod is antea Anastasium Ecclesia excluserat, propterea quod opinionem de se præbuisset, contagione Dioscori infectum esse; et quod turbam concitare volens, comminatus Euphemio esset, se illi accepta a Zenone potestate caput tonsurum, cathedramque ejus evertisset. Præterea cum Ariadna purpuram Anastasio circumdaret, Euphemius sacrorum antistes

ΚΕΦΑΛ. ΚϚ'.

Περὶ Μακεδονίου τοῦ ἐπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως· ὡς ἀπηλάθη καὶ οὗτος τοῦ θρόνου, καὶ ὡς τέλει τοῦ βίου ἐχρήσατο· καὶ περὶ τῶν τῆς Ἀλεξάνδρου ἀρχιερέων.

Ἀλλὰ Πάτροκλος ἦν πρόφασις ἐκείνοις, τὸ κατὰ τὰς ἐκκλησίας οὕτω νεωτερίζειν· ἃ δ' ἐν παραβύστῳ πλήττοντα ἦσαν τὸν Ἀναστάσιον, ἕτερα ἦν· τὸ τῆς εὐσεβείας μάλα περιφανὲς, καὶ ὅτι περ Εὐφήμιος Ἀναστάσιον πρότερον τῆς Ἐκκλησίας ἀπήλασε, νόμισιν παρασχόντα, ὡς εἴη τὰ Διοσκόρου νοσῶν, καὶ τάραχον κινεῖν ᾑρημένον, ἠπείλει τὰς τρίχας θερίζειν, πρὸς Ζήνωνος εἰληφὼς τὴν ῥοπὴν, καὶ τὴν ἐκείνου καθέδραν ἀνέτρεπεν. Ἄλλως τε καὶ ἡνίκ' Ἀριάδνη τὸ ἁλουργὲς αὐτῷ σχῆμα περιβαλεῖν ἔμελλεν, ὁ Εὐφήμιος τὸ ἱερᾶσθαι λαχὼν, γενναίως ἀνθίστατο, μὴ ἂν ἄλλως αὐτῷ τὰ ἐξ ἔθους τελέσαι φά-

(1) Proverbialiter hoc dictum. Erasmus Roterod. in proverb. *Patrocli occasio.*

σκων, ἄχρις οὗ ἐγγράφοις ὅρκοις καὶ δεινοῖς μάλα A κατασφαλίσηται, ἦ μὴν ἀθιγῆ φυλάξαι τὴν πίστιν, καὶ μηδέν τι καινουργὸν εἰσάγειν πειρᾶσθαι τῇ Ἐκκλησίᾳ ἐπὶ τῶν σκήπτρων γενόμενον· πρὸς δὲ καὶ τὴν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον, προθέσει πάσῃ ψυχῆς, ταῖς λοιπαῖς συντάττειν τρισίν. Οἷς δῆτα συνθέμενον ἐγγράφως τὸν Ἀναστάσιον, ἔπειτα τὰ εἰωθότα καὶ ἐπ' αὐτῷ τὸν ἱερέα τελέσαι. Οὐ πολλῷ δ' ὕστερον ἐπιβαλλόμενον, τὸν ἔγγραφον χάρτην αἰτεῖν, καὶ μὴ παρασχόμενον τὸν Εὐφήμιον, ὑπερόριον ἄγεσθαι· πολλὰς δ' ἐπιβουλὰς αὐτῷ καὶ θάνατον δὴ προσεπισκευάσαι· ὥς καί τινα τῶν συνόντων Εὐφημίῳ Παῦλον ὄνομα, ὑπερωμίαν δὲ ἄλλως καὶ μέγιστον, τὸ φερόμενον κατ' ἐκείνου ξίφος εἰσδέξασθαι· ἀλλὰ τὸν μὲν οὕτω, καὶ ἐπὶ τοιαύταις αἰτίαις, ὑπερόριον ἦγε, καίπερ τοῦ πλήθους πολλὰ δυσχεραίνοντος· B Μακεδόνιον δὲ, ᾧ Εὐφήμιος τὸν αὐτόγραπτον τῆς ὁμολογίας χάρτην παρέθετο, ἅτε δὴ τῶν ἱερῶν κειμηλίων τὴν φυλακὴν ἐπιτετραμμένον, ὁ Ἀναστάσιος ἐπὶ τὴν ἱερὰν ἀνῆγε καθέδραν. Ταῦτα δ' ἔπραττεν ὁ Εὐφήμιος, καὶ δι' ἅπερ μοι εἴρηται, καὶ ὅτι περ δόξαν Μανιχαϊκῆς αἱρέσεως ὑποθάλπειν τοῖς πολλοῖς ἐδόκει ὁ Ἀναστάσιος· ἅτε δὴ καὶ τῆς ἐκείνου μητρὸς τἀκείνων μάλα διαφερόντως ζηλούσης· ἧς ὁ ἀδελφὸς Κλέαρχος αὖθις, τὰ Ἀρείου ἐφωρᾶτο πρεσβεύων. Διὸ καὶ Μανιχαίοις καὶ Ἀρειανοῖς χαίρειν ἐπῄει τῇ ἁλουργίδι Ἀναστασίου, μεταβολήν τινα ἔσεσθαι προσδοκῶσιν αὐτοῖς. Ὡς δ' οὖν ὁ Μακεδόνιος ἐπὶ τὸν θρόνον ἀνῄει, αὖθις καὶ τούτῳ πεῖραν προσῆγε τὴν οἰκείαν ὁμολογίαν λαβεῖν· ὕβριν C γὰρ οἱ ἐνόμιζεν, εἰ τὸ εἰρημένον τῷ βίῳ ἀπολειφθείη πρὸς ἔλεγχον. Ἐκείνου δὲ ἐπίσης Εὐφημίῳ μάλα γεννικῶς διαφέροντος, καὶ ἄντικρυς προδοσίαν πίστεως κρίνοντος τὴν τῆς ὁμολογίας ἀπόδοσιν, καὶ ἀντικαθισταμένου ῥωμαλεώτερον, παντοῖος ἐγίνετο Ἀναστάσιος καὶ τοῦτον ἀπελάσαι τοῦ θρόνου· καὶ πάντα τυρεύων ἦν, ἀνῦσαι τὸ σπουδαζόμενον. Μὴ ἔχων δ' ὅ τι καὶ δράσειε, σύλλογον ἀθροίσας αἱρετικῶν, βίαν προσῆγε καὶ τοῦτον τὴν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον ἀποβάλλεσθαι. Αἰσθόμενα δὲ τὰ πλήθη συνέῤῥεον, Καιρὸς μαρτυρίου, διαῤῥήδην βοῶντα, μηδεὶς τοῦ ποιμένος πόῤῥω γένοιτο. Ἐλοιδοροῦντο δὲ τῷ κρατοῦντι, Μανιχαῖον καλοῦντες καὶ τοῦ κράτους ἀνάξιον. Ὁ δὲ δείσας, προτροπάδην φεύγειν ἕτοιμος ἦν· καὶ ἐζήτει τὸν Μακεδόνιον, ὃν πρότερον μή ποτε D διώμνυτο κατιδεῖν. Μακεδόνιος δὲ πολλῇ παῤῥησίᾳ χρησάμενος διήλεγχεν Ἀναστάσιον, οἷα δὴ τῆς Ἐκκλησίας πολέμιον. Ὁ δὲ τότε μὲν ἔστεργε καὶ ὑπέκειτο, πρᾳότερον ἑαυτὸν παρέχων· ἐς ὕστερον δὲ τῷ δυστρόπῳ τῆς γνώμης, κατηγόρους τε ἐμισθοῦτο· καὶ παῖδες μειρακίσκοι, συκοφάνται σφῶν αὐτῶν καὶ Μακεδονίου, παρήγοντο, αἰσχρουργίαν καταψευδόμενοι. Ἐπεὶ δὲ ταῦτα ἐκ τοῦ σχεδὸν διήλεγχε Μακεδόνιος, ἄτερ τῶν ἀνδρείων ἑαυτὸν ἀποδείξας τῇ τοῦ χιτωνίου ἀναστολῇ, πρὸς ἕτερα μετεχώρει δολιότητος γέμοντα. Διὰ γὰρ Κέλλωρος, ὃς τῶν ἐν τῇ αὐλῇ τάξεων ἡγεμὼν καθειστήκει, χάρτη τὰς δύο μόνας συνόδους ἐγγράψας, δέχεσθαι ὡμολόγει, παρεὶς τὴν τρίτην καὶ τὴν τετάρτην. Ὁ δὴ καὶ μέμψιν οὐ

animo forti restiterat: neque prius se quæ statæ cæremoniæ postularent, facturum esse dixerat, quam ille gravi juramento in scriptum relato confirmasset, fidem se inviolatam servaturum, neque quidquam rei novæ imperii sui tempore in Ecclesiam illaturum, nec non Chalcedonensem synodum ex animi sententia reliquis tribus additurum esse. **693** Consenserat conditionibus his, et eas in scriptum retulerat Anastasius, et sub hæc cærimonias solitas in eo episcopus peregerat. Non longe vero post Euphemium adortus Anastasius, libellum eum ab eo repetiit: et quod eum ille non reddidit, solum exsilii causa vertere jussus est. Vitæ quoque ejus ita insidiatus est, ut ex familiaribus Euphemii quidam nomine Paulus, vir procerus, et humeris ipsis superexstans, quod adversus eum dispositum circumferebatur ferrum, exceperit; atque hunc, ob eum modum, et ob talem causam in exsilium egit, cum quidem id populus ægerrime ferret. Macedonium autem, cui Euphemius syngraphani stipulationis suæ crediderat (nam ei sacrorum quoque donariorum custodia commissa fuerat), in sacram sustulit cathedram. Fecerat autem ea quæ dicta sunt Euphemius, cum ob eas quas commemoravimus causas, tum quod Manichæorum hæresim Anastasius vulgo fovere visus esset, quippe cujus etiam mater eam ardore ingenti consectaretur, frater quoque ejus, Anastasii scilicet avunculus Clearchus, Arianismi compertus fuerat. Quapropter et Manichæis et Arianis purpura sua Anastasius lætitiam attulit, mutationem aliquam futuram exspectantibus. Postquam igitur Macedonius episcopalem thronum conscendit, ab eo quoque promissi sui scriptum Anastasius recipere contendit: contumeliam injuriamque sibi fieri ratus, si libellum suum qui vitam ejus redargueret, post se relinqueret. Cæterum cum et ipse itidem ut Euphemius, constanter ei adversaretur, et fidei omnino proditionem esse si libellum eum redderet, existimaret, fortiterque prorsus contra eum contenderet, varia Anastasius iniit consilia, ut et hunc e sede deturbaret: tentavitque adeo omnia, ut quod conabatur, efficeret. Sed enim cum quod faceret non haberet, hæreticorum consessu collecto, per vim Macedonium, ut synodum Chalcedonensem damnaret, cogere voluit. Quod ubi multitudo sensit, ad eum locum accurrit, et aperte exclamavit: Martyrii tempus adest, nemo longius a pastore absistat. Et convicia in imperatorem conjecit, Manichæum, qui imperio indignus esset, vocans. Et Anastasius sibi metuens, ad fugiendum paratus fuit: Macedoniumque quæsivit, quem antea se neque respecturum esse adjuraverat. Macedonius cum libertate multa Anastasium, veluti rei ecclesiasticæ hostem, objurgavit. Atque ille tum in verbis ejus acquievit, **694** seque placabiliorem præbens, submisit. Postmodum autem propter animi improbitatem accusatores adversus eum mercede conduxit. Et præsto fuere adolescen-

tuli quidam, qui non minus seipsos quam Macedonium per sycophantiam calumniose detulere, et flagitium obscœnum et fœdum mendaciter produxere. Sedenim postquam in continenti illorum conflictam calumniam Macedonius, tunica subducta, viribus se carere ostendens, convicit, ad consilium aliud fraudis plenum confugit. Nam per Celerem ordinum aulæ præfectum libellum confici jussit, in quo duæ synodi tertia et quarta, reliquis duabus omissis, conscriptæ erant, eumque se recipere professus est. Quæ res a Macedonio approbata, et quod præterea henotico Zenonis is subscripsisset, reprehensione non caruit. Quamvis postea cum in Dalmatr monasterio esset, in oratione quadam omnibus pietatem consectantibus, offendiculum id et crimen objectum diluit, disertis verbis sanctam quartam synodum comprobans : et eos qui illam non reciperent, hæreticos vocans. Anastasius, Celere magistro ad se evocato, per eum clam Macedonium ex throno deduxit, et Euchaitem in exsilium misit. Senatus et populus Constantinopolitanus eam ob causam in magno fuit mœrore. Nam et vitæ sanctitatem et doctrinæ sinceritatem in Macedonio admirabantur, et religionis monasticæ professione et dignitate sacerdotali is valde enitebat, ut qui a Gennadio educatus atque doctus fuisset, cujus etiam fratris filius fuit. Contra sectatores ejus postea gravis persecutio orta. Quidam enim exsilio, nonnulli relegatione, aliqui accusationibus iniquis, alii bonorum publicatione afflicti sunt. Multi etiam qui fuga sibi consuluerunt, Romam pervenerunt. Imperator illico Chalcedonensium actorum libellum, quem Macedonius discedens in sanctiore ara deposuerat, per Calopodium quemdam furtim sublatum concidit, atque igni tradidit : et Macedonio qui sic abducebatur, abdicationis sententiam misit. Atque is interrogavit, an illi qui se abdicassent Chalcedonensem synodum recepissent. Et ubi illi qui ad eum sententiam attulerant, id inficiati sunt, ipse, Si (inquit) Ariani aut Macedoniani abdicationis libellum ad me miserunt, num recipere eum possum? Atque ille ita Euchaitem ductus est. Cum autem Hunni, qui Saberi vocabantur, eruptione per Caspias angustias facta, Orientem vastarent, **695** Gangram inde metus causa Macedonius successit. Quod ubi Anastasius cognovit, percussoribus submissis virum sanctum trucidavit. Corpus ejus in templo Callinici martyris innumera miracula edens repositum est. Macedonium ferunt, cum jam mortuus jaceret, manu sua seipsum sacro crucis signaculo consignasse. Eumdemque in somnis Theodoro cuidam pie viventi apparuisse, et cum vehementia quadam verba hæc Anastasio renuntiari jussisse : Ego quidem ad patres meos abeo, quorum fidem sinceram servavi. Tu vero scito, me Deum precari desiturum non esse, quoad usque et tu primo quoque tempore ad id tribunal, quod munera non acceptat, mecum

A μετρίαν Μακεδονίῳ ἐπῆγε, καὶ ὅτι τῷ ἑνωτικῷ Ζήνωνος καθυπέγραψε· κἂν ἐς ὕστερον τῇ Δαλμάτου μονῇ προσβαλὼν, προσφωνητικῷ λόγῳ τοῖς ζηλοῦσι τὰ εὐσεβῆ διαλύῃ τὸ πρόσκομμα· διαῤῥήδην ὁμολογήσας τὴν ἁγίαν τετάρτην σύνοδον, καὶ τοὺς μὴ δεχομένους αἱρετικοὺς συνθέμενος ἔχειν. Λάθρα δὲ Κέλλωρα τὸν μάγιστρον καλέσας ὁ Ἀναστάσιος, τὸν Μακεδόνιον ἐξῆγε τοῦ θρόνου, καὶ εἰς Εὐχαΐτα περιώριζε. Πολλὴ δὲ λύπη τὴν σύγκλητον καὶ τὸ πλῆθος ἐλάμβανε· τό τε γὰρ καθαρὸν τοῦ βίου διὰ θαύματος ἐποιοῦντο, καὶ τὸ τῶν δογμάτων ὀρθόν. Ἄλλως τε καὶ ἀσκήσει καὶ ἱερωσύνῃ διέλαμπεν, ἅτε δὴ ὑπὸ Γενναδίου τραφεὶς τε ἅμα καὶ παιδευθεὶς, οὗ καὶ ἀδελφιδοῦς ἐτύγχανεν ὤν. Ὁ δὲ διωγμὸς τῶν τὰ ἐκείνου φρονούντων πολὺς ἦν, τῶν μὲν ἐξορίαις, B τῶν δὲ φυγαῖς, τῶν δ' ἀπαγωγαῖς καὶ δημεύσεσι ταλαιπωρουμένων· οἱ δὲ διαδράντες, καὶ ἐς Ῥώμην ἀπῄεσαν. Ὁ δὲ βασιλεὺς ἐξ αὐτῆς τῶν ἐν Χαλκηδόνι πεπραγμένων τὸν χάρτην, ὃν Μακεδόνιος ἐξιὼν παρετίθει τῷ θυσιαστηρίῳ, Καλοποδίου τινὸς κλέψαντος καὶ ἀπαγαγόντος, διέῤῥηξε πυρὶ παραδεδωκώς. Ἀπαγομένῳ δὲ Μακεδονίῳ τὴν καθαίρεσιν ἔπεμπεν· ὁ δ' ἠρώτα, εἰ οἱ καθαιρήσαντες τὴν ἐν Χαλκηδόνι προσίενται σύνοδον. Ὡς δ' ἀπέλεγον, ἐκεῖνος, Ἀλλ' εἰ Ἀρειανοὶ ἢ Μακεδονιανοὶ ἔπεμπόν μοι καθαίρεσιν, ἆρα δέχεσθαι εἶχον; Ὁ μὲν οὖν οὕτως εἰς Εὐχάϊτα ἤγετο. Τῶν δ' Οὔννων τῶν Κασπίων ἀποκινηθέντων πυλῶν, οἳ Σαβὴρ ἐκαλοῦντο, καὶ τὴν Ἕω ληϊζομένων δείσας εἰς Γάγγραν μετεχώρει ὁ Μακεδόνιος. C Ὃ γνοὺς Ἀναστάσιος, πέμψας ἀνεῖλε τὸν ὅσιον, καὶ τῷ νεῷ Καλλινίκου προσετέθη τοῦ μάρτυρος, μυρία θαύματα ἐκτελῶν· ὅν φασι καὶ νεκρὸν κείμενον, ἑαυτὸν τῷ θείῳ τύπῳ τοῦ σταυροῦ τῇ ἰδίᾳ σφραγίσαι χειρί· ὀφθῆναι δὲ καὶ καθ' ὕπνους Θεοδώρῳ τινὶ εὐλαβῶς διαζῶντι· καὶ μετὰ σφοδρότητος εἰπεῖν ἐντείλασθαι Ἀναστασίῳ τῷ βασιλεῖ, ὡς Ἄρ' ἐγὼ, πρὸς τοὺς ἐμοὺς ἀφικνοῦμαι πατέρας, ὧν τὴν πίστιν ἀκραιφνῶς ἐτήρησα. Ἴσθι δ' ὡς οὐ παύσομαι δεόμενος τοῦ Θεοῦ, ἕως οὗ καὶ αὐτὸς ὅσον οὔπω ἥξεις ἐμοὶ τῷ ἀδεκάστῳ συνδικασόμενος βήματι. Ἀναστάσιος δὲ μετὰ Μακεδόνιον τὴν Ἐκκλησίαν Τιμοθέῳ πρεσβυτέρῳ ταύτης καὶ σκευοφύλακι ἐνεχείριζεν· ὃς Κήλων καὶ Λιτροβούνης οὕτως ὠνόμαστο, διά τινας ἐκείνου πράξεις τοῖς ὀνόμασι προσηκούσας. D Ὃς δὴ τοὺς νεὼς εἰσιὼν, οὐ πρότερον τὰ ἐφειμένα ἐποίει, εἰ μὴ τὰς εἰκόνας Μακεδονίου κατέσπα, εἴ που τέως παρῆσαν. Ὁ δὲ δυσσεβέστατος βασιλεὺς, διὰ ταῦτα καὶ τὸν τῆς Ἀντιόχου Φλαβιανὸν, καὶ τὸν Ἱεροσολύμων Ἠλίαν ὃς μετὰ Σαλούστιον ἐγεγόνει, ἔτι δὲ καὶ τὸν τῆς Ἀλεξάνδρου Ἰωάννην εἰς ὑπερορίαν ἀπέστελλε· ναὶ μὴν καὶ τὸν Ταβεννησιώτην Ἰωάννην, ὃς ἐν Ῥώμῃ μαθὼν ὡς ἄρ' Ἀναστάσιος ἐπὶ τῶν σκήπτρων κατέστη, ἧκε τὸν οἰκεῖον θρόνον ληψόμενος. Φίλῳ γὰρ ἐκείνῳ ἐχρῆτο ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρου τὰς διατριβὰς ἔχων· καὶ ναυαγίῳ περιπεσόντα τὸν Ἀναστάσιον, γυμνὸν διεσώσατο, καὶ ὡς εἰκὸς θεραπείας ἠξίωσεν. Ὁ δ' ἀγνωμόνως διατεθεὶς, ἀντὶ φιλοτιμίας ὑπερορίαν αὐτοῦ κατεδίκαζεν.

Ὁ δὲ φεύγων αὖθις τὴν πρεσβυτέραν κατελάμβανε Ῥώμην.

A judicio concertaturus, steteris. Post Macedonium Anastasius ecclesiam Timotheo presbytero ejus, sacrorumque vasorum custodi commisit, qui Celon (1) et Litrobunes cognominatus est, appellationibus iis propter actiones quasdam ei convenientibus impositis. Hic templum ingressus, non prius rem divinam fecit, quam Macedonii imagines, quæ tum ibi erant, sustulisset. At imperator impiissimus ejuscemodi ob causas Flavianum quoque Antiochenum, et Heliam Hierosolymitanum, qui Salustio successerat, nec non Joannem Alexandrinum in exsilium egit. Idem in Joanne Tabennesiota fecit. Qui ubi Romæ cognovit Anastasium imperatorem esse factum, in Orientem sedem suam recepturus venit. Amico enim Anastasio cum Alexandriæ versaretur, usus fuerat, et eum ex naufragio nudum receperat, hominique quam conveniebat curam et benignitatem præstiterat. Ille vero per ingrati animi vitium pro liberalitate sibi exhibita exsilii gratiam ei retulit. Joannes autem iste profugiens, veterem se rursum Romam contulit.

ΚΕΦΑΛ. ΚΖ'.

Περὶ Ξενιᾶα τοῦ Ἱεραπόλεως, καὶ Φλαβιανοῦ τοῦ Ἀντιοχείας διήγησις.

B Περὶ μέντοι τοῦ Ἀντιοχείας Φλαβιανοῦ τάδε ἱστόρηται. Ἦν τις Ξεναΐας ὄνομα (Φιλόξενος δ' ἂν λέγοιτο Ἑλλάδι φωνῇ)· τὸ μὲν γένος Πέρσης, τὴν δὲ τύχην δοῦλος, μάλα δὲ προσήκων ὑπηρέτης τῷ Σατανᾷ· ὃς ἐπὶ Καλανδίωνος τὸν δεσπότην φυγὼν, τῇ Ἐκκλησίᾳ προσῄει Θεοῦ, κληρικὸν ἑαυτὸν εἶναι διατεινόμενος, καίπερ μήπω τῆς τοῦ θείου λουτροῦ παλιγγενεσίας ἀξιωθείς. Ὁ μὲν οὖν Καλανδίων, τοῦτον καὶ τὴν οἰκουροῦσαν τἀνδρὶ κακίαν ἔκ τινων συμβόλων καλῶς τεκμηράμενος, τῶν ἱερῶν περιβόλων ἀπήλαυνεν. Ἐπεὶ δ' ἐκεῖνον ὁ Κναφεὺς διεδέχετο Πέτρος, οὐ μόνον τὸν Ξεναΐαν προσίετο, ἀλλὰ καὶ ἔτι ἀμύητον ὄντα τῆς γείτονος Ἱερᾶς πόλεως πρόεδρον κατεστήσατο, μετονομάσας Φιλόξενον. Μαθὼν δ' ὁ Πέτρος ὡς ἀμυήτῳ γε ὄντι τὴν ἐπισκοπὴν ἐνεχείρισεν, εἰπεῖν λέγεται, ἀρκεῖν ἐκείνῳ τὴν χειροτονίαν ἀντὶ βαπτίσματος. Καὶ πρῶτος πάντων Ξεναΐας οὗτος (ὢ τολμηρᾶς καὶ ψυχῆς καὶ γλώττης!), μὴ δεῖν τὴν Χριστοῦ εἰκόνα καὶ τῶν αὐτῷ εὐηρεστηκότων προσκυνεῖν ἀπηρεύξατο. Οὗτος τοιγαροῦν τὸ τῆς δυσσεβείας ἀνδράποδον σὺν πολλῷ ταράχῳ, πολλοὺς τοῦ πρώτου τῶν Σύρων ἔθνους ἐπαγόμενος, καὶ τοὺς ἐκ τῆς Κυνηγικῆς μονῆς οὐκ ἐλάχιστον στῖφος, ἀθρόον εἰσπηδήσας τῇ πόλει μετὰ τῆς συνοίκου αὐτῷ ἀπρεπείας, βίαν ὅτι πλείστην προσῆγε Φλαβιανῷ, τὴν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον ἀναθεματίζειν· πρὸς δὲ καὶ τὸν τόμον τοῦ ἱεροῦ Λέοντος· Φλαβιανοῦ δὲ διισχυριζομένου, καὶ τῶν μοναχῶν αὖθις ἐπικειμένων, μαθὸν τὸ πλῆθος ἐν δεινοῖς ὄντα τὸν σφῶν ἱερέα, εὐθὺς ὡς εἶχεν ἕκαστος διανίστατο· καὶ τόσος ἐῤῥύη φόνος τῶν μοναχῶν, ὡς τῷ πολλῷ πλήθει τάφον τὸν Ὀρόντην κληρώσασθαι, τῶν σωμάτων κηδευθέντων τοῖς κύμασι. Πρὸς δὴ τούτῳ καὶ ἕτερον ἄλλο συνέβαινεν ἥκιστα τοῦ προτέρου ἐνδέον. Τὸ γὰρ περὶ τὴν Κοίλην Συρίαν μοναδικὸν μάλα προσκείμενον τῷ Φλαβιανῷ, οἷς ἔν τινι χωρίῳ ἐκείνοις ἀγχιθυροῦντι, Τιλμογνὸς δ' ἦν ὄνομα τῷ τόπῳ, τὴν ἀσκητικὴν ὁ Φλαβιανὸς ἐπολιτεύσατο βιοτήν· ἀθρόοι γνόντες τὴν Ἀντιόχου εἰσῄεσαν, ἀμύνειν παντὶ τρόπῳ τῷ Φλαβιανῷ ᾑρημένοι· κἀνταῦθα δὲ, οὐ μεῖον γενέσθαι τὸ ἄλγος. Διά τε γοῦν

(1) Κήλων, ὁ θερμὸς εἰς συνουσίαν. (Suid.) Hoc est, *ad rem veneream calidus.*

696 CAPUT XXVII.

De Xenaia Hierapolitano, et Flaviano Antiocheno, episcopis, narratio.

De Flaviano Antiocheno hæc historiarum monumentis prodita sunt. Xenaias quidam erat (Philoxenum Græca lingua recte vocet) genere Persa, et fortuna servus, peridoneus Satanæ minister: qui sub Calandionis episcopatu, cum ab hero suo profugisset, ad Ecclesiam Dei accessit, clericum se esse affirmans, cum quidem nondum divino regenerationis lavacro initiatus esset. Calandion ubi hominem eum, et latentem in eo nequitiam ex signis et conjecturis quibusdam cognovit, ab ecclesia eum proscripsit. Ubi vero Calandioni Petrus Cnapheus successit, Xenaiam ille non solum recepit: verum etiam nondum baptismo initiatum, vicinæ Hierapolis episcopum creavit, et
C Philoxenum mutato nomine appellavit. Et Petrus ubi tandem se episcopatum viro nondum baptizato mandasse intellexit, dixisse fertur, sufficere ei pro baptismo ordinationem. Xenaias iste primus (o audacem animum, et os impudens!) vocem illam evomuit: Christi, et eorum qui illi placuere, imagines venerandas non esse. Itaque impietatis istud mancipium magno cum tumultu, multis sibi ex prima Syrorum gente ascitis, et non exigua ex Cynegico sive Venatico monasterio multitudine assumpta, una cum innata sibi improbitate in urbem pervenit: et Flaviano vim maximam intentavit, ut Chalcedonensem synodum et Leonis tomum ille anathemate damnaret. Quod cum Flavianus se
D facturum non esse confirmaret, et monachi ei contra imminerent, populus episcopum suum periclitari audiens, pro se quisque statim ut potuit consurgens affuit, et cædes tanta monachorum facta est, ut corpora eorum propter multitudinem in Orontem amnem, ut undas ejus pro sepulcris haberent, conjecta sint. Ad hæc etiam isto non minus accidit malum. Monachi namque in Cœlesyria (2) Flaviano valde addicti, propterea quod is in vicino quodam loco, cui Tilmognus nomen erat, monasticam egisset vitam, turba ea cognita, Antiochiam se contulerunt, **697** Flavianum omnibus modis defensuri. Atque ibi tum non minor

(2) Dicitur hæc etiam secunda Syria.

accepta clades. Propter hunc igitur et illum casum, Flavianus fraude quadam in exsilium abductus est, petram quamdam præruptam et sublimem in Palæstinæ finibus incolere per vitam jussus. Hæ causæ sunt, quam ob rem tanti viri Macedonius et Flavianus sedibus suis exacti sint. De quibus etiam monachi Palæstini ad Alcisonem scribentes hæc verbis hisce commemorant :

CAPUT XXVIII.

Quæ monachi Palæstini ad Alcisonem de Macedonio et Flaviano Antiocheno scripserint : et de ecclesiarum eo tempore confusione.

« Petro vero defuncto, rursus inter se dissidere cœperunt Alexandria et Ægyptus, et Libya : et factio quælibet suos sibi conventus egit. Reliquus etiam Oriens ab aliis ecclesiis segregatus est, quod Occidentales non aliter communicare cum eo voluerint, quam si Nestorium, Eutychetem et Dioscorum anathemati subjiceret, eisdemque Petrum Moggum et Acacium adderet. In hoc statu cum Ecclesiæ orbis universi res essent, qui germani Dioscori et Eutychetis sectatores fuere, ad maximam paucitatem redacti sunt. Et cum res illorum eo recidissent, ut quamprimum in terra deficerent ampliusque non exstarent, Xenaias re ipsa nomini suo respondens (alienus quippe prorsus a Deo), nescimus quo consilio, quasve adversus Flavianum inimicitias vindicans, sub obtentu fidei, siculi plerique aiunt, contra eum commotus, veluti Nestorianum calumniose criminari cœpit. Atque ubi ille Nestorium una cum opinione sua anathemate confodit, ex eo tempore rursum ad Dioscorum (1), Theodorum, Theodoritum, Iban, Cyrum, Eleutherium, et Joannem transiit; et nescimus quos alios insuper et unde collegit. Quorum quidam vere Nestorii dogma profitebantur : quidam autem ejus hæresis suspecti, anathema in Nestorium contorserant, et in Ecclesiæ communione defuncti sunt. Eis ita collectis ad Flavianum : Hosce, inquit, omnes Nestorii contagione infectos, nisi anathemati subdideris, Nestorianus es, utcunque vel decies millies illum una cum dogmate suo anathemate confodias. Per litteras quoque Dioscorianos et Eutychianos permovit, **698** eisque persuasit, ut sibi patroni adversus Flavianum adessent : secum petituri, ut ille non in synodum, sed in eos quos diximus viros anathema jacularetur. Eis vero Flavianus episcopus diu multumque restitit. Sed enim ubi alii quoque contra ipsum cum Xenaia conjuncti sunt, Eleusinus videlicet quidam secundæ Cappadociæ, Nicias Laodiceæ Syrorum, atque alii aliunde episcopi, quorum pusillanimitatis erga Flavianum causam non nostrum, sed aliorum potius est exponere : tandem per eos ipsos se illos ad pacem adducturum esse arbitratus,

(1) Lege *Diodorum*. Edit.

A ταῦτα κἀκεῖνα τέχνῃ Φλαβιανὸς ὑπερόριος ἤγετο, πέτραν τιν' ἀπότομον οἰκεῖν διὰ βίου κατακριθεὶς, πρὸς τοῖς τέρμασι Παλαιστίνης ᾐωρημένην. Ταῦτα μὲν αἴτια, δι' ἃ οἱ τοσοῦτοι ἄνδρες, Μακεδόνιος καὶ Φλαβιανὸς, τῶν οἰκείων θρόνων ἠλάθησαν· περὶ ὧν καὶ τὸ ἐν Παλαιστίνῃ μοναδικὸν πρὸς Ἀλκίσωνα γράφον, τάδε κατὰ ῥῆμα διασαφεῖ·

ΚΕΦΑΛ. ΚΗ'.

Οἷα τὸ ἐν Παλαιστίνῃ μοναδικὸν πρὸς Ἀλκίσωνα περὶ Μακεδονίου καὶ Φλαβιανοῦ τοῦ Ἀντιοχείας ἔγραψε· καὶ περὶ τῆς τηνικαῦτα ἐκκλησιαστικῆς συγχύσεως.

« Πέτρου δὲ κεκοιμημένου, πάλιν εἰς αὐτοὺς ἀπεσχίσθησαν B Ἀλεξάνδρειά τε καὶ Αἴγυπτος καὶ Λιβύη, καὶ καθ' ἑαυτὰς διετέλεσαν· καὶ ἡ λοιπὴ πᾶσα Ἀνατολὴ, πάλιν καθ' ἑαυτὴν, τῶν Δυτικῶν μὴ ἀνεχομένων ἄλλως αὐταῖς κοινωνεῖν, ἢ πρὸς τὸ ἀναθεματίζειν Νεστόριόν τε καὶ Εὐτυχῆ καὶ Διόσκορον· προστιθέναι δὲ καὶ Πέτρον τὸν Μογγὸν καὶ Ἀκάκιον. Ἐν τούτοις οὖν τῶν ἀνὰ τὴν οἰκουμένην οὐσῶν ἐκκλησιῶν, οἱ γνήσιοι τῶν ἀπὸ Διοσκόρου καὶ Εὐτυχοῦς εἰς πάντη ἐλάχιστον περιέστησαν τὸν ἀριθμόν. Καὶ μελλόντων ὅσον οὐδέπω ἐκλιπεῖν ἀπὸ τῆς γῆς ὥστε μὴ ὑπάρχειν αὐτοὺς, Ξεναΐας ὁ τοῦ Θεοῦ ξένος ἀληθῶς, οὐκ οἴδαμεν τίνι σκοπῷ ἢ ποίαν ἔχθραν πρὸς Φλαβιανὸν ἐκδικῶν, προφάσει δὲ τῆς πίστεως, ὡς οἱ πολλοὶ διηγοῦνται, κινεῖται μὲν πρὸς αὐτὸν, C καὶ διαβάλλειν ἄρχεται ὡς Νεστοριανόν. Ἐκείνου δὲ σὺν τῷ φρονήματι καὶ Νεστόριον ἀναθεματίσαντος, μετέβαινε πάλιν ἐξ ἐκείνου ἐπὶ Διόσκορον, καὶ Θεόδωρον, καὶ Θεοδώρητον καὶ Ἴβαν, καὶ Κῦρον, καὶ Ἐλευθέριον, καὶ Ἰωάννην, καὶ οὐκ ἴσμεν οὕστινας καὶ ὅθεν συλλεξάμενος· ὧν οἱ μὲν τὰ Νεστορίου ἀληθῶς ἐπρέσβευσαν, οἱ δὲ ὑπονοηθέντες ἀνεθεμάτισαν, καὶ ἐν τῇ κοινωνίᾳ τῆς Ἐκκλησίας κεκοίμηνται. Τούτους πάντας τὰ Νεστορίου φησὶ νοσήσαντας, εἰ μὴ ἀναθεματίσειας, τὰ Νεστορίου φρονεῖς, κἂν μυριάκις αὐτὸν μετὰ τοῦ φρονήματος ἀναθεματίζῃς. Ἀνεκίνει δὲ διὰ γραμμάτων καὶ τοὺς ἀπὸ Διοσκόρου καὶ Εὐτυχοῦς συνηγόρους· πείθων συνάρασθαι μὲν αὐτῷ κατὰ Φλαβιανοῦ· μὴ μέντοι ἀναθεματισμὸν ἀπαιτεῖν τῆς συνόδου, ἀλλὰ τῶν προειρημένων προσώD πων. Τοῦ δὲ ἐπισκόπου Φλαβιανοῦ τούτοις ἐπιπολὺ ἀντιτείνοντος, ἑτέρων τε μετὰ Ξεναΐα συμπλεκομένων κατ' αὐτοῦ, Ἐλευσίνου μὲν ἐπισκόπου τινὸς τῆς δευτέρας Καππαδοκίας, Νικίου δὲ Λαοδικείας τῆς Συρίας, καὶ ἄλλων ἄλλοθεν, ὧν τὰς αἰτίας τῆς πρὸς Φλαβιανὸν μικροψυχίας ἑτέρων ἀλλ' οὐχ ἡμῶν διηγήσασθαι. Τέλος διὰ τούτους νομίσας εἰρηνεύειν αὐτοὺς, εἶξεν αὐτοῦ τῇ φιλονεικίᾳ· καὶ ἐγγράφῳ τὰ πρόσωπα ἀναθεματίσας, ἀπέστειλε τῷ βασιλεῖ. Καὶ αὐτὸν γὰρ κατ' αὐτοῦ κεκινήκασιν ὡς τὰ Νεστορίου πρεσβεύοντος. Μηδὲ τούτοις οὖν ἀρκεσθεὶς ὁ Ξεναΐας, τῆς συνόδου αὐτῆς πάλιν ἀναθεματισμὸν, καὶ τῶν δύο φύσεις ἐπὶ τοῦ Κυρίου εἰρηκότων καὶ τῆς

σαρκὸς καὶ τῆς θεότητος, ἀπῄτει τὸν Φλαβιανόν. A Μὴ ὑπακούσαντος δὲ, ὥσπερ Νεστοριανοῦ πάλιν κατηγόρει· πολλῶν δὲ ἐπὶ τούτων κεκινημένων, καὶ τοῦ πατριάρχου ἔκθεσιν περὶ πίστεως πεποιημένου, ἐν ᾗ πρὸς καθαίρεσιν μὲν Νεστορίου καὶ Εὐτυχοῦς τὴν σύνοδον δέχεσθαι ὡμολόγει· μὴ μέντοι εἰς ὅρον καὶ διδασκαλίαν πίστεως, πάλιν ὡς τὰ Νεστορίου ὑπούλως φρονοῦντος, ἐπελαμβάνοντο, εἰ μὴ καὶ τὸν ἀναθεματισμὸν αὐτῆς προσθείη τῆς συνόδου, καὶ τῶν δύο φύσεις ἐπὶ τοῦ Κυρίου εἰρηκότων σαρκὸς καὶ θεότητος. Προσεπάγονται δὲ πολλαῖς λόγων ἀπάταις καὶ τοὺς Ἰσαύρους· καὶ ποιήσαντες γραμματεῖον περὶ πίστεως, ἐν ᾧ τὴν σύνοδον μετὰ τῶν δύο φύσεις εἰρηκότων ἢ ἰδιότητας ἀναθεματίσαντες, Φλαβιανοῦ μὲν ἀφίστανται καὶ Μακεδονίου· B ἄλλοις δὲ σπένδονται ὑπογράψασι τῷ γραμματείῳ. Ἐν τούτοις καὶ τὸν Ἱεροσολύμων ἀπῄτουν ἔγγραφον περὶ πίστεως· ὃς ἐκθέμενος, ἀπέστειλε τῷ βασιλεῖ, δι' αὐτῶν τῶν ἀπὸ Διοσκόρου, ὅπερ αὐτοὶ μὲν προφέρουσιν, ἀναθεματισμὸν περιέχον τῶν δύο φύσεις εἰρηκότων. Αὐτὸς δὲ ὁ Ἱεροσολύμων νενοθεῦσθαι παρ' αὐτῶν διαβεβαιούμενος, ἄλλο προφέρει δίχα τοιούτου ἀναθεματισμοῦ. Καὶ οὐ θαῦμα· καὶ γὰρ καὶ λόγους Πατέρων νενοθεύκασι· πολλοὺς δὲ Ἀπολλιναρίου λόγους Ἀθανασίῳ καὶ Γρηγορίῳ τῷ Θαυματουργῷ, καὶ Ἰουλίῳ διὰ τῶν ἐπιγραφῶν ἀνατεθείκασιν· οἷς μάλιστα τοὺς πολλοὺς πρὸς τὰς ἰδίας ἀσεβείας σφετερίζονται. Ἀπῄτουν δὲ καὶ Μακεδόνιον ἔγγραφον περὶ πίστεως· ὃς καὶ ἐξέθετο τὴν τῶν τιη' καὶ τῶν ρν' μόνην εἰδέναι πίστιν διαβε- C βαιούμενος· ἀναθεματίζων δὲ Νεστόριον καὶ Εὐτυχῆ, καὶ τοὺς δύο υἱοὺς ἢ Χριστοὺς δογματίζοντας, ἢ τὰς φύσεις διαιροῦντας· μήτε δὲ τῆς ἐν Ἐφέσῳ καθελούσης Νεστόριον μνησθεὶς, μήτε τῆς ἐν Χαλκηδόνι καθελούσης τὸν Εὐτυχῆ· ἐφ' ᾧ ἀγανακτήσαντα τὰ περὶ τὴν Κωνσταντινούπολιν μοναστήρια ἀφίστανται τοῦ ἐπισκόπου Μακεδονίου. Ἐν τούτοις ὅ τε Ξεναΐας καὶ Διόσκορος πολλοὺς προσλαμβανόμενοι τῶν ἐπισκόπων ἀφόρητοι ἦσαν, κινοῦντες κατὰ τῶν μὴ ἀνεχομένων ἀναθεματίζειν· ὧν τοὺς εἰς τέλος μὴ ὑπείκοντας ἐξορίᾳ ὑποβάλλεσθαι πολλαῖς μηχαναῖς παρεσκεύαζον. Οὕτως οὖν καὶ Μακεδόνιον ἐξορίζουσι, καὶ Ἰωάννην τὸν Παλτοῦ ἐπίσκοπον καὶ Φλαβιανόν. Ταῦτα μὲν δὴ ταύτῃ.

contentioni ei cessit, et in scripto anathema in eos qui dicti sunt viros conjecit, atque id ad imperatorem misit; nam et hunc quoque contra eum veluti Nestorianum commoverant. Verum Xenaias hisce non contentus, rursum anathema in ipsam synodum, et eos qui duas naturas et carnis et divinitatis in Domino profitentur, jaciendum a Flaviano petiit. Atque ubi ille ei non paruit, ut Nestorianum rursus criminatus est. Et cum de his rebus multa agitata essent, et patriarcha formulam fidei composuisset, in qua synodum quidem propter Nestorii et Eutychetis depositionem, non autem ut vim decreti et doctrinæ fidei haberet, recipiendam esse profitebatur: rursum eum, ut qui occulte Nestorianus esset, adversarii, nisi anathemati etiam synodum ipsam, et duas naturas carnis et divinitatis in Domino profitentes subjiceret, criminari cœperunt. Adduxerunt illi quoque multa verborum fraude in sententiam suam Isauros: et scripto de fide edito, in quo synodum una cum eis qui duas naturas aut proprietates in Domino esse dicunt, anathemate condemnarunt. Itaque a Flaviano et Macedonio secesserunt: et cum aliis se conjunxerunt, qui scripto ei subscripsere. Interea etiam a Hierosolymitano antistite de fide scriptum exegere, qui id compositum ad imperatorem per ipsos Dioscorianos misit. Atque id illi, anathema complectens in eos qui duas naturas dicunt, proferunt. Ipse autem Hierosolymitanus episcopus depravatum id ab eis esse asseverat, aliudque scriptum sine ejuscemodi anathemate producit. Neque id mirum, siquidem scripta Patrum quoque adulterarunt: et multos Apollinaris libellos per inscriptiones ipsas Athanasio et Gregorio mirifico illi et Julio attribuerunt, per quos maxime ad impietatem suam multos pertrahunt. **699** Efflagitarunt vero a Macedonio etiam scriptam fidei formulam, quam ille quoque edidit: solam se trecentorum decem et octo, et rursum centum et quinquaginta Patrum fidem nosse confirmans, Nestoriumque et Eutychetem, atque eos qui vel duos Filios aut Christos opinantur, vel naturas dividunt, anathemate feriens: neque Ephesiæ a qua Nestorius damnatus est, neque Chalcedonensis quæ Eutycheti dignitatem abrogavit, synodi mentionem faciens. Quam rem monasteria Constantinopoli ægre tulere, et ab episcopo Macedonio descivere. Interea Xenaias et Dioscorus multis sibi ascitis episcopis, superbi et intolerabiles facti sunt: motusque adversus eos qui in anathema non consentirent, graves concitarunt: inter quos, si qui illis prorsus non cederent, eos modis omnibus in exsilium pellere sunt conati. Atque ita tandem Macedonius et Flavianus, et Joannes insuper, Palti episcopus, solum exsilii causa verterunt. « Hæc hactenus.

ΚΕΦΑΛ. ΚΘ'.

Ὡς μετὰ Φλαβιανὸν Σευῆρος ὁ δυσσεβὴς ἐπιβαίνει τῆς Ἀντιόχου, καὶ περὶ τῆς πολιτείας αὐτοῦ· καὶ ὡς ἀναθέματι ἐξ αὐτῆς τὴν ἐν Χαλκηδόνι περιέβαλλε σύνοδον.

Τοῦ δὲ Φλαβιανοῦ τοῦτον ἀπελαθέντος τὸν τρόπον, Σευῆρος ὁ δυσσεβὴς καὶ ἀκέφαλος ἐπὶ τὸν τῆς Ἀντιοχείας ἄνεισι θρόνον, ἄλλος ἀντικρυς Εὐτυχὴς ἢ

D

CAPUT XXIX.

Ut post Flavianum impius Severus sedem Antiochenam invaserit. De ejusdem vita, et ut confestim synodum Chalcedonensem anathemate involverit.

Flaviano ad hunc modum exacto, Severus impius et ἀκέφαλος, hoc est, nullius capitis vir, alter omnino improbitate Eutyches, aut Dioscorus, An-

tiochenum conscendit thronum: qui Sozopoli Pisidiæ ortus, Beryti legum scientiæ et actionibus forensibus operam dedit. Atque ubi Christianam addidicit doctrinam, confestim animo mutato, baptismi lavacro initiatus est, in Leontii illustris martyris templo, quod in maritima regione Tripolis in Phœnicia situm est. Et deinde monasticam vitam in monasterio quodam inter Gazam et Maiumam oppidum coluit: ubi Petrus etiam ille ex Iberia, qui episcopus Gazæ declaratus, una cum Timotheo Æluro proscriptus est, eodem vitæ genere culto, celebrem de se famam posteris reliquit. Porro Severus sermonem primum disputando cum Nephalio contulit, qui ejusdem cum illo opinionis antea fuit, naturam unam in Christo professus: postea autem et ipse Chalcedonensem synodum, **700** et eos qui duas naturas perhibent, tutatus est. Et cum se confidentius arrogantiusque Severus in disputationibus gereret, una cum popularibus suis, aliisque etiam plurimis, eamdem opinionem consectantibus, monastico domicilio suo a Nephalio ejectus est. Atque ille inde in imperialem concessit urbem, imperatori supplicaturus, ut sibi atque suis qui cum eo pulsi fuerant, monasteria sua restituerentur. Ita factum, ut in imperatoris Anastasii et senatorum notitiam perveniret: sicuti hoc qui Severi vitam conscripsit, refert. Joannes porro qui cum illo judicio contendit (1), scriptum reliquit: Severum, cum ordinari deberet, juramentum in scriptum relatum imperatori Anastasio obtulisse, a quo die throno Antiocheno potitus esset, haud quaquam se synodum Chalcedonensem anathemati subjecturum esse; cumque eo ipso quo ordinatus est die, a sectatoribus suis instigatum, pro concione ex ambone anathema in eam jecisse: idemque disertis verbis, cum synodales litteras scriberet, fecisse. Qua de re litteræ illæ quas diximus, ad Alcisonem scriptæ, hæc referunt:

CAPUT XXX.

Ex litteris ad Alcisonem missis excerpta verba de impio Severo.

«Synodales Timothei Constantinopolitani episcopi hic in Palæstina receptæ sunt: Macedonii autem et Flaviani abdicatio recepta non est, sicuti neque synodalia scripta Severi. Quin illi etiam qui eas huc attulere, conviciis atque contumeliis, pro eo atque convenit, affecti, urbe profugerunt: propterea quod adversus eos populus et monachi commoti essent. Ac res in Palæstina quidem sic se habuere. Antiochiæ autem nonnulli in sententiam eorum abducti sunt, in quibus etiam et Marinus Beryti episcopus: quidam autem necessitate et vi adacti, eisdem Severi synodalibus litteris, anathema simul et in synodum et in reliquos qui duas naturas aut proprietates carnis et divinitatis

A καὶ Διόσκορος τὴν ἀσέβειαν· ὃς ἐκ Σωζοπόλεως ὥρμητο, ἣ περὶ τὸ Πισίδων ἔθνος ἐστίν. Ἀνὰ δὲ τὴν Βηρυτίων σχολάσας πόλιν, πρὸς τῷ δικανικώτερον μετεχώρει τῶν λόγων. Ἀσκήσας δὲ τοὺς Χριστιανῶν νόμους, εὐθὺ μεταβαλὼν ἐμυεῖτο· καὶ ἀνὰ τὸ τέμενος Λεοντίου τοῦ καλὸν μὲν ἀρτυρσι λάμποντος γεγονὼς, ὃς ἐπὶ τῆς παράλου τῶν Τριπολιτῶν Φοινίκης ἵδρυται, τὸν μονήρη βίον μετῄει, ἔν τινι φροντιστηρίῳ ἐν μεταιχμίῳ κειμένῳ Γάζης, καὶ τοῦ πολιχνίου ὃ Μαιουμᾶ ὄνομα ἐκληρώσατο· ὅπου δὴ καὶ Πέτρος ὁ Ἴβηρ ὃς καὶ πρόεδρος τῆς αὐτῆς πόλεως ἀνεδείχθη, σύναμα Τιμοθέῳ τῷ Αἰλούρῳ πεφευγὼς, διὰ τῶν ἴσων ἀγώνων ἐγένετο, λόγον οὐκ ἐλάχιστον περὶ αὐτοῦ τοῖς ὀψιγόνοις καταλιπών. Ἀμέλει τοι πρῶτα μὲν Σευῆρος Νηφαλίῳ
B πρὸς λόγων ἅμιλλαν διαλεκτικῶς συνεπλάκη· ὃς καὶ αὐτὸς τῆς ἴσης δόξης ἐκείνῳ ἐτύγχανεν ὤν, τὴν μίαν φύσιν πρεσβεύων πρότερον· ὕστερον μέντοι καὶ αὐτὸς εἷς τῶν ὑπερμάχων τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου καὶ τῶν τὰς δύο φύσεις ὁμολογούντων ἐγένετο. Καὶ δὴ θρασύτερον ἐκείνῳ διαλεχθεὶς ὁ Σευῆρος, μετὰ τῶν σὺν αὐτῷ τοῦ οἰκείου φροντιστηρίου πρὸς Νηφαλίου ἐκβάλλεται, καὶ ἄλλων πλείστων παραπλησίων μέντοι ἐκείνῳ τὰς δόξας. Ἐκεῖθεν δ' ἀπελαθεὶς, ἐπὶ τὴν βασιλίδα τῶν πόλεων ἄνεισι, δεησόμενος, αὐτῷ τε καὶ τοῖς ἀπελαθεῖσιν ἐπανασῶσαι τὰ φροντιστήρια· κἀντεῦθεν βασιλεῖ τε Ἀναστασίῳ καὶ τῇ γερουσίᾳ καθίσταται γνώριμος· καθάπερ τῷ τὸν βίον Σευήρου συγγράψαντι περιείληπται· ἱστορεῖ δὲ
C Ἰωάννης ὁ αὐτῷ διακρινόμενος, ὡς μέλλων χειροτονεῖσθαι Σευῆρος, ὅρκον ἔγγραφον βασιλεῖ Ἀναστασίῳ ἐδίδου, ὡς ᾗ δ' ἂν ἡμέρᾳ τοῦ τῆς Ἀντιόχου θρόνου καταπολαύσοι, οὐδαμῶς τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου δι' ἀναθέματος ἅψηται. Αὐτὸς δ' ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ καθ' ἣν κεχειροτόνητο ὑπὸ τῶν αὐτοῦ σπουδαστῶν διερεθισθεὶς, ἐπ' ἄμβωνος ἀναβὰς, ἀναθέματι αὐτὴν καθυπέβαλλε· καὶ συνοδικὰς δὲ γράφων ἐπιστολὰς ῥητῶς οὕτως ἀναθέματι τὴν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον περιέβαλε· περὶ οὗ τὰ εἰρημένα πρὸς Ἀλκίσωνα γράμματα καὶ ταῦτα διέξεισι·

ΚΕΦΑΛ. Λ'.

Ἐκ τῶν πρὸς Ἀλκίσωνα γραμμάτων, ὁποῖα καὶ περὶ τοῦ δυσσεβοῦς Σευήρου διεξίασιν.

D «Τὰ μὲν συνοδικὰ Τιμοθέου τοῦ νῦν Κωνσταντινουπόλεως ἐδέχθη ἐνταῦθα ἐν Παλαιστίνῃ· ἡ δὲ καθαίρεσις Μακεδονίου καὶ Φλαβιανοῦ οὐκ ἐδέχθη, ἀλλ' οὐδὲ τὰ συνοδικὰ Σευήρου. Ἀλλὰ καὶ οἱ κομίσαντες ἐνταῦθα ταῦτα, ἀτιμασθέντες καὶ ὑβρισθέντες ἀξίως, ἔφυγον τῆς πόλεως, ἐπ' αὐτοὺς τοῦ δήμου τε καὶ τῶν μοναχῶν κινηθέντων. Καὶ ἡ μὲν Παλαιστίνη ἐν τούτοις ἦν. Τῶν δ' ἐν Ἀντιοχείᾳ οἱ μὲν συναρπαγέντες ὑπήχθησαν, ἐξ ὧν ἐστι καὶ Μαρῖνος ὁ Βηρυτοῦ ἐπίσκοπος· οἱ δὲ βίᾳ καὶ ἀνάγκῃ συνέθεντο τοῖς συνοδικοῖς Σευήρου, ἀναθεματισμὸν ἔχουσιν ἅμα τῆς συνόδου καὶ τῶν λοιπῶν τῶν εἰρηκότων δύο φύσεις ἢ ἰδιότητας ἐπὶ τῆς σαρκὸς τοῦ Κυρίου καὶ τῆς θεότητος. Οἱ δὲ μετὰ τὸ ἐξ ἀνάγκης

(1) Μετὰ Σευήρου διακρινόμενος, Theodorus Lector lib. II.

συνθέσθαι μεταβαλλόμενοι ἀνεκαλέσαντο· ὧν εἰσιν οἱ ὑπὸ Ἀπάμειαν ἐπίσκοποι· ἄλλοι δὲ καθόλου οὐχ ἠνέσχοντο συνθέσθαι· ὧν εἰσιν Ἰουλιανὸς ὁ Βόστρων, καὶ Ἐπιφάνιος ὁ Τύρου, καὶ ἄλλοι τινὲς, ὥς φασι, τῶν ἐπισκόπων. Οἱ δὲ Ἴσαυροι νῦν ἀνανήψαντες, ἑαυτῶν μὲν καταγινώσκουσιν ἐπὶ τῇ προτέρᾳ ἐξαπάτῃ· Σευῆρον δὲ καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ ἀναθεματίζουσιν. Ἕτεροι δὲ τῶν περὶ Σευῆρον ἐπισκόπων καὶ κληρικῶν τὰς ἐκκλησίας ἀφέντες ἔφυγον· ὧν εἷς ἐστι καὶ ὁ Βόστρων Ἰουλιανὸς, καὶ Πέτρος ὁ Δαμασκοῦ ἐνταῦθα διάγοντες· ἀλλὰ καὶ Μαμᾶς· εἷς δὲ οὗτος τῶν δοξάντων δύο ἐξάρχων εἶναι τῶν Διοσκοριανῶν· ὑφ' ὧν καὶ Σευῆρος κατήχθη καταγνοὺς αὐτῶν τῆς αὐθαδείας.» Καὶ μεθ' ἕτερα· «Τὰ δὲ ἐνταῦθα μοναστήρια καὶ αὐτὰ τὰ Ἱεροσόλυμα ὁμονοοῦσι σὺν Θεῷ περὶ τὴν ὀρθὴν πίστιν, καὶ ἄλλαι δὲ πλεῖσται πόλεις μετὰ τῶν ἐπισκόπων, περὶ ὧν ἁπάντων καὶ ἡμῶν προσεύχου μὴ εἰσελθεῖν εἰς πειρασμὸν, δέσποτα ἁγιώτατε καὶ τιμιώτατε ἡμῶν Πάτερ.»

Domini profitentur, complectentes, assensere. Aliqui porro, quoniam vi et metus causa assensi fuerant, sententia mutata errorem revocarunt: **701** inter quos sunt, qui sub Apamea censentur episcopi. Quidam vero omnino eis non consensere, in quibus sunt Julianus Bostrensis, et Epiphanius Tyrius, aliique (ut dicunt) episcopi quidam. Sed enim Isauri nunc resipiscentes, cum priorem suum condemnant errorem, tum Severum factionisque ejus populares anathemate jugulant. Alii qui sub Severo sunt episcopi et clerici, ecclesiis relictis fugerunt: quorum unus etiam est Julianus Bostrensis, et Petrus Damascenus, qui hic sunt. Sed et Mamas, qui unus ex duobus est, qui principes Dioscorianorum esse videbantur, a quibus etiam Severus transversim ductus est, cum illorum antea præfractam temeritatem condemnasset.» Et post quædam: «Monasteria autem quæ hic sunt, et Hierosolyma ipsa, in recta fide Dei adjuvante gratia concordant, aliæque etiam plurimæ cum episcopis suis urbes, pro quibus omnibus, atque item pro nobis, Domine sanctissime et reverendissime Pater noster, ne in tentationem incidamus, fac ores.»

ΚΕΦΑΛ. ΛΑ'.

Περὶ τῆς καθαιρέσεως Σευήρου· οἷα ὁ Ἐπιφανὴς Εὐάγριος αὐταῖς λέξεσιν ἱστορεῖ.

Οἷα δὲ καὶ Εὐάγριος ὁ Ἐπιφανὴς περὶ Σευήρου ἱστόρησεν, αὐταῖς λέξεσι παραθήσομαι· γράφει δὲ ὧδε· «Ἐπειδὴ τοίνυν ταῦτα τὰ γράμματα λέγει τοὺς ὑπὸ Ἀπάμειαν ἱερέας ἀποπηδῆσαι Σευήρου, φέρε τι προσθῶμεν ὅπερ εἰς ἡμᾶς πατρόθεν διέβη, εἰ καὶ ἱστορίᾳ μέχρι νῦν οὐκ ἀνείληπται. Κοσμᾶς τὴν ἡμετέραν ἐπισκοπῶν Ἐπιφάνειαν, ἣ τὸν Ὀρόντην σύνοικον ἔχει, καὶ Σευηριανὸς Ἀρέθουσαν τὴν ἀστυγείτονα, πρὸς τὰ συνοδικὰ Σευήρου ταραχθέντες, καὶ τῆς ἐκείνου κοινωνίας ἑαυτοὺς ἀποῤῥήξαντες, βιβλίον καθαιρέσεως αὐτῷ διαπέμπονται, ἔτι τὴν Ἀντιόχου ἐπισκοποῦντι· ἐγχειρίζουσι δὲ τὸ βιβλίον Αὐρηλιανῷ τῷ τῶν διακόνων πρώτῳ τῆς Ἐπιφανέων· ὃς ἐπειδὴ τὸν Σευῆρον ἐδεδοίκει καὶ τὸν τῆς τοσαύτης ἐπισκοπῆς ὄγκον, ὅτε τὴν Ἀντιόχου κατειλήφει, ἐσθῆτα γυναικείαν ἑαυτῷ περιθεὶς, πρόσεισι τῷ Σευήρῳ ἀκκιζόμενός τε καὶ θρυπτόμενος, καὶ διὰ πάντων σχηματιζόμενος τὸ εἶναι γυνή· καὶ τὸ κατὰ τῆς κεφαλῆς φάρος μέχρι τῶν στέρνων καθεὶς, ὀλοφυρόμενός τε καὶ μύχιον ποτνιώμενος ἱκετηρίας τινὸς προσχήματι, προσιόντι τῷ Σευήρῳ τὴν καθαίρεσιν ἐπιδίδωσι· καὶ πάντας διαλαθὼν τοῦ ἑπομένου ἔξεισιν ὁμίλου, καὶ δρασμῷ τὴν σωτηρίαν ὠνεῖται, πρὶν τὸν Σευῆρον τὰ ἐν τῷ βιβλίῳ κείμενα γνῶναι. Ὅμως δ' οὖν ὁ Σευῆρος καὶ τὸ βιβλίον δεξάμενος, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ συνεὶς, τῷ οἰκείῳ προσεκαρτέρησε θρόνῳ μέχρι τῆς Ἀναστασίου τελευτῆς. Ὡς δ' Ἀναστάσιος τὰ ἐπὶ Σευήρῳ γεγενημένα διέγνω (ἱστορητέον γὰρ τὴν πρᾶξιν φιλανθρώπως τῷ Ἀναστασίῳ διεσκευασμένην), προστάττει Ἀσιατικῷ, τῆς κατὰ τὴν Ἀσίαν ἐν Φοινίκῃ Λιβανησίας ἐπιτετραμμένῳ ἀρχὴν, Κοσμᾶν καὶ Σευη-

(1) Evagr. lib. III, cap. 34.

CAPUT XXXI.

Qualia de Severo, cui episcopatus ademptus est, ipse Epiphaniensis Evagrius scripserit.

Quæ vero de Severo Evagrius Epiphaniensis memoriæ mandarit, verbis hic ejus apponam. Scribit enim ad hunc modum: «Quandoquidem litteræ istæ Palæstinorum monachorum episcopos qui Apamea suberant, a Severo resiluisse ostendunt, age afferamus huc, quod a Patribus per manus acceptum, quamvis hucusque in historiam relatum non sit, ad nos pervenit. Cosmas patriæ nostræ Epiphaniæ episcopus, quam Orontes alluit, et Severianus vicinæ Arethusæ antistes, cum ad synodales Severi epistolas perturbati essent, et se a communione ejus disjunxissent, libellum quo illi dignitatem abrogarunt, ad eum cum adhuc Antiochiæ episcopus esset, miserunt. Eum libellum Aureliano primario ecclesiæ Epiphaniensis diacono ad illum perferendum dedere. Atque is, quod Severum et episcopatus tanti amplitudinem metueret, ubi Antiochiam venit, muliebri habitu sumpto, Severum adiit, delicatius molliusque incedens, ac gestu omni feminam se esse assimulans: et supplicis more lamentans, atque velamine, quo caput obvolverat, ad pectus usque demisso, ex animi penetralibus cum gemitu illum obsecrans, abdicationem specie supplicis libelli accedenti illi dedit: et ex consequenti hominum turba, omnibus deceptis, prius per fugam salvus evasit, **702** quam Severus quæ in libello scripta essent, legit: nihilominus tamen Severus libello accepto, et sententia ejus intellecta, in sede sua usque ad Anastasii obitum permansit. Postquam Anastasius rem eam, sicuti Severo acciderat (1), cognovit (memoriæ enim tradendum perhumanum aliquod

Anastasii factum, Asiatico Arianam Libanensis in Phœnicia præfecturam gerenti mandavit, ut Cosmam et Severianum ecclesiis suis propter missum Severo condemnationis libellum ejiceret. Qui postquam in Orientis partes pervenit, multosque mortales Severiani et Cosmæ dogma defendere, et civitates suas fortiter illos tueri reperit, ad Anastasium retulit, sine sanguine fuso viros eos thronis suis expelli non posse. Et Asiatico Anastasius rescripsit: nihil se, etiamsi magnum et eximium quidquam sit, aggredi et obtinere velle, si vel gutta sanguinis effundenda sit. » Atque hæc quidem non multo post sic acta sunt.

A ρα ἐν τῶν οἰκείων ἐξελάσαι θρόνων. Ὅς ἐπεὶ τῷ Συρίᾳ τῆς Ἕω κατειληφει μέρη, πολλούς τε τῶν Κοσμᾶ καὶ Σευηριανοῦ δογμάτων ἀντεχομένους εὗρε, μάλα τε γενναίως ἀντιποιουμένους τὰς σφῶν πόλεις καὶ τῷ Ἀναστασίῳ ἀνήγαγεν, ἀναιμωτὶ μὴ δύνασθαι τούτους τῶν οἰκείων φυγαδεύειν θρόνων· ἐκεῖνον δ' αὖθις Ἀσιατικῷ γράψαι, μηδὲν βούλεσθαι παρελθεῖν, μηδ' ἂν εἰ μέγα τε καὶ ἀξιόλογον ᾖ, εἴπερ σταγὼν ῥανίς ἐκχέοιτο. » Τὰ μὲν οὕτω πραχθῆ οὐ πολλῷ ὕστερον.

CAPUT XXXII.

De Helia Hierosolymitano episcopo, ut propter synodum Chalcedonensem imperatori restiterit. Et ut magnus Sabbas ad imperatorem missus, inter ipsum et Heliam offendiculo sublato transegerit.

Imperator autem Palæstini quoque throni episcopo Heliæ, Passarionis filio, qui Salustio Martyrii successori successit, ut cum Chalcedonensis synodi obtrectatoribus communicaret, instituit. Helias autem, quod gravis inter ecclesiarum antistites seditio esset (Romani namque a Byzantiis dissidebant, quod Acacium in sacrum album retulissent: Byzantii autem Alexandrinos aversabantur, quod illi Dioscori communionem admisissent, et synodum Chalcedonensem anathemate prosecuti essent: Palladius vero Antiochenus quæ grata imperatori essent faceret, synodum eam aversatus, et Alexandrinorum acta, quæ Anastasius comprobabat, complexus); Helias, inquam, cum tanta rerum confusio esset, cum solo Euphemio communicandum sibi esse statuit. Atque ubi ille propter fidem orthodoxam, sicuti dictum est, proscriptus esset, et Macedonius episcopatum ejus recepisset, proscriptioni Euphemii, quod contra canones facta esset, haudquaquam assentiri voluit: **703** Macedonii autem, ut qui sanam prædicaret doctrinam, communionem admisit. Quandoquidem vero Palladii Antiochiæ successor Flavianus, sanæ addictus doctrinæ, idem cum Helia et Macedonio sensit, fortissimus in impietate tyrannus iram continere, et tantorum virorum concordiam ferre non potuit: sed furore fervens, et quam maxime ferociens, Macedonium urbis imperantis pastorem, per eas quas diximus calumniosas criminationes, cum ignominia Ecclesia ejecit, et episcopalem thronum Timotheo tradidit. Meditatus ille quoque est, quomodo Flavianum et Heliam in exsilium mitteret. Tum vero temporis, ut eos Timotheo conjungeret, operam dedit. Et illi communicandum sibi quidem esse cum Timotheo, qui orthodoxæ doctrinæ assentiri videbatur, statuerunt. Macedonii autem exsilium minime ferre potuerunt: ut quod per violentam potius dominationem quam Ecclesiæ sanctionem decretum fuisset, sicuti etiam ante eum Euphemio acciderat. Quam ob causam imperator adversus illos furiose excanduit, eaque res magnos ecclesiis motus creavit. Anastasius Sidone contra

ΚΕΦΑΛ. ΛΒ'.

Περὶ Ἠλία τοῦ Ἱεροσολύμων ἐπισκόπου, ὡς διὰ τὴν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον διάφορος βασιλεῖ κατέστη· καὶ ὡς ὁ μέγας Σάββας ἐς βασιλέα πεμφθεὶς, τὸ μεταξὺ αὐτῶν διέλυε σκάνδαλον.

C deinde vero, ubi mutuam ab Anastasio pecuniam accipere voluit, atque Anastasius ei respondit, cautionis syngrapham eum, si pecuniam recipere vellet, dare debere, absque ea ne unum quidem obolum accepturum esse: eam ob causam pacis fœdus rupit, et adversus Romanos bellum suscepit. Inter Persidem et Indiam oppidum fuit, Tzundadaer nomine. In eo Cabades maximam pecuniæ vim, pretiososque et pellucidos lapillos clam asservari intellexit. Eis ut una cum oppido potiretur, nihil intentatum reliquit: sed quo minus quod volebat efficeret, dæmones, qui thesaurum eum custodiebant, obstitere. Et postquam Persicas evocationes et imposturas expertus, dæmonibus videlicet locum eum firmissime obtinentibus, nihil egit, per Judæos

D rem expedire aggressus est; atque ubi per eos quoque optatis votisque suis potitus non est, per Christianos tandem se quod conabatur facturum esse arbitratus est, quos adversus dæmones potestatem recepisse audiverat. Itaque Christianorum, qui apud Persas erat, episcopum ad se vocavit; qui ea de causa synaxi et conventu ecclesiastico popularium suorum coacto, et divinis sanctificationibus perceptis, eisdemque Christianis qui ibi convenerant datis, signo crucis qui locum eum incolebant dæmones exegit, et Cabadæ statim sine labore ullo oppidum tradidit. Qua re consternatus Persa, **715** primo subsellio episcopum Christianorum cohonestavit, cum ad id usque tempus Judæi et Manichæi sedes primarias obtinuissent. Atque ab eo tempore, ut deinceps quicunque vellent, Christianorum sacra colerent, potestatem liberam

omnibus permisit: quos ille antea excruciaverat, adeo ut etiam multis membra et partes eas per quas vox editur, ademerit: qui tamen illis quoque sic amissis, non minus quam antea clare sunt locuti.

CAPUT XXXVII.

De Persarum pugna. De Theodosiopoli et Dara oppidulis. et de sacris reliquiis Bartholomæi et Barnabæ apostolorum.

Sed enim, sicuti diximus, Persæ pace violata, fines suos transgressi sunt, et primum Armeniæ bellum intulerunt: et Theodosiopoli oppido capto, ad Amidam urbem Mesopotamiæ inde pervenerunt: quam etiam obsessam expugnarunt, et Anastasius postea impensis recuperavit. Si qui autem plenius atque exactius obsidionem expugnationemque ejus urbis cognoscere velit, is Eustathium Syrum legat, qui sane quam luculenter res eas conscripsit, atque ubi historiam ad id tempus, duodecimum scilicet imperii Anastasii annum, produxit, ad locum communem profectus, cum pluribus esse cœpit. Postea imperator locum quemdam Daras nominatum, qui et ipse intra duo flumina in Mesopotamia, ad Romani imperii fines, nostræ et Persicæ ditionis terminus, situs est, firmis mœnibus munivit, et in urbis formam redegit, ædificiis variis, templis, ædibus magnificis, imperialibus porticibus, lavacris publicis, aliisque præterea structuris, quibus celebres urbes lætantur, excitatis. Locum autem eum a Dario nomen accepisse fama est, quod illum ibi Alexander Philippi filius posteriore pugna devicerit. Urbe ea condita, postquam inde discessit, in somnis ei Bartholomæus apostolus assistens, per oraculum commissam sibi a Deo mœnium eorum tutelam esse significavit. Anastasius vero visionem eam ad rem ipsam contulit: nam reliquias illius repertas ibi reposuit. **716** Sub ejusdem imperio corpus etiam Barnabæ apostoli in Cypro, sub arbore quæ Siliqua dicitur, inventum est: super cujus pectore sacrum et divinum Evangelium Matthæi evangelistæ repertum fuit, ipsius Barnabæ manibus scriptum. Hac de causa primum Cyprii metropolim liberi juris sui habere cœperunt: neque deinceps sub Antiochia, cui antea subjecti fuere, censi sunt. Confirmavit id jus postea magis Justinianus propter conjugem suam Theodoram, cui Cyprus patria fuit: quemadmodum etiam patriæ ipse suæ Archrido honorem habuit, quam primam Justinianam vocavit. Eo etiam tempore Ummeri, gens bellicosa, sub ditione Persarum, ad extremos noti fines habitantes, Christianismum complexi sunt: et missis ad imperatorem oratoribus, episcopum, et alia quæ eos habere oportuit, acceperunt. Ii una cum regina austri ad Solomonem visendum venisse dicti sunt. Et cum ab origine Judæi fuissent, longo post tempore ethnici et gentiles facti sunt; tum vero et Judæis et gentibus misti, ardentibus animis religionem Christianam susceperunt.

ΚΕΦΑΛ. ΛΖ'.

Περὶ τῆς τῶν Περσῶν μάχης, καὶ Θεοδοσιουπόλεως καὶ Δάρας τῶν πολιχνίων· καὶ περὶ τῶν ἱερῶν λειψάνων Βαρθολομαίου καὶ Βαρνάβα τῶν ἀποστόλων.

Ἀλλ' ἐσαῦθις Πέρσαι λύσαντες τὰς σπονδὰς, καὶ τὰ οἰκεῖα ὑπερπηδήσαντες ὅρια, τὰ μὲν πρῶτα περὶ Ἀρμενίαν ἐπιστρατεύουσι. Πολίχνιον δέ τι ἑλόντες Θεοδοσιούπολιν ὄνομα, ἐκεῖθεν Ἀμίδι τῇ πόλει προσβάλλουσι περί πού τὴν μέσην κειμένῃ τῶν ποταμῶν· ἣν δῆτα καὶ ἐκπολιορκήσαντες εἷλον· ἀλλ' αὖθις πολλοῖς χρήμασιν Ἀναστάσιος ἤγειρεν. Εἰ δέ τις ὅπως τὰ τῆς πολιορκίας εἰς λεπτὸν προέβη, καὶ τὴν ἐφ' ἑκάστῳ βούλοιτο διειδέναι ἀκρίβειαν, Εὐσταθίῳ τῷ Σύρῳ τοῦτον ἐντυγχάνειν προτρέπομεν, ὃς κομψῶς μάλα τὰ τοιαῦτα συνέταξε· καὶ μέχρι τοῦδε περατώσας τὴν ἱστορίαν, ἄχρι δωδεκάτου ἔτους τῆς Ἀναστασίου ἀρχῆς, μετὰ τῶν πλειόνων ἐγένετο. Ἔπειτα βασιλεὺς χωρίον τι, Δάρας ὄνομα, περὶ τὴν μέσην δὲ καὶ τοῦτο τῶν ποταμῶν κείμενον, περὶ τὰ τέρματα τῆς Ῥωμαίων γῆς, μεταίχμιον ἡμῶν τε καὶ τῆς Περσῶν πολιτείας ὄν, καρτερῷ τείχει περιβαλὼν, εἰς πόλιν εἶναι ἐποίει· διάφορά τε οἰκοδομήσας, νεώς τε καὶ οἴκους περιφανεῖς, βασιλείους τε στοὰς, καὶ δημόσια βαλανεῖα, καὶ ἄλλα οἷς τῶν πόλεων αἱ ἐπίσημοι γάννυνται. Ἐκ Δαρείου δὲ τὴν ἐπωνυμίαν ταύτην λόγος κληρώσασθαι, ὅτιπερ ἐκεῖσε τοῦτον Ἀλέξανδρος ὁ Φιλίππου πάμπαν κατηγωνίσατο. Ἐπεὶ δὲ κτίσας ἀπήρτησεν, ὄναρ ἐπιστὰς αὐτῷ Βαρθολομαῖος ὁ ἀπόστολος, ἐπιτετράφθαι οἱ πρὸς Θεοῦ τὴν τοῦ τείχους ἀσφάλειαν ἔχρα. Ὁ δὲ τὸ ὄναρ ἐπαληθίζων, τὸ ἐκείνου λείψανον ἐφευρὼν ἐκεῖσε κατέθετο. Ἐπὶ δὲ τῆς αὐτοῦ ἡγεμονίας καὶ τὸ λείψανον Βαρνάβα τοῦ ἀποστόλου εὑρέθη ἐν Κύπρῳ ὑπὸ δένδρον ὃ Κεράτιον λέγεται κείμενον· οὗ ἐπιστέρνιον τὸ θεῖον καὶ ἱερὸν Εὐαγγέλιον Ματθαίου τοῦ εὐαγγελιστοῦ ἐτύγχανεν ὄν, χερσὶν οἰκείαις τῷ Βαρνάβᾳ γραφέν. Ἐκ ταύτης τοίνυν προφάσεως καὶ Κύπριοι τὸ κατ' ἀρχὰς περιγεγόνασιν αὐτοκέφαλον ἔχειν τὴν κατ' αὐτοὺς μητρόπολιν, καὶ μὴ τελεῖν ὑπὸ Ἀντιόχειαν ᾗ καὶ ὑπέκειτο πρότερον. Ἐκράτυνε δ' ἐπὶ μᾶλλον τοῦτο καὶ Ἰουστινιανὸς ὕστερον ἐπὶ δόξῃ τῆς γαμετῆς Θεοδώρας Κύπρον λαχούσης πατρίδα· καθὰ δὴ καὶ ἐπὶ τὴν Ἀχριδῶ τὴν ἑαυτοῦ πατρίδα ἐποίει, ἣν δὴ καὶ πρώτην ἐκάλεσεν Ἰουστινιανήν. Τότε καὶ Ἴμμερες ἔθνος μάχιμον ὑπὸ Πέρσας τελοῦν πρὸς ταῖς ἐσχατιαῖς τοῦ νότου ποιούμενον τὰς διατριβὰς, τὰ Χριστιανῶν ἑλόμενοι, ἐπίσκοπόν τε πέμψαντες ἔλαβον, καὶ ὅσα ἄλλα χρεὼν κτήσασθαι ἔσχον. Ἐλέγοντό γε μὴν μετὰ τῆς ἐκ τοῦ νότου βασιλίδος κατὰ θέαν Σολομῶντος οὗτοι ἐλθεῖν. Ἰουδαῖοι δὲ τὸ ἀνέκαθεν ὄντες, χρόνῳ πολλῷ ὕστερον ἐθνικοὶ διεγένοντο. Τότε δ' ἐπιμίκτως ἔχοντες, περικαῶς τὴν Χριστιανῶν θρησκείαν ἠσπάσαντο.

ΚΕΦΑΛ. ΛΗ'.

Περὶ τῆς τυραννίδος Βιταλιανοῦ· καὶ περὶ τῶν Οὔννων, οἳ τῶν Κασπίων πυλῶν ὥρμησαν· καὶ περὶ τῆς νήσου Ῥόδου.

A

Καί τις δ' ἕτερος τῆς Θρᾴκης ὁρμώμενος, Βιταλιανὸς ὄνομα, ἐπανίσταται τῷ Ἀναστασίῳ· ὃς τὰ τῶν Θρᾳκῶν δῃωσάμενος, ἀπ' Ὀδυσσοῦ καὶ Ἀγχιάλου ἀρξάμενος, τὴν βασίλειον πόλιν ἑλεῖν ἠπείγετο, ἀστάθμητόν τι πλῆθος Οὔννων προσεπαγόμενος. Πεμφθεὶς δ' Ὑπάτιος στρατηγὸς τὰς ἐπὶ τὰ πρόσω τούτου ἀναστέλλειν ὁρμὰς, ἥλω τούτῳ, ὑπὸ τῶν οἰκείων καταπροδοθείς. Ἀλλὰ λύτροις μεγάλοις βασιλεὺς τοῦτον ὠνεῖτο. Κύριλλος δὲ τὴν στρατηγίαν ἐλάμβανεν· ἀγχωμάλου δὲ τῆς μάχης γεγενημένης, καὶ πολλὰς τὰς τροπὰς καὶ πάλιν διώξεις λαβούσης, B τῇ ῥᾳστώνῃ τῶν ὑπ' αὐτὸν καίπερ τοῦ στρατηγοῦ τὸ πλέον ἐσχηκότος, ὅμως καὶ οὕτως ἥλω· καὶ οὕτως ὁ τύραννος ἄχρι καὶ τῶν Συκῶν τὴν ἔλασιν ἐποιεῖτο, δῃῶν πάντα καὶ ἀφανείᾳ παραδιδούς· ἐπ' ἐλπίσι τε μεγάλαις ὢν, καὶ τὴν βασιλίδα τῶν πόλεων παραστήσεσθαι, καὶ τὴν ἀρχὴν εἰληφέναι· οὗ δῆτα ἐσκηνημένου, Μαρῖνος ὁ Σύρος ἐστέλλετο κατ' αὐτοῦ νηΐτῃ στρατῷ συμβαλεῖν αὐτῷ. Ἄμφω οὖν τὼ στρατὼ συνιόντε, ἀνεκώχευον ἔκπλους ποιούμενοι· ἀκροβολισμοί τε μεταξὺ τοῖν δυοῖν ἐγίνοντο. Καὶ δὴ περὶ τὰ καλούμενα Βυθάρια ναυμαχίας καρτερᾶς συστάσης, ἀνακράτος πρύμναν κρουσάμενος, ἔφευγε Βιταλιανὸς, τὰ πολλὰ τῆς δυνάμεως διαφθείρας. Ἐπίσης δὲ καὶ οἱ ἀμφ' αὐτὸν ἔφευγον· οὕτως ὀξέως, ὡς τῇ ἐπιούσῃ μηδένα τῶν πολεμίων C μήτε περὶ τὴν πόλιν μήτε μὴν περὶ τὸ ἀνάπλουν ποσῶς εὑρεθῆναι. Βιταλιανὸν δ' ἐς Ἀγχίαλον βραχὺ διατρίψαντα, ἔπειτα παυσάμενον τυραννεῖν, ἡσυχίαν ἄγειν ἑκόντα αἱρεῖσθαι. Καὶ ἄλλο δὲ γένος Οὐννικὸν τὴν Ῥωμαίων ἐπέδραμε· περαιωσάμενον γὰρ τὰς Κασπίας πύλας, τὴν ἔξω διῆλθεν· ἡ δὲ Ῥόδος ἀνὰ τὸν αὐτὸν χρόνον τρίτον ἤδη σεισμῷ πέπονθεν ἐξαισίῳ πάθος ταὐτὸ νυκτὸς ἐν τῷ πορρωτάτῳ.

CAPUT XXXVIII.

De tyrannide Vitaliani. De Hunnis, qui ex angustiis Caspiis proruperunt, et de insula Rhodo.

Tyrannus item alius, natione Thrax, nomine Vitalianus, bellum Anastasio intulit: qui Thracia ab Ulyssopoli et Anchialo vastata, imperantem quoque urbem capere est conatus, vagam Hunnorum multitudinem secum ducens. Adversus quem Hypatius dux, ut imperium progressumque ejus moraretur, missus, a suis proditus, et ab illo captus, ingentique pecunia ab imperatore redemptus est. Cyrillus deinde copiis militaribus præfuit. Et cum æquo marte pugnatum esset, et aliquoties nunc hi nunc illi fugissent, et alteri alteros insecuti fuissent, per socordiam suorum, quamvis ipse dux hostibus superior esset: tamen et ipse in potestatem illorum pervenit, atque ita tyrannus usque ad Ficos ipsas, locis omnibus vastatis atque eversis, pervenit: ingenti illa spe concepta, imperantem quoque urbem se capturum, atque imperium arrepturum esse. **717** Ubi Vitalianus ad Ficos castra posuit, Marinum Syrum adversus eum imperator cum copiis maritimis misit: et cum exercitus utrique non longe inter se abessent, in aciem non descenderunt, sed levia tantum prælia commiserunt. Tandem vero ad ea quæ vocantur Bytharia, navali pugna inter se congressi, Vitalianus retro acta navi, quam maxima potuit, celeritate, copiis suis magna ex parte amissis, fugit: eumque sui tanta velocitate sunt consecuti, ut postero die nullus prorsus hostis vel ad urbem, vel ad transitum appareret. Vitalianus Anchiali paulisper moratus, tyrannidem postea reliquit, et sua sponte quietus fuit. Aliud quoque Hunnorum genus, Caspiis angustiis superatis, Romanorum ditionem ad Orientem vastarunt: et Rhodus eo tempore tertium etiam intempesta nocte terræmotu ingenti quassata est.

ΚΕΦΑΛ. ΛΘ'.

Περὶ τοῦ Μακροῦ λεγομένου τείχους ὃ Ἀναστάσιος ἔκτισεν ἀπὸ τοῦ Εὐξείνου Πόντου ἄχρι τῆς Θρᾳκίας θαλάσσης.

D

Ἔργον δέ τι μέγιστον καὶ περιφανὲς, μνήμης τε ἄξιον καὶ βασιλεῖ πρέπον διεπράξατο Ἀναστάσιος, ὃ Μακρὸν τεῖχος ἐκάλεσεν, ἐπὶ καλῷ τῆς Θρᾴκης γεγενημένον· ὅπερ διέχει τῆς Κωνσταντίνου σταδίοις ὡς μάλιστα ὀγδοήκοντα καὶ διακοσίοις· ἐς ἑκατέραν δ' ἀποτελευτᾷ θάλατταν, ἐκτρέχον πορθμοῦ δίκην ἐπὶ σταδίους εἴκοσι καὶ τετρακοσίους· καὶ τὴν πόλιν Χεῤῥόνησον οὖσαν, νῆσον σχεδόν τι πεποιηκός· καὶ καθοδηγοῦν ῥᾷστα οἷς βούλησίς ἐστι διαπορθμεύεσθαι ἀπὸ τοῦ καλουμένου Στόματος Πόντου ἐς τὴν Προποντίδα, καὶ τὴν Θρᾳκίαν θάλατταν. Εἴργόν τε τοὺς βαρβάρους, οἳ ἐκθέειν καὶ καταχεῖσθαι βούλονται, ἀπὸ τῶν ἄνωθεν τοῦ Εὐξείνου Πόντου μερῶν Κόλχων τε, τῆς τε λίμνης Μαιώτιδος,

CAPUT XXXIX.

De muro cui nomen Longo, quem Anastasius construxit, ab Ponto Euxino ad Thraciam usque mare porrectum.

Anastasius idem opus maximum et illustre, memoriaque prorsus et imperiali magnificentia dignum perfecit, quod Longum murum appellavit, ad Thraciam exornandam constructum. Constantinopoli ducentis octoginta plurimum stadiis abest, et ad utrumque pertingit mare, instar freti, ad quadringenta viginti stadia excurrens, et urbem peninsulam in insulæ prope formam redigens. Facile etiam quosvis trajicere volentes, ab eo quod Os Ponti dicitur, in Propontidem et Thracium mare deducit: et Barbaros effundi atque excurrere ex partibus eis, quæ supra Euxinum Pontum sunt, tum autem ex Colchide, et a palude Mæotide, præterea ex locis quæ supra Caucasum

sunt, atque eos etiam qui per Europam sparsi sunt, A prohibet (1).

718 CAPUT XL.

De turpi et impio portorio chrysargyro, hoc est, aurargenteo dicto, quod pro imperiali virtute ex imperio Romano Anastasius sustulit.

Aliud insuper operum ejus longe præstantissimum, et divinum illud facinus est, quod ex Romanorum imperio tributum, quod antiquitus χρυσάργυρον, id est, aurargenteum (2) dictum est, omnino sustulit. Quam rem pro dignitate oratione exsequi, Thucydidis linguæ atque eloquentiæ sit (3). Ego vero eam non verborum vi, sed facto ipso egregio confisus, exponam. Imperium Romanum, quod tanta amplitudine et magnificentia exornatum est, antiquitus portorium instituit, B absurdum admodum, miserabile, Deoque invisum: non Romanis tantum illud, et tam egregio illorum imperio, verum etiam fœdissimis quibusque Barbaris indignum. Quod nescio quo modo ad ejus usque tempora per conniventiam toleratum, ipse imperiali omnino animo expugnans, totum abolevit. Quod cum multis aliis, velut id quod citra exceptionem deberetur, qui stipe mendicata vitam tolerabant: tum etiam eis mulierculis impositum erat, quæ undecunque et ubicunque in solarum occultarumque regionum urbis lupanaribus prostabant, et florem ætatis, quibuscunque ex locis venirent, petulantibus viris, propter quæstum prostituebant: adeo, ut non modo naturæ ipsi, ve- C rum etiam reipublicæ administrationi contumelia inferretur. Cum enim lege constituta, pensio ea tribueretur, aperte illa potestatem permissam esse cuivis, ut quæ facere vellet, et quæ facere nefas esset, clamitabat. Et detestandum atque impurum vectigal istud, quarto quoque anno, cum quidem non minima tributorum pars esset ad principem referebatur magistratum: quem qui gerebat, inter præclaros viros censebatur. Eam indignitatem, quæ tanquam exsecrandum piaculum per res novas in Romani imperii administrationem subrepsit, ubi Anastasius cognovit, exactionis ejus libris, ut rem eam omnem quasi quoddam holocaustum Deo offerret, in ignem conjectis, flagitium suppressit: et sanctione, ne cui post ipsum imperatori in re- B rumpublicarum administratione vetustum probrum renovare liceret, cavit. Postquam id fecit, indignari se eam ob causam assimulavit: et seipsum stultitiæ arguit, qui inanis gloriæ captatione tantum vectigal antiquitus institutum perperam abrogasset: neque in animo secum pericula imminentia, et tot, tantaque quæ in milites eroganda essent, stipendia reputasset. 719 Proinde, consilium suum premens, tributum id, quod diximus, se renovaturum esse pollicitus est: et apud fami-

(1) Opus hoc ab urbe Constantinopoli distat milliaribus sexaginta. Habet in longitudine milliaria quinquaginta, in latitudine pedes octo. (Suid.)

καὶ τῶν ὑπὲρ τὸν Καύκασον ἐς Εὐρώπην διακεχυμένων.

ΚΕΦΑΛ. Μ'.

Περὶ τοῦ θεομισοῦς καὶ αἰσχροῦ τέλους τοῦ χρυσαργύρου, ὃ βασιλικῶς ἐκ τῆς Ῥωμαίων πολιτείας περιεῖλεν ὁ Ἀναστάσιος.

Λίαν δὲ καὶ ἄλλο ὑπερφυέστατον καὶ θεῖον κατεπράξατο ἔργον, τὸ ἐκ παλαιοῦ καλούμενον Χρυσάργυρον, τέλεον τῆς Ῥωμαίων πολιτείας ἐξαφανίσας· ὃ κατὰ χρέος εἰπεῖν τῆς Θουκυδίδου γλώσσης ἢ μεγαληγορίας ἂν εἴη. Ἐγὼ δὲ λέξω οὐ λόγῳ πεποιθὼς, τῇ δὲ πράξει πίσυνος· καὶ γὰρ τῇ τοσαύτῃ καὶ ὄγκῳ τοσούτῳ καὶ μεγαλοπρεπείᾳ σεμνυνομένη Ῥωμαίων πολιτεία ἔκειτο τέλος ἐκ παλαιοῦ ἔκτοπόν τι καὶ λίαν ἐλεεινότατον, καὶ θεομισὲς καὶ μήτοι γε B Ῥωμαίων καὶ τῆς τοσαύτης ἐκκρίτου τούτων ἀρχῆς ἀνάξιον, ἀλλ' οὐδὲ βαρβάροις τοῖς αἰσχίστοις προσεοικός. Ὃ μέχρις αὐτοῦ οὐκ οἶδ' ὅπως τυχὸν παροράσεως, αὐτὸς ἀνέσπασε πρόῤῥιζον, βασιλικώτατα τούτῳ ἀγωνισάμενος. Ὃ δὴ καὶ πολλοῖς μὲν καὶ ἄλλοις ἀπαραίτητον ὥσπερ χρέος ἐπέκειτο, ἐράνῳ ποριζομένοις τὸ ζῆν. Πρὸς δὲ καὶ ταῖς ὅθεν δή ποτε τοῖς ἐρημικωτέροις τῆς πόλεως καὶ κεκρυμμένοις χωρίοις ἐν χαμαιτυπείοις ἐκδεδομέναις τῶν γυναικῶν· ἐπ' ἐργαστήριά τε τὴν ὥραν ἀπεμπολούσαις τοῖς ἑταιρικόσι καὶ ὅθεν δή ποτε ἥκουσι τῶν ἀνδρῶν· ὡς συμβαίνειν μήτοι γε δὴ φύσιν, ἀλλὰ καὶ τὴν πολιτείαν ὑβρίζεσθαι· τὴν γὰρ δόσιν νόμῳ γεγενημένην, βοᾷν ἄντικρυς ἐπ' ἐξουσίαν ὅσα μὴ θέμις C τὸν βουλόμενον δρᾷν· καὶ τὸν ἐναγῆ καὶ ἀνόσιον πόρον κατὰ τετραετηρίδα ἐπὶ τὴν πρώτην ἀνάγεσθαι τῶν ἀρχῶν, μέρος οὐ σμικρότατον ὄντα· οὐκ ἀφανῆ τε καθεστάναι τὸν ταύτην διέποντα τὴν ἀρχήν. Περὶ οὗ μαθὼν Ἀναστάσιος καὶ οἷάπερ μύσος ἢ ἄγος καινουργὲς τῇ πολιτείᾳ Ῥωμαίων παρεισφθαρὲν, θεσπίσματι ἀνῄρει τὴν πρᾶξιν, τὰ τῆς εἰσπράξεως γραμματεῖα δαπάνην ποιήσας πυρί· ὥσπερ παντάπασι τὴν πρᾶξιν ὁλοκαυτῶσαι βουλόμενος τῷ Θεῷ· ὥστε μή τινι ἐσαῦθις τῶν μετ' αὐτὸν ἐξὸν εἴη τὰ ἐκ παλαιοῦ ὀνείδη τῆς πολιτείας ἀνανεοῦν. Τοῦτο δὲ δράσας, τὸν ἀσχάλλοντα ὑπεκρίνετο, πολλὴν ἑαυτῷ δῆθεν διεξιὼν ἀβουλίαν· καὶ τῷ κενοδοξεῖν ἐθέλειν τοσοῦτον πόρον ἐκ παλαιοῦ εὑρημένον εἰκῇ κατακαύσας· μὴ ἐν νῷ θέμενος τοὺς B ἐπηρτημένους κινδύνους, καὶ τὰς δαπάνας ὅσας δὴ τὸ στράτευμα χρῄζει· ὑποκρύπτων δ' ἑαυτὸν, ἐπηγγέλλετο τὸν εἰρημένον βούλεσθαι πάλιν πόρον καινίζειν· καὶ πρὸς τοὺς παρόντας τὸ μεταμέλεσθαι ὑπεκρίνετο· μὴ ἔχειν δ' ὅπως τὴν σφετέραν ἁμαρτάδα ἐπανορθοῦν, τῶν ἐχόντων τὴν εἴσπραξιν ταύτην βιβλίων καταναλωθέντων ἀπροσέκτως πυρί. Ἐκείνων δ' ἀπατωμένων καὶ μὴ προσποιήσει, ἀληθείᾳ δὲ τῷ πόρῳ ἀνιωμένων διὰ τὸν ἐκεῖθεν τῆς ἀνοσιουργίας μισθὸν, καὶ τὸ ἄπορον προβεβλημένων τοῦ πράγματος· παρεκάλει δῆθεν ἁπανταχοῦ διὸν-

(2) Anastasius portorium aurargenteum sustulit, quod sub splendida appellatione omnium fuit fœdissimum.

(3) Evagr. lib. III, cap. 39.

τας, τὰ ἴσα τῶν καυθέντων εἴ που περισώζοιντο ἔτι διερευνᾶσθαι ἐν τοῖς καθόλου πυκτίοις τῶν εἰσφορῶν· δαπάνας δ' ἐπιθεὶς, ἔπεμπεν ἁπανταχοῦ συλλογὴν τῶν εὑρισκομένων ποιεῖσθαι· ὅπου δ' ἄν τις εὑρεθείη τοιοῦτος, παρ' αὐτὸν ἐσκομίζεσθαι· ὡς ἂν εἴη σκέψει καὶ ἀκριβείᾳ πολλῇ τὴν ἔκθεσιν συνταγῆναι. Ἐπεὶ δὲ χρόνῳ ἱκανῷ οἱ ἀμφὶ τὰ τοιαῦτα πεμφθέντες ἧκον ἐπιφερόμενοι ὅσα εὗρον, μάλα χαίρων ὁ Ἀναστάσιος διετέλει, τοῦ κατεσπουδασμένου τυχών· καὶ σοφιζόμενος αὖθις, ὅπως τε καὶ ὅπου καὶ παρὰ τίσιν εὕρηται· καὶ εἰ μὴ καὶ ἄλλο τοιοῦτόν τι ὑπολέλειπται, ἐκεῖνοι πολλὴν συνεισενεγκεῖν διισχυρίζοντο σπουδήν· καὶ ἐπώμνυον μηδένα ἕτερόν που χάρτην ὑπολελεῖφθαι διασπᾶν δυνάμενον τὸ πολίτευμα. Ὁ δὲ καὶ αὖθις λαμπρὰν ἐξ ἐκείνων ἀνάψας τὴν φλόγα τῶν εἰσκομισθέντων B χαρτῶν, τὴν ἐκεῖθεν σποδὸν ὕδατι περικλύσας, ἔσπεισε τῷ ἀέρι· τέλεον ἀφανίζειν ᾑρημένος τὴν πρᾶξιν, ὥστε μηδὲ κόνιν μήτε τι ἄλλο λείψανον ἀπολειφθῆναι τῆς πράξεως, μηδὲ μετὰ τὴν καῦσιν, κἂν σκιῶδές τι γράμμα διαφανείη. Ἵνα δὲ μὴ ἐπὶ τόσον τὸ πρᾶγμα ὀγκώσαντες δόξωμεν ἠγνοηκέναι καὶ ὅσα ἐμπαθῶς οἱ ἀρχαιότεροι περὶ ταύτης τῆς πράξεως συνεγράψαντο, παραθήσομαι δὴ καὶ ταῦτα· δεικνύων ἐξ ὧν διῆλθον, ὡς ἄρα ψευδῆ ὅσα περὶ ταύτης τῆς ἀθεμίτου πράξεως ἱστορήκασι.

A liares suos, pœnitere se facti, neque habere quo errorem commissum corrigeret, quandoquidem libri in quibus ejuscemodi exactio descripta fuisset, cremati essent, per simulationem finxit. Ibi illi ab eo ita decepti, non vultus fictione, sed reipsa, de tributo eo et nefandi flagitii mercede perturbati, doluere: neque se consilium, quo jacturæ ei mederentur, habere, præ se tulere. Ille eos ad loca omnia ire jussit, ut si qua commentarium combustorum exempla ex omnibus exactionis tabulis exstarent, scrutarentur: et sumptibus eam in rem impensis, homines passim qui exempla ejusmodi comportarent, disposuit: videlicet, ut si quis talis inveniretur commentarius, ad ipsum afferretur, quo diligenti et accurata deliberatione B res disponi atque ordinari posset. Postquam autem non parvo interposito tempore, illi quos ad inquirenda exempla talia miserat, reversi, ea quæ invenerant attulere: magnopere Anastasius, quod voto suo potitus esset, lætatus est. Et per fraudem aliam, quomodo, et ubi, et apud quos ea invenissent, et an aliud aut simile quiddam adhuc alicubi reliquum esset, percunctatus est. Illi magno studio se ea comportasse asseverarunt: et juramento, nullam reliquam chartam in omni imperii ditione, quæ indicare portorium id posset exstare confirmarunt. Itaque Anastasius rursum chartas illas congestas in flammam conjecit, et cinerem earum aqua conspersum in aerem sparsit, ut res ea penitus aboleretur, neque post ustulationem eam vel pulvisculus et reliquiarum aliquid, aut umbra etiam litteræ alicujus, de re tam nefaria apud posteros exstaret. Verum enimvero ne, dum factum hoc tantopere efferimus, ignorare videamur, quæ veteres etiam affectibus ducti, hac de re scripserunt, ea ipsa huc afferam, demonstraturus ex ipsorum verbis falsa esse, quæ de nefanda hac exactione memoriæ mandarunt.

ΚΕΦΑΛ. ΜΑ'. C

Ἀπόστασις πρὸς τὸν συγγραφέα Ζώσιμον· οἷα πρὸς τὸν ἐν βασιλεῦσιν ἀοίδιμον Κωνσταντῖνον ἀπέσκωψε βλασφημήσας.

Ζώσιμος γὰρ ὁ τὴν Ἑλληνικὴν θρησκείαν μάλα πρεσβεύων, Κωνσταντίνῳ τῷ τῆς εὐσεβείας προμάχῳ καὶ ἀρχηγῷ τῆς πίστεως βασιλεῖ μηνίσας, ὅτιπερ ἐκ τῆς τῶν εἰδώλων λατρείας εἰς τὴν Χριστιανῶν μεταβάλλετο πίστιν, τὴν ἐκείνων βδελυρίαν καταλιπὼν, ἱστορεῖ βλασφημῶν, ὡς αὐτὸς ἐκεῖνος ὁ Κωνσταντῖνος, πρῶτος τὴν τοῦ Χρυσαργύρου εἴσπραξιν ἐπινοήσας, κατὰ τετραετηρίδα εἰσάγεσθαι τὸ τοιοῦτον αἴσχιστον τέλος ἐνομοθέτει. Οὐ τοῦτο δὲ μόνον τὸν εὐσεβῆ καὶ μεγαλόδωρον ἐβλασφήμησε βασιλέα, ἀλλὰ καὶ ἄλλ' ἄττα ἀνύποιστα κατὰ πάσης τέχνης δρᾶσαι καὶ ἐπιστήμης· καὶ τὸν μὲν παῖδα D Κρίσπον, φησὶν, ἀπανθρώπως ἀνεῖλε· Φαύσταν δὲ τὴν ἰδίαν γαμετὴν, βαλανείῳ ἄκρως ἐκπυρωθέντι ἀσφαλισάμενον, διαφθεῖραι· τοῦ δὲ τοσούτου ἄγους κάθαρσιν ἐκζητοῦντα παρὰ τῶν Ἑλλήνων ἱερέων καὶ μὴ εὑρίσκοντα, Αἰγυπτίῳ ἀνδρὶ ἐντυχεῖν ἐξ Ἰβήρων ἥκοντι· ἀκούσαντα δὲ παρ' ἐκείνου ὡς ἡ τῶν Χριστιανῶν πίστις ἁμαρτάδος πάσης εἰσηγεῖται ἀναί-

720 CAPUT XLI.

Digressio ad Zosimum: quæ is in imperatorum omnium celeberrimum Constantinum per blasphemiam acerbe et amarulenter detorserit.

Zosimus enim, superstitioni Græcæ quam maxime addictus, in Constantinum imperatorem, veræ pietatis propugnatorem et fidei ducem, quod is ab idolorum cultu ad Christianorum fidem, detestanda eorum exsecratione relicta, transiit, male animatus, per blasphemiam scriptis mandavit, eum primum exactionem τοῦ χρυσαργύρου, aurargenti tributi invenisse, et ut quarto quoque anno fœdissimum id vectigal penderetur constituisse. Verum non hæc ille tantum maledicta in pium magnisque dotibus ornatum principem conjecit, sed etiam D alia plurima intoleranda, eumdem contra artes et scientias omnes fecisse (1), et Crispum filium crudeliter interfecisse. Faustam item conjugem suam balneo ad summum calefacto inclusam enecasse dicit. Et cum tanti flagitii expiationem apud sacerdotes Græcos quæsisset, neque invenisset, in Ægyptium quemdam virum, ex Iberia venientem, eum incidisse, et ab eo quod Christianorum fides

(1) Κατὰ πάσης ἐξευρεῖν τύχης, hoc est, *contra omnes omnium fortunas aliquid excogitasse.* (Evagr.)

peccatorum omnium abolitionem induceret, audivisse: proindeque animum statim mutavisse, patriam opinionem et idolorum (ut ille inquit) cultum rejecisse, et Christianorum sacra suscepisse, refert. Cæterum falso hæc Zosimum, calumnia imperatorem magnum sugillare volentem, scripsisse, per confutationem veram ostendam. Sed de Aurargenteo vectigali primum dicam.

A ρεσιν, μεταβαλεῖν εὐθύς· καὶ τὴν πατρῴαν νόμισιν ἀθετήσαντα τῶν εἰδώλων, ὡς ἐκεῖνός φησι, τὴν Χριστιανῶν θρησκείαν ἑλέσθαι. Ἀλλ' ὅτι ταῦτα ψευδῶς ἱστόρησε διαβάλλειν τὸν μέγαν πειρώμενος, ἐκ τοῦ ἐλέγχου κατάδηλον ἀποδείξω. Ἀλλὰ περὶ τοῦ Χρυσαργύρου πρῶτόν σοι διαλέξομαι.

CAPUT XLII.

Refutatio eorum quæ de apostolico Constantino Zosimus dixit.

In historia, homo exitiose, memoras, quod ille urbem aliam Romanæ similem condere volens, primum inter Troadem et Ilium locum, veluti operi instituto idoneum, cœperit, fundamenta jecerit, et murum supra terram extulerit. Postquam autem Byzantium commodius esse comperit, consilio mutato, urbem eam celeriter mœnibus firmis cinxerit, magnisque turribus opere longe lateque producto, et tam pulchris porticibus, aliisque ædificiis ita exornarit, **721** ut Romæ re nulla cederet, quæ tantorum ornamentorum et amœnitatum paulatim annis plurimis incrementa cepit. Refers etiam, publice eum frumenti tesseras, et auri multum, eis qui se eo contulissent, ad privatarum ædium structuram donasse. Inter alia hæc quoque sic scribis: « Constantino mortuo, ad Constantium filium ejus, post fratrum ejusdem obitum, rerum summa pervenit. Atque ubi Magnentius et Britannio tyrannidem arripuere, persuasione Constantius Britannionem in potestatem suam redegit. Cum enim ex utraque parte exercitus coacti essent, Constantius pro concione, militibus patris erga eos sui liberalitatem in memoriam revocavit, cum quo bella multa gessissent, maximis ab eodem cohonestati donis. Id vero ubi milites audivere, detracta Britannioni purpurea veste, in privati hominis habitu eum ad Constantium abduxere. Atque is nihil se indignum passus, sed a Constantio servatus est, cum in illum et patrem ejus maledicta multa jecisset. » Itaque te rogo, quem liberalite et munificentia tanta gavisum esse scribis, quomodo rursus eumdem tam sordidum et avarum fuisse dicis, ut tam detestandum Deoque invisum portorium, insolito novoque modo in Romani imperii administrationem invexerit? Ego certe quidem colligere id non possum. Clarissime etiam tibi ostendam, neque Crispum filium, neque conjugem Faustam, ab eo ita crudeliter necatos esse: neque etiam eumdem vel cum Ægyptio eo fuisse, vel religionem nostram, postquam eam est complexus, ab eo accepisse. Eusebium Pamphili audi, qui illorum tempore floruit, et cum eis plurimum fuit, consuetudine et amicitia eorum admodum usus. Tu namque solum rumorem mutilatum mandas litteris, non veritatem ipsam: qui longo post tempore, sub Honorio et Arcadio, quibus historiam tuam dedicasti, et fortasse post

ΚΕΦΑΛ. ΜΒ'.

Ἀνατροπὴ τῶν εἰρημένων Ζωσίμῳ διὰ τὸν ἰσαπόστολον Κωνσταντῖνον.

Σὺ φῄς, ἀλιτήριε, τῷ συγγράμματι, ὡς πόλιν ἄλλην ἴσην τῇ Ῥώμῃ ἐγεῖραι βουλόμενος, πρῶτον μὲν ὡς ἐπιτήδειον οἰόμενος τὸν μεταξὺ Τρῳάδος καὶ Ἰλίου B τόπον πρὸς τὸ δέξασθαι τὸν σκοπὸν, θεμέλιά τε ἐπήγνυ, καὶ τὸ τεῖχος τῆς γῆς ἐξαίρων ἔπραττεν. Ὡς δ' ἐπιτηδειότερον τὸ Βυζάντιον εὗρε, μεταθέμενος τὴν σπουδὴν, θᾶττον τείχεσι στεῤῥοῖς περιέβαλε, καὶ μεγάλοις πύργοις εὐρύνων εἰς μήκιστον· καὶ τοσούτῳ κάλλει στοῶν καὶ οἰκοδομημάτων ταύτην ἐφαίδρυνεν, ὡς τῆς Ῥώμης κατ' οὐδὲν λείπεσθαι, τοσαύταις χάρισι τοῖς κατὰ μικρὸν ἔτεσιν αὐξηθείσῃ. Ἱστορεῖς δ' ὡς καὶ σίτισιν τῇ πόλει δημοσίαν ἀπένειμε, καὶ πολύ τι χρυσοῦ τοῖς αὐτῷ οἱ ἑπομένοις ἐς κατασκευὴν ἰδίων οἴκων ἀπεχαρίζετο. Ἐπὶ ῥήματος δὲ καὶ ταῦτα προσγράφεις· « Κωνσταντίνου τελευτήσαντος, ἐς Κωνστάντιον τὸν αὐτοῦ παῖδα τὰ πράγματα περιελθεῖν, μετὰ θάνατον τοῖν αὐτοῦ ἀδελC φοῖν· καὶ ὡς Μαγνεντίου καὶ Βρεταννίωνος τυραννήσαντος, πειθοῖ τὸν Βρεταννίωνα μετῆλθε· καὶ ἀμφοῖν τοῖν στρατοπέδοιν ἀλισθέντοιν, πρῶτος ὁ Κωνστάντιος δημηγορήσας, τῆς τοῦ πατρὸς ἀνεμίμνησκε τοὺς στρατιώτας φιλοτιμίας· μεθ' οὗ πολλοὺς πολέμους διεπόνησε, καὶ μεγίσταις ἐτιμήθησαν ταῖς δωρεαῖς· καὶ ὡς τούτων ἤκουσαν οἱ στρατιῶται, τὸν Βρεταννίωνα περιδυσάμενοι τὴν ἐσθῆτα, ἐν ἰδιώτου σχήματι Κωνσταντίῳ παρήγαγον. Ὁ δὲ μηδὲν ἄτοπον πεπονθὼς, διεσώζετο πρὸς Κωνσταντίου, ὃν τοσαῦτ' ἐβλασφήμησας μετὰ τοῦ πατρός. » Τοίνυν ἐρήσομαί σε, πῶς ὃν ἄξιοις τὸν οὕτω φιλοτιμίᾳ καὶ μεγαλοδωρεᾷ χαίροντα, πάλιν τὸν αὐτὸν οὕτω σμικρολόγον εἶναι καὶ φειδωλότατον, ὡς καὶ τοιοῦτον θεομισῆ πόρον καὶ ἐναγῆ τῇ Ῥωμαίων καινουργῆD σαι πολιτείᾳ; Παντάπασι συνάγειν οὐ δύναμαι· ἀποδείξω δέ σοι σαφέστατα, ὡς οὐδὲ τὸν υἱὸν Κρίσπον, ἀλλ' οὐδὲ τὴν γαμετὴν Φαῦσταν, ἀπηνῶς οὕτω διεχειρίσατο· οὐδ' ἐπὶ τὰ ἡμέτερα ἦλθεν Αἰγυπτίῳ τινὶ συγγενόμενος, ἀφ' οὗ τῶν νενομισμένων τῇ θρησκείᾳ μετέσχε. Καὶ δὴ ἄκουε Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου, ὃς τοῖς ἐκείνων χρόνοις συνήκμασε, καὶ συνεγένετο πλεῖστον, ὁμιλίας καὶ φιλίας ἐκείνων εἰς κόρον καταπολαύσας. Σὺ γὰρ δὴ μόλις ἀκοὴν γράφεις ἠκρωτηριασμένην, μήτοι γε δὴ ἀλήθειαν· ἐπὶ πολὺ καθυστερίζων τοῦ χρόνου, ἐπὶ Ὀνωρίου καὶ Ἀρκαδίου γενόμενος, οἷς καὶ τὴν συγγραφὴν ἔστησας· ἴσως δὲ καὶ πολλῷ γενόμενος ὕστερον. Οἷα δ' Εὐσέβιος ὁ Κωνσταντίνῳ καὶ Κρίσπῳ συνακμάσας καὶ συγγενόμενος ἐν τῷ ὀγδόῳ τόμῳ τῆς συγγραφείσης

αὐτῷ *Ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας* περὶ αὐτῶν ἔγραφεν, ἄκουε. « Χρόνου δὲ πλείστου μεταξὺ γενομένου, βασιλεὺς Κωνσταντῖνος τὸν πάντα βίον πραότατα καὶ τοῖς ὑπηκόοις εὐνοϊκώτατα, τῷ τε θείῳ λόγῳ προσφιλέστατα διαθέμενος, παῖδα γνήσιον Κωνστάντιον αὐτοκράτορα σεβαστὸν ἀνθ' ἑαυτοῦ καταλιπὼν, κοινῷ φύσεως νόμῳ τελευτᾷ τὸν βίον. » Καὶ μεθ' ἕτερα· « Τούτου παῖς Κωνστάντιος εὐθὺς ἀρχόμενος, βασιλεὺς τελεώτατος καὶ σεβαστὸς πρὸς τῶν στρατοπέδων, καὶ ἔτι πολὺ τούτων πρότερον πρὸς αὐτοῦ τοῦ παμβασιλέως Θεοῦ ἀναγορευθεὶς, ζηλωτὴν ἑαυτὸν τῆς πατρικῆς περὶ τὸν ἡμέτερον λόγον εὐσεβείας κατεστήσατο. » Καὶ πρὸς τῷ τέλει δὲ τῆς αὐτῆς ἱστορίας καὶ ταῦτ' ἐπιλέγει· « Ὁ δὲ ἀρετῇ πάσῃ θεοσεβείας ἐμπρέπων μέγιστος νικητὴς Κωνσταντῖνος σὺν παιδὶ Κρίσπῳ βασιλεῖ θεοφιλεστάτῳ καὶ κατὰ πάντα τοῦ πατρὸς ὁμοίῳ, τὴν οἰκείαν Ἑῴαν ἀπελάμβανεν. » Πῶς δ' ἂν ὁ Εὐσέβιος οὕτω τὸν Κρίσπον ἐπῄνει, εἰ πρὸς τοῦ πατρὸς ἀνῄρητο; Πῶς δ' ἀναιρεθεὶς ὁ παῖς ἐπεβίω τῷ Κωνσταντίνῳ, ὅπου γε καὶ ὁ μετὰ Εὐσέβιον τὰ ἐκκλησιαστικὰ συγγραψάμενος Θεοδώρητος πρὸς τῷ τέρματι τοῦ βίου ἱστορεῖ Κωνσταντῖνον ἐν Νικομηδείᾳ, τῆς παλιγγενεσίας τυχεῖν ἀναβαλλόμενον ταύτης καταπολαῦσαι ἐν Ἰορδάνῃ τῷ ποταμῷ, αὐταῖς λέξεσιν οὕτω φάσκων· « Τριακοστὸν δὲ ἦν αὐτῷ τῆς βασιλείας ἔτος· ἐνιαυτοῦ δὲ καὶ ἄλλων μηνῶν διεληλυθότων ὀλίγων, ἐν Νικομηδείᾳ τῆς Βιθυνίας διάγων ἠῤῥώστησε. Τὸ δὲ τῆς ἀνθρωπίνης βιοτῆς ἄδηλον ἐπιστάμενος, τὸ τοῦ θείου βαπτίσματος δῶρον ἐδέξατο. Ἀνεβάλλετο δὲ μέχρι τοῦδε τοῦ χρόνου, ἐν Ἰορδάνῃ ποταμῷ τούτου τυχεῖν ἱμειρόμενος. » Ταῦτα μὲν καὶ Θεοδώρητος. Πρὸς δὴ τούτοις, ὦ κατάρατε σὺ καὶ ἐξάγιστε καὶ μιαρὲ καὶ παμμίαρε καὶ μιαρώτατε, φῄς, ὡς καὶ τὰ Ῥωμαίων πράγματα, ἀφ' οὗ τὰ Χριστιανῶν ἤνθησε, παντάπασι διέφθορε καὶ ἀπώλετο. Καὶ τοίνυν ἐμοὶ δοκεῖς, ἢ μηδὲν ἀνεγνωκέναι τῶν ἱστορηθέντων, ἢ οὕτως ἑκὼν τυφλώττειν πρὸς τὴν ἀλήθειαν· μάλιστα γὰρ ἄν τις τοὐναντίον εὑρήσει τῇ Χριστιανῶν πίστει ἐς τὸ πολλαπλάσιον ἐπιδοῦναι καὶ Ῥωμαίοις τὰ πράγματα.

eorum etiam tempora, longius vixeris. Quæ vero Eusebius, qui cum Constantino et Crispo vixit, in octavo *Ecclesiasticæ Historicæ* suæ libro de eis scribat, audi. « Plurimum intercessit temporis, et imperator Constantinus, cum vitam omnem per summam erga cives et subditos suos mansuetudinem et benevolentiam, **722** et acceptissimam Deo pietatem transegisset, dilecto filio suo Constantio, imperatore Augusto, in locum suum substituto, juxta communem omnibus naturæ legem decessit. » Et post alia : « Hujus filius Constantius, quamprimum venit, imperator summus et Augustus ab exercitu, et multo antea ab ipso imperatore omnium Deo renuntiatus, æmulatorem se in doctrina et professione nostra paternæ pietatis præstitit. » Et ad finem historiæ ejus hæc quoque dicit : « Qui vero omni veræ in Deum pietatis virtute enituit, maximus victor Constantinus, cum Dei amantissimo et rebus omnibus patri simillimo filio Crispo Cæsare, Orientem suum recepit. » Quomodo Eusebius, qui post Constantinum superstes fuit, Cripsum tantopere laudasset, si a patre is interemptus fuisset? Et Theodoritus, qui post Eusebium res ecclesiasticas conscripsit, circa vitæ finem, Constantinum Nicomediæ commemorat regenerationem suscepisse (1) : quam propterea distulerat, ut ea in Jordane amne potiretur. Cujus hæc verba sunt : « Tricesimus imperii ejus præterierat annus : et anno insuper et mensibus paucis exactis, Nicomediæ Bithynorum agens, ægrotare cœpit. Quod vero probe, quam incerta humana vita esset sciret, sacri baptismi donum recepit : quem ad id usque tempus propterea distulerat, quod eum in Jordane fluvio suscipere concupiverat. » Hæc Theodoritus. Ad hæc, hominum omnium maxime exsecrande, detestande, nocentissime, impurissime, sceleratissime, adjicis, imperium Romanum ab eo tempore quo Christiana religio floruit, prorsus intercidisse atque interiisse. Tu vero vel nihil prorsus eorum quæ per historias memoriæ mandata sunt, legisse, vel tua sponte excæcasse te ipsum, ad veritatem perspiciendam, videris. Quod namque verbis tuis maxime est contrarium, per Christianorum videlicet fidem Romani imperii res multis modis maxima cepisse incrementa, facile quis invenerit.

ΚΕΦΑΛ. ΜΓ'.

Ἔλεγχος πρὸς τὸν αὐτὸν Ζώσιμον, ὡς τῇ ἐπιδημίᾳ μᾶλλον Χριστοῦ τὰ Ῥωμαίων πράγματα ἐπὶ τὸ κρεῖττον ἐπέδωκε.

Σκοπεῖν σε τοίνυν χρεὼν, ὡς ἅμα τῇ ἐπιδημίᾳ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἡ τῶν Μακεδόνων βασιλεία τέλεον ὑπὸ Ῥωμαίων καθῄρηται. Ἡ δ' Ἀλβανία, ἔτι δὲ καὶ Ἰβηρία, πρὸς δὲ καὶ Κόλχοι καὶ Ἄραβες, Ῥωμαίοις δουλεύειν ᾑροῦντο. Καῖσαρ δὲ Γάϊος μετὰ τὴν τρίτην καὶ εἰκοστὴν καὶ ἑκατοστὴν Ὀλυμπιάδα Γάλλους Γερμανούς τε καὶ

723 CAPUT XLIII.

Zosimus idem redarguitur : et probatur, quod adventu in terras Christi res Romana maxima incrementa ceperit.

Illud te considerare oportuit, una cum adventu Servatoris nostri Jesu Christi, Macedonum regnum a Romanis omnino sublatum esse : et Albaniam præterea, et Iberiam, Colchos etiam et Arabes servitutis conditiones a Romanis accepisse : Caium insuper Cæsarem, post centesimam octogesimam tertiam Olympiadem, Gallos, Germanos et Britan-

(1) Constantinus in extremo vitæ suæ actu apud Nicomediam baptizatus est, non solum tribus ecclesiasticis scriptoribus, Theodorito, Socrate et Sozomeno, verum etiam Hieronymo et Ambrosio, etc. testantibus.

nos ingentibus bellis superasse, et jugum illis servitutis imposuisse, eumdemque Romanæ ditioni, ad eas quas prius habebat, quingentas populosas urbes adjecisse: quemadmodum illi qui hæc conscripserunt, ad memoriam posteritatis transmisere. Qui Cæsar primus, post consules, monarcha et princeps unus declaratus est: ea re veluti præiens et viam sternens, ut Romani imperii cives et subditi ex plurium deorum cultu, et turbulento reipublicæ statu, ad unam, quæ sola obtineret, religionem, per appropinquantem Christi monarchiam adducerentur. Cujus rei gratia et Judæa omnis, et vicinæ circumquaque regiones, Romano imperio ita subditæ sunt, ut tum primum census actus et descriptio facta sit, in qua et Christus ipse ascriptus est, ut prophetia de civitate Bethleem aperte exitum suum haberet, quam de ea luctuosus Jeremias hisce verbis prædixit: *Et tu, Bethleem terra Juda, haudquaquam minima es in principibus Juda. Ex te enim progredietur dux, qui pascet populum meum Israel*[1]. Post ineffabilem vero Christi Dei nostri nativitatem, Ægyptus quoque in potestatem Romanorum pervenit, Antonio et Cleopatra, in quam postremam Ptolemæorum regnum incidit, ab Augusto Cæsare prorsus devictis: sub quo et Dominus noster Jesus Christus natus est. Antonio Cornelius Gallus ab Augusto in regiones Ægypti missus successit, et primus post Ptolemæos Ægyptum provinciam administravit, sicuti hoc historici testantur. Quas vero clades Persæ acceperint a Ventidio, Corbulone et Neronis ducibus, atque item a Severo, Trajano, Caro, Cassio, Odenatho Palmyreno, Apollonio, et aliis, et quoties Seleucia et Ctesiphon, atque etiam Nisibis, quæ nunc huc nunc illuc transiit, capta sit, et quomodo Armenia et aliæ vicinæ provinciæ in Romanorum pervenerint ditionem, una cum aliis **724** tu quoque in historiis tuis exponis. Quomodo autem alia dicam, quæ tu scribis sacratissimum Constantinum præclare gessisse: cum is pietatem nostram professus, rempublicam Romanorum administraret? Atque etiam quas quantasque clades Julianus, tuus maxime choreis ducendis sodalis, et commundem tecum orgiorum particeps, pertulerit? qui sane innumera atque intoleranda Romano imperio vulnera inflixit, atque ea incurata post se reliquit. Num vero quidquam eorum quæ de universitatis hujus interitu prædicta sunt, vel initium cœperit, vel finem habiturum sit, majus id profecto est, quam ut tu de eo judices. Verum age, si tibi videtur, qui hæc dicis, consideremus, quomodo et qui Græcam superstitionem sunt professi, et qui Christianorum sacra coluere imperatores quisque vitam aut imperium amiserit. An non primus monarcha, qui unus sibi imperium usurpavit, C. Julius Cæsar dolo cæsus est? An non Caium alterum Tiberii nepotem milites quidam ferro ne-

[1] Mich. v, 2; Matth. ii, 6.

A Βρεταννοὺς ἀγῶσι μεγάλοις ὑπέζευξε, ζυγὸν δουλείας ἐπαγαγών· καὶ προσεποίησε τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ πρὸς αἷς εἶχεν ἑτέρας πόλεις πενταχοσίας οἰκουμένας, ὡς οἱ τὰ τοιαῦτα συγγραψάμενοι καθιστόρησαν. Ὃς δὴ Γάϊος καὶ πρῶτος μόναρχος μετὰ τοὺς ὑπάτους ἀνηγορεύθη· ὡσανεὶ προοδοποιῶν ἐκ πολυθεΐας τὸ ὑπήκοον καὶ ὀχλοκρατείας ἐπὶ τὸ μόναρχον σέβας διὰ τὴν ὅσον οὔπω ἐσομένην Χριστοῦ μοναρχίαν. Οὗ χάριν ἥ τε Ἰουδαία πᾶσα καὶ τὰ περικύκλῳ πάντα τῇ Ῥωμαϊκῇ ἀρχῇ προσεγένετο· καὶ ἐπὶ τόσον, ὡς καὶ πρώτην τότε ἀπογραφὴν γενέσθαι, ἐν ᾗ καὶ Χριστὸς ἀπογράφεται, τῆς περὶ τῆς Βηθλεὲμ προφητείας τὸ πέρας ἔκδηλον καθιστῶν, ὧδέ πως τῷ πολυδάκρυϊ Ἱερεμίᾳ περὶ αὐτῆς προφοιβάζοντι· *Καὶ σὺ, Βηθλεὲμ γῆ Ἰούδα, οὐδαμῶς* B *ἐλαχίστη εἶ ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰούδα· ἐκ σοῦ γάρ μοι ἐξελεύσεται ἡγούμενος, ὅστις ποιμανεῖ τὸν λαόν μου τὸν Ἰσραήλ.* Μετὰ δὲ τὴν ἄῤῥητον γέννησιν Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν καὶ αὐτὴ Αἴγυπτος ὑποκύπτει Ῥωμαίοις, Ἀντωνίῳ καὶ Κλεοπάτρᾳ, εἰς ἣν ἐσχάτην ἡ τῶν Πτολεμαίων ἀρχὴ κατήντησε, τέλεον καταγωνισθεῖσιν Αὐγούστῳ τῷ Καίσαρι· ἐφ' οὗ καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐγεννήθη. Ἀντώνιον δὲ Κορνήλιος Γάλλος τῶν ἐν Αἰγύπτῳ χωρῶν διεδέχετο Αὐγούστου πέμψαντος, πρῶτος μετὰ τοὺς Πτολεμαίους Αἰγύπτου ἄρξας, ὡς καὶ τοῖς ἱστορήσασι περὶ τούτων ἀνείληπται. Ὑπὸ δὲ Βεντιδίου Κορβούλωνός τε καὶ Νέρωνος στρατηγοῦντος πόσα Πέρσαι πεπόνθασιν; ἔτι δὲ C καὶ ὑπὸ Σευήρου, Τραϊανοῦ τε καὶ Κάρου, Κασσίου τε καὶ Ὠδαινάθου τοῦ ἐκ Παλμυρίας, Ἀπολλωνίου τε καὶ ἑτέρων; Ὁσάκις τε Σελεύκεια καὶ Κτησιφῶν ἥλω, Νίσιβίς τε ἐπ' ἀμφότερα στρεφομένη, Ἀρμενία τε καὶ τὰ πλησιάζοντα ἔθνη Ῥωμαίοις προσεῤῥύη, ὥσπερ καὶ σὺ ἱστορεῖς. Πῶς δ' ἂν εἴποιμι καὶ ἃ συγγράφεις ἕτερα γεννικῶς καταπράξασθαι τὸν θειότατον Κωνσταντῖνον τῆς Ῥωμαίων ἡγησάμενον μετὰ τῆς ἡμετέρας θρησκείας; Πρὸς δὴ τούτοις, ὅσα τε καὶ οἷα πέπονθεν Ἰουλιανὸς, ὁ σὸς μάλιστα θιασώτης, καὶ τῶν αὐτῶν σοι ὀργίων μετεσχηκὼς, ὁ μυρία καὶ ἀνύποιστα θραύματα τῇ Ῥωμαίων πολιτείᾳ καταλελοιπώς; Εἰ δ' ἴσως περὶ τῶν προῤῥηθέντων τῇ τοῦ παντὸς τελευτῇ ἢ προοίμιον εἴληφεν, ἢ καὶ τὸ πέρας ἕξει, τοῦτο μεῖζον ἢ κατὰ τὴν σὴν D κρίσιν. Φέρε δὲ, εἴ σοι δοκεῖ, τοιαῦτα λέγοντι, ἴδωμεν ὅπως οἱ τὰ Ἑλλήνων πρεσβεύσαντες βασιλεῖς, καὶ οἱ Χριστῷ βασιλεύσαντες, ὅπως ἕκαστοι τούτων τὸν βίον ἀπέθεντο ἢ τὴν ἀρχήν. Οὐ τοίνυν ὁ πρῶτος μόναρχος Γάϊος Ἰούλιος Καῖσαρ, δολίῳ φόνῳ κατεργασθεὶς, τὸν βίον ἀπείπατο; Οὐ τὸν δεύτερον τὸν ἔκγονον Τιβερίου Γάϊον τῶν τινες στρατιωτῶν μαχαίραις διεχειρίσαντο; Τί δὲ καὶ Νέρων; Οὐ παρά τινος τῶν οἰκείων ἀνῄρηται; Γάλβας τε καὶ Ὄθων καὶ Οὐϊτέλλιος ἐπίσης πεπόνθασιν, οἱ τρεῖς δέκα μῆνας πρὸς τῷ ἑνὶ βασιλεύσαντες; Τόν γε μὴν Τίτον οὐ Δομετιανὸς ἀνεῖλεν ἀδελφὸς ... ὁ γνησιώτατος; Τί δ' ἐκεῖνος [illegible]

πρὸς τοῦ Στεφάνου τὸν βίον κατέστρεψεν; Ὁ δὲ A Κόμμοδος φαίης ἂν ὡς οὐχ ὑπὸ Ναρκίσσου διέφθαρτο; Ὁ δὲ Περτίναξ, ὁ δὲ Ἰουλιανὸς οὐ τῶν ἴσων μετέσχον; Ὁ δὲ Σευήρου Ἀντωνῖνος οὐχὶ τὸν ἀδελφὸν διεχρήσατο Γέταν; Τὰ ἴσα δὲ καὶ αὐτὸς ἐπεπόνθει ὑπὸ Μαρτιαλίου; Ὁ δὲ Μακρῖνος οὐ περὶ Βυζάντιον ὥσπερ ἀνδράποδον ἀχθεὶς ὑπὸ τοῦ ἰδίου ἀνῃρέθη στρατεύματος; Ὁ δ' ἐξ Ἐμέσης Αὐρήλιος Ἀντωνῖνος σύναμα τῇ μητρὶ κατεσφάγη; Τὰ παραπλήσια δὲ καὶ ὁ μετ' ἐκεῖνον Ἀλέξανδρος τῶν ἴσων δραμάτων ἔτυχε μετὰ τῆς μητρὸς Μαμμαίας. Τί δ' ἂν λέγοιμι περὶ Μαξιμίνου, ὃς τοῖς σφετέροις ἀνῃρέθη στρατεύμασιν; ἢ Γορδιανοῦ, ταῖς βουλαῖς Φιλίππου τὸ κοινὸν καταγώγιον ὑπελθόντος; Σὺ δ' ἱστόρει τὰ κατὰ Φίλιππόν τε καὶ Δέκιον, ὡς ὑπὸ B τῶν πολεμίων ἐφθάρησαν· ἔτι δὲ τὰ κατὰ Γάλλον καὶ Βολοσσιανὸν, ὡς ὑπὸ τῶν οἰκείων δυνάμεων τοῦ βιοῦν ἀπηλλάγησαν. Ὁ δ' Αἰμυλιανὸς οὐ τοῖς ἴσοις περιηνέχθη; Οὐαλλεριανὸς δὲ οὐχὶ Πέρσαις ληφθεὶς αἰχμάλωτος περιήγετο; Γαλιηνὸς δὲ δόλῳ φονευθεὶς, καὶ ὁ μετ' αὐτὸν Καρῖνος σφαγεὶς, Διοκλητιανῷ καὶ Μαξιμιανῷ τὴν ἀρχὴν καταλέλοιπεν· οὗ; αὐτὸς [ἑ]συνάρχειν ἑαυτῷ εἵλετο. Ἐξ ὧν ὅ τε Μαξιμιανὸς ὁ Ἑρκούλλιος, Μαξέντιός τε παῖς ἐκείνου, καὶ Λικίνιος πάντων ἔσχατος, αἰσχίστῳ μόρῳ τοῦ βίου ἐξέστησαν. Ἀφ' οὗ δὲ ὁ τῆς Χριστοῦ ποίμνης ἡγεμονεύσας Κωνσταντῖνος ὁ ἀοίδιμος βασιλεὺς ἦρξε, καὶ τὴν αὐτῷ ἐπώνυμον μεγαλοπρεπῶς ἀνεγείρας πόλιν Χριστῷ καὶ τῇ ἐκείνου μητρὶ ἀνέθετο, σκόπει δὴ εἴ τις τῶν ἐν αὐτῇ τοῦ βασιλείου γέρως μετειληχότων C ἄχρι τοῦδε ἢ πρὸς τῶν οἰκείων ἢ καὶ ἀλλοτρίων διέφθαρτο· ἢ ὅλως τυραννὶς πλέον ἔσχε τῆς ἐννόμου ἀρχῆς, πλὴν Ἰουλιανοῦ τοῦ σοῦ ἱεροφάντου καὶ θύτου καὶ κανηφόρου καὶ βασιλέως, καὶ τοῦ σοῦ Οὐάλεντος. Πείθομαι γάρ σοι ἀρίστως διεξιόντι ὅσα κακὰ Χριστιανοῖς κατειργάσατο, δι' ἃ καὶ ἄμφω τὴν ἀξίαν ἔδοσαν δίκην. Περὶ γὰρ ἑτέρου οὐδ' αὐτὸς σὺ οἶμαι ἐρεῖς. Ἐγὼ δὲ προσθήσω καὶ Βασιλίσκον Ζήνωνι ἀντικαταστάντα· παρ' οὗ μὴ μόνον τὴν τυραννίδα, ἀλλὰ καὶ τὸν βίον δειλαίως ἀπέλιπε. Ταῦτ' εἰ καὶ πάρεργά τῳ ἴσω; δόξει τῆς ἐκκλησιαστικῆς συγγραφῆς, ἐμοὶ δὲ ἄρα καὶ πάνυ τοι χρειώδη καὶ συστατικὰ πρὸς τὸ προκείμενον εἶναι δοκεῖ· οἷς ἐθελοκακοῦντες οἱ τῶν Ἑλλήνων συγγραφεῖς, οὐ D πρὸς ἀλήθειαν, δυσμεναίνοντες δὲ τῇ Χριστιανῶν θρησκείᾳ καθιστοροῦσιν. Ἡμεῖς δὲ ἐπὶ τὸ λοιπὸν τῆς ἱστορίας Ἀναστασίου βαδίσωμεν.

carunt? Quid Nero? Num ille a familiari quodam non jugulatus est? Galba sane et Otho et Vitellius eadem sunt passi: qui tres undecim tantum menses imperarunt. Titum num frater ei charissimus Domitianus occidit? An non ille rursum a Stephano miserandum in modum trucidatus est? Quid? Commodum a Narcisso peremptum esse negabis? Pertinaci vero et Juliano non idem accidit? Antoninus Severi filius, an fratrem Getam non necavit? Non ille a Martiali idem est passus? Macrinus nonne ad Byzantium veluti mancipium raptus, ab exercitu suo interemptus est? Aurelius Antoninus Emessæ (1) filius una cum matre jugulatus est. Eadem fortuna fuit successoris ejus Alexandri, qui itidem cum matre Mammæa peremptus est. Quid de Maximino dicam, quem exercitus suus interemit? aut Gordiano, qui insidiis Philippi sublatus, in commune domicilium abiit? Tu vero ipse de Philippo et Decio memora, ut ab hostibus trucidati sint: atque etiam de Gallo et Volusiano, quibus milites sui vitam ademerunt. Num Æmilianus eumdem exitum habuit? **725** Nonne Valerianus, cum in Persarum potestatem pervenisset, captivus ab eis ductus est? Annon Galienus dolo cæsus: et post hunc Carinus quoque interemptus, Diocletiano imperium reliquit, qui imperii sibi socium Maximianum ascivit? Ex quibus Maximianus Herculius, ac deinde filius ejus Maxentius, et postremus omnium Licinius fœdissimam obiere mortem. Ex quo tempore autem, qui gregi Christi præfuit, celeberrimus Constantinus imperium suscepit, et cognominem sibi urbem magnificentissime constructam Christo et matri ejus dicavit, ipse dispice, num quis princeps imperialem dignitatem consecutus, longissimo tempore vel a familiaribus et domesticis, vel ab externis sit interemptus, aut an unquam tyrannis, quam legitimum imperium, potentior fuerit. Julianum excipimus, tuum vatem, sacrificum, canephorum, et imperatorem: et tuum etiam Valentem. Fidem enim tibi habeo, qui optime ea oratione exsecutus es, quæ illi Christianis intulerunt mala. Quapropter etiam uterque condignas impietatis tulit pœnas. De alio vero ne tu quidem ipse simile quidquam dixeris. Ego autem Basiliscum etiam addam, qui motum adversus Zenonem concitavit: cui ille non tyrannidem modo, sed vitam etiam ademit. Hæc quamvis fortasse minus ad historiam ecclesiasticam pertinere videntur, utilia tamen admodum, et instituto operi commoda esse, et loco huic maxime convenire puto: propterea quod historici Græcæ superstitionis cultores, consulto et malitiose veritatem oppugnantes, propter Christianæ religionis odium, perperam et falso pleraque scribunt. At nos ad reliquam Anastasii historiam pergamus.

ΚΕΦΑΛ. ΜΔ'.

Περὶ τῆς χρυσοτελείας ἣν ὁ Ἀναστάσιος ἐπενόησε, λύμην ἐντεῦθεν πολλὴν ἐργασάμενος.

Τὰ μὲν δὴ τοῦ χρυσαργύρου τοῦτον τὸν τρόπον [illegible] βασιλικῶς ἐκεῖνο κα- [illegible]

CAPUT XLIV.

De aureo vectigali, quod novum Anastasius instituit, unde multæ ærumnæ sunt subsecutæ.

Portorium χρυσάργυρον, aurargenteum, ad eum quem diximus modum, Anastasius abolevit (2), et [illegible] hoc est optimatum administrationem instituit, magistratus et honores vendidit, injustis homini-

[illegible] *Semiamiram* vocant. [illegible] nano aristocratiam,

nos ingentibus bellis superasse, et jugum illis servitutis imposuisse, eumdemque Romanæ ditioni, ad eas quas prius habebat, quingentas populosas urbes adjecisse : quemadmodum illi qui hæc conscripserunt, ad memoriam posteritatis transmisere. Qui Cæsar primus, post consules, monarcha et princeps unus declaratus est : ea re veluti præiens et viam sternens, ut Romani imperii cives et subditi ex plurium deorum cultu, et turbulento reipublicæ statu, ad unam, quæ sola obtineret, religionem, per appropinquantem Christi monarchiam adducerentur. Cujus rei gratia et Judæa omnis, et vicinæ circumquaque regiones, Romano imperio ita subditæ sunt, ut tum primum census actus et descriptio facta sit, in qua et Christus ipse ascriptus est, ut prophetia de civitate Bethleem aperte exitum suum haberet, quam de ea luctuosus Jeremias hisce verbis prædixit : *Et tu, Bethleem terra Juda, haudquaquam minima es in principibus Juda. Ex te enim progredietur dux, qui pascet populum meum Israel*[1]. Post ineffabilem vero Christi Dei nostri nativitatem, Ægyptus quoque in potestatem Romanorum pervenit, Antonio et Cleopatra, in quam postremam Ptolemæorum regnum incidit, ab Augusto Cæsare prorsus devictis : sub quo et Dominus noster Jesus Christus natus est. Antonio Cornelius Gallus ab Augusto in regiones Ægypti missus successit, et primus post Ptolemæos Ægyptum provinciam administravit, sicuti hoc historici testantur. Quas vero clades Persæ acceperint a Ventidio, Corbulone et Neronis ducibus, atque item a Severo, Trajano, Caro, Cassio, Odenatho Palmyreno, Apollonio, et aliis, et quoties Seleucia et Ctesiphon, atque etiam Nisibis, quæ nunc huc nunc illuc transiit, capta sit, et quomodo Armenia et aliæ vicinæ provinciæ in Romanorum pervenerint ditionem, una cum aliis **724** tu quoque in historiis tuis exponis. Quomodo autem alia dicam, quæ tu scribis sacratissimum Constantinum præclare gessisse : cum is pietatem nostram professus, rempublicam Romanorum administraret? Atque etiam quas quantasque clades Julianus, tuus maxime choreis ducendis sodalis, et eorumdem tecum orgiorum particeps, pertulerit? qui sane innumera atque intoleranda Romano imperio vulnera inflixit, atque ea incurata post se reliquit. Num vero quidquam eorum quæ de universitatis hujus interitu prædicta sunt, vel initium cœperit, vel finem habiturum sit, majus id profecto est, quam ut tu de eo judices. Verum age, si tibi videtur, qui hæc dicis, consideremus, quomodo et qui Græcam superstitionem sunt professi, et qui Christianorum sacra coluere imperatores quisque vitam aut imperium amiserit. An non primus monarcha, qui unus sibi imperium usurpavit, C. Julius Cæsar dolo cæsus est? An non Caium alterum Tiberii nepotem milites quidam ferro ne-

A Βρεταννοὺς ἀγῶσι μεγάλοις ὑπέζευξε, ζυγὸν δουλείας ἐπαγαγών· καὶ προσεποίησε τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ πρὸς αἷς εἶχεν ἑτέρας πόλεις πεντακοσίας οἰκουμένας, ὡς οἱ τὰ τοιαῦτα συγγραψάμενοι καθιστόρησαν. Ὃς δὴ Γάϊος καὶ πρῶτος μόναρχος μετὰ τοὺς ὑπάτους ἀνηγορεύθη· ὡσανεὶ προοδοποιῶν ἐκ πολυθεΐας τὸ ὑπήκοον καὶ ὀχλοκρατείας ἐπὶ τὸ μόναρχον σέβας διὰ τὴν ὅσον οὔπω ἐσομένην Χριστοῦ μοναρχίαν. Οὗ χάριν ἥ τε Ἰουδαία πᾶσα καὶ τὰ περικύκλῳ πάντα τῇ Ῥωμαϊκῇ ἀρχῇ προσεγένετο· καὶ ἐπὶ τόσον, ὡς καὶ πρώτην τότε ἀπογραφὴν γενέσθαι, ἐν ᾗ καὶ Χριστὸς ἀπογράφεται, τῆς περὶ τῆς Βηθλεὲμ προφητείας τὸ πέρας ἔκδηλον καθιστῶν, ὧδέ πως τῷ πολυδάκρυϊ Ἱερεμίᾳ περὶ αὐτῆς προφοιβάζοντι· *Καὶ σὺ, Βηθλεὲμ γῆ Ἰούδα, οὐδαμῶς* B *ἐλαχίστη εἶ ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰούδα· ἐκ σοῦ γάρ μοι ἐξελεύσεται ἡγούμενος, ὅστις ποιμανεῖ τὸν λαόν μου τὸν Ἰσραήλ.* Μετὰ δὲ τὴν ἄῤῥητον γέννησιν Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν καὶ αὐτὴ Αἴγυπτος ὑποκύπτει Ῥωμαίοις, Ἀντωνίῳ καὶ Κλεοπάτρᾳ, εἰς ἣν ἐσχάτην ἡ τῶν Πτολεμαίων ἀρχὴ κατήντησε, τέλεον καταγωνισθεῖσιν Αὐγούστῳ τῷ Καίσαρι· ἐφ' οὗ καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐγεννήθη. Ἀντωνίου δὲ Κορνήλιος Γάλλος τῶν ἐν Αἰγύπτῳ χωρῶν διεδέχετο Αὐγούστου πέμψαντος, πρῶτος μετὰ τοὺς Πτολεμαίους Αἰγύπτου ἄρξας, ὡς καὶ τοῖς ἱστορήσασι περὶ τούτων ἀνείληπται. Ὑπὸ δὲ Βεντιδίου Κορβούλωνός τε καὶ Νέρωνος στρατηγοῦντος πόσα Πέρσαι πεπόνθασιν; ἔτι δὲ C καὶ ὑπὸ Σευήρου, Τραϊανοῦ τε καὶ Κάρου, Κασσίου τε καὶ Ὀδαινάθου τοῦ ἐκ Παλμυρίας, Ἀπολλωνίου τε καὶ ἑτέρων; Ὁσάκις τε Σελεύκεια καὶ Κτησιφῶν ἥλω, Νίσιβίς τε ἐπ' ἀμφότερα στρεφομένη, Ἀρμενία τε καὶ τὰ πλησιάζοντα ἔθνη Ῥωμαίοις προσεῤῥύη, ὥσπερ καὶ σὺ ἱστορεῖς. Πῶς δ' ἂν εἴποιμι καὶ ἃ συγγράφεις ἕτερα γεννικῶς καταπράξασθαι τὸν θειότατον Κωνσταντῖνον τῆς Ῥωμαίων ἡγησάμενον μετὰ τῆς ἡμετέρας θρησκείας; Πρὸς δὴ τούτοις, ὅσα τε καὶ οἷα πέπονθεν Ἰουλιανὸς, ὁ σὸς μάλιστα θιασώτης, καὶ τῶν αὐτῶν σοι ὀργίων μετεσχηκὼς, ὁ μυρία καὶ ἀνύποιστα θραύματα τῇ Ῥωμαίων πολιτείᾳ καταλελοιπώς; Εἰ δ' ἴσως περὶ τῶν προῤῥηθέντων τῇ τοῦ παντὸς τελευτῇ ἢ προοίμιον εἴληφεν, ἢ καὶ τὸ πέρας ἕξει, τοῦτο μεῖζον ἢ κατὰ τὴν σὴν D κρίσιν. Φέρε δὲ, εἴ σοι δοκεῖ, τοιαῦτα λέγοντι, ἴδωμεν ὅπως οἱ τὰ Ἑλλήνων πρεσβεύσαντες βασιλεῖς, καὶ οἱ Χριστῷ βασιλεύσαντες, ὅπως ἕκαστοι τούτων τὸν βίον ἀπέθεντο ἢ τὴν ἀρχήν. Οὐ τοίνυν ὁ πρῶτος μόναρχος Γάϊος Ἰούλιος Καῖσαρ, δολίῳ φόνῳ κατεργασθεὶς, τὸν βίον ἀπείπατο; Οὐ τὸν δεύτερον τὸν ἔκγονον Τιβερίου Γάϊον τῶν τινες στρατιωτῶν μαχαίραις διεχειρίσαντο; Τί δὲ καὶ Νέρων; Οὐ παρά τινος τῶν οἰκείων ἀνῄρηται; Γάλβας τε καὶ Ὄθων καὶ Οὐϊτέλλιος ἐπίσης πεπόνθασιν, οἱ τρεῖς δέκα μῆνας πρὸς τῷ ἑνὶ βασιλεύσαντες; Τόν γε μὴν Τῖτον οὐ Δομετιανὸς ἀνεῖλεν ἀδελφὸς τυγχάνων ὁ γνησιώτατος; Τί δ' ἐκεῖνος πάλιν; οὐχ ἐλεεινῶς

[1] Mich. v, 2; Matth. ii, 6.

πρὸς τοῦ Στεφάνου τὸν βίον κατέστρεψεν; Ὁ δὲ Κόμμοδος φαίης ἂν ὡς οὐχ ὑπὸ Ναρκίσσου διέφθαρτο; Ὁ δὲ Περτίναξ, ὁ δὲ Ἰουλιανὸς οὐ τῶν ἴσων μετέσχον; Ὁ δὲ Σευήρου Ἀντωνῖνος οὐχὶ τὸν ἀδελφὸν διεχρήσατο Γέταν; Τὰ ἴσα δὲ καὶ αὐτὸς ἐπεπόνθει ὑπὸ Μαρτιαλίου; Ὁ δὲ Μακρῖνος οὐ περὶ Βυζάντιον ὥσπερ ἀνδράποδον ἀχθεὶς ὑπὸ τοῦ ἰδιοῦ ἀνῃρέθη στρατεύματος; Ὁ δ' ἐξ Ἐμέσης Αὐρήλιος Ἀντωνῖνος σύναμα τῇ μητρὶ κατεσφάγη; Τὰ παραπλήσια δὲ καὶ ὁ μετ' ἐκεῖνον Ἀλέξανδρος τῶν ἴσων δραμάτων ἔτυχε μετὰ τῆς μητρὸς Μαμμαίας. Τί δ' ἂν λέγοιμι περὶ Μαξιμίνου, ὃς τοῖς σφετέροις ἀνῃρέθη στρατεύμασιν; ἢ Γορδιανοῦ, ταῖς βουλαῖς Φιλίππου τὸ κοινὸν καταγώγιον ὑπελθόντος; Σὺ δ' ἱστόρει τὰ κατὰ Φίλιππόν τε καὶ Δέκιον, ὡς ὑπὸ τῶν πολεμίων ἐφθάρησαν· ἔτι δὲ τὰ κατὰ Γάλλον καὶ Βολοσσιανὸν, ὡς ὑπὸ τῶν οἰκείων δυνάμεων τοῦ βιοῦν ἀπηλλάγησαν. Ὁ δ' Αἰμυλιανὸς οὐ τοῖς ἴσοις περιηνέχθη; Οὐαλλεριανὸς δὲ οὐχὶ Πέρσαις ληφθεὶς αἰχμάλωτος περιήγετο; Γαλιηνὸς δὲ δόλῳ φονευθεὶς, καὶ ὁ μετ' αὐτὸν Καρῖνος σφαγεὶς, Διοκλητιανῷ καὶ Μαξιμιανῷ τὴν ἀρχὴν καταλέλοιπεν· οὓς αὐτὸς συνάρχειν ἑαυτῷ εἵλετο. Ἐξ ὧν ὅ τε Μαξιμιανὸς ὁ Ἑρκούλλιος, Μαξέντιός τε παῖς ἐκείνου, καὶ Λικίνιος πάντων ἔσχατος, αἰσχίστῳ μόρῳ τοῦ βίου ἐξέστησαν. Ἀφ' οὗ δὲ ὁ τῆς Χριστοῦ ποίμνης ἡγεμονεύσας Κωνσταντῖνος ὁ ἀοίδιμος βασιλεὺς ἦρξε, καὶ τὴν αὐτῷ ἐπώνυμον μεγαλοπρεπῶς ἀνεγείρας πόλιν Χριστῷ καὶ τῇ ἐκείνου μητρὶ ἀνέθετο, σκόπει δὴ εἴ τις τῶν ἐν αὐτῇ τοῦ βασιλείου γέρως μετειληχότων ἄχρι τοῦδε ἢ πρὸς τῶν οἰκείων ἢ καὶ ἀλλοτρίων διέφθαρτο· ἢ ὅλως τυραννὶς πλέον ἔσχε τῆς ἐννόμου ἀρχῆς, πλὴν Ἰουλιανοῦ τοῦ σοῦ ἱεροφάντου καὶ θύτου καὶ κανηφόρου καὶ βασιλέως, καὶ τοῦ σοῦ Οὐάλεντος. Πείθομαι γάρ σοι ἀρίστως διεξιόντι ὅσα κακὰ Χριστιανοῖς κατειργάσατο, δι' ἃ καὶ ἄμφω τὴν ἀξίαν ἔδοσαν δίκην. Περὶ γὰρ ἑτέρου οὐδ' αὐτὸς σὺ οἶμαι ἐρεῖς. Ἐγὼ δὲ προσθήσω καὶ Βασιλίσκον Ζήνωνι ἀντικαταστάντα· παρ' οὗ μὴ μόνον τὴν τυραννίδα, ἀλλὰ καὶ τὸν βίον δειλαίως ἀπέλιπε. Ταῦτ' εἰ καὶ πάρεργά τῳ ἴσως δόξει τῆς ἐκκλησιαστικῆς συγγραφῆς, ἐμοὶ δὲ ἄρα καὶ πάνυ τοι χρειώδη καὶ συστατικὰ πρὸς τὸ προκείμενον εἶναι δοκεῖ· οἷς ἐθελοκακοῦντες οἱ τῶν Ἑλλήνων συγγραφεῖς, οὐ πρὸς ἀλήθειαν, δυσμεναίνοντες δὲ τῇ Χριστιανῶν θρησκείᾳ καθιστοροῦσιν. Ἡμεῖς δὲ ἐπὶ τὸ λοιπὸν τῆς ἱστορίας Ἀναστασίου βαδίσωμεν.

A carunt? Quid Nero? Num ille a familiari quodam non jugulatus est? Galba sane et Otho et Vitellius eadem sunt passi: qui tres undecim tantum menses imperarunt. Titum num frater ei charissimus Domitianus occidit? An non ille rursum a Stephano miserandum in modum trucidatus est? Quid? Commodum a Narcisso peremptum esse negabis? Pertinaci vero et Juliano non idem accidit? Antoninus Severi filius, an fratrem Getam non necavit? Non ille a Martiali idem est passus? Macrinus nonne ad Byzantium veluti mancipium raptus, ab exercitu suo interemptus est? Aurelius Antoninus Emessæ (1) filius una cum matre jugulatus est. Eadem fortuna fuit successoris ejus Alexandri, qui itidem cum matre Mammæa peremptus B est. Quid de Maximino dicam, quem exercitus suus interemit? aut Gordiano, qui insidiis Philippi sublatus, in commune domicilium abiit? Tu vero ipse de Philippo et Decio memora, ut ab hostibus trucidati sint: atque etiam de Gallo et Volusiano, quibus milites sui vitam ademerunt. Num Æmilianus eumdem exitum habuit? **725** Nonne Valerianus, cum in Persarum potestatem pervenisset, captivus ab eis ductus est? Annon Galienus dolo cæsus: et post hunc Carinus quoque interemptus, Diocletiano imperium reliquit, qui imperii sibi socium Maximianum ascivit? Ex quibus Maximianus Herculius, ac deinde filius ejus Maxentius, et postremus omnium Licinius fœdissimam obiere mortem. C Ex quo tempore autem, qui gregi Christi præfuit, celeberrimus Constantinus imperium suscepit, et cognominem sibi urbem magnificentissime constructam Christo et matri ejus dicavit, ipse dispice, num quis princeps imperialem dignitatem consecutus, longissimo tempore vel a familiaribus et domesticis, vel ab externis sit interemptus, aut an unquam tyrannis, quam legitimum imperium, potentior fuerit. Julianum excipimus, tuum vatem, sacrificum, canephorum, et imperatorem: et tuum etiam Valentem. Fidem enim tibi habeo, qui optime ea oratione exsecutus es, quæ illi Christianis intulerunt mala. Quapropter etiam uterque condignas impietatis tulit pœnas. De alio vero ne tu quidem ipse simile quidquam dixeris. Ego autem Basili- D scum etiam addam, qui motum adversus Zenonem concitavit: cui ille non tyrannidem modo, sed vitam etiam ademit. Hæc quamvis fortasse minus ad Historiam ecclesiasticam pertinere videntur, utilia tamen admodum, et instituto operi commoda esse, et loco huic maxime convenire puto: propterea quod historici Græcæ superstitionis cultores, consulto et malitiose veritatem oppugnantes, propter Christianæ religionis odium, perperam et falso pleraque scribunt. At nos ad reliquam Anastasii historiam pergamus.

ΚΕΦΑΛ. ΜΔ'.

Περὶ τῆς χρυσοτελείας ἣν ὁ Ἀναστάσιος ἐπενόησε, λύμην ἐντεῦθεν πολλὴν ἐργασάμενος.

Τὰ μὲν δὴ τοῦ χρυσαργύρου τοῦτον τὸν τρόπον περιεῖλεν ὁ Ἀναστάσιος, καὶ βασιλικῶς ἐκεῖνο κα-

CAPUT XLIV.

De aureo vectigali, quod novum Anastasius instituit, unde multæ ærumnæ sunt subsecutæ.

Portorium χρυσάργυρον, aurargenteum, ad eum quem diximus modum, Anastasius abolevit (2), et

(1) Alii hanc *Soenidem* alii *Semiamiram* vocant.

(2) Anastasius in imperio Romano aristocratiam, hoc est optimatum administrationem instituit, magistratus et honores vendidit, injustis homini-

imperiali prorsus animo sustulit. Alia contra vero se indigna instituit: χρυσοτέλειαν videlicet, id est, pensionem auri: et populos suos vectigales bellicis impensis per nundinationem venditis supra modum gravavit, exactionemque tributorum curialium abrogando, **726** in quibusque civitatibus eos qui vocantur vindices constituit: Marini Syri, sicuti dicunt, suggestione, qui primariam apud eum gessit dignitatem, quam præfecturam prætorii antiquitus nominarunt. Quapropter factum, ut vectigalia magna ex parte interciderint, et civitates minus floruerint. Antiquitus namque, qui nobiles et claro loco nati erant, in earum album referebantur, eosque urbs quælibet in curis senatorum loco habebat atque constituebat.

A τώρθωσεν. Ἀνάξια δὲ πάλιν ἔπραττεν, οἷς τὴν χρυσοτέλειαν ἐπενόει· τὴν στρατιωτικὴν δαπάνην ἀπεμπολήσας κατὰ τῶν συντελῶν εἰς τὸ βαρύτατον. Τῶν δὲ βουλευτηρίων φόρων τὴν εἴσπραξιν περιεῖλε, τοὺς καλουμένους βίνδικας ἀνὰ ἑκάστην πόλιν προβεβλημένος, Μαρίνου, ὥς φασιν, εἰσηγήσει τοῦ Σύρου, τὴν κορυφαίαν διέποντος τῶν ἀρχῶν, ὕπαρχον τῆς αὐλῆς τὴν τοιαύτην ἐξουσίαν οἱ πάλαι ὠνόμαζον· ὅθεν οἵ τε φόροι κατὰ πολὺ διεῤῥύησαν, καὶ τὰ τῶν πόλεων ἄνθη διέῤῥευσαν. Τὸ γὰρ ἀρχαῖον ὅσοι τῶν εὖ γεγονότων καὶ εὐπατρίδαι ἦσαν, ἐν τοῖς τῶν πόλεων λευκώμασιν ἐνεγράφοντο, ἑκάστης πόλεως τοὺς ἐν τοῖς βουλευτηρίοις ἀντὶ συγκλήτου τινὸς ἐκείνους ὥσπερ ἐχούσης καὶ ὁριζομένης.

B

CAPUT XLV.

Ut Anastasio, ter sancto hymno adjicere volente illud: « Qui crucifixus es pro nobis, » tumultus a populo sit concitatus: usque adeo, ut is timore perculsus, imperium deposuerit. Et ut paulo post Anastasius vitam finierit.

Omnium autem malorum, quorum ipse auctor fuit, illud extremum erat, quod propter accessionem illam, *Qui crucifixus es pro nobis* (1), quam et ipse ter sancto ipse hymno additam voluit, ingens exorta est seditio, perinde atque religionem Christianam evertere homines vellent. Ejus dogmatis Petrus Cnapheus auctor fuit, sicuti dictum est. Severus autem in Macedonium, qui paulo ante hierarcha Constantinopoli fuit, et in clerum ejus rem eam confert, ad Sotericbum scribens, cum nondum in episcoporum ordinem cooptatus esset, sed in aula imperiali eo tempore versaretur, quo cum eis quos antea diximus, monasterio suo est exactus. Conjectura autem est, talium aliarumque calumniarum gratia, Macedonium e throno suo dejectum esse. Quod vero præter causam in virum eum injectus mentiatur, satis ea quæ dicentur ostendent. Postquam enim Macedonius ab imperatore dissentire cœpit, permultum imperator ei insidiatus est. Proinde etiam eos qui a Macedonio desciverant, turbulenter congregatos, in Archangeli templo ter sanctum carmen cum adjectione ipsa canere jussit. Idem mox proximo Dominico die in templo magno ab eis factum, cum illi etiam baculos eo intulerunt. **727** Populus autem flagranti ardore excitus, turpiter illos ecclesia expulit. Imperator postea aperte monachis desertoribus et transfugis, et principibus etiam viris, ut indignas contumelias in episcopum impudenter conjicerent, præcepit. Quorum unus erat Julianus Halicarnassi in Caria episcopus, et Severus etiam tum monachus: simul et fidei, et Macedonii, eorumque qui secum erant, hostes. Quomodo igitur eum quem tyrannico more accessionis ejus gratia injuriis contumeliisbus pepercit. Et ad insatiabilem pecuniæ cupiditatem conversus, provincias expilavit. Ad insolentem novumque morem, quem induxit, viri boni sunt consternati. Barbaros namque imperio imminentes, non armis propulit, sed pacem auro mercari solitus est. Defunctorum bona curiose inquisivit, et publicam passim omnibus conciliavit inopiam. (Suidas.)

ΚΕΦΑΛ. ΜΕ'.

Ὅτι Ἀναστασίου βουληθέντος προσθεῖναι τῷ τρισαγίῳ τό, « Ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς, » στάσις τῷ δήμῳ ἐγένετο, ὡς καὶ αὐτὸν ἐκεῖνον δείσαντα, τὴν ἀρχὴν ἀποτίθεσθαι· καὶ ὡς μετὰ μικρὸν ἐτελεύτα τὸν βίον.

Τὸ πάντων δ' ἔσχατον καὶ τελευταῖον αὐτῷ τῶν κακῶν διεπράχθη, ὅτιπερ ἐν τῇ Κωνσταντίνου τὴν προσθήκην καὶ αὐτὸν ἐν τῷ τρισαγίῳ ᾐρημένον ποιήσασθαι τό, *Ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς*, στάσις μεγίστη ἀνεῤῥιπίσθη, ὡσανεὶ τῆς Χριστιανῶν θρησκείας ἀνατρεπομένης. Προστάτης μὲν οὖν τοῦ τοιούτου δόγματος Πέτρος ὁ Κναφεὺς ἐγεγόνει, ὡς εἴρηται. Σευῆρος δὲ Μακεδόνιον τὸν πρὸ μικροῦ ἱεράρχην τῆς Κωνσταντίνου ἱστορεῖ γεγενῆσθαι, καὶ
C τὸν ὑπ' αὐτὸν κλῆρον, πρὸς Σωτήριχον γράφων· οὔπω μὲν τεταγμένος ἐν ἐπισκόποις, ἔτι δὲ τοῖς ἀνακτόροις ἐνδιαιτώμενος κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, ὁπηνίκα τοῦ κατ' αὐτὸν ἀπηλάθη μοναστηρίου σὺν τοῖς εἰρημένοις. Συνάγεται δ' οὖν τῶν τοιῶνδε καὶ ἄλλων χάριν διαβολῶν τὸν Μακεδόνιον ἐκβεβλῆσθαι τοῦ θρόνου. Ὅτι δὲ ψεύδεται μάτην καταφερόμενος τοῦ ἀνδρὸς, παρὰ πόδας δείξει τὰ εἰρημένα. Ἐπεὶ γὰρ εἰς διαφορὰν καθίστατο βασιλεῖ, πολλὰς ἐπινοίας κατ' ἐκείνου ἐτύρευεν. Ὅθεν καὶ τοὺς ἐκείνου ἀφισταμένους σὺν ὄχλῳ ἐκέλευεν ἀθροισθέντας ἐν τῷ ναῷ τοῦ Ἀρχαγγέλου, τὸν τρισάγιον ὕμνον μετὰ τῆς προσθήκης ψάλλειν. Τῇ δ' ἐπιούσῃ Κυριακῇ τὰ ὅμοια καὶ ἐν τῇ Μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ ἐποίουν, καὶ βάκλα ἐπιφερόμενοι. Ὁ δὲ λαὸς ζήλῳ διαθερμανθεὶς
D αἰσχρῶς ἐκείνους τῆς ἐκκλησίας ἀπήλαυνον. Ἀπαρακαλύπτως δ' ἔπειτα ὁ κρατῶν καὶ μοναχοὺς τῶν ἀπεῤῥηγμένων καὶ ἄρχοντας ἀναίδην ἀσέμνοις ὕβρεσι βάλλειν ἔπειθε τὸν ἐπίσκοπον· ὧν εἷς καὶ Ἰουλιανὸς ὁ Ἁλικαρνασοῦ τῆς Καρίας ἐπίσκοπος ἦν, καὶ Σευῆρος ὁ μοναχὸς, οἱ καὶ τῆς πίστεως καὶ αὐτῶν γεγενημένοι πολέμιοι. Πῶς οὖν ἂν τυραννεῖν καὶ ὑβρίζειν καὶ διὰ τῆς προσθήκης ἠβούλοντο, ἐκείνου φαίημεν εἶναι ταύτην, καὶ ἀρχηγὸν τῆς τοιαύτης συγχύσεως τῇ Ἐκκλησίᾳ γενέσθαι δεξόμεθα;

(1) Supra cap. 35.

Τοῦ δὲ βασιλέως τὴν προσθήκην ταύτην θεῖναι παῤῥησίᾳ θελήσαντος, ὁ δῆμος ἀκαθέκτως εἶχε, σφαδάζων τὰ ἔσχατα· καὶ πολλοὶ μὲν τῶν ἐν τέλει ἐν χρῷ κινδύνου ἐγένοντο, πολλοὶ δὲ τῶν ἐπισήμων τόπων πυρὸς ἐγένοντο παρανάλωμα. Ἀνὰ δὲ τοὺς οἴκους Μαρίνου τοῦ Σύρου χωρίτην εὑρόντες τινὰ τὸν μονήρη διαζῶντα βίον, τὴν κεφαλὴν ἀφείλοντο, λέγοντες ὡς ἐκείνου ταῖς εἰσηγήσεσι τὴν τοιαύτην προσθήκην γενέσθαι. Καί τινι κοντῷ ταύτην μετεωρίσαντες, δημοσίᾳ ἀνέκραγον σφόδρα διατωθάζοντες, ὡς οὗτος ἄρα εἴη τῆς Τριάδος ἐχθρός. Ἐπὶ τόσον δὲ τὰ τῆς στάσεως εἰς μέγα ἤρθη, πᾶσαν τέχνην ἐν δευτέρῳ τιθείσης, ὡς καὶ αὐτὸν τὸν κρατοῦντα ἐν δεινῷ ποιούμενον τὸ πραχθὲν, ἄνευ τοῦ συνήθους στεφάνου κατὰ τὸν Ἱππόδρομον παριέναι· ἐπικηρύξαι τε τῷ δήμῳ διὰ τῶν κηρύκων, ἐν ἑτοίμῳ ἔχειν καὶ τῆς βασιλείας ἐξίστασθαι· εἰδέναι μέν τοι, μὴ ἐφικτόν γε ὂν πάντας ἐπὶ τὴν τοιαύτην ἀναβαίνειν ἀρχὴν, μηδαμῶς πλείστων ἀνεχομένην. Εἷς δ' ἔσεῖται πάντως, ὃς μετ' αὐτὸν ἐπὶ τῶν οἰάκων τῆς ἡγεμονίας ἀρθεὶς, αὐτὴν διακυβερνήσειεν. Ἃ δὴ πυθόμενος ὁ τῆς Κωνσταντίνου λεὼς, ἀθρόον ὥσπερ ἔκ τινος θείας ῥοπῆς μετετίθεντο· καὶ ἱκέτης αὖθις καθίστατο βασιλεῖ, περιθέσθαι τὸν στέφανον· ὑπισχνούμενος διαλύειν τὴν στάσιν, καὶ τοῦ λοιποῦ ἡσυχάζειν αἱρεῖσθαι. Ἐπ' ἐλάχιστον δὲ τοῦ λοιποῦ βιώσας χρόνον ὁ Ἀναστάσιος, ἐπὶ τὴν ἑτέραν μεθίστατο βιοτήν· ἐπτὰ καὶ εἴκοσι πρὸς μησὶ τρισὶ καὶ ἴσαις ἡμέραις ἀθλίως καὶ ἐπ' ὀλέθρῳ τῆς ἰδίας ψυχῆς τὴν τῶν Ῥωμαίων ἀρχὴν διακυβερνήσας. Περιέχει δὲ καὶ ἡ παροῦσα ἑκκαιδεκάτη μοι τῶν ἱστοριῶν χρόνον ἐτῶν τεσσάρων καὶ τεσσαράκοντα σὺν μησὶ τρισίν· ὁπηνίκα κόσμου μὲν ἔτος ἑξακισχιλιοστὸν τλ', ἀπὸ δὲ τῆς θείας τοῦ Κυρίου γεννήσεως πεντακοσιοστὸν εἰκοστὸν ἔνατον ἐπεραίνετο.

A que afficere voluerunt, auctorem ejus esse dicemus et ducem confusionis tantæ in Ecclesia recipiemus? Porro cum imperator accessionem eam propalam hymno addere vellet, populus impatienter id ferens, summopere animi discruciabatur. Et multi magistratus in periculum maximum inciderunt, multaque insignia ædificia incensa sunt. Atque in Marini Syri ædibus monacho cuidam deprehenso homines nonnulli caput amputarunt, eumque adjectionis ejus suasorem esse dixerunt: et capite conto in sublime sublato, publice per ludibrium exclamarunt, illum ipsum Trinitatis hostem esse asseverantes. Eo vero seditio ista magnitudinis processit, consilio remedioque omni proculcato, ut et imperator ipse tam gravi periculo permotus, B absque corona et consueto imperiali habitu, in Hippodromum procurrerit, et per præcones populo denuntiarit, paratum se esse imperio cedere. Satis vero se scire, fieri omnino non posse, ut universi dignitatem eam, quæ plurimos minime ferret, capesserent. Unum autem prorsus oportere esse, qui sibi succedens, et administrationis habenas tenens, imperium gubernaret. Quod ubi populus Constantinopolitanus audivit, subito veluti divino quodam momento animum mutavit: et imperatori statim, ut coronam imponeret, seditionem se soluturum, et deinceps quieturum esse pollicitus, supplicavit. Perbrevi autem deinde Anastasius tempore vixit, paulo post defunctus, cum viginti C septem annos, menses tres, et totidem dies infeliciter, et cum animæ suæ exitio, imperium Romanum administrasset. Continet sedecimus iste historiæ liber annos quadraginta quatuor et menses tres: 728 cum a condito mundo sexies millesimus tricesimus quartus (1), a divina autem Domini nativitate quingentesimus vicesimus nonus ageretur annus.

(1) Sicuti recentiores volunt, 4496.

ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΚΑΛΛΙΣΤΟΥ

ΤΟΥ ΞΑΝΘΟΠΟΥΛΟΥ

ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΤΟΜΟΣ ΙΖ'.

NICEPHORI CALLISTI

XANTHOPULI

ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ

TOMUS XVII.

CAPUT I.

De imperio Justini primi : et ut ab eo interfecti sint Amantius eunuchus, Theocritus et Vitalianus.

Quæ quidem sub Zenone et Anastasio ecclesiis accidere, talem habuere modum. Ubi vero Anastasius ad infima concessit judicia, Panemi mensis, qui apud Romanos Julius dicitur, die nono, Justinus Thraciam patriam habens, purpuram sumpsit, ordinum aulicorum dux, a custodibus corporis imperatoris, quibus præfuerat, præter spem omnem princeps declaratus. Multi vero tum opibus et copiis, nec non Anastasii cognatione ad magnam processerant gloriam, qui imperium tantum suscipere possent, quique id adeo pro rerum omnium licentia ad se pertraherent. Præter alios Amantius imperialium cubiculariorum præfectus, qui ingentes sibi opes comparaverat. Porro cum ipsi qui virilibus careret, ad tantum imperium aspirare minime liceret, Theocrito (1) cuidam, quo amico maxime utebatur, imperii coronam imponere conatus est. Et Justinum hunc accitum pecunia ingenti tentare **732** eos jussit, quicunque Theocrito purpuram circumdare vellent et possent. At hic sibi ipsi imperium quærens, statim pecunia populum corrupit, eorumque qui excubitores dicuntur, benevolentiam auro redemit. Et purpura sumpta, Amantium primum et Theocritum e medio sustulit : deinde et alios quoscunque idoneos ad imperii fasces suscipiendos esse putabat, occidit. Vitalianum autem, qui sub Anastasio ad tyrannidem aspiraverat, in Thracia agentem, cum honore multo ad imperialem urbem accersit, opes ejus,

(1) Al. *Theocritianum* nominant.

A ΚΕΦΑΛ. Α'.

Περὶ τῆς Ἰουστίνου τοῦ πρώτου βασιλείας· καὶ ὡς ἀνεῖλεν Ἀμάντιον τὸν εὐνοῦχον, Θεόκριτόν τε καὶ Βιταλιανόν.

Ὅσα μὲν οὖν καὶ ἐπὶ Ζήνωνος καὶ Ἀναστασίου ταῖς ἐκκλησίαις συνέβη, τοῦτον ἔσχε τὸν τρόπον. Ἀναστασίου δὲ πρὸς τὰ κατώτατα μετακεχωρηκότος δικαιωτήρια, Πανέμου μηνὸς ἐνάτῃ (λέγοιτο δ' ἂν ὁ μὴν οὗτος παρὰ Ῥωμαίοις Ἰούλιος), Ἰουστῖνος Θρᾴκην αὐχήσας πατρίδα, τῇ ἁλουργῷ ἀμπεχόνῃ ἐχρήσατο· ἡγεμὼν τῶν ἐν τῇ αὐλῇ τάξεων ὢν, ὑπὸ τῶν τοῦ βασιλέως σωματοφυλάκων, ὧν ἐξηγεῖτο, παρ' ἐλπίδα πᾶσαν ἀναῤῥηθείς. Πολλοὶ γὰρ ἦσαν τηνικαῦτα πλούτῳ τε καὶ δυνάμει καὶ τῇ συγγενείᾳ Ἀναστασίου ἐπὶ μέγα προελθόντες δόξης· καὶ τὴν
B τοσαύτην ἀρχὴν περιθέσθαι, καὶ δυνάμενοι, καὶ κατὰ τὸ ἐφ' ἅπασι συγκεχωρηκὸς ἐφελκόμενοι. Ἦν δὲ σὺν ἄλλοις καὶ ὁ τῶν βασιλικῶν θαλαμηπόλων προεστηκὼς Ἀμάντιος, ἐπὶ μέγα δυνάμεως ἥκων· καὶ ἐπεὶ ἐκείνῳ οὐ θεμιτὸν ἦν τῶν ἀνδρείων ἐστερημένῳ εἰς τὴν τοσαύτην ἀρχὴν παρελθεῖν, ἄνδρα τινὰ Θεόκριτον ᾧ φίλῳ διαφερόντως ἐχρῆτο, τὸν τῆς βασιλείας στέφανον ἀναδήσασθαι ἐπειρᾶτο· καὶ τὸν Ἰουστῖνον τοῦτον μεταστειλάμενος, χρήμασι μεγάλοις ἀποπειρᾶσθαι ἐκέλευεν, ὅσοι δὴ ἐπιτηδείως εἶχον, οἷοί τε ἦσαν Θεοκρίτῳ τὴν ἁλουργίδα περιποιεῖν. Ὁ δὲ ἑαυτῷ μνώμενος τὴν ἀρχὴν, τὸν δῆμον εὐθὺς τοῖς χρήμασιν ὑπαγαγὼν, καὶ τὴν τῶν καλουμένων ἐξκουβιτώρων εὔνοιαν τῷ χρυσίῳ ἐξωνησάμενος, τὴν ἁλουργίδα περιθέμενος, πρῶτα μὲν
C Ἀμάντιον καὶ Θεόκριτον ἐξῆγε τοῦ ζῆν· ἔπειτα δὲ καὶ ἄλλους, ὅσους ᾤετο ἱκανούς γε εἶναι σχῆμα βασιλείας περιποιεῖν ἑαυτοῖς. Βιταλιανὸν δὲ ὃς ἐπὶ

Ἀναστασίου τυραννίδι ἐπέθετο κατὰ τὴν Θρᾴκην A διάγοντα, σὺν πολλῇ τιμῇ ἀνὰ τὴν βασίλειον ἄγει πόλιν· δείσας μὲν αὐτοῦ τὴν δύναμιν, καὶ τὸ περὶ μάχας τε καὶ πολέμια ἔμπειρον, τήν τε παρὰ πᾶσι διαθέουσαν φήμην· καὶ μάλιστα ὅτιπερ ἀεὶ ἔρως ἦν ἐκείνῳ ἐντετηκὼς τῇ ἀρχῇ. Καλῶς δὲ διαγνοὺς, ὡς οὐκ ἄλλως ἐκείνου περιγένοιτο, εἰ μὴ φίλος προσποιήσαιτο εἶναι, καὶ προσωπεῖον ἀνεξέλεγκτον ἑαυτῷ περιθείη, στρατηγὸν εὐθὺς τοῦτον τῶν μεγίστων ἐχειροτόνει ταγμάτων· Πραισέντα ἡ Ῥωμαίων ταῦτα ὀνομάζει φωνή· ὁσημέραι δὲ πειθοῖ καὶ ἐξαπάτῃ μείζονι χρώμενος, καὶ ἐς τὸ τῶν ὑπάτων τάγμα προῆγε. Τούτου δὲ τοῦ ὕψους ἠξιωμένος, ἐπεὶ παριέναι διὰ τῶν βασιλείων ἔδει, ἔν τινι μεσαυλίῳ θύρᾳ δόλῳ ἀνῄρηται· ἀξίαν οἶμαι ποινὴν δεδωκὼς, οἷς δὴ πρότερον κατὰ τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς B αὐθαδῶς παρῳνήσειε. Ταῦτα μὲν οὖν μετ' ὀλίγον ἐγένετο.

ΚΕΦΑΛ. Β'.

Τίνες τὸ τηνικαῦτα τῇ ἱερωσύνῃ τῶν ὑπερτάτων θρόνων ἦσαν διάδοχοι· καὶ περὶ Σευήρου, Παύλου καὶ Εὐφρασίου τῶν τῆς Ἀντιοχείας ἐπισκόπων.

Τῶν δ' ἐκκλησιῶν τηνικαῦτα ἡγεῖτο, τῆς μὲν Ῥώμης Ὁρμίσδας μετὰ Λαυρέντιον· μετὰ δ' ἐκεῖνον Σύμμαχος· τὸν δ' Ὁρμίσδαν Ἀγαπητός· ὃν Ἀγάθων ὁ ἱερὸς διεδέχετο. Τῆς δὲ Βυζαντίδος μετὰ τὸν Μακεδόνιον ὁ Τιμόθεος· μεθ' ὃν Ἰωάννης ὁ Καππαδόκης κληροῦται τὸν θρόνον· τὸν δ' ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Διόσκορος ὁ μετὰ Ἰωάννην· ἐν Ἱεροσολύμοις μετὰ Ἰωάννην, ὃς Ἠλίᾳ διάδοχος ἦν, Πέτρος C ἔτι καθίστατο. Ἀνὰ δὲ τὴν Ἀντιόχου μετὰ Φλαβιανὸν Σευῆρος τὸν θρόνον τυραννῶν διετέλει, πολὺς κατὰ τῆς ἐν Χαλκηδόνι ῥέων συνόδου· ὃν οὕτως ἔχοντα, καὶ ἐφ' ἑκάστης ὡς εἰπεῖν ἀναθέματι τὴν ἁγίαν περιβάλλοντα σύνοδον καὶ μάλιστα ἐν ταῖς καλουμέναις ἐνθρονιστικαῖς εἴτουν συνοδικαῖς τούτου ἐπιστολαῖς, ἃς τοῖς ἑκασταχοῦ πατριάρχαις ἔπεμπε. Μόνος δὲ Ἰωάννης ὁ μετὰ τὸν πρότερον Ἰωάννην κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρου ταύτας ἐδέχετο, Διόσκορός τε οὐ καὶ Τιμόθεος· δι' ὧν καὶ πολλὴ κατὰ τῆς ἐκκλησίας ἐρεσχελία εἰσέῤῥει, τῶν λαῶν εἰς μυρίας διακρινομένων δόξας. Ὁ πιστότατος ἐκέλευε βασιλεὺς ἀνὰ τὸ πρῶτον τῆς ἀρχῆς ἔτος τὸν Σευῆρον ἀξίας ποινὰς τῆς γλωσσαλγίας εἰσπράττεσθαι, καὶ τὴν γλῶσσαν κατὰ βάθος ἐκτέμνεσθαι. D Εἰρηναῖος δ' ἐπεστάτει τῇ πράξει, ὥσπερ ἄρα διατεθρύλληται, ὃς τῶν κατὰ τὴν Ἀντιόχου στρατιωτικῶν ἡγεῖτο ταγμάτων. Ὃ δὴ καὶ γράμμασι Σευῆρος ἀληθὲς εἶναι πιστοῦται· ὡς ἄρα Εἰρηναῖος αὐτῷ τῆς ταραχῆς χάριν τὴν ποινὴν ἐχειρίζετο. Ἐνίοις γὰρ τῶν αὐτῷ φίλων κατὰ τὴν Ἀντιόχου γράφων, τόν τε τῆς φυγῆς αὐτοῦ διεξέρχεται τρόπον, μυρίοις βάλλων τὸν Εἰρηναῖον τοῖς σκώμμασιν· οἷς αὐτῷ ἀκριβῆ περιετίθει τὴν φυλακήν· ὥστε μὴ τῆς Ἀντιόχου διαδράσας ἀποχωρήσοι. Ἔγνων δ' ἔγωγέ

A spectatamque militarium artium industriam, et præclaram insuper apud omnes famam suspectam habens : et illud simul maxime per timorem in animo volvens, quod hominem imperii amore teneri sciret. Cæterum cum probe nosset, non aliter illum tolli posse, nisi se ei amicum esse assimularet, personamque haud contemnendam imponeret, ducem illico maximorum ordinum legit : Præsentes lingua Latina ordines eos vocat (1). In dies porro illecebra et fraude majore utens, ad consularem quoque dignitatem eum evexit. Eo amplitudinis ubi pervenisset, cum versari in aula imperiali necesse haberet, ad quamdam in media aula januam dolo occiditur (2) : dignas, opinor, scelerum pœnas luens, quibus antea in B Romanum imperium per præcipitem audaciam illuserat. Hæc paulo post acta sunt.

CAPUT II.

Qui ea ætate sacris administrandis summarum sedium fuerint episcopi. De Severo, Paulo et Euphrasio, Antiochiæ episcopis.

Ecclesiis eo tempore præfuerunt Romæ Hormisdas post Laurentium et Symmachum : Hormisdæ autem Agapetus, huic porro Agathon episcopus successit Byzantii, post Macedonium, Timotheus; post Timotheum, Joannes Cappadox thronum est sortitus. Alexandriæ post Joannem Dioscorus Ecclesiam rexit. Hierosolymis, post Joannem qui C Heliæ successerat, Petrus adhuc sedem obtinebat. Antiochiæ vero Severus Flaviani successor thronum per tyrannidem tenebat, plurimum in Chalcedonensem synodum invehens. Is cum ita animatus esset, propemodum quotidie **733** anathemati synodum eam subjecit : potissimum vero in eis quæ Enthronisticæ sive synodales dicuntur epistolis, quas ad loci cujuslibet patriarchas mittebat. Unus autem eas Joannes, qui priori Joanni Alexandriæ successerat, atque idem Dioscorus et Timotheus recipiebant : per quos nugamenta multa adversus Ecclesiam sunt inducta, et populus in innumerabiles opiniones divisus. Sedenim imperator fidelissimus, primo imperii sui anno, Severum commeritas petulantis verborum lubricitatis D pœnas pendere, linguamque ejus radicitus exscindere jussit. Rei ei, sicuti de eo fama percrebuit, Irenæus præfuit, militarium ordinum Antiochiæ dux. Quod sane verum esse, litteris suis Severus ipse confirmat, Irenæum videlicet pœnam sibi eam tumultus concitati gratia molitum esse. Ad amicos enim quosdam Antiochenos scribens, exsilium suum fugamque commemorat, et quam plurima in Irenæum scommata et convicia jacit, propterea quod diligentius ille custodibus dispositis hominem, ne ex urbe Antiochena profugeret, servabat.

(1) Quod proconsuli legatus, id fere imperatori præsens fuit. (Jul. Capitolinus in Ælio Vero.) Filio suo Pyrrhi Præsentis filiam junxit, nuptiis celebratis exemplo privatorum. (Idem in Marco Philosopho).

(2) Supra lib. XVI, cap. 35.

rit (1). Novi ego quosdam qui scribunt, a Vitaliano pœna hac Severum esse affectum, cum primas adhuc apud Justinum ferens, linguam illius ab eo petiisset: quod scilicet in scriptis suis Severus conviciis sæpe illum impetiisset. Verum thronum Antiochenum deseruit Gorpiæo mense, quem Septembrem Romani vocant. Ejus discessu in sedem eam Paulus conscendit, qui perinde atque ille adversus quartam synodum occulte per rabiem latravit. Ac tum quidem ille synodum eam publice est professus: paulo post vero sua sponte se ab ecclesiis subduxit, et ad communem deinde locum vita finita abiit. Et post hunc Hierosolymis veniens Euphrasius, episcopatum Antiochenum suscepit.

A τινας ἱστοροῦντας, ὡς ἄρα Βιταλιανὸς τὴν ποινὴν προὐξένει Σευήρῳ, βασιλεῖ τὴν ἐκείνου γλῶσσαν αἰτήσας, ἔτι τὰ πρῶτα παρὰ Ἰουστίνῳ φέρων, οἷς πολλάκις ἐκεῖνον γράφων σκώμμασι περιέβαλεν. Ἀλλὰ φεύγει τὸν θρόνον Γορπιαίῳ μηνί· καλοῖτο δ' ἂν οὗτος παρὰ Ῥωμαίοις Σεπτέμβριος. Ἐκείνου δ' ἐκποδὼν γενομένου, Παῦλος τὸν τῆς Ἀντιόχου ἄνεισι θρόνον, ἐπίσης ἐκείνῳ κατὰ τῆς τετάρτης συνόδου κρύφα λυττῶν. Τέως δ' οὖν τηνικαῦτα διαῤῥήδην ταύτην ἀνακηρύξας· μετὰ δὲ μικρὸν, ἑκὼν ἑαυτὸν ταῖς ἐκκλησίαις ἀπαγαγὼν, τὴν κοινὴν ὁδοιπορίαν ἐστέλλετο τὸ βιοῦν ἐκμετρήσας. Καὶ μετ' αὐτὸν ἐξ Ἱεροσολύμων ἥκων Εὐφράσιος, τὴν τῆς Ἀντιόχου ἱερωσύνην ἐλάμβανεν.

B

734 CAPUT III.

Ut iterum Antiochia a terræ motu sit afflicta, ubi etiam Euphrasius episcopus ruinis obrutus est: cui successit Euphræmius: et de aliis urbibus, quibus damnum a terræ motu est illatum.

Quo tempore multa simul et frequentia Antiochiæ incendia veluti præire motibus futuris, et prooemia fuere eorum quæ illam comprehensura erant malorum. Tempus enim non ita multum intercessit, cum septimus Justini imperii ageretur annus, mensis decimus, Artemisio mense, cui apud Romanos Maii nomen est, vigesimo nono die, meridie maxime vigente, motus terræ una cum conquassatione urbi incumbens, eamdemque funditus quassans, deformem et horrendam reddidit: et quidquid in ea eximium fuit, in solum conjecit. Ad quam cladem fulmen quoque accessit, ita ut ea mala calamitatem inter se divisisse viderentur. Bonam enim civitatis partem terræ motus et concussio solo æquavit. Si quid vero clades eæ intactum reliquissent, ignis imminens consumpsit, atque in cinerem et pulverem admirando prorsus modo redegit. Porro quomodo et quanta mala civitas ea sit perpessa, quasve ædes et publicas porticus, aliaque illustria ejus opera, incendio simul et terræmotui quasi succisivum opus consumenda præbuerit: insuper quam admirandæ et orationem omnem excellentes ærumnæ divinitus ad casus ejuscemodi accesserint, Joannes rhetor singulari cum affectu oratione venusta exponit, historiæ suæ calamitate tali finem imponens. In multis hisce cladibus Euphrasius quoque episcopus ædificiorum ruinis oppressus interiit: videlicet ne quis forte qui res provideret illi urbi necessarias, relinqueretur. Sed enim quæ omnia inspicit divina Providentia, quæque vindictæ gladios miserationis oleo demulcet, atque ante plagas ipsas remedia instruit, atque adeo ab ipsa statim (ut ita dicam) desperatione benignitatem profert, Orientalium copiarum imperatoris mandato præfectum Ephræmium excitavit, sollicitudinemque pro civitate omni suam ita declaravit, ut nihil eorum

ΚΕΦΑΛ. Γ'.

Ὡς αὖθις ἡ Ἀντιόχου ὑπὸ σεισμῶν πέπονθε· συνεχώσθη δὲ τοῖς πτώμασι καὶ Εὐφράσιος ὁ ἐπίσκοπος, καὶ Εὐφραίμιος ἐγεγόνει· καὶ περὶ ἄλλων πόλεων κακῶς παθουσῶν τοῖς σεισμοῖς.

Ὁπηνίκα πολλοί τε ὁμοῦ καὶ πυκνοὶ ἐμπρησμοὶ κατὰ τὴν Ἀντιόχου ἐγένοντο, ὁδηγοί τινες ὥσπερ τῶν ἐσομένων κλόνων καὶ προοίμια καταβεβλημένοι τῶν καταληψομένων ταύτην δεινῶν. Καὶ γὰρ χρόνου διελθόντος οὐ πάνυ πολλοῦ, ἔτος ἕβδομον ἦν Ἰουστίνῳ ἐν τῇ ἀρχῇ, τῷ δεκάτῳ μηνὶ, ἀνὰ τὸν Ἀρτεμίσιον μῆνα, Μάϊον ἔθος Ῥωμαίοις καλεῖν, ἐνάτῃ καὶ εἰκάδι αὐτοῦ, κατ' αὐτὸ τῆς μεσημβρίας τὸ σταθερώτατον, σύναμα βρασμῷ καὶ σεισμὸς ἐξαίσιος

C προσβαλὼν τῇ πόλει, πᾶσαν ἄρδην συντρίψαντες, ἀκαλλῆ καὶ ἄμορφον ἐπεδείκνυντο, πᾶν εἴ τι ταύτης ἐξαίρετον εἰς γῆν καταῤῥίψαντες. Ἐφείπετο δ' ἐκείνοις καὶ κεραυνὸς ὥσπερ τὸ πάθος διανειμάμενος. Τὸ μὲν γὰρ τῆς πόλεως ἐκεῖνοι κατέῤῥιψαν· εἰ δέ τι ἐκείνοις λαθὸν καρώφθη, ἐπιὸν τὸ πῦρ ἀμφενέμετο, τέφραν καὶ κόνιν παρὰ δόξαν ποιῶν. Ἀλλ' ὅπως μὲν καὶ ὁπόσα ἡ πόλις πέπονθε, πόσοι τε οἶκοι καὶ στοαὶ δημόσιαι, καὶ ἄλλα τῶν περιφανῶν αὐτῇ ἔργων πάρεργον τῷ πυρί τε ἅμα καὶ τῷ σεισμῷ γεγόνασιν· ἔτι δὲ καὶ ὅσα παράδοξα καὶ λόγου κρείττω τοῖς τοιούτοις συμπτώμασι θεόθεν ἐγένετο, Ἰωάννης ὁ ῥήτωρ περιπαθῶς ἄγαν καὶ κεχαρισμένῳ λόγῳ διέξεισιν ἐν τούτῳ καὶ τὸ σύγγραμμα περατῶν. Τοῖς δὲ πολλοῖς δεινοῖς καὶ Εὐφράσιος ὁ

D ἐπίσκοπος τοῖς πτώμασι συγχωσθεὶς, διεφθάρη· ἵνα μήτις τῶν ἐπιτηδείων καταλειφθείη πρόνοιαν ταύτης ποιούμενος. Ἥ γε μὴν θεία καὶ πάντων ἔφορος πρόνοια, ἡ φιλανθρωπίας ἐλαίῳ τὰ ξίφη τῆς τιμωρίας θήγουσα, καὶ πρὸ τῶν πληγῶν τὰ φάρμακα πλάττουσα, καὶ παρ' αὐτὴν ὡς εἰπεῖν τὴν ἀπόγνωσιν εὐθέως ἀνοίγουσα τὴν χρηστότητα, τὸν τῶν ἑῴων ταγμάτων τὴν ἐπιτροπὴν ἐκ βασιλέως ἐγχειρισθέντα Ἐφραίμιον διανέστησε· καὶ φροντίδα πᾶσαν ὑπὲρ τῆς πόλεως ἐπεδείξατο, ὥστε τῶν ὅσα προσῆκε, παραλελεῖφθαι μηδέν. Ὃν Ἀντιοχέων παῖδες τῆς τοσαύτης κηδεμονίας ἀγάμενοι, σφῶν ἱερέα ψηφίζονται. Ὁ δὲ τὸν θρόνον ἐλάμβανεν,

(1) Evagr. lib. IV, cap. 4.

ὥσπερ τινὰ ἀμοιβὴν καὶ γέρας τῆς τοσαύτης προνοίας εἰληφὼς ἐκ Θεοῦ. Μετὰ δὲ μῆνας αὖθις τριάκοντα ὑπὸ σεισμῶν πάλιν πάσχει τὰ χαλεπώτατα· ὅτε δὴ καὶ τῆς ἀνηκούσης πρὸς Ἰουστινιανοῦ τυχοῦσα προνοίας, καὶ Θεούπολις ὠνόμασται. Ἕκαστος γὰρ τῶν οἰκητόρων τὴν Χριστοῦ κλῆσιν πρὸ τῶν θυρῶν γράφων, οὕτω τὸν τῆς γῆς ἀπέτρεπε κλόνον· Θεοῦ τινι τῶν εὐλαβῶν οὕτω χρήσαντος γράφειν πρὸ τῶν θυρῶν, *Χριστὸς μεθ' ἡμῶν· στῆτε.* Ἔτι δὲ Ἰουστίνου τῇ ἀρχῇ διαπρέποντος, καὶ Ἐπίδαμνος (Δυῤῥάχιον νῦν ὀνομάζεται) πλεῖστα ὑπὸ ἀγρίων σεισμῶν πέπονθε· καὶ Κόρινθος ἡ ἀνὰ τὴν γῆν τῆς Ἑλλάδος ἵδρυται. Τὰ ἴσα δὲ καὶ Ἀνάζαρβος ἐπεπόνθει, ἡ τοῦ δευτέρου τῶν Κιλίκων ἔθνους ἡγεῖται· ἃς Ἰουστῖνος μεγάλοις ἀνεκτήσατο χρήμασιν. Ἐπὶ δὲ τῆς αὐτῆς ἡγεμονίας καὶ ἡ τῶν Ἐδεσσηνῶν εὐδαίμων πόλις τῆς Ὀσροηνῶν ἐπαρχίας, μεγίστη τε ἅμα καὶ πολυάνθρωπος, τῷ παραῤῥέοντι ποταμῷ Σκίρτῳ ὑπερφυῶς κατεκλύσθη· καὶ ἐπὶ τόσον, ὡς καὶ πολλὰ τῶν οἰκοδομημάτων συνεφελκύσαι, καὶ πλῆθος ἄπειρον ἀνθρώπων παρασύραι καὶ ἐγκολπώσασθαι· οὓς τὸ ὕδωρ ἁρπάσαν, θᾶττον ᾤχετο ἀπιόν· ὥς τις χείμαῤῥος διὰ μέσου ῥέων τῆς πόλεως. Λωφήσαντος δὲ τοῦ δεινοῦ, πλὰξ ἐκ μαρμάρου ἐφαίνετο ἱερογλυφικοῖς γράμμασι τάδε δηλοῦσα· « Σκίρτος σκιρτήσει κακὰ σκιρτήματα πολίταις. » Ὤφθη δὲ καὶ γυνή τις κατ' ἐκεῖνο καιροῦ γιγαντογενής, ὑπὲρ μέτρον πάντα ἄνθρωπον ὑπερέχουσα· ἀνάλογον δὲ τῷ ὕψει καὶ τὸ πλάτος ἐκέκτητο. Ὁ δὲ βασιλεὺς τοῖς κατὰ τὴν Ἀντιόχου δεινοῖς καὶ τοῖς ἄλλοις περιαλγὴς γεγονὼς, περιελὼν τῆς κεφαλῆς τὸ διάδημα, πορφυρᾶν χλαμύδα περιεβάλετο, καὶ ἐν πένθει ἦν. Καὶ πᾶσα δ' ἡ πόλις πενθήρης ἦν, μέλανα ἠμφιεσμένη τοῖς ἐπὶ συμβᾶσι δεινοῖς. Ὁ δὲ βασιλεὺς οὐ μόνον Ἀντιόχειαν, ἀλλὰ καὶ τὴν Ἐδεσσηνῶν καὶ Ἀνάζαρβον βασιλικῶς ἀνεκτήσατο. Ἡ δὲ Ἀνάζαρβος καὶ Ἔδεσσα οὕτως ἐκ βάθρων καὶ μεγαλοπρεπῶς ἠγέρθησαν ὡς ἑκατέρας καὶ τῇ τοῦ βασιλέως προσηγορίᾳ κατακοσμηθῆναι. Ἐπεὶ δὲ τῆς τοιαύτης ἐπεμνήσθημεν συμφορᾶς κατὰ τῆς πόλεως Ἀντιόχου, ἄγε δὴ καὶ ἄλλα ἄξια λόγου τηνικαῦτα γενόμενα τῇ παρούσῃ ἱστορίᾳ ἐντάξωμεν, ἃ δὴ ἐκ τῶν ἱστορησάντων ἀνελεξάμεθα.

A quæ opus essent, per Ephræmium prorsus prætermitteret. Hunc Antiocheni curæ et administrationis ejus admiratione episcopum deligunt. Atque ille sedem eam, perinde atque præmium aliquod atque renumerationem tantæ suæ procurationis, a Deo reciperet, non repudiavit. **735** Post menses autem triginta, gravissimas rursus a terræmotu pertulit eadem civitas ærumnas : cum deinde a Justiniano debitam consecuta est curam seu provisionem, et Theopolis, hoc est, Dei civitas nominata. Unusquisque enim civium Christi nomen pro foribus inscribens, eo modo terræmotum dispulit, cum Deus religioso cuidam homini oraculo hæc verba foribus inscribere præcepisset : *Christus nobiscum : state.* Ejusdem Justini imperii tempore B Epidamnus etiam, quæ nunc Dyrrhachium dicitur, plurima a sævis terræmotibus sustinuit damna. Et item Corinthus, quæ in terra Græciæ sita est. Idem vero et Anazarbus, quæ secundæ Cilicum genti præest, pertulit. Quas urbes magna pecunia Justinus restauravit. Sub eodem imperio Edessenorum quoque felix civitas, quæ maxima simul et populosissima in provincia Osroenorum est, mirifica Scirti, qui eam præterfluit, amnis exundatione in tantum est afflicta, ut cum multa ædificia secum convulsa ille abstraxerit, tum infinitam hominum multitudinem abstulerit atque submerserit. Quos postquam unda rapuit, confestim instar torrentis per medium urbem profluens evanuit. Quod ubi C malum conquievit, tabula marmorea apparuit, hieroglyphicis litteris hæc significans :

Saltabit civi saltum saltator acerbum.

Visa vero eadem tempestate est gigantæi generis mulier quædam, cujusvis hominis proceri staturam excellens : longitudini ei proportione latitudo etiam respondebat. Porro imperator Antiochenis atque aliis calamitatibus in mœrorem conjectus, capitis diademate posito, et pulla veste sumpta, luctui se dedit : et urbs universa cum eo pullata et ipsa eorum quæ acciderant malorum causa luxit. Imperator vero non solum Antiochiam, sed et Edessenorum civitatem, atque Anazarbum, impensis imperatoriis splendide restituit. Anazarbus et Edessa ex fundamentis ipsis tanta magnificentia sunt restauratæ, ut utraque etiam imperatoris ipsius appellatione sit cohonestata. Quandoquidem vero tantæ cladis, quæ Antiochiæ accepta est, meminimus, cur non alia quoque digna memoratu quæ tum accidere, præsenti inserimus historiæ, ex rerum gestarum scriptoribus excerpta?

ΚΕΦΑΛ. Δ'.

Περὶ τοῦ ἁγίου Ζωσιμᾶ τοῦ θαυματουργοῦ, καὶ Ἰωάννου τοῦ Χοζεβίτου.

Ἦν τις κατ' ἐκεῖνο καιροῦ Ζωσιμᾶς ὄνομα, ἐκ τῆς παραλίου λεγομένης Φοινίκης ὁρμώμενος· πατρίδα Σίδην κεκληρωμένος, οὐκ ἔλαττον ἢ σταδίους εἴκοσι τῆς Τυρίων ἀπῳκισμένην, ἄθλοις μεγάλοις τὴν κατὰ Θεὸν μετιὼν βιοτήν. Οὗτος τοίνυν νηστείᾳ μακρᾷ, καὶ τοῖς ἄλλοις, οἷς Θεὸν εἰκὸς ἥδεσθαι, τοῦτον ἐνστερνισάμενος, οὐ μόνον ἀπαθείας

D

736 CAPUT IV.

De sancto Zosima miraculorum editore, et Joanne Chozebita.

Erat tum temporis (1) Zosimas quidam nomine, ex Phœnicia, quæ maritima ducitur, oriundus, Sidam patriam sortitus, quæ non minus quam viginti stadiis ab Tyriorum urbe distat : qui magnis certaminibus cœlestem meditabatur vitam. Hic diuturno jejunio aliisque studiis, quibus Deum delectari par est, toto illum pectore com-

(1) Evagr. lib. IV, cap. 7.

plexus, non solum ad summum indolentiæ fastigium pervenit, verum etiam donum id, ut futura perinde atque præsentia videret, a Deo consecutus est. Fuit autem Cæsareæ, quæ caput gentis Palæstinorum est, apud virum præclarum, prudentia atque eloquentia insignem, dignitate quoque atque aliis rebus quæ hominis vitam cohonestant præstantem, nec non generis nobilitate admodum illustrem, Arcesilaum nomine. Cum igitur eadem Antiochia ex motu terræ acceptura esset, prolixe Zosimas illacrymans, et ex intimo animo ingemiscens, sumpto alicunde in manus ignis catillo, circumquaque obambulans, locum omnem suffitu implevit. Deinde humi provolutus, precibus Dei opem imploravit. Cum vero Arcesilaus adesset, et quidnam sibi res tam turbulenta vellet, interrrogaret : propalam ille, se Antiochiam fatali tum casu concidentem, fragoremque ejus aures suas circumsonantem, sentire dixit. Arcesilaus autem una cum iis qui tum ibi præsto erant, verbis ejuscemodi præter omnem opinionem auditis, stupefactus, horam eam notavit : et postea ea ipsa hora, qua hoc Zosimas, divino afflatus numine prædixerat, Antiochenam urbem in maximas concidisse ærumnas comperit. Plura vero et alia quæ opinionem omnem superant, virum hunc fecisse dicunt : quæ singula commemorare, quoniam numerum exsuperant, temporis hujus non est. Unum tamen aut alterum exponere conabor. Eodem tempore una cum magno hoc viro vir quidam viguit nomine Joannes, virtute illi non multum cedens, in casa monastica cui Chuzica nomen erat, ad torrentem in parte septentrionali viæ publicæ, quæ Hierosolymis egressos Hierichuntem defert, sita. Hic cum dudum antea in ea quam dixi Cæsarea Palæstinæ episcopatum gessisset, monasticam tum et rebus mundanis omnibus carentem consectabatur vitam.
737 Chozebites igitur iste tum ubi Arcesilai, quem diximus, conjugem, alterum sibi oculum radio textorio excussisse, inaudivit, nulla interposita mora, feminam eam visurus accurrit. Et postquam pupillam illi excidisse, et oculum in modum liquoris diffluere vidit, unum ex comitibus spongiam quam celerrime afferre, et humorem diffluentem in locum suum cogere, spongiamque ipsam quantum posset fasciola colligare jussit. Aberat autem domo Arcesilaus, et cum Zosima in phrontisterio sive monastico tugurio, quod ad vicum Sida cognomine situm erat, et a Cæsarea stadiis prope quingentis distabat, conversabatur. Colloquenti vero ei cum Zosima, celeriter domo accurrentes famuli, casum uxoris renuntiant. Quo derepente audito, ille in prolixiorem incidit luctum, et capillos vellens in aerem jactitabat, et mœrorem cohibere non poterat. Causam ejus conturbationis Arcesilao commemorante, sermonemque suum gemitu frequenti interpolante, Zosimas cognoscit, Arcesilaum ita miserabiliter

A εἰς τὸ ἀκρότατον ἤλασεν, ἀλλὰ καὶ τὸ τὰ μέλλοντα ὡς ἐνιστάμενα διορᾷν γέρας πρὸς Θεοῦ ἔσχε, καί τινι δ' ἐν Καισαρείᾳ συνῆν ἀνδρὶ διασήμῳ· Καισαρείᾳ τῇ τοῦ τῶν Παλαιστινῶν ἔθνους ἡγουμένῃ· Ἀρχεσίλαος ἦν οὗτος, λόγοις μάλα εὖ ἥκων, ἀξιώμασί τε καὶ ἄλλοις, ὅσα βίον ἀνδρὸς οἶδε σεμνύνειν, προὔχων, καὶ τῶν εὐπατριδῶν ὁ διαφανέστατος. Ἡνίκα τοίνυν ἡ Ἀντιόχου πάσχειν ἐκ σεισμῶν ἔμελλε, δακρύων ὑποπλησθεὶς καὶ βύθιον ἀνοιμώξας, πυρεῖόν ποθεν εἰς χεῖρας λαβὼν, καὶ πανταχοῦ περιιὼν, ἐθυμία τὸν χῶρον· εἶτα ἐπικαταῤῥίπτει τῇ γῇ ἑαυτὸν, λιταῖς τὸν Θεὸν ἱλεούμενος. Παρόντος δὲ τοῦ Ἀρχεσιλάου, καὶ τί ἂν εἴη τὸ ἐνοχλοῦν πυθομένου, ἐκεῖνον ἀναφανδὸν φάναι, αἰσθέσθαι τὴν Ἀντιόχου νῦν πτῶμα ἐξαίσιον πίπτουσαν, καὶ τὸν
B ψόφον τὰ ὦτα περιβομβῆσαι· ἐκπλαγέντα δ' ἐκεῖνον τῷ παραδόξῳ τῶν ἠκουσμένων σὺν τοῖς παρατυχοῦσιν, ἀναγράψαι τὴν ὥραν· καὶ ἐς ὕστερον κατ' αὐτήν γε ἐκείνην εὑρεῖν τῶν μεγίστων πειραθεῖσαν δεινῶν, καθὰ Ζωσιμᾶς προεφοίβασε. Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα τῶν παραδόξων τοῦτον δρᾶσαί φασιν· ἃ καταλέγειν οὐ τοῦ παρόντος καιροῦ ὑπὲρ ἀριθμὸν ὄντα· ἓν δ' οὖν ὅμως ἢ δύο πειράσομαι διελθεῖν. Κατ' ἐκεῖνο καιροῦ συνακμάζων ἦν τῷ μεγάλῳ τούτῳ καί τις ἀνὴρ Ἰωάννης τὴν κλῆσιν, οὐ παρὰ πολὺ ἐνδέων τὴν ἀρετὴν, ἐν τῇ Λαύρᾳ, ἣ τοῦ Χουζιβᾶ ἐπώνυμος ἦν· κεῖται δὲ αὕτη πρὸς τῇ χαράδρᾳ τῷ ἀρκτῴῳ μέρει τῆς λεωφόρου, ἣ τοὺς ἐξ Ἱεροσολύμων ἥκοντας ἐπὶ τὴν Ἱεριχουντίων πόλιν κατάγει. Οὗτος καὶ τὴν εἰρημένην μοι πόλιν τῆς
C κατὰ Παλαιστίνην Καισαρείας πάλαι ποτ' ἐπισκοπήσας, τότε τὸν μονήρη καὶ ἄσκευον μετῄει βίον. Τηνικαῦτα δ' οὖν ὁ Χοζεβίτης τὴν τοῦ εἰρημένου Ἀρχεσιλάου γυναῖκα μαθὼν κερκίδι θάτερον ἀποβαλέσθαι τοῖν ὀφθαλμοῖν, τάχος ὅσον ᾔει τὴν γυναῖκα ἐπισκεψόμενος. Ἐπεὶ γοῦν ἐθεᾶτο ἐκπεσοῦσαν μὲν τὴν κόρην, δίκην δὲ ῥεύματος διαῤῥυέντα τὸν ὀφθαλμὸν, ἑνὶ τῶν ἀκολουθούντων ἐπιτάττει σπόγγον ὡς τάχιστα ἐνεγκεῖν· καὶ τὸ διαῤῥυὲν συναγαγόντα, κατὰ χώραν εἰσαγαγεῖν, τελαμῶνί τε καὶ τὸν σπόγγον ὥς γε δυνατὸν ἀναδῆσαι. Ἀπῆν δὲ τοῦ οἴκου ὁ Ἀρχεσίλαος· συνῆν γὰρ Ζωσιμᾷ κατὰ τὸ φροντιστήριον ὁμιλῶν, ὃ δὴ ἐπὶ τῆς Σιδηνῶν καλουμένης ἔκειτο κώμης· διεῖχε δὲ τῆς
D Καισαρείας ὡσεὶ σταδίους φ'. Διομιλουμένῳ δὲ τῷ Ζωσιμᾷ παρῆσαν οἴκοθεν δρομαῖοι τῶν τινες οἰκετῶν τὸ συμβὰν τῇ γυναικὶ διαγγέλλοντες. Ὡς οὖν αἴφνης τὸ δεινὸν ἠκηκόει, διωλύγιον ἀνεκώκυσε· καὶ τὰς τρίχας τίλλων, εἰς ἀέρα ἐλίκμα, καὶ ἀκάθεκτος ἦν. Ὡς δὲ Ζωσιμᾶς τὸ αἴτιον τῆς ταραχῆς ἀνεμάνθανε διηγουμένου Ἀρχεσιλάου, συχνὰ διακοπτομένου ταῖς οἰμωγαῖς, εὐθὺς ἐκεῖνον οὕτω ἐλεεινῶς ἔχοντα διαφεὶς, ἐπί τι δωμάτιον ἔτρεχεν, ὅπου δὴ εἰωθὸς ἦν ἐκείνῳ ἢ θέμις Θεῷ καταμόνας προσομιλεῖν. Ἐπ' ὀλίγον δ' ἐκεῖθεν ἐξιὼν, χαίρων ὥσπερ καὶ ἀγαλλόμενος μειδιῶντι καὶ κεχαρισμένῳ προσώπῳ, Ἄπιθι, πρὸς Ἀρχεσίλαον ἔλεγεν, ἄπιθι· ἡ χάρις τῷ Χοζεβίτῃ δέδοται· καὶ τὸ μὲν σὸν γύναιον ἐν παντελεῖ ὑγιείᾳ· μηδαμῶς λυμήνασθαι

δυνηθέντος τοῦ πάθους τῇ παρουσίᾳ τοῦ Χοζεβίτου. A Ὃ δὴ καὶ ἀψευδὲς ἦν· ἐπίσης καὶ ἀμφοτέρων ἐφ' ἑνὶ πράγματι παράδοξα εἰργασμένων. Ξένην δέ φασι τὸν Ἰωάννην τοῦτον ἀνύσαι τὴν βιοτὴν, ὥστε καὶ κοχλιώδη τινὰ ὑπόνομον κατὰ γῆς διορύξαι· κἀκεῖσε τὸν πολὺν ἐκτρεπόμενον ὄχλον, τὴν ἡσυχίαν ἀσπάζεσθαι. Περὶ δὲ Ζωσιμᾶ καὶ τοῦτο ἱστόρηται· ἀπιόντι γάρ ποτε τῷ ὁσίῳ ἐπὶ τὴν Καισάρειαν, καί τι ὀνάριον ἐπισυρομένῳ, ᾧ τινα τῶν ἐπιτηδείων ἐπήγετο, ἐπιστὰς αἴφνης λέων, τὸν ὄνον ἁρπάσας ᾤχετο. Κατόπιν δὲ καὶ ὁ γέρων ἀνὰ τὴν ὕλην ἐδίωκε σχολαίῳ ποδί· ὁ δὲ λέων ἕως οὗ φθάσειε Ζωσιμᾶς τῇ ὀνείᾳ θοίνῃ διακορὴς γεγονὼς, ἤδη πρὸς ἀπαλλαγὴν ἕτοιμος ἦν. Ἡδὺ δέ τι καὶ σεσηρὸς τῷ λέοντι ἐνιδὼν Ζωσιμᾶς, Ἀλλ' ἐμοὶ, φησὶν, ὦ ἑταῖρε, οὐ δύναμις πρόσεστι τὰ ἐπισεσαγμένα τῷ ὄνῳ φέρειν ἐπ' ὤμων, ἐπὶ πόῤῥω τε ἀφιγμένῳ τοῦ χρόνου, καὶ ἐνδείᾳ ἐκτετηγμένῳ. Ὕπελθε τοίνυν τὴν ἐφεστρίδα· καὶ τὸ ἀξίωμα τῆς φύσεως παρωσάμενος, παρὰ τὰ νενομισμένα πρᾶττε θεσμὰ, εἴ γ' ἐμοῦ ἀπαλλάττεσθαι βούλει καὶ θηρίον αὖθις εἶναι. Ὁ δὲ ὥσπερ τὸ καθάπαξ εἶναι λέων ἀποβαλὼν, ἠρέμα ὑποτρέχει τὸν Ζωσιμᾶν, καὶ τῷ οὐραίῳ ὑπέσαινε, καὶ τὸ κατὰ πᾶν εἴκειν τῷ γέροντι δῆλος ἦν. Ζωσιμᾶς δ' ἐκείνῳ τὸν φόρτον ἀναθεὶς ἐπωμάδιον, ἄχρι δὴ καὶ εἰς τὴν Καίσαρος ἤγαγεν· ἐμφαίνων ὡς πάντα πειθήνια τῷ ἀνθρώπῳ καθίσταται, ᾑρημένῳ κατὰ Θεὸν ζῆν, καὶ ἀπλανεῖς τοὺς δεδομένους ἄνωθεν χαρακτῆρας διατηροῦντι καθάπερ πάλαι τῷ γενάρχῃ Ἀδάμ. C

affectum statim relinquit, et in ædiculam ubi illi mos erat, pro eo atque fas erat seorsim cum Deo colloqui currit. Atque paulo post inde egressus, veluti lætus et exsultans, vultu subridenti et hilari : Abi (ad Arcesilaum inquit), abi, Chozebitæ gratia data est, et uxorcula tua modis omnibus valet : quod nequaquam obesse illi, propter Chozebitæ præsentiam, casus acerbus potuerit. Neque id falsum fuit ; nam eadem in re uterque miraculum pariter edidit. Novum præterea Joannem istum peregisse vitæ genus ferunt, ita ut cuniculatim meatum quemdam tortuosum sub terra effoderit : ibique turbam frequentem aversans, quietem consectatus sit. De Zosima autem illud quoque B memoriæ proditum est. Ibat vir sanctus aliquando Cæsaream, asellum secum trahens : cui res quasdam necessarias gestanti, subito institit leo. Atque is jumento rapto, aufugit. Consecutus autem eum per sylvam est tardiore gradu senex. Leo, quoadusque ad eum Zosimas pervenit, asini carnibus interea exsatiatus, discedere ab eo parabat. Porro Zosimas hianti ore hilarius leonem inspiciens :
738 Atqui, inquit, o amice, mihi ea vis non est, ut humeris asini clitellas portare valeam, qui eo ætatis pervenerim, et egestate emarcuerim. Subeundum igitur tibi onus est, et naturæ prærogativa rejecta, contra quam recepta jura ferunt, faciendum, siquidem liberari a me et fera amplius esse vis. Ibi tum leo, perinde atque semel feritatem abjecisset, sensim ad Zosimam accedit, cauda hominem distringit, et in rebus omnibus se illi pariturum ostendit. Senex autem Zosimas imposito humeris leonis fasce, Cæsaream usque eum duxit : satis aperte declarans, omnia obedire homini ei, qui ex præscripto Dei vitam sibi degendam statuerit, constanterque sibi datam olim non aliter atque generis principi Adamo imaginem ac figuram absque ullo errore conservaverit.

ΚΕΦΑΛ. Ε'.

Περὶ τοῦ ἄλλου ἁγίου Ζωσιμᾶ, καὶ τῆς Αἰγυπτίας Μαρίας καὶ Θεοδώρας τῆς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ.

Καὶ ἕτερος δὲ Ζωσιμᾶς τηνικαῦτα διέπρεπεν, οὐ τὸν μόναυλον μετιὼν βίον, ἀλλ' ἔν τινι τῶν κατὰ Παλαιστίνην μοναστηρίων τὸν κοινοβιακὸν ἆθλον ἀνύων· ὅν φασι καὶ τῇ Αἰγυπτίᾳ τὰ μυστικὰ τελέσαι ἱερωσύνῃ συζῶντα· Αἰγυπτίαν ἐκείνην, ἣν τοσοῦτον τῇ τῆς σαρκὸς ἡδονῇ καθηδυπαθῆσαι τὰ D πρῶτα φασὶν, ὡς μηδὲν ἐλλελοιπέναι τῆς σαρκικῆς ὕβρεως ἄπρακτον, ἐς τόσον δ' ὑπερβολῆς ἐλάσαι κακὴν, ὡς μηδὲ λόγῳ παριστᾶν ἔχειν δύνασθαι· ἐπὶ τόσον δ' αὖθις ἀναβῆναι καλοῦ, ὡς ἑκάτερον παρ' ἑκατέρῳ ἔχειν γνωρίζεσθαι. Ἀλλ' ὅπως μὲν ἐξ Αἰγύπτου γεγεννημένη οἵῳ βίῳ ἐχρήσατο, πολλοὺς τῷ τῆς ἀκολασίας ἀπείρῳ ἀνδραποδίσασα· καὶ ὡς ἐπὶ προσκυνήσει τοῦ θείου ξύλου ἰοῦσα δυναστείᾳ θείᾳ ἐλαύνετο· καὶ ὡς ἐκεῖθεν ἀπάρασα καὶ τὸ ῥεῖθρον Ἰορδάνου διέβη, καὶ πρὸς τὴν ἐσωτέραν ἔρημον ἧκε, μηδενὶ ἀνθρώπων προσομιλήσασα, εἰ μὴ μόνῳ δὴ τούτῳ τῷ Ζωσιμᾷ, ἄσιτος καὶ ῥακίων ἐκτός· ἔτι τε ὅπως Ζωσιμᾷ τουτῳὶ προσωμίλησε, μετέωρος τῇ εὐχῇ γενομένη· καὶ ὡς τὸν βίον κατέληξε, καὶ τῆς

CAPUT V.

De altero sancto Zosima. De Maria Ægyptiaca et Theodora Alexandrina.

Alter vero tum quoque enituit Zosimas, non ille quidem solitariam degens vitam, sed in quodam Palæstinæ cœnobio inter monachos commune certamen persequens. Quem sacerdotio fungentem, rem divinam arcanorum mysteriorum Ægyptiacæ illi fecisse aiunt, illi, inquam, Ægyptiacæ, quæ tantopere primum carnis voluptate diffluxisse dicitur, ut nihil prorsus carnalis petulantiæ intentatum reliquerit : eoque vitiosæ libidinis pervenerit, ut eam verbis eloqui nemo possit. Deinde vero ad summam virtutem ita evasisse, ut altera ab altera illustraretur. Sed enim ut illa in Ægypto prognata, et quod vitæ genere usa, multos libidinis magnitudine in potestatem suam ceu mancipia redegerit : et ut divino nutu ad sacrosanctum lignum venerandum excita, in viam se dederit, atque inde divertens Jordanis quoque flumen transierit, et in interiorem solitudinem se abdiderit, neque cum quopiam homine præterquam uno isto Zosima collocuta sit, cibo-

que simul et vestitu abstinuerit; denique ut inter precandum in sublime sublata, cum Zosima hoc verba contulerit, vitamque hanc finierit; et de divina communione participaverit, nec non ut illi leo sepulcrum effossum a se paraverit, **739** et vitæ ipsa exemplum pœnitentiam agere volentibus commodissimum reliquerit; Sophronio, qui olim Hierosolymitanam sedem antistes exornavit, memorandum relinquemus, qui eleganter sanctæ ejus feminæ et Zosimæ vitam descripsit. Mihi namque ad alia exponenda properanti, his immorari non licet. Cæterum paulo ante hoc tempus, Theodora illa inter feminas admiranda illustris fuit, quam ad Alexandrinæ urbis regionem nonam animo magno monasticæ vitæ certamen pertulisse fama est. Fraude enim quadam furtim in stuprum adducta, posteaquam se divinum Numen læsisse cognovit, divitias omnes atque generis splendorem mandato Dei posthabens, et sub virili habitu muliebria occultans, eam quæ supra naturam est vitam exegit. Eamque rem ita contexit, ut crimen etiam illud subierit, quasi pueri procreati pater fuisset. Quam illa apertam calumniam ita fortiter sustinuit, ut puerum perinde atque ipsius esset, mandra sua monasticaque cella expulsa receperit, eumdemque coacta tenerum, quoad in virum evasit, educaverit: cum crimine se, exigua corporis parte exhibita, liberare potuisset. Illa vero ad finem usque sexum, sicuti instituerat, celare perseveravit. Maximis etiam gratiarum donis est cohonestata, adeo ut et feris imperarit, eamque de rebus quibusque precantem Deus exaudierit: ad quem tandem, laborum suorum præmia receptura, migravit. Eam porro migrationem monasterii præfecto ostendit auctor ipse et conciliator bonorum, ascensum videlicet quemdam mirificum, et domum longe splendidissimam, per quam Theodora ipsa a comitatu et satellitio illustri producebatur.

A θείας κοινωνίας ἠξίωται, ὀρυχῇ τε λέοντος τάφος αὐτῇ ἐσχεδίασται, βίον λιποῦσα τοῖς μετανοεῖν ἐθέλουσι δεξιώτατον· Σωφρονίῳ τῷ τῶν Ἱεροσολύμων τὸν θρόνον πάλαι κοσμήσαντι καταλείψομεν, προσηκόντως τὸν βίον τῆς ὁσίας καὶ Ζωσιμᾶ ἱστορήσαντι. Ἐμοὶ γὰρ οὐ θέμις τούτοις ἐνδιατρίβειν πρὸς ἕτερα τὴν σπουδὴν προθεμένῳ· ναὶ μὴν καὶ ἡ θαυμαστὴ γυναικῶν Θεοδώρα μικρὸν ἄνωθεν ἐγνωρίζετο· ἣν κατὰ τὸ τῆς Ἀλεξανδρείας ἔνατον γενικῶς τὸν τῆς ἀσκήσεως ἆθλον μάλα διενεγκεῖν λόγος. Ἐξαπάτῃ γάρ τινι εἰς μοιχείαν κλαπεῖσα, ἐπεὶ ἔγνω Θεῷ προσκρούσασα, πλοῦτον ἐκεῖνον καὶ τὸ τοῦ γένους ἐπίσημον δεύτερα θεμένη τῆς ἐντολῆς, ἐν ἀνδρῴῳ σχήματι τὰ γυναικῶν ὑποκρύπτουσα, ἔλαθε βιώσασα ὑπὲρ φύσιν· καὶ ἐπὶ τόσον συγκαλύψαι τὸ δρᾶμα, ὡς καὶ B δίκην ὑποσχεῖν, ὡς ἄρα εἴη καὶ πατὴρ παιδὸς γεγονώς, καὶ τοσοῦτον τὰ τῆς συκοφαντίας ἐπικρατῆσαι, ὡς καὶ τοῦ παιδίου οἷάπερ οἰκείου ἀντιλαβέσθαι τῆς μάνδρας ἀπελαθεῖσαν, ἐκθρέψαι τε βίᾳ τὸ νήπιον, καὶ εἰς τέλειον ἄνδρα προαγαγεῖν, ἐνὸν μικρά τινα παραδείξασαν ἀπαλλάττεσθαι· ἡ δὲ ἀλλὰ μέχρι τέλους διέμεινε σπεύδουσα τὸ λαθεῖν. Μεγίστων δὲ τῶν χαρισμάτων ἀξιωθεῖσα, ὡς καὶ θηρίοις ἐπιτιμᾶν, καὶ ἄλλ' ἄττα δεομένης ὑπακούειν Θεὸν, πρὸς ἐκεῖνον δὴ καὶ μεθίσταται τὰ γέρα ληψομένη τῶν πόνων. Ἃ δὴ παρέδειξεν ὁ πρύτανις τῶν ἀγαθῶν τῷ τῆς μονῆς προεστῶτι, ἄνοδόν τινα ὑπερφυᾶ καί τινα κατοικίαν πολὺ τὸ λαμπρὸν ἐπιδεδειγμένην· δι' ἧς ὑπὸ περιφανεῖ τῇ δορυφορίᾳ ἡ Θεοδώρα προήγετο.

CAPUT VI.

Quæ res in civitate Negra acciderint, et de sancto Aretha martyre.

Eadem tempestate et Arethas martyr certamen pro Christo obiit in civitate cui Negræ nomen est. Ei ille toti a majoribus ipsis Deo dicatæ præfuit. Sita vero est alicubi ad fines Arabiæ felicis. Hanc rebus plerisque florere, et quæ Deo grata essent facere, humani generis inimicus minime ferens, sævam adversus eam concitavit procellam. Namque in Judæum quemdam illapsus, Mosen quidem patrem et legislatorem se habere gloriantem, re autem ipsa prorsus a legibus **740** et jure naturæ abhorrentem, atque in finitima Homeritarum regione tyrannidem exercentem, contra eam quam dixi, consurrexit urbem. Ac posteaquam illam adortus, omniaque expertus nihil egit, quod simul et mœnibus munitissimis, et militum virtute, quos in urbe habebant, tyrannum cives repellerent, ad veterem patris sui armaturam, mendacium scilicet ipsum, se convertit: et amici persona sumpta pacem cum illis pepigit, atque ut sibi cum paucis videndæ urbis gratia eam ingredi liceret, petiit, jurejurando per patrii Dei nomen interposito, nihil

C

ΚΕΦΑΛ. Ϛ'.

Περὶ τῶν κατὰ τὴν Νεγρὰν πόλιν γεγενημένων, καὶ τοῦ ἁγίου μάρτυρος Ἀρέθα.

Ἐν δὲ τῷ τότε καὶ Ἀρέθας ὁ μάρτυς τὸν ὑπὲρ Χριστοῦ ἀγῶνα διήνεγκε, κατὰ πόλιν λεγομένην Νεγρὰν, ἧς ἐκεῖνος ἡγεῖτο, ὅλης ἐκ προγόνων ἀνακειμένης Θεῷ· κεῖται δὲ αὕτη περί που τὰ ὅρια τῆς εὐδαίμονος Ἀραβίας· ἣν δὴ καλῶς ἔχουσαν καὶ τὰ φίλα Θεῷ πράττουσαν, ὁ τοῦ γένους πολέμιος ἥκιστα ἐνεγκὼν, ἄγριον κατ' ἐκείνης ἀνεῤῥίπιζε κλύδωνα. Καὶ γάρ τινα ὑποδὺς Ἰουδαῖον, Μωσῆν μὲν ἐπαυχοῦντα πατέρα καὶ νομοθέτην δῆθεν, ταῖς ἀληθείαις δὲ πόῤῥω καὶ νόμων, καὶ τῶν θεσμῶν τῆς φύσεως πάμπαν ἀλλότριον· τῆς γειτόνων δὲ χώρας τῶν Ὁμηριτῶν τυραννοῦντα, κατὰ τῆς εἰρημένης D ἐπανίστησι πόλεως. Καὶ ἐπειδὴ πᾶσαν πεῖραν ταύτῃ προσαγαγὼν ἄπρακτος ἦν, καὶ τῷ τῶν τειχῶν ὄγκῳ, καὶ ταῖς τῶν ἔνδον στρατηγικαῖς ἐμπειρίαις ἀποκρουομένων τὸν τύραννον, ἐπὶ τὸ ἀρχαῖον τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ὅπλον τὸ ψεῦδος ἐχώρει· καὶ φιλίας πρόσωπον ὑποδὺς σπένδεται· καὶ θέας χάριν μετ' ὀλίγων ἠξίου ἔνδον γενέσθαι, τὸν πατρῷον Θεὸν ἐπομνύμενος, μηδέν τι κακὸν ἐννοῆσαι ἢ διαπράξασθαι. Οἱ δὲ πείθονται· καὶ ἐπεὶ ἔνδον ἐγεγόνει τειχῶν, αὐ-

τίκα τὸ προσωπεῖον καὶ τὴν σκηνὴν ἀποθέμενος, A ὁμόσε τοῖς Χριστοῦ προβάτοις ὁ λύκος ἐχώρει. Καὶ ἐπεὶ μεταπείθειν ἐπιχειρῶν ἀποσχέσθαι Χριστοῦ, τοῦ σκοποῦ διημάρτανε, τοὺς μὲν ξίφει, τοὺς δὲ πυρὶ καὶ ἄλλαις βασάνοις, ὁλοκαύτωμα τὴν πόλιν πᾶσαν προσῆγε Θεῷ· ἐν οἷς Ἀρέθας ὁ γενναιότατος τὸν μαρτυρικὸν ἀνεδήσατο στέφανον. Ἀνδρίζεται δ' ἐνταῦθα καὶ ἄλλος παῖς μιᾶς τῶν ὑπὸ πυρὰν ἀπαγομένων γυναικῶν. Τοῦτον γὰρ νήπιον ὄντα παρακατέχων ὁ τύραννος, ἀποσπᾷν ἐπειρᾶτο, σαίνων καὶ πᾶν εἴ τι θέλγον νηπίου ψυχὴν προϊέμενος. Τὸ δὲ τὴν μητέρα ὁρῶν, πρὸς αὐτὴν ἐκτρέχει κατὰ τοῦ μηροῦ τὸν τύραννον ἐνδακόν· καὶ οὕτω σὺν τῇ μητρὶ θῦμα εὐῶδες κεκαλλιέρηται τῷ Θεῷ. Ἀλλ' ἡ μὲν πόλις οὕτω καὶ πυρὶ καὶ ξίφει ἀνήχθη Θεῷ· ὅλη καλὴ καὶ οἷά περ ἄμωμος νύμφη τῷ ἀθανάτῳ συνήφθη νυμφίῳ. B Οὐ μὴν δ' οὕτως ἠπίως μάλα τὸ αἷμα ἐκείνων προσηκάμενος ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ἠνέσχετο μὴ καὶ δίκην ἀξίαν λαβεῖν τῆς ἀνοσίου δραματουργίας. Ἀλλ' ὁ μὲν Δουναὰν, τὴν πόλιν ἑλὼν, ἔλαθε καὶ ἄκων ἐκείνην παραπέμψας τῇ ἀθανάτῳ ζωῇ· ἑαυτὸν δὲ καὶ τῆς προσκαίρου μετ' αἰσχύνης ἀπαλλάξας, καὶ τοῖς ἀθανάτοις κολαστηρίοις παραπέμψας ἀθλίως. Ἐπεὶ γὰρ Ἰουστῖνος ταῦτα πύθοιτο, ὅσα τε ὁ Ὁμηρίτης κατὰ τῆς πόλεως ἐτεχνάσατο, καὶ ὅσα κατὰ τῶν ἁγίων ᾤχετο δράσας, σφόδρα χαλεπήνας τοῖς πεπραγμένοις, θυμοῦ πίμπλαται· καὶ Ἐλεσβαὰν τῷ τῶν Αἰθιόπων ἡγουμένῳ τὰ Χριστιανῶν μάλα πρεσβεύοντι γράφει, πρὸς ἔνδικον ζῆλον διερεθίζων τοῦ ἐπιόρκου καὶ δυσσεβοῦς, ὡς ἂν ἁπάσῃ τέχνῃ καὶ στρατηγίᾳ βασιλεῖ C πρεπούσῃ, ἐκτρίψῃ μὲν ἐκεῖνον, ποινὴν δὲ ἀξίαν λήψαιτο τῶν Χριστοῦ θρεμμάτων. Ὁ δὲ καὶ οἴκοθεν ὁρμῆς ἔχων τῷ διὰ Χριστὸν ἔρωτι, καὶ συμμαχίαν δ' οὐκ ἐλαχίστην ἐκ βασιλέως λαβὼν, τῶν ἀνὰ τὴν Ἕω καὶ Αἴγυπτον στρατιωτικῶν ταγμάτων, καὶ τῇ σταυρικῇ πανοπλίᾳ θωρακισθεὶς, ἔπεισι τῷ Ἑβραίῳ· καὶ δὴ καὶ πεζῷ καὶ νηΐτῃ στρατῷ προσβαλὼν αὐτῷ (παράλιον γὰρ ἐκείνῳ τὸ πλεῖστον τῆς ὑπηκόου ἐτύγχανεν ὂν), γενναίως μάλα ἐκείνῳ συῤῥήγνυται· καὶ δυναστείᾳ κρείττονι καθυπερτερήσας, ζωγρίαν μὲν ἐκεῖνον καὶ πολλοὺς τῶν κατὰ γένος οἱ προσηκόντων εἷλε· καὶ ἔργον μαχαίρας ἅπαντας ποιησάμενος, ἔτι δὲ καὶ τὰς πόλεις καὶ τὴν χώραν ἅπασαν ἀνάστατον ἐργασάμενον καὶ εἰς τέλος πολιορκήσας, κλέος ἀείμνηστον ὁ ἀοίδιμος ἐκληρώσατο. Καὶ δὴ D οὕτω συνιδὼν σύμμαχον ἐσχηκὼς τὸν τῶν ὅλων Θεὸν Ἐλεσβαὰν ὁ μακάριος, ὡς πανωλεθρίᾳ ὑπαγαγεῖν τὸν τῷ σταυρῷ ἀντικαθιστάμενον Ἰουδαῖον, Ἰσόῤῥοπον μὲν, ἔφησε, παμβασιλεῦ, οὐκ ἂν ἔχοιμί σοι ἀποδοῦναι τῆς τοσαύτης ἕνεκα συμμαχίας· ἣ δέ μοι πρόσεστι βασιλεία, τὸ πᾶσί γε δοκοῦν ἀξιέραστον, σὴν χάριν, σήμερον ἀποτίθεμαι.» Καὶ ἅμα τῷ λόγῳ τὴν ἁλουργίδα καὶ τὸ διάδημα ἀποθέμενος, προσῄει τῷ ἱερῷ· καὶ τὰς τρίχας περιελὼν, καὶ τὸ τραχὺ τῶν μοναχῶν τριβώνιον ὑποδὺς, στενῷ τινι κελλίῳ ἀπρόσιτον διὰ βίου ἑαυτὸν ἐποίει καθείρξας, ἄρτῳ μόνῳ καί τισι λαχάνοις εἰς σίτισιν χρώμενος. Κἀκεῖσε ὁσίως τὸν τῇδε βίον λιπὼν, πρὸς τὴν ἀγήρω καὶ μακαρίαν μετέβαινε βιοτήν. Ἀλλ' ἵνα μὴ τοιαῦ-

se mali aut cogitaturum, aut facturum. Illi vere sunt assensi. At ubi tyrannus intra muros acceptus est, non diu moratus, persona et figmenti scena posita, cum Christi ovibus lupus est congressus. Et postquam periculum cives a Christo avertendi fecit, atque a scopo consilii sui aberravit, alios tandem ferro, alios autem igni et tormentis variis, civitatem videlicet universam holocaustum Deo obtulit. Inter quos Arethas generosissimus martyrii recepit coronam. Egregium quoque ibi virilis animi specimen edidit alius quidam, mulierculæ unius, ex eis quæ ad pyram accensam rapiebantur, filius. Hunc etenim tenerum adhuc, tyrannus retinens, distrahere a matre conabatur, demulcens illum, et quidquid ad animum adolescentuli alliciendum faceret, objiciens. Ibi vero puer matrem aspiciens, femur tyranni momordit et ad illam procurrit, atque ita una cum matre sacrificium suaveolens per litationem ad Deum est transmissus. Ac civitas quidem universa ad hunc modum ferro et igni Deo est oblata, et veluti pulchra et irreprehensibilis sponsa immortali conjuncta Sponso. Verum enim vero cum universitatis hujus Deus libenter admodum sanguinem illorum reciperet, non tamen sustinuit, quin debitas tam impiæ et flagitiosæ crudelitatis pœnas sumeret. Porro Dunaan ipse (hoc enim tyranni nomen erat) civitate ita capta, non animadvertit, se invitum quoque illam ad sempiternam transmittere, sibi ipsi autem cum probro temporaneam hanc adimere vitam, miserandumque in modum se ad perpetua dejicere supplicia. Postquam enim Justinus quæcunque Homerites adversus urbem eam fraudulenter instituisset, et contra sanctos facere perrexisset, intellexit, ob factum id vehementer commotus, et ira percitus est. **741** Illicet ad Elesbaan Æthiopum ducem Christianorum sacra apprime colentem scribit, ad legitimam illum vindictam de perjuro illo et impio æmulatione sancta sumendam concitans: ut apparatu belli omni et expeditione militari, quæ regem deceret, illum quidem contereret, pœnam autem condignam pro cæsis Christi ovibus exigeret. Ille porro sua quoque sponte, pro suo in Christum amore ad id propensus, auxiliis ab imperatore non pœnitendis, ex militaribus quæ in Oriente et Ægypto erant copiis, acceptis, armatura crucis se instructum munit, et adversus Hebræum ducit. Atque terra marique cum exercitu hostem, cujus ditio plurima ex parte maritima erat, adortus, fortiter admodum cum eo signa confert, et virtute majore in prælio victor evadit, hostemque una cum multis aliis genere sibi conjunctis vivum capit, et omnes eos ferro cædit. Et præterea oppidi ejus regione omni expugnata, atque prorsus devastata, gloriam sibi princeps inclytus parit sempiternam. Cæterum cum beatus ille Elesbaan probe sibi conscius esset, belli se socium auxiliatoremque habuisse rerum omnium Deum, cujus ope interne-

tione adversarium crucis Judæum concidisset : « Quod quidem, summe imperator, inquit, tibi pro eo atque par est, pro subministrato mihi tanto auxilio reddam, non habeo. Quod vero mihi est regnum (id quod apud omnes habetur charissimum) tua gratia hodie depono. Atque cum hisce verbis purpura diademateque abjecto, sacram ædem ingressus est. Et capite raso, asperoque monachorum pallio sumpto, in augustam quamdam cellam, ita ut per vitam omnem adiri non posset, se abdidit; ibique pane solo et oleribus quibusdam pro cibo usus est : et deinde vita sancte finita, ad felicem et sempiternam transiit mansionem. Verum, ne talia multa mihi recensenti, ad prolixiorem magnitudinem institutum excrescat opus, ad reliquam historiam exponendam revertor.

τα πάμπολλα ἐκδιηγουμένῳ ἐπιπολὺ μήκους ἐκβαίη μοι τὸ προκείμενον, ἐπὶ τὸ τῆς ἱστορίας αὖθις ἐπάνειμι συνεχές.

742 CAPUT VII.

Ut Justinianus magnus, imperio suscepto, professionem et fidem Chalcedonensem defenderit : Theodora vero conjux ejus, magis ad partes eorum qui unam naturam Christo tribuunt, fuerit inclinata.

Annum octavum, et præterea mensem nonum, diemque tertium in imperio Justinus agebat, in extrema jam constitutus senecta, atque ad rerum publicarum administrationem minime idoneus erat, præterquam quod morbo etiam quodam gravi distinebatur. Justinianum igitur sororis suæ filium, patricium, ducemque summum, imperii socium legit. Justinianus more solenni Augustus declaratus primo Xanthici mensis die, qui Aprilis dicitur, avunculum prima deinceps Loi sive Augusti (tum enim is extremum diem suum obiit) amisit, cum quo menses quatuor imperavit. Integrum autem imperii Justini tempus annorum novem triumque mensium fuit. Justinianus porro ubi imperio toto solus potitus est, synodus Chalcedonensis Justini sanctionibus in omnibus ubique ecclesiis obtinebat, quemadmodum supra a me dictum est. Adhuc tamen in quibusdam provinciis res ecclesiasticæ propter turbas in statu suo non erant. Potissimum vero id mali in urbe imperiali, et Alexandria ipsa obversabatur: ubi etiam non ita libere prorsus jactabatur. In urbe imperante post Epiphanium, qui Ecclesiæ annis sedecim præfuerat, et Joanni ex scholasticis (is autem annum unum episcopatum gessit) successerat, Anthimus Trapezunte translatus, nulla gloria episcopatum administrabat : Alexandriæ vero Dioscori, quem diximus, successor Theodosius, sacra curabat. Uterque vero, et Anthimus et Theodosius, unam naturam in Christo esse, post unionem opinabantur. Verum Justinianus magno animo Chalcedonensem synodum defendebat, sanctionibusque ejus admodum addictus erat. Conjux autem ejus Theodora, eos qui unam profitebantur naturam, idipsum magis veritati consentaneum esse arbitrata, tuebatur. Si quando enim de fide oboritur controversia, non modo parentes a liberis, et contra, sed etiam conjux a marito suo, et vir a conjuge per seditionem dissentit. Justinianus sane et Theodora, nescio quo pacto (fortasse autem ex composito) opiniones diviserant, **743** ita ut ille quidem duas naturas in Christo post unionem profitentes

ΚΕΦΑΛ. Ζ'.

Ὡς ὁ μέγας Ἰουστινιανὸς τὴν βασιλείαν παραλαβὼν, τῆς ἐν Χαλκηδόνι ὑπερίστατο πίστεως· Θεοδώρα δὲ ἡ γαμετὴ τοῖς τὴν μίαν φύσει δοξάζουσι μᾶλλον προσέκειτο.

Ἔτος μὲν ὄγδοον Ἰουστῖνος ἦγεν ἐν τῇ ἀρχῇ πρὸς μησὶν ἐννέα καὶ ἡμέραις τρισίν. Βαθύτατα δὲ ἤδη γηράσκων, καὶ οὐχ ἱκανὸς ὢν ἔτι πρὸς τὴν τῶν κοινῶν ἐξαρκεῖν προστασίας, ἄλλως τε καὶ νόσῳ τινὶ χαλεπῇ βαρυνόμενος, Ἰουστινιανὸν τὸν ἀδελφιδοῦν συμβασιλεύειν αἱρεῖται, πατρίκιον ὄντα καὶ ὕπατον καὶ στρατηγόν. Καὶ δὴ ὡς ἔθος τυχὼν ἀναῤῥήσεως τῇ πρώτῃ τοῦ Ξανθικοῦ μηνὸς ὃς Ἀπρίλλιος κέκληται, τὸν θεῖον ἔσχε κατὰ τὴν πρώτην αὖθις τοῦ Λώου εἴτουν Αὐγούστου μηνὸς, τὴν τελείαν ὑπελθόντα ἡμέραν, τέσσαρας μῆνας τούτῳ συμβασιλεύσας· τὰ ὅλα δὲ τῇ αὐτοκρατορικῇ ἀρχῇ ἔτη ἐννέα ἐκεῖνον πρὸς μησὶ τρισὶ διανύσαντα. Ὑποζωσάμενος δὲ τὴν ὅλην ἀρχὴν μόνος Ἰουστινιανὸς, καὶ τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου κελεύσμασιν Ἰουστίνου ἁπανταχοῦ ταῖς ἐκκλησίαις κρατυνομένης, ὥσπερ μοι διηγουμένῳ τοῖς ἔμπροσθεν εἴρηται, ἐπὶ τὰ τῆς ἐκκλησιαστικῆς καταστάσεως ἔν τισιν ἐπαρχίαις ἀνωμάλως εἶχε καὶ περιεδονεῖτο. Μάλιστα δὲ τὸ δεινὸν, ἀνά τε τὴν βασιλεύουσαν καὶ τὴν Ἀλεξάνδρου ἐπεχωρίαζεν, οὐκ ἀδεῶς μέντοι καὶ ἐν ταύταις περιθρυλλούμενον. Τὴν μὲν οὖν ἐπισκοπὴν τῆς βασιλευούσης μετὰ τὸν Ἐπιφάνιον, ἐπὶ ις' ἔτεσι τῆς Ἐκκλησίας προστάντα, ὃς τὸν ἀπὸ σχολαστικῶν διεδέξατο Ἰωάννην, ἐφ' ἑνὶ ἔτει ἱερατεύσαντα, Ἄνθιμος ὁ ἀπὸ Τραπεζοῦντος μετατεθεὶς, ἀκλεῶς ἐπρυτάνευε· τῆς δὲ Ἀλεξάνδρου μετὰ τὸν εἰρημένον Διόσκορον, Θεοδόσιος ἐξηγεῖτο· ἄμφω δὲ Ἄνθιμός τε καὶ Θεοδόσιος τὴν μίαν φύσιν ἐδοξαζέτην ἐπὶ Χριστοῦ καὶ μετὰ τὴν ἕνωσιν. Ἀλλ' ὁ μὲν Ἰουστινιανὸς μάλα γενικῶς τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου ἀντείχετο, καὶ τοῖς ἐκτεθειμένοις ταύτῃ λίαν προσέκειτο. Ἡ δὲ γαμετὴ Θεοδώρα τῶν μίαν ὁμολογούντων φύσιν ἀντεποιεῖτο, οἰομένη τοῦτο μᾶλλον ἀληθείας ἐχόμενον. Καὶ γὰρ ὁπηνίκα περὶ πίστεως συμβαίη γίνεσθαι τὴν διαφορὰν, οὐ μόνον πατέρες πρὸς παῖδας καὶ ἔμπαλιν, ἀλλὰ καὶ γυνὴ πρὸς τὸν ἴδιον γαμέτην, καὶ ἀνὴρ πρὸς τὴν γαμετὴν διαστασιάζουσιν. Ἰουστινιανὸς δὲ καὶ Θεοδώρα οὐκ οἶδ' ὅπως εἴτε κατ' οἰκονομίαν τὰς δόξας διείλοντο· ὡς ἂν ὁ μὲν τῶν δύο φύσεις λεγόντων ἐπὶ Χριστοῦ καὶ μετὰ τὴν ἕνωσιν ὑπερασπίζοι, ἡ δὲ τῶν μίαν πρεσβευόντων φύσιν. Ὅμως πρὸς ἀλλήλους ἐφαίνοντο

μηδαμῶς ἐνδόντες, ὁ μὲν τοῖς ἐν Χαλκηδόνι ὁρισθεῖσι γενναίως μάλα προσμένων καὶ τούτων ἀντιποιούμενος, ἡ δὲ τοῖς ἐναντίοις μάλιστα προσκειμένη, τῶν μίαν φύσιν δοξαζόντων πολλὴν πρόνοιαν ἐποιεῖτο, μηδὲ τῶν ἡμεδαπῶν ἀμελοῦσα· τέως γε μὴν ἐκείνους μεγάλοις χρήμασιν ἤγαλλε συναιρομένη τὰ μάλιστα.

A propugnaret, hæc autem unam asserentibus naturam adhæreret. Neque sibi invicem quidquam concedere videbantur: Justinianus scilicet in Chalcedonensibus decretis fortiter admodum persistens, eaque defendens; Theodora vero adversæ maxime parti addicta, quæ eis quæ naturam unam deprædicabant, multam curam præstabat, neque nostrates interim prorsus negligens. Illis vero tum ingentem impendebat pecuniam, eosque quam maxime adjuvabat.

ΚΕΦΑΛ. Ιϛ'.

Ὡς μετεκλήθη Σευῆρος αὖθις· καὶ περὶ τῶν ἐπιστολῶν αὐτοῦ· καὶ ὡς Ἀνθίμῳ τῆς ἰδίας λύμης μετέδωκε· καὶ ὅπως ἐν πάσαις ταῖς ἐκκλησίαις ἡ τετάρτη σύνοδος ἐκηρύττετο.

Ἡ δὴ οὕτως ἔχουσα γνώμης καὶ πολλήν τινα ἐπάγουσα πεῖραν Ἰουστινιανῷ, πείθει μόλις καὶ μετάπεμπτον ἐποίει Σευῆρον κατὰ τὴν Βύζαντος. Ἐμφέρονται τοίνυν αἵ τε Σευήρου εἰσέτι ἐπιστολαὶ πρός τε τὴν βασίλισσαν Θεοδώραν καὶ Ἰουστινιανόν· δι' ὧν δείκνυται, ὡς τὰ μὲν πρῶτα τὴν μὲν πρὸς ἐκείνους ὁδὸν ἐν ἀναβολαῖς ἐποιεῖτο· μεθ' ὃ τὸν τῆς Ἀντιόχου καταλέλοιπε θρόνον. Ἀλλ' ὕστερον ἧκε καὶ γέγραφεν ὡς, ἐπεὶ τὴν βασιλίδα καταλάβοι τῶν πόλεων, ἐπίσης φρονοῦντα καὶ Ἄνθιμον εὑρίσκει, καὶ τῆς παραπλησίας ἐκείνῳ εἶναι περὶ τὸ θεῖον νομίσεως· καὶ πείθει κἀκεῖνον τὸν θρόνον ἀπολιπεῖν. Γράφει δὲ ταῦτα πρὸς Θεοδόσιον τὸν τῆς Ἀλεξάνδρου· ἐν οἷς καὶ βρενθυόμενος φαίνεται, ὡς πείσειε τὸν εἰρημένον Ἄνθιμον, τὰ τοιαῦτα ἐναγῆ δόγματα τῆς τε προσκαίρου δόξης καὶ τῆς ὑπερτάτης καθέδρας προκρῖναι. Ἀλλὰ καὶ Ἀνθίμου ἐπιστολαὶ περὶ τούτων ἐμφέρονται, καὶ Θεοδοσίου αὖθις πρός τε Σευῆρον καὶ Ἄνθιμον ἃς δὴ καὶ παρῆκα, ὡς ἂν μὴ πολύ τι στῖφος τῶν τοιούτων τῷ παρόντι βιβλίῳ ἐπεισκυκλήσω. Ὅμως ὡς μὴ σύμφωνοι βασιλεῖ καθεστῶτες, ἀλλ' ἀπεναντίας τοῖς ἐκείνου ἰόντες κελεύσμασι, καὶ μὴ τὴν ἐν Χαλκηδόνι ἀποδεχόμενοι σύνοδον, καὶ ἄμφω Ἄνθιμός τε καὶ Θεοδόσιος τῶν ἰδίων θρόνων ἠλάθησαν. Τὸν μὲν οὖν τῆς Ἀλεξάνδρου Ζωΐλος διαδέχεται· τὸν δὲ τῆς βασιλίδος, Μηνᾶς· καὶ συνέβαινεν ἐν ἁπάσαις δὴ τηνικαῦτα ταῖς ἐκκλησίαις τὴν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον διαῤῥήδην κηρύττεσθαι, καὶ μηδένα ταύτην τολμᾷν ἀναθέματι περιβάλλειν ἢ διαβάλλειν· τοὺς δὲ μὴ οὕτως ἔχοντας, πάντα τρόπον συνελαύνεσθαι· ὥστ' εἰς συγκατάθεσιν ἰέναι καὶ τὰ αὐτῆς ἀναγκάζεσθαι στέργειν. Ἐξήνεγκε δὲ καὶ νόμον Ἰουστινιανὸς, ἐν ᾧ τόν τε Σευῆρον σὺν ἄλλοις ἀναθεματίζει, καὶ τοὺς ἐκείνῳ προσκειμένους, καὶ τὴν ὀθνείαν δόξαν πρεσβεύοντας, καὶ ὑποτίθησιν ἀγρίαις κολάσεσιν· ὡς ἐντεῦθεν πάντας δέει ἐλαυνομένους, καὶ τὰς ἑκασταχοῦ ἐκκλησίας τὸ ἓν φρονῆσαι· καὶ μηδέν τι τοῦ λοιποῦ σχίσμα ταῖς ἐκκλησίαις ἀπολειφθῆναι, ἀλλὰ πρὸς ἀλλήλους συμβῆναι τοὺς τῆς ἑκάστης διοικήσεως πατριάρχας, καὶ τοὺς κατὰ μέρος ἐπισκόπους τοῖς ἐξάρχοις ἕπεσθαι, καὶ ἀναφανδὸν ἐπὶ πᾶσαν τῆς οἰκουμένης Ἐκκλησίαν, τέσσαρας μόνας

CAPUT VIII.

B *Ut Severus revocatus sit. De epistolis ejus. Et ut Anthimo perniciem corruptelamque suam communicaverit. Et ut in omnibus ecclesiis quarta synodus laudata sit et prædicata.*

Cujus cum ea esset sententia, sæpius illa Justinianum aggressa, vix tandem ei persuadet, ut Severum Constantinopolim evocet. Circumferuntur hodie quoque Severi ad Theodoram Augustam et Justinianum ipsum epistolæ, ex quibus intelligitur cum initio quidem profectionem ad eos suam, ex quo Antiochenam reliquit sedem, distulisse, postea vero venisse scripsisseque se, cum ad imperantem pervenisset urbem, reperisse, et Anthimum eadem sentire, eamdemque secum de divino numine opinionem illum obtinere: seque illi etiam, ut thronum suum relinqueret, persuasisse. Scribit autem hæc quoque ad Theodosium Alexandriæ episcopum, in quibus litteris gloriari etiam videtur, quod in C eam sententiam eum ipsum Anthimum adduxerit, ut ejusmodi detestanda dogmata temporaneæ etiam isti gloriæ supremæque cathedræ præferret. Sed et Anthimi hisce de rebus, atque itidem Theodosii ad Severum et ad Anthimum epistolæ exstant: quas eam ob causam prætermisi, ne ingentem talium scriptorum copiam in hoc opere accumularem. Enimvero quod cum imperatore non consentirent, sed contra illius jussiones venirent, et Chalcedonensem synodum non reciperent, uterque et Anthimus et Theodosius e sedibus suis deturbati sunt. Itaque in Alexandrina Zoilus, in Constantinopolitana autem Menas successit. Accidit tum, ut in ecclesiis omnibus synodus Chalcedonensis D clare prædicaretur, et ut nemo illam vel anathemate vel calumnia expetere auderet. Qui vero aliter facerent, omnibus **744** modis adigebantur, ut pedibus in camdem sententiam irent, in eaque conquiescere cogerentur. Promulgavit quoque constitutionem (1) Justinianus, in qua Severum una cum aliis anathemate ferit: et præterea quicunque illi addicti essent, opinionemque alienam complecterentur. Atque eosdem etiam gravibus pœnis subjicit. Ita factum, ut timore omnes percellerentur, et cunctæ ubique ecclesiæ idem sentirent, neque postea schisma sive dissidium aliquod in ecclesiis reliquum esset: sed ut omnes cujusque diœcesis patriarchæ inter se convenirent, et locorum quorumque episcopi duces suos sequerentur,

(1) Constit. 42. Novell. I. *Reddentes honorem*, § *Suscipimus autem*. C. De summa Trinitate.

propalamque per orbem universum in Ecclesia A quatuor tantum synodi celebrarentur : prima, Nicæna trecentorum decem et octo Patrum ; secunda, Constantinopolitana ; tertia, Ephesia prior ; quarta, Chalcedonensis. Coacta vero est quinta quoque Justiniani jussu, de qua loco suo dicemus.

CAPUT IX.

De synodis, quæ contra Anthimum, Petrum, Severum et Zooram sunt coactæ. Ut sancta quarta synodus ubique locorum sit comprobata. De Agapeto, Agathone et Joanne, Romanis episcopis, ut ii Byzantium venerint.

Illud notare convenit, eum quem diximus Anthimum Epiphanii successorem, verbo quidem sanctam quartam synodum recepisse, revera autem abominatum esse atque damnasse. Et cum B comprobare eam, atque anathemate eos jugulare, quos illa rejiceret, adigeretur, et id ipsum facere differret, alias ex aliis causas moræ confingens : interea accidit, ut Agapetus, veteris Romæ hierarcha, Constantinopolim veniret (1). Qui cum de Anthimi rebus inquireret ; multosque ab archimandritis ejus urbis, et ab aliis libellos oblatos acciperet : illi ne in conspectum quidem admisso episcopatum abrogavit. Cujus calculum monasteria etiam Palæstinæ, et Petrus Hierosolymitanus antistes, nec non reliqui ecclesiarum præfecti comprobarunt. Hunc Anthimum post Agapeti obitum synodus Constantinopoli coacta, **745** atque ipse etiam Agathon, Agapeti in Ecclesia Romana suc- C cessor, adhuc superstes, cohortati sunt, ut pœnitentiæ libellum exhiberet, eaque quæ in illum dicta essent, falsa esse probaret, atque ita ad priorem episcopatum suum Trapezuntem rediret. Porro cum ille latitaret, et synodus iterum atque tertio illum comparere, et causam dicere, objectaque sibi crimina confutare, et priorem sedem Trapezunte recipere propalam juberet, atque ipse propter timorem se occultans, copiam sui non faceret, synodus sententia contra illum publicata, dignitate sacerdotali omni eum privavit. Post Anthimum autem Menas ad thronum episcopalem ascendit, sicuti dictum est : cui Agathon papa, quod antea nunquam factum est, manus imposuit. Cum Agathon (2) adhuc in rebus humanis esset, D altera Constantinopoli provincialis synodus coacta est : cui Agathon et Menas præfuit. In hac Severi Antiochiæ, et Petri Apameæ Syriæ episcoporum, nec non Zooræ, monachi Syri res in quæstionem deductæ sunt. Adversus quos Palæstinæ, urbis Constantinopolitanæ, et secundæ provinciæ Syriæ monasteria libellos obtulerunt (3). Sedenim posteaquam deprehensi sunt rebus illicitis involuti esse, et quod maximum est, Chalcedonensem synodum anathemate configere, præterea anabaptismos aliaque nefandæ obscœnitatis plena facinora

συνόδους κηρύττεσθαι· πρώτην, τὴν ἐν Νικαίᾳ τῶν τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτώ· δευτέραν, τὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει· τρίτην, τὴν ἐν Ἐφέσῳ τὸ πρότερον· καὶ τὴν ἐν Χαλκηδόνι τετάρτην. Γέγονε δὲ καὶ πέμπτη Ἰουστινιανοῦ βασιλέως θεσπίσματι, περὶ ἧς τῷ προσήκοντι καιρῷ διαλήψομαι.

ΚΕΦΑΛ. Θ'.

Περὶ τῶν γεγενημένων συνόδων κατὰ Ἀνθίμου, Πέτρου, Σευήρου καὶ Ζωόρα, καὶ ὡς ἡ ἁγία τετάρτη σύνοδος ἁπανταχοῦ ἐκυρώθη, καὶ περὶ τῶν Ῥώμης ἐπισκόπων, Ἀγαπητοῦ, Ἀγάθωνος καὶ Ἰωάννου, ὅπως ἐς Βυζάντιον ἧκον.

Εἰδέναι μέντοι χρεὼν, ὡς τὸν εἰρημένον Ἄνθιμον μετὰ τὸν Ἐπιφάνιον γεγονότα, καὶ τῷ μὲν φαινομένῳ τὴν ἁγίαν τετάρτην σύνοδον προσιέμενον, ταῖς δὲ ἀληθείαις βδελυσσόμενον καὶ ἀποκηρύσσοντα· ἐπεὶ ἀναδέξασθαι ταύτην ἠνάγκαστο, καὶ ἀναθέματι καθυποβάλλειν οὓς ἐκείνη ἀπώσατο, διατρίβων δὲ ἦν ἄλλας ἐπ' ἄλλαις αἰτίαις συμπλάττων· συνέβη δὲ Ἀγαπητὸν τὸν τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης ἱεράρχην, ἐπιδημῆσαι τῇ Κωνσταντίνου· ὃς Ἄνθιμον ἀναψηλαφήσας, πολλῶν ἐπιδεδομένων λιβέλλων, παρά τε τῶν τῆς πόλεως ἀρχιμανδριτῶν καὶ ἑτέρων, μηδὲ θέας ἐκεῖνον καταξιώσας, καθεῖλεν· οὗ τὴν ψῆφον καὶ τὰ ἐν Παλαιστίνῃ ἔστερξαν μοναστήρια, καὶ Πέτρος ὁ τῶν Ἱεροσολύμων, καὶ οἱ λοιποὶ τῶν Ἐκκλησιῶν ἡγεμόνες· ὃν δὴ τὸν Ἄνθιμον μετὰ τὴν Ἀγαπητοῦ ἀποβίωσιν, ἐν τῇ Κωνσταντίνου ἡ σύνοδος, ἀλλὰ μὲν καὶ Ἀγάθων ὁ μετ' ἐκεῖνον τῆς Ῥωμαίων ἡγησάμενος Ἐκκλησίας ἔτι ζῶν, μετανοίας βιβλίον ἐπιδοῦναι παρηγγυῶντο, ἢ μὴν τὰ κατ' ἐκείνου εἰρημένα ψευδῆ διελέγχειν, καὶ αὖθις ἐπὶ τὴν προτέραν ἐπισκοπὴν τῶν Τραπεζουντίων χωρεῖν. Ἐκείνου δὲ κρυπτομένου, ἡ σύνοδος καὶ δὶς καὶ τρὶς ἐπεκήρυττε φανῆναι τὸν Ἄνθιμον καὶ ἀπολογεῖσθαι· καὶ τὰ ἐν μέσῳ προκείμενα λύοντα, τὸν πρότερον τῆς ἐπισκοπῆς θρόνον λαμβάνειν Τραπεζουντίων. Ἐπεὶ δὲ δέει κρυπτόμενος ἀφανὴς ἦν, τὴν κατ' ἐκείνου ἀπόφασιν ἡ σύνοδος ἐξενεγκοῦσα, πάσης ἱερωσύνης ἀπήλασε. Μετὰ δὲ Ἄνθιμον Μηνᾶς τὸν θρόνον κατέσχεν, ὡς εἴρηται, Ἀγάθωνος τοῦ πάππα τὰς χεῖρας ἐπιθέντος αὐτῷ· ὃ μή ποτε γέγονεν. Ἔτι δὲ Ἀγάθωνος περιόντος, καὶ σύνοδος ἑτέρα ἐν Κωνσταντινουπόλει ἀθροίζεται τοπικὴ, ἡγουμένου Ἀγάθωνος καὶ Μηνᾶ· ἐν ᾗ δὴ τὰ κατὰ Σευῆρον τὸν Ἀντιοχείας καὶ Πέτρον τὸν Ἀπαμείας τῆς Συρίας, καὶ Ζωόραν μοναχὸν τὸν Σύρον ἀνεκινήθη· τῶν κατὰ Παλαιστίνην καὶ ἐν Κωνσταντινουπόλει μοναστηρίων καὶ τῆς δευτέρας Συριακῆς ἐπαρχίας τοὺς κατ' αὐτῶν λιβέλλους ἐπιδεδωκότων. Καὶ ἐπεὶ ἐφωράθησαν ἀθέσμοις ἐνειλημμένοι πράγμασι, καὶ τὸ μέγιστον τὴν ἐν Χαλκηδόνι ἀναθεματίζοντες σύνοδον, ἀναβαπτισμούς τε καὶ ἕτερα ἀρρητουργίας μεστὰ διαπεπραγμένοι, καὶ τὴν μίαν φύσιν μάλα πρεσβεύοντες, αὐτοί τε καὶ ὅσοι τοῦ ἴσου ἐκείνοις ἦσαν

(1) Apud imperatorem Justinianum Theodorici sive Theuderici legatus fuit.

(2) Hunc Latini Bonifacium nominare videntur.

(3) Constit. 42, Novell.

φρονήματος, ἐξώσθησάν τε καὶ ἀπεῤῥίφησαν· νόμου δοθέντος, μηδὲ τὰ Σευήρῳ γεγραμμένα ποσῶς ἐμφανίζεσθαι· ὅπου δ' ἂν εὑρίσκοιτο, πυρὶ δίδοσθαι· εἰ δ' οὖν, ἀλλ' ἐς κεφαλὴν τιμωρεῖσθαι τὸν παραφυλάττειν αἱρούμενον. Τοῦτο δὲ καὶ Ὁρμίσδας ὁ πρὸ Ἀγαπητοῦ καὶ Ἀγάθωνος σύνοδον ἐν Ῥώμῃ ποιήσας ἀπέφηνεν· οὗ καὶ ἐπιστολαὶ τοῖς πεπραγμένοις ἐμφέρονται. Πρὸς τούτοις ἡ σύνοδος καὶ τὰς ἁγίας τέσσαρας οἰκουμενικὰς συνόδους θεσπίζει ἁπανταχοῦ τῆς οἰκουμένης κηρύττεσθαι· τόν τε θεῖον Λέοντα, καὶ τὸν ἐκείνου τόμον, ἔτι δὲ καὶ Εὐφήμιον καὶ Μακεδόνιον τοὺς τῆς Κωνσταντίνου ἀρχιερεῖς καὶ Φλαβιανὸν τὸν τῆς Ἀντιόχου, ἐπανόδου τυχεῖν, καὶ τῆς τῶν ἱερῶν δέλτων εὐμοιρῆσαι ἀναγραφῆς, ὡς ὑπὲρ τῆς ἀληθείας ἀγωνισαμένους· πάντων τῶν κατ' ἐκείνων γενομένων ἀφανείᾳ παραδιδομένων· ἃ καὶ οἱ τῶν ἄλλων ἐπαρχιῶν ἔφοροι ἔστερξάν τε καὶ ἐβεβαίωσαν. Τὰ μὲν οὖν κατὰ τὴν βασιλέως πόλιν γενόμενα, κατά τε Ἀνθίμου, Σευήρου, Πέτρου καὶ Ζωόρα πρὸ τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης οἰκουμενικῆς πέμπτης συνόδου ὧδε ἐγένετο. Εὐφημίου δὲ πρότερον τὴν ἱερατείαν διέποντος, καὶ Ἰωάννης ὁ πάππας τῇ Κωνσταντίνου ἐπιδημεῖ, Θευδερίχου τοῦ τῆς Ῥώμης κατάρχοντος, πρέσβυν ἐς Ἰουστῖνον τὸν ἱερέα πέμψαντος. Τῆς γὰρ Ἀρειανῶν θρησκείας ἀντιποιούμενος, πρεσβείαν ὑπὲρ αὐτῶν ἐποίει, ὥστε μὴ βιάζεσθαι τῆς σφῶν δόξης ἀφίστασθαι· ἠπείλει γὰρ ἢν μὴ τοῦτο δρᾷν ἕλοιτο Ἰουστῖνος, ἐπίσης καὶ αὐτὸν τοῖς κατὰ τὴν Ἰταλίαν τὴν ἐν Νικαίᾳ θρησκεύουσι σύνοδον πράττειν. Προτραπεὶς δὲ Ἰωάννης ἐπ' ἴσῳ θρόνῳ, συνεδριάσαι τῷ τῆς Κωνσταντίνου προέδρῳ, οὐ πρότερον ἠνέσχετο τὸ πρεσβεῖον τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου παραλιπεῖν, ἕως οὗ τοῦ Εὐφημίου προὐκαθίσε· καὶ πᾶσι μὲν ὁ Ἰωάννης τῆς κοινωνίας μετέδωκε· μόνῳ δὲ τῷ τῆς Ἀλεξάνδρου Τιμοθέῳ οὐχ εἵλετο κοινωνεῖν. Ταῦτα μὲν οὖν ὧς.

A peragere, et naturam in Christo unam docere, et ipsi et quicunque cum eis in eadem erant sententia explosi sunt atque rejecti. Lata quoque lex, Severi scripta conservari non debere: atque sicubi reperirentur, ut igni comburerentur: sin minus, ut capitis supplicio in eum animadverteretur, qui scripta talia sibi servanda esse statuisset. Hoc idem Ormisdas quoque, qui ante Agapetum et Agathonem episcopatum gessit, celebrata Romæ synodo decrevit: cujus etiam epistolæ in acta relatæ circumferuntur. Ad hæc synodus sanxit, ut sancta quatuor œcumenica concilia, et divus Leo ejusdemque tomus per universum orbem prædicarentur: insuper ut Euphemius et Macedonius Constantinopolitani, et Flavianus Antiochenus,
B **746** episcopi, in integrum restituerentur, atque in sacrarum tabularum album referrentur: quippe qui egregie pro veritate decertassent, rebus omnibus, quæ adversus illos cœptæ actæque essent, abolendis. Quæ aliarum quoque provinciarum atque ecclesiarum præsides approbantes confirmarunt. Atque equidem quæ in urbe imperante adversus Anthimum, Severum, Petrum et Zooram, ante sanctam magnam universalem quintam synodum gesta sunt, sic habent. Porro cum episcopatum Epiphanius superioribus temporibus gereret, Joannes quoque Papa Constantinopolim venit, cum Theuderichus (1) Roma urbe potitus, legatum ad Justinum misisset. Arianam namque is religionem defendens, legationem pro Arianis misit, ut ne
C desciscere ab opinione sua cogerentur: et legationi minas addidit: quod si Justinus id facere nollet, se itidem per Italiam in Nicænæ synodi cultores sæviturum esse. Ibi Joannes (2) ad parem invitatus sessionem, ut scilicet Constantinopolitano antistiti assideret, non prius apostolicæ sedis prærogativam deserere sustinuit, quam supra Euphemium in throno collocaretur. Idem Joannes alios omnes, præterquam Timotheum (3) Alexandrinum, ad communionem admisit. Hæc sic habuere.

ΚΕΦΑΛ. Ι'.

Περὶ τῶν συγγραμμάτων Προκοπίου τοῦ Καισαρέως, ὅσα περὶ τῆς Περσικῆς ἱστορεῖ μάχης· καὶ περὶ τῆς Νίκα λεγομένης τῷ δήμῳ τῆς Κωνσταντινουπόλεως στάσεως.

Οὐκ ἄχαιρον δ' ἂν εἴη καὶ ἃ ἕτερα λόγου ἄξια Ἰουστινιανῷ βασιλεῖ διεπράχθη, καὶ οὐκ ἄμοιρα πάντη ἐκκλησιαστικῆς ἐνεργείας, τῇ παρούσῃ ἱστορίᾳ διαλαβεῖν, καὶ ὡς ἓν ὂν συνυφᾶναι. Ἃ δὴ Προκοπίῳ τῷ Καισαρεῖ κομψῶς μάλα καὶ λογίως ἐγράφη ἐν ταῖς κατ' αὐτὸν ἱστορικαῖς συγγραφαῖς. Τέσσαρα δ' αὐτῷ βιβλία ἀρχαιότητι φράσεως ἐχόμενα συνετέθη· ὧν τὸ μὲν ὠνόμασε Περσικά· ἐν τμήμασι δὲ τέσσαρσι διαιρεῖται τὸ σύγγραμμα· τὸ δὲ Γοτθικά· ἐπίσης καὶ αὐτὸ διαιρούμενον. Ταῦτα δὲ ἅπερ αὐτὸς Ἰουστινιανὸς πολέμια ἔργα ἁπανταχοῦ τῆς Ῥω-

CAPUT X.

De historiis Procopii Cæsariensis. Quæ de Persica pugna is scribat. De seditione et tumultu populari Constantinopoli moto: quæ seditio Nika, hoc est, Vince, *dicta est.*

Non intempestivum vero fuerit, reliquas etiam
D Justiniani imperatoris res gestas memoratu dignas, neque prorsus ab ecclesiasticis rebus abhorrentes, in historia ista recensere, et quoad ejus fieri potest contexere: quæ a Procopio Cæsariensi eleganter admodum et docte in temporum suorum historia sunt conscripta. Quatuor autem volumina is ad antiquitatis stylum accedentia composuit:
747 quorum unum Persica nominavit, in quatuor partes divisum opus; secundum pari divisione, Gotthica: quæ scripta bella ab ipso Justiniano et

(1) Alii hunc etiam *Theodotum* dicunt.

(2) Joannis papæ collegæ in legatione ista fuere Agapitus et Patricius coss. Theodorus et Importunus. Sed a Justino episcoporum hæreticorum restitutio denegata est. (Blond.) — Joannem cæterosque legatos Theudericus Ravennæ post reditum in carcere fame occidit. (Idem.) — Deinde 98 die Theudericus profluvio ventris diem suum obiit. (Idem.)

(3) Forte legendum *Theodosium*.

Belisario in orbe Romano feliciter gesta complectuntur. Tertium ædificia inscripsit, magnifice admodum commemorans, quæ opera Justinianus construxerit; templa scilicet, regias domos, oppida et urbes, pontes, atque alia ad publicum usum spectantia. Quartum opus, retractatio est earum orationum, quas apud Justinianum laudibus eum vehens habuit, quasi quædam palinodia seu recantatio minus recte ab eo dictorum. Belisarii res describens, cujus comes in expeditione bellica illi subserviens fuit, primum commemorat, quomodo Cabades Persarum rex, Chosroæ filiorum suorum natu minimo regnum relinquere volens, in adoptionem eum Romanorum imperatori dare statuerit, quo juveni certius firmiusque regnum esset. Quod ubi illi non successit, Proclo impediente, qui apud Justinianum quæstoris dignitatem gerebat, inimicitias graviores contra Romanos suscepit. Et bellum Procopius inter Romanos, Belisario duce et Persas gestum, elegantia mira optime exsequitur. Primum, ut Belissarius una cum Hermogene exercitus ductore, Persas ad Daras et Nisibim vicerit scribit. Ei victoriæ eorumdum tropæa in Armenia erecta attexit. Item Alamundari Scenitarum (1) barbarorum ducis, bello adversus Romanos ab eo moto, res gestas. Qui Timostratum Rufini fratrem una cum plurimis aliis comitibus ejus captum, postea ingenti pecunia redemptum, reddidit. Perquam miserabiliter autem memorat ipsius Alamundari et Azarethi adversus Romanorum imperium expeditiones: quemadmodum copiis eorum militaribus, per vim in regionem suam redire contendentibus, in Euphratis ripa Belissarius occurrerit, atque cum eis prælium commiserit. Et quomodo Belisarii milites, quod consilio ejus parere noluerint, Paschalium feriarum diebus instantibus, sint concisi. Quomodo denique Rufinus et Hermogenes perpetuam, quæ dicitur, pacem cum Persis fecerint. **748** Deinde seditionem popularem Byzantii ortam subjungit, quæ cognomen sortita est Νίκα, *Vince:* quod tesseram eam in ipso conflictu perduelles habuerint, ut eo signo se earumdem partium sectatores cognoscerent. Quo tempore Hypatius et Pompeius, Anastasium genere contingentes, populo cogente, tyrannidem affectarunt. Sed ii postea plebe, Narsæ et Belisarii ductu, victa, Justiniani jussione capita amiserunt. In eo tumultu Procopius triginta millia hominum ex plebe concidisse dicit. Per quos, addit, odio Justiniani incensum esse vetus Sapientiæ Dei templum, quod longiusculum fuit. Id Constantius olim funditus a Constantino constructum, et a se absolutum, Deo sacraverat. Quapropter illis tantam impietatem patrare ausis, permissione, ut opinor, Dei, quale id deinceps futurum esset scientis, Ju-

A μαίων κατώρθωσε γῆς καὶ Βελισάριος, ἀναγράφουσι· τὸ δὲ κτίσματα προσεπέγραψεν· ὅσα δῆτα Ἰουστινιανὸς ᾠκοδόμησε, μάλα γενναίως ἐκφράζων· νεώς τε καὶ βασιλείους οἴκους, ἄστεά τε καὶ πόλεις, γεφύρας τε καὶ ἄλλα ἐς κοινὴν χρῆσιν ἐξευρημένα. Τὸ δὲ τέταρτον ἀντίῤῥησίς ἐστιν, ὧν πρὸς Ἰουστινιανὸν εἴρηκε δι' ἐπαίνου ποιῶν, καὶ ὡς ἄν τις παλινῳδία τῶν αὐτῷ μὴ καλῶς εἰρημένων. Γράφει τοίνυν τὰ κατὰ Βελισσάριον, ᾧ καὶ παρείπετο κἀν τοῖς πολέμοις διακονούμενος· καὶ πρῶτα μὲν διηγεῖται, ὡς Καβάδῃ τῷ Περσῶν βασιλεῖ Χοσρόῃ τῷ τῶν ἄλλων αὐτοῦ υἱέων νεωτέρῳ ὄντι περιθεῖναι τὴν ἀρχὴν βουληθεὶς, ἐς θετὸν υἱὸν τῷ Ῥωμαίων βασιλεῖ ἐκεῖνον γενέσθαι διενοεῖτο, ὡς ἐν τῷ ἀσφαλεῖ αὐτῷ ἡ ἀρχὴ διαγένοιτο. Ὡς δὲ τοῦ σκοποῦ διημάρτανε,
B Πρόκλου κωλύοντος, ὃς διὰ τιμῆς ὢν Ἰουστινιανῷ Κοιαίστωρος ἐτιμᾶτο ἀξίᾳ, ἐς μεῖζον τὴν ἔχθραν κατὰ Ῥωμαίων ἠρέθιζε· καὶ τὸν μεταξὺ Ῥωμαίων τε καὶ Περσῶν πόλεμον ὑπὸ Βελισσαρίῳ στρατηγῷ ἄριστα καὶ κεκομψευμένως διέξεισι· καὶ πρῶτον νικῆσαί φησι Πέρσας, περί τε τὸ Δάρας ἄστυ τε καὶ τὴν Νίσιβιν, σὺν Ἑρμογένει διακοσμοῦντι τὸ στράτευμα. Οἷς συνυφαίνει καὶ τὰ ἐπ' Ἀρμενίᾳ τούτοις γενόμενα τρόπαια· ὅσα τε Ἀλαμούνδαρος τῶν Σκηνητῶν βαρβάρων ἡγούμενος, Ῥωμαίοις ἐπελθὼν ἔπραττε· Τιμόστρατον ζωγρήσας τὸν ἀδελφὸν Ῥουφίνου, σὺν ἑτέροις πλείστοις τῶν ἑπομένων· καὶ ἐς ὕστερον χρήμασι μεγάλοις ἀπέδοτο. Λίαν δὲ περιπαθῶς ἀναγράφει τοῦ αὐτοῦ Ἀλαμουνδάρου καὶ
C Ἀζαρέθου τὴν κατὰ τῆς Ῥωμαίων γῆς ἔφοδον· ὅπως πρὸς βίαν τῶν ὑπ' ἐκεῖνον στρατιωτῶν εἰς τὴν οἰκείαν ἐπανερχομένων, ἐπὶ ταῖς τοῦ Εὐφράτου προσβαλὼν ὄχθαις ὁ Βελισσάριος συνεῤῥάγη· καὶ μὴ προσμείναντες τῇ Βελισσαρίου βουλῇ οἱ περὶ αὐτὸν διεφθάρησαν, ἡμερῶν τοῦ Πάσχα ἐνισταμένων. Καὶ ὡς Ῥουφῖνος καὶ Ἑρμογένης τὴν καλουμένην ἀπέραντον πρὸς Πέρσας εἰρήνην ἔπραττον· καὶ μετὰ τοῦτο, τὴν ἐν Βυζαντίῳ γενομένην στάσιν τῶν δήμων ἣ ἐπίκλησιν ἔσχε τὸ *Νίκα*· σύνθημα δεδωκότων τῶν πολεμίων τοῦτο τῇ συμπλοκῇ, ὥστ' ἐντεῦθεν τὸν σύμμαχον τὴν ἐς ἀλλήλους γνῶσιν πορίζεσθαι· ὁπηνίκα Ὑπάτιος καὶ Πομπήϊος πρὸς γένος βασιλεῖ Ἀναστασίῳ προσήκοντες, βιασαμένων τῶν δήμων, εἰς τυραννίδα ἤρθησαν· οἳ τῶν δήμων
D ὕστερον ἡσσηθέντων Ναρσοῦ καὶ Βελισσαρίου ταῖς στρατηγίαις, καὶ οὗτοι τὰς κεφαλὰς ἀπέθεντο κελεύοντος Ἰουστινιανοῦ. Λέγει δ' οὖν ὁ Προκόπιος τῷ τηνικαῦτα πόνῳ, τριάκοντα χιλιάδας τοῦ δήμου πεσεῖν. Τούτους φησὶ μίσει τῷ πρὸς Ἰουστινιανὸν ἐμπρῆσαι καὶ τὸ πρὶν τέμενος τῆς τοῦ Θεοῦ Σοφίας ἐπίμηκες ὂν· ὃ Κωνστάντιος πάλαι ἐκ βάθρων ἐγείρας, ἀνετίθει Θεῷ· διὸ τοῦ Θεοῦ παραχωροῦντος ἐκείνοις διαπράξασθαι τὸ ἀσέβημα, ἅτε οἶμαι εἰδότος οἷον ἔσεσθαι ἔμελλεν, Ἰουστινιανὸς μετὰ τὴν νίκην τὸ μὲν εἰς ἄμυναν ἐκείνοις, τὸ δὲ δι' ἐκείνους

(1) Ultra Pelusiacum Arabia est, ad Rubrum mare pertinens, et odoriferam illam ac divitem, et Beatæ cognomine inclytam. Hæc Catabanum et Esbonitarum et Scenitarum Arabum vocatur, sterilis, præterquam ubi Syriæ confinia attingit, nec nisi Casio monte nobilis. (Plin. lib. v, cap. 11.)

ἀθρόον πεσόντας θεὸν ἱλεούμενος, ἐς ὃ νῦν ὁρᾶται προήγαγεν ἐξ αὐτῶν ἐγείρας κρηπίδων.

A stinianus post victoriam, partim ut illos ulcisceretur, partim ut de eorum coacervata cæde Deum placaret, templum id ab ipsis fundamentis excitatum, ad eam quæ nunc cernitur amplitudinem perduxit.

ΚΕΦΑΛ. ΙΑ'.

Τὰ κατὰ Βανδίλους· καὶ περὶ Ὀνωρίχου καὶ τῶν τότε μαρτυρησάντων· καὶ Καβαώνου τοῦ Μαυρουσίου ὅσα ὑπὲρ ἡμῶν ἔπραξεν.

Ὁ δ' αὐτὸς Προκόπιος καὶ τὰ κατὰ Βανδίλους γενόμενα Βελισαρίῳ εὐφυῶς λίαν διέρχεται, ἄξια μνήμῃ σώζεσθαι. Ἐπὶ γὰρ Ἀρκαδίου καὶ Ὀνωρίου, ὡς εἴρηται, Οὐάνδιλοι μετὰ τοῦ σφῶν ῥηγὸς Γογγιδίσκλου τὴν Σπανῶν χώραν καταλαβόντες, ἐκεῖθεν δ' ἐς Λιβύην τὴν πρὸς Ἑσπέραν ἐλθόντες, ἐν κατασχέσει ταύτης ἐγένοντο. Γογγιδίσκλου δὲ τέλει B χρησαμένου τοῦ βίου, Γόνθαρις καὶ Γιζέριχος οἱ παῖδες τὴν ἀρχὴν διεδέχοντο. Θατέρου δὲ τοῦ Γόνθαρι τελευτήσαντος, εἰς μόνον Γιζέριχον ἡ πᾶσα τῶν Οὐανδίλων μετέβαινε βασιλεία· ὃς τὴν Καρταγέναν τῶν Ἀφρῶν προκαθημένην πόλιν βασίλειον ποιησάμενος, ἔπειτα καὶ Ῥώμην εἷλεν ἔτη ἐννέα πρὸς τριάκοντα ἡγησάμενος. Καταλιμπάνει δὲ παῖδα Ὀνώριχον, ὃς τῆς Ἀρείου θρησκείας ἀντιποιούμενος, ἀπανθρώπως τοὺς ἐν Λιβύῃ Χριστιανοὺς ἐκολάσατο, οἳ τῆς ἐν Νικαίᾳ γεννικῶς ὑπερίσταντο, βιαζόμενος τὰ Ἀρείου πρεσβεύειν· οἷς μὴ ἐθέλουσι πείθεσθαι, μυρίας ἐπῆγε κολάσεις, πυρὶ καὶ ὕδατι καὶ ἄλλαις πικροτάταις ἰδέαις θανάτων τοῦ ζῆν ἀπαλλάττων. Ἦσαν δὲ ὧν καὶ τὰς γλώσσας περιεῖλε μαχαίρᾳ, οὓς φησι καὶ Προκόπιος ἀνὰ τὴν C βασιλέως πόλιν ἥκοντας κατιδεῖν, καὶ διομιλούμενος ἐντυχεῖν ἐκείνοις, ἴσα τοῖς μηδὲν πεπονθόσι διαφθεγγομένοις. Ὧν αἱ μὲν γλῶσσαι κεκαρμέναι καὶ κάτωθεν τοῦ φάρυγγος ἦσαν· ἥ γε μὴν φωνὴ οὕτως εὐσήμως προΐετο ἔναρθρος, ὡς θαῦμα καινὸν τοῖς τε ὁρῶσι καὶ ἀκούουσιν εἶναι. Ὧν δὴ καὶ Ἰουστῖνος ἔν τινι τῶν διατάξεων μνείαν ποιεῖται· τούτων, φησὶν ὁ Προκόπιος, καὶ δύο πολλῷ ἔπειτα ὕστερον ὀλίσθῳ περιπεσόντες, καὶ γυναιξὶν ὁμιλήσαντες, τὸ λέγειν πάμπαν ἀφῄρηνται· τῆς μαρτυρικῆς χάριτος μηκέτι περιμένειν, ἀλλ' ἀφίστασθαι θελησάσης τῇ ἐκτροπῇ. Διηγεῖται δέ τι καὶ ἕτερον ὀξιάγαστον ὁ Θεὸς κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ἔπραττεν, ἐν ἀνδράσιν οὐδαμῶς μὲν τὰ ἡμέτερα θρησκεύειν εἰδόσιν, ὅσιά γε μὴν δρᾷν κατ' ἐκεῖνο ᾑρημένοις καιροῦ. Ἱστορεῖ γάρ τινα Καβαώνην ἡγούμενον Μαυρουσίων τῶν ἀμφὶ Τρίπολιν· οὗτος τοιγαροῦν Καβαώνης (τοῖς ἐκείνου δὲ χρήσομαι ῥήμασιν ἀστείως μάλα διηγουμένου), ἐπειδὴ ἐς αὐτὸν στρατεύεσθαι Βανδίλους ἐπύθετο, τοιάδε ἐποίει. Πρῶτα μὲν τοῖς ὑπηκόοις ἐπήγγελλεν, ἀδικίας τε πάσης καὶ βρώσεως εἰς τρυφὴν ἀγούσης, καὶ πάντων μάλιστα γυναικῶν ξυνουσίας ἀπέχεσθαι· χαρακώματά τε δύο πηξάμενος, ἐν θατέρῳ μὲν αὐτὸς σὺν πᾶσιν ἐστρατοπεδεύσατο τοῖς ἀνδράσιν· ἐν μὲν δὴ τῷ ἑτέρῳ τὰς γυναῖκας καθεῖρξε· θάνατον δὲ τὴν ζημίαν ἠπείλησεν ἐπ-

CAPUT XI.

Res Vandalorum. De Honoricho et ejus temporis martyribus. De Cabaone Mauro, et quid pro Christianis egerit.

Idem Procopius res Belisarii Vandalicas cognitu dignas mirifice admodum exsequitur. Arcadio namque et Honorio imperantibus, sicuti supra dictum est, Vandali et Alani cum rege suo Gongidisclo Hispania occupata, inde in Libyam occidentalem transierunt, eamdemque possederunt. Gongidisclus ubi fatis concessit, Gontharis et Genzerichus filii ejus in regno successerunt. Altero porro ex his, Gonthari scilicet, mortuo, ad unum Genserichum summa rerum Vandalicarum pervenit. Hic Carthagine principe Aphrorum urbe, sedem regiam constituit. Ac deinceps Romam quoque cepit; et mortuus est, cum regnum undequadraginta annis obtinuisset.
749 Reliquit autem is filium Honorichum (1), qui Arianam religionem propugnans, Christianos Nicæna decreta fortiter defendentes, in Libya crudeliter tractavit, Ariique opinionem profiteri coegit. Qui vero mandatis ejus parere nollent, eos innumeris affecit suppliciis, igni et aqua et aliis acerbissimis tormentorum generibus e vita tollens. Erant vero, quibus etiam linguas ferro rescidit, quos se Procopius, cum Constantinopolim venissent, vidisse ait, atque per colloquium convenisse, haud aliter, quam qui nihil tale passi essent, verba facientes. Horum linguæ ex ipso usque gutture excisæ erant: vocem autem tam claram et articulatam edebant, ut miraculum novum spectantibus atque audientibus exhiberent. Meminit quoque eorum in quadam constitutione Justinus (2). Ex his, Procopius inquit, aliquanto post duo quod lubricitate lapsi essent, et rem cum feminis habuissent, vocem prorsus amiserunt, martyrii gratia amplius apud eos manere nolente, sed propter illorum degenerationem ab eis desciscente. Recenset præterea aliud quoque admiratione dignum, quod Deus eo ipso tempore fecit, in hominibus, non illis quidem sacris nostris initiatis, sed qui tamen tum quæ sancta essent facere delegissent. Scribit namque de Cabaone quodam Maurusiorum, eorum qui circa Tripolim sunt, duce. Cabaones igitur iste (illius enim qui hæc perquam luculenter commemorat, verbis utar) postquam Vandalos bellum adversum se movere audivit, hæc fecit. Primum civibus subditisque suis præcepit, ut ab iniquitate omni et cibo qui ad delicias faceret, abessent, omniumque maxime se a congressu mulierum abstinerent: et binis castris positis, in alteris quidem ipse cum viris in armis fuit, in alteris autem mulieres inclu-

(1) Honorichus persecutor Catholicorum plus quam 334 episcopos orthodoxos solum exsilii causa vertere coegit. (Diac.)

(2) L. dict., ut sup.

sit, mortis supplicium minatus, si quis feminarum A vallum ingressus esset. Sub hæc exploratoribus Carthaginem missis mandavit, ubi Vandali in expeditione militari in templum Christianorum aliquod per injuriam contumeliose quidquam facerent, ut ipsi quidem, ea quæ fierent, spectarent: postquam autem Vandali ex eo loco decessissent, diversa et contraria omnia in delubrum id, **750** unde illi abiissent, facerent. Illud etiam eum dixisse ferunt, se quidem Deum quem Christiani colerent, ignorare; consentaneum vero et par esse, siquidem, quod diceretur, fortis potensque esset, ut cum contemptores numinis sui ulcisceretur, tum cultores tueretur. Itaque speculatores, postquam Carthaginem venerunt, per otium ibi quievere, Vandalorum apparatum belli spectantes. Ubi vero exercitus B eorum Tripolim versus iret, viliori habitu sumpto, subsecuti sunt. Porro Vandali die primo in Christianorum templis manserunt, et inductis in ea equis et jumentis aliis, nihil de injuria contumeliaque aliqua reliqui quidquam fecere. Et lascivia libidineque sua usi, sacerdotibus quos arripuissent, colaphos impegerunt, et plagis multis in tergo affecerunt, subservireque eos sibi coegerunt. Postquam vero celerrime inde discesserunt, Cabaonis exploratores, quæ ipsis mandata erant, fecere. Templa namque confestim repurgarunt, et purgamentis aliisque rebus, quæ ibi minus sancte positæ erant, cum cura et diligentia ejectis, rite omnia disposuere, lucernas omnes incendere, sacerdotes veneratione ingenti coluere, et humanitate alia omni C prosecuti sunt. Argentum quoque mendicis, qui circum sacras ædes considebant, dederunt. Hoc pacto illi Vandalorum copias sunt secu i. Et ab eo tempore in profectione et itinere toto Vandali ad hunc ipsum modum peccarunt. Speculatores vero peccatum eorum correxerunt. Sedenim cum Vandali jam non longe ab eo quem petebant loco abessent, prævertentes eos exploratores, Cabaoni omnia ea quæ et Vandali et ipsi in Christianorum templis fecissent, retulerunt, atque hostes jam prope adesse renuntiarunt. Quibus ille rebus cognitis, pugna cum illis est congressus. In eo certamine multi Vandali, sicut ipse inquit, interfecti sunt, multi ab hostibus capti, pauci sane ex eo exercitu D domum reversi sunt. Hæc Trasamundo (1) Vandalo a Maurusiis acciderunt: qui non multo post vitam finiit, cum viginti et septem annis Vandalorum genti præfuisset: ante hunc autem Gundamus (2) Honorichi filius, Genzerichi autem nepos, duodecim, Honorichus vero octo annos regnum administravit. **751** Trasamundus (3) iste eximia forma, animique magni vir, ad Theuderichum Gotthorum regem

σθαι, εἴ τις ἐπὶ τὸ τῶν γυναικῶν χαράκωμα ἴοι. Μετὰ δὲ πέμψας εἰς Καρχηδόνα κατασκόπους ἐπέταττε τάδε. Ἐπειδὰν οἱ Βανδῖλοι ἐπὶ τὴν στρατείαν βαδίζοντες ἔς τινα νεὼν ὑβρίσωσιν ὃν οἱ Χριστιανοὶ σέβονται, αὐτοὺς μὲν ἐφορᾷν τὰ γινόμενα· ἐὰν δὲ οἱ Βανδῖλοι τὸ χωρίον ἀμείψωσι, πάντα ποιεῖν τἀναντία εἰς τὸ ἱερὸν, ἐξ οὗ δ' ἂν ἐκεῖνοι βαδίσαντες οἴχωνται. Ἐπειπεῖν δὲ αὐτὸν καὶ τοῦτό φασιν, ὡς ἀγνοοῖ μὲν τὸν Θεὸν ὃν οἱ Χριστιανοὶ σέβονται· εἰκὸς δὲ αὐτόν φησιν, εἴ περ ἰσχυρός ἐστιν, ὡς λέγεται, τίσασθαι μὲν τοὺς ὑβρίζοντας, ἀμῦναι δὲ τοῖς θεραπεύουσιν. Οἱ μὲν οὖν κατάσκοποι ἐς Καρχηδόνα ἐλθόντες ἐσχόλαζον, τὴν παρασκευὴν τῶν Βανδίλων θεώμενοι. Ἐπειδὴ δὲ τὸ στράτευμα τὴν Τρίπολιν ᾔεσαν, σχήματα περιβεβλημένοι ταπεινὰ εἵποντο. Οἱ δὲ Βανδῖλοι ὡς ἡμέρᾳ τῇ πρώτῃ ηὐλίσαντο ἐς τοὺς νεὼς τῶν Χριστιανῶν, τούς τε ἵππους τά τε ἄλλα ζῶα ἐσαγαγόντες, ὕβρεώς τε οὐδεμιᾶς ἀπελείποντο, καὶ αὐτοὶ ἀκολασίᾳ τῇ σφετέρᾳ ἐχρήσαντο. Τούς τε ἱερεῖς οὓς λάβοιεν, ἐῤῥάπιζόν τε, καὶ ξαίνοντες κατὰ τοῦ νώτου πολλὰς, ὑπηρετεῖν σφίσιν ἠνάγκαζον. Ἐπειδὴ δὲ τάχιστα ἐνθένδε ἀπηλλάγησαν, ἐποίουν οἱ τοῦ Καβαώνου κατάσκοποι, ὅσα αὐτοῖς ἐπετέτακτο. Τά τε γὰρ ἱερὰ καθῄρουν αὐτίκα· τήν τε κόπρον καὶ εἴ τι ἄλλο οὐχ ὁσίως ἐπέκειτο σὺν ἐπιμελείᾳ ἀφελόμενοι, καλῶς διετίθεντο· τά τε λύχνα ἔκαιον ἅπαντα, καὶ τοὺς ἱερέας αἰδοῖ τῇ πολλῇ προσεκύνησαν, καὶ τῇ ἄλλῃ φιλοφροσύνῃ ἠσπάσαντο· ἀργύριά τε τοῖς πτωχοῖς δόντες, οἳ ἀμφὶ τὰ ἱερὰ ταῦτα ἐκάθηντο. Οὕτω δὲ τῇ Βανδήλων στρατιᾷ εἵποντο· καὶ ἀπὸ τούτου κατὰ τὴν ὁδὸν σύμπασαν οἱ Βανδῖλοι κατὰ ταῦτα ἡμάρτανον, καὶ οἱ κατάσκοποι ἐθεράπευον. Ἐπειδὴ δὲ ἀγχοῦ ἔσεσθαι ἔμελλον, προτερήσαντες οἱ κατάσκοποι, ἀγγέλλουσι τῷ Καβαώνῃ ὅσα Βανδίλοις τε καὶ σφίσιν ἐς τὰ Χριστιανῶν ἱερὰ εἴργαστο, καὶ ἐγγύς που οἱ πολέμιοι εἶεν· ὁ δὲ ἀκούσας, ἐς τὴν ξυμβολὴν καθίστατο. Οἱ μὲν οὖν πολλοὶ, ὥς φησι, Βανδίλων διεφθάρησαν· εἰσὶ δὲ οἳ καὶ ὑπὸ τοῖς πολεμίοις ἐγένοντο· ὀλίγοι τε κομιδῇ ἐκ τοῦ στρατοῦ τούτου ἐπ' οἴκου ἀπεκομίσθησαν. Ταῦτα μὲν Τρασαμούνδῳ παθεῖν τῷ Βανδίλῳ ὑπὸ Μαυρουσίων ἐγένετο· οὐ πολλῷ δὲ ὕστερον ἐτελεύτα τὸν βίον, ἑπτὰ καὶ εἴκοσιν ἐνιαυτοὺς τοῦ Βανδίλων ἔθνους ἡγεμονεύσας. Πρὸ δὲ τούτου, Γούνδαμος Ὀνωρίχου παῖς, ἔκγονος δὲ Γιζερίχου· ὧν ὁ μὲν δώδεκα ἔτη, ὀκτὼ δὲ Ὀνώριχος ἦρξε· Τρασαμοῦνδος δὲ ἀνὴρ εἴδους εὖ ἔχων καὶ μεγαλόψυχος, πρὸς Θευδέριχον ἔπεμπε βασιλέα τῶν Γότθων, Ἀμαλασούνθαν ἀδελφὴν αὐτοῦ πρὸς γάμον λαβεῖν. Ὁ δὲ δίδωσι καὶ χιλίους Γότθων ὑπασπιστὰς, καὶ ἑτέρας πέντε χιλιάδας δορυφόρων τάξιν πληροῦντας. Τούτου δὲ τελευτήσαντος, Ἰλδέριχος ὁ Ὀνωρίχου τοῦ Γιζερίχου παιδὸς, ἐβασίλευσεν, ἀνὴρ πρᾶος καὶ

(1) Trasamundus Vandalus orthodoxorum hostis acerrimus, in Africa 220 episcopos in Sardiniam relegavit, quibus Symmachus Rom. antistes eleemosynam quotidianam submisit (Diacon.)

(2) Gandamum alii *Gandabyndum* vocant, crudelem Catholicorum persecutorem.

(3) Trasamundus decessurus Hildericlum, quem alii Childerichum appellant, sacramento jurisjurandi obstrinxit, ne Catholicis unquam faveret: nam propensum eum ad illos complectendos esse animadverterat. At ipse regno potitus, episcopos orthodoxos ab exsilio revocavit, eisque ecclesias reformandas demandavit. Quæ res ei apud Vandalos Arianos fraudi fuit. (Diac.)

Χριστιανοῖς ἥκιστα χαλεπὸς, οὐδαμῶς δὲ καὶ πρὸς A μάχας ῥαδίως ἐρεθιζόμενος. Προσήκων δέ τις ἐκείνῳ γένει Γελίμερ ὄνομα ἐπιθέμενος τυραννίσι, Ἰλδέριχον τῆς ἀρχῆς ἐξιστᾷ, ἔτη ἑπτὰ βασιλεύσαντα. Δεινὸς δ' ἐπιθέσθαι πράγμασιν ὢν, τὸ τῶν Γότθων γένος διέφθειρεν.

legationem, Amalasuntham sororem ejus in matrimonium sibi petens, misit. Ille vero mille quoque dedit armatos, atque insuper quinque alia virorum millia, quæ satellitum ordinem implerent. Hoc autem defuncto, Hilderichus Honorichi ex Genzericho prognati filius regnavit, vir mitis, et Christianis minime gravis, et qui haudquaquam facile ad bellum movendum excitaretur. Gelimer autem quidam genere ei propinquus, tyrannidi incumbens, Hilderichum, postquam septem annis regnasset, regno exuit. Is quod ad res gerendas industrius esset, Gotthorum gentem attrivit.

ΚΕΦΑΛ. ΙΒ'.

Ὡς Βελισσάριος Βανδίλους νικήσας, θρίαμβον μέγιστον ἐν τῇ Κωνσταντίνου κατῆγε· καὶ περὶ τοῦ ἁγίου μάρτυρος Κυπριανοῦ· καὶ περὶ τοῦ Μαυρουσίων γένους ὅθεν ἦν. B

Καὶ τοίνυν Ἰουστινιανὸς, φειδοῖ τῶν ἐκεῖσε κακῶς πασχόντων Χριστιανῶν, στρατιὰν ἤγειρεν· ὑποθήκαις δ' Ἰωάννου, ὃς ὕπαρχος καθίστατο τῆς αὐλῆς, ἀπετρέπετο τοῦ βουλεύματος. Ὄναρ δ' ἐπιστὰν αὐτῷ, διεκελεύετο μὴ πρὸς τὴν ἐγχείρησιν ἀποκνεῖν· τὸ γὰρ Χριστιανοῖς ἀμύνειν ὑπὸ χεῖρα τὰ Βανδίλων ποιήσειν ἔλεγε. Φρονήματος δ' ἐντεῦθεν ὑποπλησθεὶς, ἀμφὶ θερινὰς τροπὰς, Βελισσάριον ἔπεμπε, τὸν κατὰ Καρχηδόνος πόλεμον αὐτῷ ἐγχειρίσας. Ἐς ἀκτὴν δὲ τῆς στρατηγίδος προσσχούσης νεὼς, ἣ πρὸ τῶν βασιλείων ἐστὶ, τοῦ τῆς πόλεως ἱερέως Ἐπιφανίου τὴν ἀνήκουσαν προσειπόντος εὐχὴν, καί τινας τῶν στρατιωτῶν ἄρτι βαπτίσαντος, καὶ τῇ στρατηγίδι ἐπιβιβάσαντος. Ἠγγέλλετο δὲ τῷ βασιλεῖ καὶ τὰ κατὰ τὸν μάρτυρα Κυπριανὸν, οὐ λό- C γου μόνον, ἀλλὰ καὶ μνήμης ἄξια· περὶ ὧν καὶ τάδε πρὸς λέξιν λέγει Προκόπιος· Κυπριανὸν ἅγιον ἄνδρα μάλιστα πάντων Καρχηδόνιοι σέβονται· καὶ αὐτῷ νεών τινα λόγου πολλοῦ ἄξιον ἱδρυσάμενοι πρὸ τῆς πόλεως περὶ τὴν τῆς θαλάσσης ἠϊόνα τά τε ἄλλα ἐξοσιοῦνται, καὶ ἄγουσιν ἐνιαύσιον ἑορτὴν, ἣν δὴ Κυπριανὰ καλοῦσι· καὶ ἀπ' αὐτοῦ τὸν χειμῶνα οἱ ναῦται, οὗ ἐγὼ ἀρτίως ἐμνήσθην, ὁμωνύμως τῇ πανηγύρει προσαγορεύειν εἰώθασιν· ἐπεὶ ἐς τὸν καιρὸν ἐπισκήπτειν φιλεῖ, ἐφ' οὗ ταύτην οἱ Λίβυες ἄγειν ἐσαεὶ τὴν ἑορτὴν νενομίκασι. Τοῦτον οἱ Βανδίλοι τὸν νεὼν, Ὀνωρίχου βασιλεύοντος, τοὺς Χριστιανοὺς βιασάμενοι ἀφείλοντο· ἔνθεν δὲ σὺν πολλῇ ἀτιμίᾳ τοὺς ἱερέας ἐξελάσαντες, καὶ τὸ λοιπὸν, ἅτε D προσήκοντα Ἀρειανοῖς ἐπηνώρθουν. Ἀσχάλλουσι δὲ διὰ ταῦτα καὶ διαπονουμένοις τοῖς Λίβυσι, πολλάκις φασὶ τὸν Κυπριανὸν ὄναρ ἐπισκήψαντα φάναι, ἀμφ' αὐτῶν μεριμνᾷν τοὺς Χριστιανοὺς ἥκιστα εἶναι· αὐτὸν γὰρ προϊόντος τοῦ χρόνου, τιμωρὸν ἔσεσθαι, καὶ καταντῆσαι τὴν πρόῤῥησιν ἐς τοὺς Βελισσαρίου χρόνους, Καρχηδόνος ὑπὸ Βελισσαρίῳ στρατηγῷ Ῥωμαίων κατηκόου γενομένης μετὰ πέμπτον καὶ ἐνενηκοστὸν ἔτος τῆς ἀφαιρέσεως· Βανδίλων μὲν παντάπασιν ἐκπολεμηθέντων, καὶ τῆς Ἀρειανῶν δόξης τελέως ἐκ τῆς Λιβύων γῆς ἀπεληλαμένης· Χριστιανῶν δὲ τοὺς οἰκείους νεὼς ἀπειληφότων κατὰ τὴν Κυπριανοῦ τοῦ μάρτυρος πρόῤῥησιν. Πρὸς δὴ τούτοις καὶ ταῦτα ἱστόρησεν· Τοὺς Βανδίλους κα-

CAPUT XII.

Ut Belisarius, Vandalis devictis, triumphum maximum Constantinopoli egerit. Et de sancto martyre Cypriano. Item de Maurorum gente atque origine ejus.

Verum enimvero Justinianus Christianos, qui ibi ita affligebantur, miseratus, exercitum coegit. Suggestione vero Joannis præfecti prætorio, consilium expeditionis ejus movendæ mutavit. In somniis porro mandatum accepit, ne a cœpto desisteret. Vindictam enim Christianorum a Vandalis victoriam reportaturam esse, ei dictum est. Itaque magno animo concepto, circiter æstivum solstitium Belisarium ad bellum Carthaginense conficiendum misit. Atque ubi prætoria navis ad littus, quod ad imperialem domum est, constitit, et urbis episcopus Epiphanius, pro eo atque par est, preces solemnes dixit, quosdam etiam milites recens baptizavit, atque in prætoriam navim Belissarium produxit, imperatori res de Cypriano martyre, non oratione tantum, sed etiam memoria digna renuntiata est, qua de re Procopius hæc ad verbum refert: Cyprianum virum sanctum maxime omnium Carthaginenses venerantur eique templum magnificum pro urbis mœnibus ad littus maris statuerunt. Atque præter cultus alios quos ei exhibent, festum quoque **752** anniversarium diem celebrant, quem diem Cypriana nominant. Et eodem, quo festum eum conventum, nomine, tempestatem quamdam procellosam appellare solent nautæ: quandoquidem in id tempus incidere consuevit, quo tempore Libyes festum hunc diem celebrandum semper lege statuerunt. Hoc templum Vandali sub Honoricho rege catholicis Christianis per vim ademptum evertere, ejectis inde cum multa contumelia sacerdotibus, et deinceps id, utpote Arianis commodum, restaurarunt. Cum autem vicem eam dolerent atque deplorarent Libyes, persæpe Cyprianum ferunt in somnis quibusdam apparentem dixisse: Christianos minime de se sollicitos esse debere: ipsum enim se tempore suo vindicem atque ultorem fore. Eam rem ut auspicatum omen imperator accepit. Et prædictio hæc oracularis in Belisarii tempora recte incidit, quo duce Carthago Romano imperio subjecta est, nonagesimo quinto anno, postquam templum id Christianis est ademptum. Eo bello Vandali omnino sunt expugnati, et Arianorum opinio ex Libya ejecta (1). Christianis

(1) Africa inter tres menses subacta. (Diacon.)

autem templa sua recuperarunt, juxta Cypriani martyris prædictionem. Ad hæc Procopius illa quoque memoriæ posteritatis commendavit. Belisarium, ubi de Vandalis victis tropæa statuisset, Byzantium rediisse cum spoliis et bello captorum hominum multitudine ingenti : in quibus et Gelimer illorum dux fuit. Triumphum egit Belisarius in hippodromo : in quo cum alia multa admiratione digna, tum præcipue donaria ingenti vi pecuniarum æstimata, portata sunt : quæ donaria Genzerichum antea diximus Romæ convasasse, cum ibi in regiam receptus esset, et templa invasisset. Quo tempore scilicet Eudoxia Valentiniani, qui Occidentale gubernavit imperium, conjux, sub Maximo tyranno, postquam simul et virum per cædem amisisset, et in castitatem ejus illusum esset, eum evocavit, ductum ei atque ingressum in urbem Romanam pollicita. Ibi vero ille et Romam igni vastavit, et Eudoxiam cum duabus filiabus ad Vandalos abduxit. **753** Eo ipso tempore una cum aliis eximiis urbis ornamentis etiam donaria, quæcunque Vespasiani filius Titus, captis Hierosolymis, Romam pertulerat, et Salomon quondam Deo, quem in primis coluit, dicaverat, Genzerichus rapuit. Quæ quidem omnia Justinianus, Christum Deum nostrum mirifice honorans, Hierosolyma, ubi prius quoque consecrata fuerant remisit. Dicit insuper idem Procopius Gelimerem (1) tum in hippodromo, ubi imperator præsidens triumphi pompam spectabat, humi projectum patria lingua illam Solomonis sententiam protulisse : *Vanitas vanitatum, omnia vanitas*. Aliud quoque Procopius recenset, quod nemo præter eum ex antiquis scriptoribus memoriæ prodidit, miraculi admirationem omnem excedens. Dicit namque, Maurusios, occidentalem Libyæ gentem, antiquitus Palæstina expulsos, in occidentali ea Libyæ ora consedisse, eos vero esse, quos Gergesæos sacræ Litteræ et Jebusæos vocant : aliasque insuper gentes, quas Jesu Nave filius devictas domibus suis ejecit. Hanc rem veram maxime esse, vetusta quadam inscriptione confirmat, quam se ille legisse testatur, Phœnicum compositam litteris ad fontem quemdam, ubi duæ quoque columnæ ex candido lapide excitatæ fuerint. Litteratum sculptura eo advenientibus hæc promulgabat : « Nos sumus, qui a facie Jesu prædonis filii Nave profugimus. » Ac de his quidem ad hunc ille modum scribit. Libya vero in potestatem Romanorum redacta, annua vectigalia, sicuti et antea, in ærarium intulit. In eadem Libya Justinianus centum et quinquaginta oppida instaurasse dicitur, quæ partim prorsus deleta, partim vetustate collapsa fuerant. Ea vero magnificentissime restituit, summopereque ornavit, privatis simul et publicis structuris, mœnibus et diversis alis ædificiis, per quæ et urbes illustrantur, et divinum numen maxime placatur, aquæ ductibus quoque, qui uti-

A στρατοπωσάμενος Βελισάριος, ἔπειτα ἐς Βυζάντιον ἄνεισι, τά τε λάφυρα καὶ τὸ τῶν ἀνδραπόδων ἐπαγόμενος πλῆθος· σὺν οἷς καὶ Γελίμερ ὁ τούτων ἦν ἀρχηγός· καὶ θρίαμβος μὲν αὐτῷ κατὰ τὸν ἱππόδρομον ἐτελεῖτο· ἐν ᾧ γε πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα εἰσῆγε θαύματος ἄξια, καὶ κειμήλια δὲ παμπόλλων χρημάτων τιμώμενα, ἃ Γιζέριχον ἔφαμεν ἱστορήσαντες ἐκ Ῥώμης συλῆσαι, τῶν ἀνακτόρων ἔνδον γενόμενον· ὁπηνίκα Εὐδοξία ἡ Βαλεντινιανοῦ γαμετή, ὃς τὴν τῆς Ἑσπέρας διεῖπεν ἀρχήν, ὑπὸ Μαξίμῳ τῷ τυράννῳ τόν τε ἄνδρα φόνῳ ἀποβαλλομένη, καὶ ἐς τὴν σωφροσύνην περιϋβρισθεῖσα, μετεστείλατο τὸν Γιζέριχον, εἰσιτητήν οἱ γενέσθαι καὶ τὴν ἐς Ῥώμην εἴσοδον ἐγγυησαμένη· ὅτε δὴ καὶ τὴν Ῥώμην ἀναλώσας πυρί, τὴν Εὐδοξίαν σύναμα ταῖς τρισὶ θυ-B γατράσιν ἐς Βανδίλους ἀπήγαγεν. Τότε δή, τότε σὺν τοῖς ἄλλοις ἐξαισίοις τῆς πόλεως, καὶ ὅσα ὁ Οὐεσπασιανοῦ υἱὸς Τίτος, ἐξανδραποδισάμενος τὰ Ἱεροσόλυμα, εἰς Ῥώμην ἤγαγεν ἀναθήματα, ἃ Σολομῶν ὁ πάλαι Θεὸν ἐξοσιούμενος ἀνετίθει, ἔσχε λαβών. Ἅπερ ἅπαντα Ἰουστινιανός, διαφερόντως Χριστὸν τὸν Θεὸν ἡμῶν γεραίρων, εἰς Ἱεροσόλυμα πάλιν ἀνέπεμπεν, ὅπου δὴ καὶ πρότερον ἀνετέθησαν· φησὶ δὲ τότε Γελίμερα ὁ Προκόπιος κατὰ γῆς ἐῤῥιμμένον, ἐπὶ τὸν ἱππόδρομον τοῦ βασιλέως προκαθημένου, καὶ τὰ δρώμενα θεωμένου, τῇ πατρίᾳ γλώσσῃ τὸ Σολομώντειον ἐκεῖνο εἰπεῖν· *Ματαιότης ματαιοτήτων, τὰ πάντα ματαιότης*. Καὶ ἕτερον δέ φησιν ὁ Προκόπιος, ὃ μή τις ἄλλος τῶν τὰ ἀρχαῖα συγγεγραφότων ἱστόρησε, πᾶσαν ὑπερβολὴν τεραστίου ἐκ-C βαῖνον. Λέγει τοίνυν ὡς οἱ Μαυρούσιοι τὸ Λιβύων τῶν πρὸς ἑσπέραν ἔθνος, πάλαι ποτὲ τῆς Παλαιστίνης ἀπαναστάντες, ἐς τὰ προσέσπερα τῆς Λιβύης κατῴκησαν· τούτους δ' εἶναι, οὓς Γεργεσαίους ὁ ἱερὸς λόγος φησί, καὶ Ἰεβουσαίους, καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἐθνῶν, ὅσα δὴ ὁ τοῦ Ναυῆ Ἰησοῦς καταπολεμήσας, ἐποίει ἀνάστατα· καὶ πιστοῦται τὸν λόγον ἀληθῆ τὰ μάλα τυγχάνειν, ἐξ ἀρχαίου τινὸς ἐπιγράμματος, ὃ δὴ καὶ αὐτὸς ἐκεῖνος ἀνεγνωκέναι φησί, Φοινίκων συγκείμενον γράμμασιν· ἄγχιστα δὲ κρήνης εἶναι τουτό τινος, ἔνθα δὴ καὶ δύο στῆλαι ἐγείρονται λίθου πεποιημέναι λευκοῦ, τάδε γλύμμασι γραμμάτων τοῖς ἐκεῖσε δὴ φοιτῶσι διασαφοῦσαι· « Ἡμεῖς ἐσμεν οἱ φυγόντες ἀπὸ προσώπου D Ἰησοῦ τοῦ λῃστοῦ υἱοῦ Ναυῆ. » Καὶ περὶ μὲν τούτων ὧδε διέξεισι. Τῆς δὲ Λιβύης οὕτω Ῥωμαίοις ὑπὸ χεῖρα γεγενημένης, φόροι ἐπέτειοι ὥσπερ καὶ πρώην εἰσήγοντο. Φασὶ δὲ Ἰουστινιανὸν ἀνὰ τὸ Λιβύων ἔθνος πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν ἄστη περιποιήσασθαι· τὰ μὲν μηδαμῶς ὄντα, τὰ δὲ καὶ τῷ χρόνῳ διαῤῥυέντα, πρὸς τὸ μεγαλοπρεπέστερον καινισάμενον· ἐς ὑπερβολήν τε καλλωπίσαι, ἰδίαις τε ἅμα καὶ δημοσίαις καταγωγαῖς, τειχῶν τε περιβόλοις, καὶ ἄλλαις ποικίλαις οἰκοδομαῖς, δι' ὧν πόλεις τε διαφαίνονται, καὶ τὸ Θεῖον μάλα ἱλάσκεται· εἰσαγωγαῖς τε ὑδάτων, χρείαν τε ἅμα καὶ κάλλος ἀποπληρούντων τῇ πόλει· τῶν μὲν εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς

(1) Justinianus Gelimeri loca quædam in Gallia habitanda tribuit. (Diacon.)

εἰσαχθέντων μὴ πρότερον ὄντων, τῶν δὲ ὄντων μὲν A καὶ διαῤῥυέντων, τότε δὲ πρὸς τὴν ἀρχαίαν τάξιν ἐπαναχθέντων.

litatem simul et amœnitatem abunde civitatibus afferrent. Eorum nonnulli tum primum, cum antea non fuerint, constructi sunt: nonnulli vero cum aliquando quidem fuerint, sed postea corruerint, tum temporis ad pristinum reducti sunt statum.

ΚΕΦΑΛ. ΙΓ'.

Περὶ τῶν ἐν Ἰταλίᾳ Βελισσαρίῳ καὶ Ναρσῇ διαπεπραγμένων· καὶ περὶ τῆς διαφόρου ἁλώσεως Ῥώμης καὶ Σιλβερίου καὶ Βιγιλλίου τῶν ἐπισκόπων. Ἔτι δὲ καὶ περὶ τῶν τότε Χριστιανισάντων ἐθνῶν, καὶ τῆς Ναρσοῦ τοῦ στρατηγοῦ στρατηγίας τε ὁμοῦ καὶ θεοφιλίας.

Ἃ δ' οὖν καὶ κατὰ τὴν Ἰταλίαν ἐπράχθη, καὶ ταῦτα διέλθω, Προκοπίου καὶ ταῦτα καθιστορήσαντος. Ἐπεὶ γὰρ Ὀνώριχος, ὡς ἐν τοῖς ἔμπροσθεν δεδιήγηται, Ῥώμην ἑλὼν, Ὀδόαχρον τὸν ἐκεῖ τυ- B ραννοῦντα ἠφάνιζεν, ἡγησάμενός τε τῶν Ῥωμαίων τὸν βίον ἀπέλιπεν· Ἀμαλασσοῦνθα, ἡ σύζυγος ἐκείνου, τοῦ κοινοῦ παιδὸς Ἀσταλαρίχου τὴν ἐπιτροπὴν μετῄει. Ἀῤῥενωπὸν δ' ἔχουσα φρόνημα, τὰ τῆς ἀρχῆς διῳκεῖτο· καὶ τῶν πραγμάτων οὕτω πρόνοιαν ποιουμένη, Ἰουστινιανὸν πρώτη ἐς τὸν κατὰ τῶν Γότθων ἀνηρέθισε πόλεμον. Καὶ γὰρ ἐπιβουλῆς κατ' αὐτῆς γεγονυίας, πρέσβεις βασιλεῖ ἔπεμπεν. Ἀλλὰ καὶ τοῦ παιδὸς Ἀσταλαρίχου ἔτι ἐν ἁπαλῇ τῇ ἡλικίᾳ θανόντος, Θευδάτος Θευδερίχῳ προσήκων γένει, τὴν τῆς Ἑσπέρας ἀρχὴν περιβάλλεται· ὃς ἐπειδὴ Βελισσάριον βασιλεὺς πρὸς Ἑσπέραν ἔπεμπε, τῆς ἀρχῆς παραχωρῶν ἑωρᾶτο, περὶ λόγους μᾶλλον ἔχων σχολὴν, ἥκιστα δὲ περὶ τὰ πολέμια ἔμπειρος ὤν· Οὐϊττίγιδος τῶν κατὰ τὴν C Ἑσπέραν δυνάμεων ἡγησαμένου. Ὡς δὲ τῆς Ἰταλῶν ἐπέβη ὁ Βελισσάριος, ὁ μὲν Οὐΐττιγις τὴν Ῥώμην καταλιπὼν, ᾤχετο. Ὁ δὲ τῇ Ῥώμῃ προσεγγίσας, παρὰ τῶν ἔνδοθεν εἰσεδέχθη, ὅλας τὰς θύρας, πρὸς δὲ καὶ τὰς καρδίας αὐτῷ διαπετασάντων Ῥωμαίων· μάλιστα δὲ Σιλβερίου τοῦ τὸν θρόνον αὐτῆς πρυτανεύοντος, εἰσηγησαμένου τὴν πρᾶξιν, πέμψαντος Φειδόλιον ὃς πάρεδρος Ἀσταλαρίχῳ ἐγένετο. Καὶ μάχης ἄνευ ἡ Ῥώμη αὖθις ὑπὸ Ῥωμαίους ἐγένετο, ἑξήκοντα ἔτεσιν ὕστερον, ἐνάτῃ Ἀπελλαίου μηνὸς, ὃς πρὸς Ῥωμαίων Δεκέμβριος ὀνομάζεται, ἔτει ἑνδεκάτῳ τῆς ἀρχῆς Ἰουστινιανοῦ. Καὶ τοῦτο δὲ Προκόπιος ἀνεγράψατο· ὡς τῶν Γότθων ἔπειτα τὴν Ῥώμην πολιορκούντων, ὑποψίαν σχὼν ἐς Σιλβέ- D ριον τὸν τῆς πόλεως ἱερέα, τοῦτον μὲν εἰς Ἑλλάδα μετῴκιζεν, ἀρχιερέα δὲ Βιγίλλιον τῷ θρόνῳ καθίστη. Ἱστορεῖ δ' ὁ αὐτὸς Προκόπιος, ὑπ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον, ὡς Ἔρουλοι διαβάντες τὸν Ἴστρον, ὁπηνίκα ἐπὶ τῶν οἰάκων τῆς ἀρχῆς ἦν Ἀναστάσιος, ἐς ὕστερον δὲ Ἰουστινιανοῦ φιλοτίμως ἐκείνοις διατεθέντος, καὶ μεγάλοις χρήμασιν ἐκμειλιξαμένου, ἀθρόον πρὸς τὰ Χριστιανῶν μετεβάλλοντο ἤθη, καὶ τὴν δίαιταν ἡμερώτερον ἔσχον. Πρὸς τούτοις τὴν ἐκ Ῥώμης ἄνοδον Βελισσαρίου ἐς Βυζάντιον ἀναγράφει· καὶ ὡς τὸν Οὐΐττιγιν οἷά τι ἀνδράποδον μετὰ τῶν ἐκ Ῥώμης λαφύρων ἀνήγαγεν. Ὅπως τε Τώ-

CAPUT XIII.

De rebus in Italia a Belisario et Narse gestis: et varia Romanæ urbis per hostes occupatione. De Silverio et Vigilio episcopis; item de eis gentibus, quæ Christianam suscepere fidem. Et de Narsæ ducis imperatoriis artibus, et erga Deum pietate.

754 Porro quæ in Italia quoque gesta sint, referemus, quæ et ipsa Procopius in Historiam retulit. Postquam enim Theuderichus, siculi supra a nobis dictum est, Romam recepit, et Odoacrum tyrannidem ibi exercentem sustulit, rerumque Romanarum potitus decessit, Amalasuntha uxor ejus (1), communis filii Atalarichi tutelam suscepit, et regnum virili animo administravit. Cæterum cum provide rerum curam gereret, prima Justinianum ad bellum adversus Gotthos sumendum excitavit. Cum namque insidiis ab eis expetita esset, oratores ad imperatorem misit. Sedenim filio Atalaricho in tenera adhuc ætate exstincto, Theudatus, Theuderichum genere attingens, Occidentis imperium sumpsit. Qui postquam Belisarium imperator in Occidentem misit, regno cedens litterarum doctrinis magis quam rebus administrandis incubuit, ad res bellicas tractandas minime idoneus. Copiis Occidentalibus tum Vittigis præfuit. Belisarius, ut Italiam est ingressus, Vittigis quidem Roma relicta, inde discessit: Belisarius vero urbi appropinquans, a civibus est in eam receptus, fores omnes et corda insuper ipsa Romanis ei patefacientibus: maxime vero Silverio throno ejus præsidente, eam rem suadente atque procurante: qui ad Belisarium, Fidelem, qui Atalarichi assessor et consiliarius fuerat, legavit. Ita absque certamine Roma in ditionem Romanorum, post annum sexagesimum, mense Decembri rediit, undecimo imperantis Justiniani anno. Scripsit et illud Procopius, ubi postea Gotthi denuo Romam oppugnarunt, Belisario Silverium episcopum suspectum fuisse, quapropter eum in Græciam transtulerit, Vigilio autem antistiti thronum Ecclesiæ commiserit. Memoriæ prodidit Procopius idem eisdem temporibus, cum Anastasius imperium obtineret, Herulos Istrum transiisse: atque eos postea universos liberaliter a Justiniano tractatos, **755** et ingentibus pecuniis allectos, Christianorum religionem suscepisse, et vitam ad humanitatem mutasse. Ad hæc, Belisarii reditum ex urbe Romana in urbem Constantinopolitanam refert. Atque ut ille Vittigim, perinde atque mancipium quoddam, inter spolia Roma secum duxerit: et ut Totilas (2) imperium Romæ arripuerit, atque urbs ea rursum in potestatem

(1) Amalasuntham sive Himmelsuitham, alii filiam Theoderici fuisse scribunt, ut Diaconus. Supra cap. 11. Amalasuntha soror Theodorici Trasamun-do Vandalo nupsit.

(2) Totilas ita flammis Romam vastavit, ut in ea homines habitare non possent. Itaque ferarum

Gotthorum redierit. Deinde, ut Belisarius secundo A in Italiam profectus, Romam rursum receperit: atque inde, Persico bello in Oriente orto, ab imperatore revocatus sit. Recenset quoque, Abasgos tum Christianismum complexos esse, seque ad humaniorem vivendi morem composuisse. Et Justinianum imperatorem eunuchum gentis eorum Ephratam nomine ad eos misisse, qui prohiberet de cætero quemquam ea parte corporis qua viri sumus, apud eos ferro naturæ injuriam inferente privari. Siquidem plurimi qui in principum cubiculis versantur ministri, quos eunuchos sive cubicularios vocare solemus, ex gente ea erant. Tum vero etiam Justinianus Dei Genitrici templum in Abasgorum regione (1), pulchritudine atque amplitudine præstans ædificavit, sacerdotes ei attribuit, et alia quæ ad cultum divinum faciunt, rite constituit. Unde populo ei accidit, ut accuratissime Christianorum dogmate excerceretur. Scribit item quomodo populi Tanaim amnem accolentes (vocant autem loci ejus homines Tanaim, maximæ quoque paludis Mæotidis usque ad Euxinum pontum in longum excurrentem tractum) ad Justinianum legatos miserunt, ut episcopum illis daret, supplicantes: quorum ille precibus reipsa annuerit, et episcopum illis libenter miserit. Admodum vero terse illud etiam idem recenset, quomodo Gotthi Mæotidis accolæ, Justiniano imperium administrante, plurimas excursiones in Thraciam fecerint. Præterea, ut sævi terræmotus in Græcia C fuerint, et Bœotia, atque Achaia, quæ sunt juxta sinum Crissæum oræ concussæ fuerint, loca plurima sub numerum minime cadentia, et urbes similiter in præceps ierint, et solo æquatæ sint, plerisque in locis terra submersa pessum ierit, atque alicubi quidem chasmata rursum coierint, alicubi vero hiatus perpetui ad hoc usque tempus permanserint. Quale quiddam etiam civitati **756** Ciliciæ Pompejopoli acciderit. Cum enim terra divisa urbem eam cum incolis omnibus universam absorbuisset, vox ex infima voragine exaudita est, hominum eis qui superstites circum ea loca relicti essent, supplicantium, ut se ærumna ea liberarent. Commemorat etiam, ut Narses eunuchus a Justi- D niano copiarum militarium dux electus, expeditionem in Italiam susceperit, ac Totilam vicerit, deinde vero et Teiam, et urbs Roma quintum capta sit. De Narse, qui familiariter cum eo vixere, illud perhibent: ita ipsum ex divino numine pependisse, atque id omnis generis pietate coluisse, et Virginem eamdemque Dei Genitricem ita veneratum esse, ut illa manifesto ei apparens, quando prælium committendum esset, præciperet: neque illum facile prius in aciem descendisse, quam tempus opportunum ab ea co-

τίλας τὴν τῆς Ῥώμης ἀρχὴν περιέθετο· καὶ ὡς ὑπὸ Γότθοις αὖθις ἐγεγόνει ἡ Ῥώμη· ἔπειτα καὶ ὡς δὶς ἐς Ἰταλίαν γενόμενος Βελισσάριος, τὴν Ῥώμην αὖθις αἱρεῖ· καὶ ὡς τοῦ Περσικοῦ πολέμου ἀνὰ τὴν Ἕω συνισταμένου, μετεστέλλετο ἐκεῖθεν πρὸς βασιλέως ὁ Βελισσάριος. Ἱστορεῖ δὲ καὶ Ἀβασγοὺς τηνικαῦτα τὰ Χριστιανῶν ἑλέσθαι, καὶ πρὸς τὸ ἡμερώτερον τὴν δίαιταν μεθαρμόσασθαι· καί τινα δ' εὐνοῦχον, Εὐφρατᾶν ὄνομα, ἐκ τοῦ γένους ἐκείνων σφίσι διαπέμψαι· ἀπαγορεύοντα μηδένα τοῦ λοιποῦ τῆς ἀῤῥενωπίας στερεῖσθαι, σιδήρου καταδικάζοντος. Καὶ γὰρ οἱ πλεῖστοι τῶν ἐν τοῖς βασιλικοῖς διαπονουμένων κοιτῶσιν, οὓς εὐνούχους θέμις καλεῖν, ἐκ τοῦ ἔθνους τούτου καθεστῶτες ἦσαν. Τότε δὲ καὶ Ἰουστινιανὸς ἱερὸν τῇ Θεοτόκῳ B ἐν τῇ Ἀβασγῶν δειμάμενος, κάλλει τε καὶ μεγέθει ἐξέχον, ἱερέας τε καὶ τἄλλα τῆς θρησκείας καλῶς κατεστήσατο· ἐξ οὗ συνέβη κἀκείνοις ἐς ἀκρίβειαν τὰ τῶν Χριστιανῶν δόγματα ἐξασκῆσαι. Γράφει δὲ καὶ ὡς οἱ τὸν Τάναϊν προσοικοῦντες (Τάναϊν δὲ καλοῦσιν οἱ ἐπιχώριοι τὴν ἐκ τῆς μεγάλης λίμνης Μαιώτιδος ἄχρι δὴ ἐπὶ τὸν Εὔξεινον πόντον ἐς ταναὸν διήκουσαν ἐκβολήν)· πέμψαντες Ἰουστινιανὸν δυσωποῦσιν, ἐπίσκοπον σφίσιν ἐκπέμψαι· καὶ εὐθὺς τὸν Ἰουστινιανὸν ἐπιτελῆ τὴν δέησιν ἐξεργάσασθαι, καὶ ἱερέα ἡδέως αὐτοῖς ἐπιπέμψαι. Μάλα δὲ κομψῶς καὶ τοῦτο ὁ αὐτὸς ἀναγράφεται· ὡς Γότθων τῶν ἐκ τῆς Μαιώτιδος περιοίκων, ἐκδρομαὶ πλεῖσται ἀνὰ τὴν Θρᾴκην ἐγένοντο, Ἰουστινιανοῦ διέποντος τὴν ἀρχήν· σεισμούς τε ἀγρίους ἀνὰ τὴν Ἑλλάδα γενέσθαι· εἰς ἔσχατον δὲ τήν τε Βοιωτίαν καὶ Ἀχαΐαν καὶ τὰ ἀνὰ τὸν Κρισσαῖον κόλπον διασεισθῆναι. Χωρία τε πλεῖστα ἥκιστ' ἀριθμῷ ὑποκεῖσθαι δυνάμενα, καὶ πόλεις ὡσαύτως πρηνεῖς εἰς ἔδαφος ἐνεχθῆναι· βυθισθῆναί τε πολλαχόσε τὴν γῆν, καὶ ἐνιαχοῦ μὲν συνελθεῖν πάλιν τὰ χάσματα· ἔστι δ' ὅπου καὶ οὕτως ἐς χάος ἄπειρον ἄχρι τοῦ δεῦρο διαμεμενήκασιν· οἷόν τι καὶ περὶ τὴν τῆς Κιλικίας Πομπηϊούπολιν συνέβη. Διασχούσης γὰρ τῆς γῆς καὶ αὐτανδρον τὴν πόλιν καταπιούσης, φωνὴ κάτωθεν ἐξηχεῖτο, τῶν ἀνθρώπων ἱκετευόντων τοὺς ὑπολειφθέντας, ἀπαλλάττειν τῆς συμφορᾶς. Διηγεῖται καὶ ὡς Ναρσῆς ὁ εὐνοῦχος εἰς τὴν Ἰταλῶν εἰσέβαλε χώραν, στρατηγὸς πρὸς Ἰουστινιανοῦ χειροτονηθείς· καὶ ὡς κατηγωνίσατο Τώτιλαν, εἶτα δὲ καὶ Τεΐαν· καὶ ὡς Ῥώμη τὸ πέμπτον ἤδη ἑάλω. Φασὶ τοίνυν οἱ συγγενόμενοι τῷ Ναρσῇ, οὕτω τοῦ Θείου ἐξέχεσθαι, καὶ ταῖς ἄλλαις εὐσεβείαις ἐξοσιοῦσθαι, καὶ τὴν Παρθένον καὶ Θεοτόκον οὕτω γεραίρειν, ὡς καὶ ἀναφανδὸν ἐκείνην διαφαινομένην ὅτε πολεμεῖν δέοι παρακελεύεσθαι, καὶ μὴ προχείρως ἐπιβάλλειν ταῖς μάχαις, πρὶν ἐκεῖθεν τὸν καιρὸν διαγνοίη. Πολλὰ δὲ μέγιστα καὶ ἄλλα τῷ Ναρσῇ διεπράχθη, Βουσέλινον καὶ Σινδούανδον καταπολεμήσαντι· καὶ τὰ μέχρις Ὠκεανοῦ τῇ Ῥωμαίων ὑπήκοα

habitaculum est facta, juxta prædictionem Domini, *Apoc.* XVIII.

(1) Procopius *De bello Persico* libro secundo, ubi de Iberum finibus et monte Caucaso agit, Hic gentes, inquit, cum aliæ multæ, tum Alani et Abasgi habitant. Insuper Zechi et post eos Hunni, qui et Saberi dicuntur. Qui postea populi Hungariam et Boiemiam occuparunt.

ποιησαμένῳ ἀρχῇ. Ἃ δὴ μάλιστα ὁ μετὰ Προκόπιον Ἀγαθίας ὁ ῥήτωρ ἱστόρησε.

A gnovisset. Plures insuper alias et maximas Narses res gessit, qui Buselinum (1) et Sílduandum (2), bello vicerit, et regiones usque ad Oceanum omnes Romano imperio subdiderit: quas res petissimum post Procopium Agathias rhetor in litteras retulit.

ΚΕΦΑΛ. ΙΔ'.

Ὡς Χοσρόης, φθόνῳ διαταχεὶς, τὰς σπονδὰς λύσας τῇ Ῥωμαίων ἔπεισι· καὶ περὶ τῆς ἁλώσεως Ἀντιοχείας καὶ τῶν ἄλλων.

Τῇ δὲ ἱστορίᾳ Προκοπίου καὶ τάδε ἐμφέρεται, ὡς Χοσρόης διαγνοὺς τά τε ἐν Λιβύῃ καὶ Ἰταλίᾳ συνενεχθέντα τῇ Ῥωμαίων στρατηγίᾳ, πρὸς φθόνον ἐξαίσιον ἤρθη· καὶ προφάσεις κατὰ Ῥωμαίων συμπλάττων, παρεσπονδῆσθαι ἔλεγε, καὶ τὴν συγκειμένην εἰρήνην λύεσθαι· καὶ τὰ μὲν πρῶτα Ἰουστινιανὸν, πρέσβεις διαπεμψάμενον ἐς Χοσρόην, δηλοῦν, ὡς μὴ αἰτίαν τινὰ παρασχόμενον τὴν εἰς ἀπέραντον γενομένην εἰρήνην διαλύειν, μηδέ τινα λύμην τοῖς συμφωνηθεῖσιν ἐπαγαγεῖν· καὶ ᾔτει ἐπὶ τοῖς ἀμφιλόγοις ἐξέτασιν, καὶ τρόπῳ τινὶ φιλικῷ τὰ ἐν μέσῳ ἐζήτει διατεθῆναι· τὸν δὲ λίαν ἀχθόμενον τῷ ἔνδοθεν ὑποσμύχοντι φθόνῳ, πρὸς μηδὲν εὔλογον ἀποκρίνασθαι· ἀθροίσαντα δὲ τὴν ὑπ' αὐτὸν στρατιὰν πλείστην οὖσαν, τῇ Ῥωμαίων εἰσβαλεῖν, τρίτῳ ἐπὶ δεκάτῳ ἔτει Ἰουστινιανοῦ τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν διιθύνοντος. Συγγράφει τοίνυν, ὅπως ὁ Χοσρόης Σοῦρον τὴν πόλιν πρὸς Εὐφράτην κειμένην πολιορκήσας εἷλεν, ἕτερα μὲν συνθέμενος, ἕτερα δὲ πεπραχώς· ἀνοσίως διατεθεὶς, ὡς ἀλογήσας μάλιστα τὰς συνθήκας, καὶ δόλῳ μᾶλλον ἢ νόμῳ πολέμου ταύτην ἑλών· καὶ ὅπως τήν τε Βέῤῥοιαν ἐποίει πυρίκαυστον· καὶ ὡς ἐκεῖθεν εἰς Ἀντιόχειαν ἧκεν, Εὐφραιμίου τῷ θρόνῳ ταύτης ἐμπρέποντος· καταλελοιπότος δὲ τὴν ἐκκλησίαν, μηδενὸς αὐτῷ τῶν κατὰ σκοπὸν προϊόντος· ὃς τὴν ἐκκλησίαν, καὶ τὰ ἀμφ' αὐτὴν πάντα περισῶσαι λέγεται, κατακοσμήσας τοῖς ἱεροῖς ἀναθήμασιν, ἵνα λύτρα ταύτῃ γένηται. Περιπαθῶς δ' ἄγαν καὶ τῆς Ἀντιόχου τὴν ἅλωσιν ἀναγράφεται πρὸς Χοσρόου γεγενημένην· καὶ ὡς πάντα διέφθειρε κτείνων καὶ διαπυρπολῶν. Ἔπειτα καὶ ὅπως ἐς τὴν ἀστυγείτονα Σελεύκειαν ἧκεν, ἔν τε τῷ προαστείῳ τῆς Δάφνης. Καὶ ὡς κατὰ τὴν Ἀπαμέων ἐγένετο, Θωμᾶ τηνικαῦτα ἐπισκοποῦντος, λόγοις καὶ ἔργοις μάλα διαφανοῦς· ὃν δή φησι σύναμα Χοσρόῃ τὴν τῶν ἵππων ἅμιλλαν ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ σοφῶς ὑποστῆναι παρὰ τὸ νενομισμένον θεάσασθαι· ὡς ἐπίπαν θεραπεύειν ἐκεῖνον καὶ ἐξημεροῦν ᾑρημένον. Ὃν ἀστείως μάλα Χοσρόης ἤρετο, εἴ γε ᾑρεῖτο αὐτὸν ἀνὰ τὴν οἰκείαν πόλιν οὕτω θεάσασθαι· τὸν δ' ἀλήθειαν τοῦ παντὸς τιμῶντα, φάναι λέγεται, ὡς οὐχ ἡδέως ὁρῴη ἐκεῖνον· ὃ καὶ διὰ πολλοῦ τὸν Χοσρόην ποιησάμενον τῆς ἀληθείας, τὸν ἱερέα ὑπερφυῶς ἄγασθαι.

CAPUT XIV.

Ut Chosroes per invidiam pace fracta, Romanum invaserit imperium. Et de Antiochiæ aliarumque urbium hostili occupatione.

In historia Procopii illa quoque sunt : Chosroen, ubi Romanorum in Libya et Italia res bello gestas cognovisset, ad ingentem invidiam commotum esse ; et prætextus contra Romanos fingentem quod fœdera violata et pax perpetua B soluta esset, dixisse. Ac primum quidem Justinianum oratores (1) ad Chosroen misisse, qui significarent, nullam se causam præbuisse, ut quæ pacta esset pax perpetua, frangeretur : neque quidquam detrimenti conventis intulisse, proindeque petiisse ut de rebus controversis disquisitio fieret : et causæ quæ in medium prolatæ essent, pacatis consiliis amice componerentur. Chosroes vero, quod gravem qua in animo 757 suo flagrabat, invidiam non ferret, nihil quod rationi conveniret, respondisse : verum exercitu maximo ex populis suis coacto, Romanorum ditionem adortum esse, decimo tertio imperii Justiniani anno. Describit igitur, quomodo Chosroes Surum C ad Euphratem sitam urbem, expugnatam ceperit, civibus partim per pacta conventa allectis, partim per arma devictis, quippe qui improbe se gesserit, et pacta minime servarit, dolo magis quam belli jure civitate ea potitus. Quomodo etiam Berrhœam incensam igni vastarit. Item quomodo inde Antiochiam pervenerit, in cujus tum throno Euphræmius enituit : qui, cum ei quod agebat, nihil ex sententia procederet, ecclesiam reliquit, eamque profugiens una cum viciniis ædificiis servavit, sacris donariis ordine publicitus propositis, ut redemptionis essent ecclesiæ pretium. Præterea perquam miserabiliter commemorat, quomodo a Chosroe Antiochia sit capta, qui omnia ibi ferro D concidit et incendio vastavit. Deinde quomodo in suburbanum Daphnæ lucum, et in vicinam Seleuciam venerit : et ut ad Apameam quoque applicuerit, Thoma tum ibi episcopatum administrante, et vita et doctrina illustri viro. Quem una cum Chrosoe apud quem legatus erat, dicit equorum certamen in Hippodromo, præter receptum morem, sapienter spectasse : ut illum scilicet tali officio mitem placatumque prorsus redderet. Eum cum facete admodum Chrosoes interrogasset, an ille se ad hunc modum in urbe sua videre vellet, veritatem rebus omnibus præponentem respondisse dicit, quod non libenter eum visurus esset. Quod dictum cum Chrosoes propter veritatem plurimi fecit, tum antistitem eum mirifice est admiratus.

(1) Apud Agathiam ii dicuntur *Bultinus* et *Sindual*.

(2) Alii hunc *Sinualdum* nominant.

(3) Vittigis ad Persam legatos misit, ad bellum Rom. eum excitans. (Proc. lib. II *Belli Persici*.)

758 CAPUT XV.

De miraculo, quod Apameæ ad vivificum crucis lignum accidit.

Posteaquam vero ad hunc locum pervenimus, aliud quiddam recensebo, præsenti historiæ conveniens quammaxime. Cum Apameni urbem Antiochenam jam incendi audivissent, Thomam, quem dixi, episcopum a Chosroe reversum obsecrarunt, ut præter solitum morem vivificum crucis lignum proferret, atque in medium proponeret, ut postremum intuerentur exoscularenturque, unicam eam hominum salutem; et quasi viaticum adorationem illius, ad meliorem illam vitam migraturi, sumerent. Annuit precibus eorum Thomas, et lignum vitale protulit, certis productionis ejus indictis diebus, ut vicini quoque affluerent et medicina salutari perfruerentur. Cum autem omnes convenissent, totis manibus Thomas sublato in sublime ligno, maledictionis amuleto, sacram ædem circumiit: quod statis tantum supplicationum diebus fieri consuevit. Porro Thomam procedentem magna vis resplendentis ignis subsequi visa est, non adurentis quidem ignis, sed qui locum unde ille iret, comburere putaretur. Neque id semel aut iterum, verum sæpenumero accidit, quod antistes locum omnem circumiret, et multitudo congregata illum, ut idem sæpius faceret, rogaret, quo crebrius videlicet divino fulgore frueretur. Ea res futuram Apamenis salutem portendit. Et miraculi ejus imago atque monumentum ad Basilicæ testudinem summam, omnibus novitatem rei testificaturum, propositum est (1). Quod quidem usque ad Ardaamani et Persici belli tempora integrum permansit: quo tempore universa urbs, et ecclesia ipsa vastata est, et cum ea imago simul conflagravit. Atque hæc quidem sic acta. Chosroes vero, recens initorum pacificationis pactorum rursum oblitus, denuo quoque eadem hostiliter fecit, levitati quidem morum et inconstantiæ ejus convenientia, virum autem ratione præditum, nedum regem haudquaquam decentia.

ΚΕΦΑΛ. ΙΕ'.

Περὶ τοῦ ἐν Ἀπαμείᾳ γενομένου θαύματος τῷ ζωηφόρῳ τοῦ σταυροῦ ξύλῳ.

A Ἐνταῦθα δὲ τοῦ λόγου γενόμενος, καί τι ἕτερον διηγήσασθαι βούλομαι, προσῆκον μάλιστα τῇ παρούσῃ μοι ἱστορίᾳ. Ἐπεὶ γὰρ οἱ τῆς Ἀπαμέων οἰκήτορες τὴν σφῶν πόλιν ἤδη πυρπολεῖσθαι διέγνωσαν, τὸν εἰρημένον Θωμᾶν ἱκέτευον παρὰ τὸ εἰωθὸς, τὸ ζωοποιὸν τοῦ σταυροῦ ξύλου ἐξενεγκεῖν καὶ εἰς μέσους προθεῖναι· ὡς ἄν γε τελευταῖον ἴδοιέν τε καὶ κατασπάσαιντο, τὴν μόνην τῶν ἀνθρώπων σωτηρίαν, καὶ οἷον ἐφόδιον λαβεῖν τὴν ἐκείνου προσκύνησιν, μεταχωρεῖν μέλλοντας πρὸς τὴν ἀμείνονα βιοτήν. Ὑπήκουε δὲ ὁ Θωμᾶς καὶ προῆγε τὸ ζωοποιὸν ξύλον, ῥητὰς ἐπαγγειλάμενος τῆς προθέσεως B τὰς ἡμέρας, ὡς ἂν εἴη καὶ τοῖς ἀστυγείτοσιν ἀθροισθῆναι, καὶ τὴν τῆς σωτηρίας θεραπείαν τρυγῆσαι. Ἐπεὶ δὲ συνέῤῥευσαν ἅπαντες, ὅλαις χερσὶν ὁ Θωμᾶς τὸ τῆς κατάρας ἐξαλειπτήριον ξύλον εἰς ὕψος ἠρκὼς, περιενόστει τὸ θεῖον ἀνάκτορον· ὅπερ εἴωθε γίνεσθαι ταῖς κυρίαις ἡμέραις τῶν προσκυνήσεων. Τῷ δὲ Θωμᾷ μεθισταμένῳ, μέγα τι χρῆμα πυρὸς σελαγίζον ἑωρᾶτο ἑπόμενον· οὐ καταχαῖον μέν τοι, ὡς δοκεῖν τὸν τόπον ἔνθα μεθίστατο πίμπρασθαι· οὐχ ἅπαξ δὲ τοῦτο, οὐδὲ δὶς, ἀλλὰ καὶ πολλάκις γενέσθαι, πάντα τὸν χῶρον τοῦ ἱερέως περιιόντος· καὶ αὖθις καὶ πολλάκις τοῦτο καθικετεύοντος τοῦ ἀθροισθέντος πλήθους τὸν ἱερέα ποιεῖν, ἵν' ἐξῇ πολλάκις καὶ τῆς θείας αἴγλης μεταλαμβάνειν· ὃ δὴ C καὶ τὴν ἐσομένην Ἀπαμεῦσι σωτηρίαν προφητεῦον ἦν. Τοῦτο δὴ τὸ θαῦμα καὶ εἰκὼν ἀνὰ τὸν τῶν ἀνακτόρων ὄροφον ἐτέθη πᾶσι τὸ ξένον προκαταγγέλλουσα· ἥτις δὴ ἄχρι καὶ Ἀρδααμάνου καὶ τῆς Περσῶν ἐφόδου διεσώζετο. Ὁπηνίκα δὲ ἥ τε πόλις ὅλη καὶ ἡ ἐκκλησία κακῶς πέπονθε, καὶ ἡ εἰκὼν τοῦ πυρὸς μετέσχε. Ταῦτα μὲν οὕτω προέβη. Ἐν δευτέρῳ δὲ τὰς σπονδὰς θέμενος ὁ Χοσρόης, καὶ τότε τὰ ὅμοια πέπραχε, τῷ μὲν ἀσταθεῖ καὶ ἀβεβαίῳ αὐτοῦ τρόπῳ συμβαίνοντα, ἀνδρὶ δὲ λογικῷ, μήτοι γε δὴ βασιλεῖ οὐδαμῶς πρέποντα

759 CAPUT XVI.

De re mirifica Edessæ, supra opinionem et fidem omnium, ab imagine Domini Dei et Servatoris nostri Jesu Christi non manu facta, gesta.

Insuper etiam Procopius memorat ea quæ a veteribus quoque de effigie Christi memoriæ sunt prodita, quæ Abgaro Edesse principi est missa. Et quomodo Chosroes ea quæ de illa fama increbuerant, quod scilicet Edessa nunquam in potestate alienigenarum futura esset (id quod in litteris ad Abgarum missis non reperitur: quemadmodum ex Eusebii Pamphili historia cognoscere licet, qui epistolam eam legit, et ab verbum operi suo inseruit, et nos quoque in secundo tomo exposuimus) falsa esse convincere voluerit. Apud fideles quidem

ΚΕΦΑΛ. ΙϚ'.

Περὶ τοῦ κατὰ τὴν Ἔδεσσαν παραδόξως γεγενημένου παρὰ τῆς ἀχειροποιήτου εἰκόνος τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. D

Ἔτι ὁ εἰρημένος ἱστορεῖ Προκόπιος, ὅσα δὴ καὶ τοῖς πάλαι ἱστόρηται περὶ τῆς εἰκόνος Χριστοῦ, ἥτις Αὐγάρῳ τῷ τοπάρχῃ Ἐδέσσης ἐστάλη· καὶ ὡς ὁ Χοσρόης τὰ περὶ αὐτῆς θρυλλούμενα ἀπελέγχειν ὡς εἶεν ψευδῆ βουλόμενος, ὡς οὐκ ἄν ποτ' Ἔδεσσα ὑπ' ἀλλοφύλοις γένηται· ὅπερ ἐν μὲν τοῖς Αὐγάρῳ σταλεῖσιν οὐκ ἔγκειται· ὡς ἔστι μαθεῖν ἐξ ὧν Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου ἱστόρησεν, αὐτὴν ἐκείνην τὴν ἐπιστολὴν ἀναγνοὺς, καὶ ὡς ἔσχε τῷ συγγράμματι παραθείς· ὥσπερ δὴ καὶ ἡμεῖς ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν συγγραφῶν ἱστορήσαμεν. Παρὰ μέν τοι τοῖς πι-

(1) Evagr. lib. IV, cap. 26.

στοῖ· οὕτω καὶ ᾄδεται καὶ πιστεύεται. Ἔδειξε δὲ καὶ τὸ ἔργον τὴν τῆς πίστεως πρόῤῥησιν, ὡς μάλιστ' ἀληθὴς εἴη καὶ σύμφωνος. Ὁ μὲν γὰρ ἔπειτα ῥαγδαῖος τῇ πόλει· καὶ πάντα πράξας σχεδὸν σὺν μυρίαις ἐφόδοις, καὶ χοῦν τοσοῦτον προσαμησάμενος, ὡς καὶ τὸ τῆς πόλεως ὑπεραναβῆναι τεῖχος· καὶ ἄλλας μυρίας μηχανὰς ῥάψας, ἄπρακτος μετ' αἰσχύνης ἀνέστρεφεν. Οἷα δ' ἐκείνῳ κατὰ τῆς πόλεως ἐπικεχείρηται, ὡς οἷόν τε διηγήσομαι. Ξύλων πολύ τι χρῆμα καὶ ἄλλην ὅσηπερ εὔπρηστος ταῖς ἀμφ' αὐτὸν δυνάμεσιν, ἐκέλευε πάντ' ἀφεμένους, ἐπισωρεύειν τῇ πόλει. Ἐπεὶ δὲ θᾶττον ἢ λόγος τὸ ἔργον ἠνύετο, καὶ κύκλῳ τὴν ὕλην περιετίθει, ἔπειτα χοῦν ἐπεσώρευε, καὶ ἀντιμέτωπος ᾔει τῇ πόλει· κατὰ βραχὺ δ' ἐποικοδομῶν τοῖς τε ξύλοις καὶ χώμασι, προσῄει ταύτῃ· καὶ ἐς τόσον αὐτὴν ὑπερήλατο, ὡς τὰ βέλη καὶ ἐξ ὑπερδεξίων ῥίπτειν κατὰ τῶν ὑπερασπιζόντων τῆς πόλεως. Ὡς γοῦν οἱ ἔνδον πολιορκούμενοι τὸ χῶμα τεθέαντο ὥσπερ τι ὄρος βαδίζον ἐπὶ τὴν πόλιν· ἐπίδοξοί τε καὶ οἱ πολέμιοι ἦσαν ὅσον οὔπω πεζῇ ἐκ τῶν ὑπερῴων εἰστρέχειν τὴν πόλιν, ἐμηχανῶντο ἡλίου τὸ πρωϊνὸν ἀνατέλλοντος, καταντικρὺ τοῦ χώματος διώρυγα μέγαν γενέσθαι· ἀγέστα πρὸς Ῥωμαίων κατονομάζεται· ἔπειτα πῦρ ἐπαφεῖναι· ὡς ἂν τῶν ξύλων τῇ φλογὶ τηκομένων, ῥεῦσαι τὸν χοῦν παρασκευάσῃ τῇ γῇ. Καὶ τὸ μὲν ἔργον τέλος εἶχεν· ἐμβαλλόντες δὲ τὸ πῦρ σκοποῦ διημάρτανον, μὴ τοῦ πυρὸς διέξοδον ἔχοντος· ὅθεν ἐχρῆν ἐκεῖνο ἀέρος ἐπειλημμένον, τῆς ὕλης παραδράξασθαι ὡς εἰκός. Ὡς γοῦν ἐς παντελῆ ἀμηχανίαν κατέστησαν, καὶ ἐν ἀπορίᾳ ἦσαν ἐσχάτῃ, εἰς τελευταίαν ἄγκυραν, ἐπὶ τὴν θεότευκτον εἰκόνα ἐχώρουν· ἣν οὐδεμία χεὶρ ἀνθρώπου εἰργάσατο, Χριστὸς δὲ αὐτὸς ὁ Θεὸς Αὐγάρῳ πέπομφεν, ἰδεῖν ἐκεῖνον μάλα ποθοῦντι· καὶ ἔπεμπεν ὀθόνῃ τὴν ὄψιν ἀπομαξάμενος. Αὐτὴν τοιγαροῦν τὴν εἰκόνα κατὰ τὴν διώρυγα ἀγαγόντες, καὶ ὕδατι περικλύσαντες, κατὰ τῆς πυρᾶς ἀφῆκαν· καὶ αὐτίκα τῆς θείας δυνάμεως ἀοράτως τῇ πίστει τῶν δρασάντων ἐπιφοιτησάσης, ῥᾳδίως μάλα τὸ πρὶν ἄπορον αὐτοῖς ἐξηνύετο. Καὶ γὰρ αὐτίκα τοῦ πυρὸς μετεῖχον τὰ ξύλα· καὶ ἐς ὅσον τάχος ἀπανθρακωθέντα, τοῖς ὑπερκειμένοις εὐθὺς τοῦ πυρὸς μετεδίδοσαν, ἀμφινεμομένου πάντα καὶ κατεσθίοντος. Ἐπεὶ δὲ οἱ πολιορκούμενοι ὑπὲρ τῶν χωμάτων τὸν καπνὸν ἀναθρώσκοντα ἐθεώρουν, τοιάδε προσεσοφίζοντο, κεράμι' ἄττα συλλέξαντες, καὶ θείου τε ἅμα καὶ πίσσης καὶ ἄλλων, ὅσα ὕλης εὐκαταπρήστου εἰσὶν ἐμπλησάμενοι, κατὰ τῆς διώρυγος ἀπεσφενδονῶντο· ἅπερ καπνὸν ἀνιέντα, τοῦ πυρὸς τῇ ῥύμῃ τῆς βολῆς ἀνημμένου, τὸν ἐκ τῶν χωμάτων ἀναῤῥέοντα καπνὸν λανθάνειν ὡς ἐκεῖθεν εἴη παρεσκευάζοντο· καὶ γὰρ ἐκ τῶν λαγυνίδων ᾤοντο πάντες τὸν καπνὸν ἀναθρώσκειν. Μετὰ δὲ τρίτην ἡμέραν τὰ ἐν μέσῳ δαπανῆσαν τὸ πῦρ, τὰς ἐκείνου γλωσσίδας ἀνεδίδου τῇ γῇ· καὶ τοῖς ἐπὶ τῶν χωμάτων καθεστηκόσι Περσῶν συνιέναι ἐπῄει, οἷ δὴ κακοῦ καθεστήκασι. Χοσρόης δὲ ὥσπερ τῇ θείᾳ δυνάμει ἀντίῤῥοπα δρᾷν οἰόμενος δεῖν, τὸ παραῤῥέον ὕδωρ τῇ πόλει κατὰ τῆς πυρᾶς ἠφίει,

A ita et canitur, et creditur: res ipsa quoque prædictionis ejus fidem, quod vera maxime sit, et sibi ipsi consentiens, confirmat. Chosroes namque maximo impetu urbem adortus, atque omnia fere expertus, innumerabilibusque tentatis viis, tandem aggerem tantum excitavit, ut civitatis etiam mœnia superaret: aliasque infinitas præterea molitus artes et fraudes, cum probro tamen re infecta inde discessit. Quæ vero is contra urbem eam tentarit, pro eo atque potero, exponam. Lignorum multam vim et materiam aliam, quæcunque facile ignem concipit, milites suos, aliis rebus relictis omnibus, ad urbem aggerere jussit. Atque ubi dicto citius factum, materia circum constructa est, terram deinde ingessit, et adversam aciem contra urbem B duxit: et celeriter propugnaculis in strue lignorum et aggere collocatis, eam oppugnavit. Usque adeo vero urbem altitudine operis superavit, ut ex munitionibus tela in defensores urbis conjicerentur. Itaque cum obsessi aggerem veluti montem aliquem urbi imminere viderent, et hostes ex locis superioribus pedibus quamprimum in urbem excursuri existimarentur, sole oriente ex adverso aggeri, qui agesta a Romanis appellatur, cuniculos agere instituerunt, et ignem subjicere, ut lignorum materia flamma consumpta agger pessum iret. Atque opus quidem confectum est; cæterum igne immisso, cœptum eos consilium fefellit, quod flamma exitum non haberet: **760** quam aerem C concipere, atque ita materiam comprehendere, sicuti consuevit, oportebat. Itaque ubi eos consilium prorsus destituit, in extremam dejecti desperationem, ad supernam anchoram, divinitus scilicet acceptam imaginem, confugerunt, quam nulla hominis manus fecerat, ipse vero Christus Deus Abgaro videre eum cupienti, facie in linteum impressa, miserat. Hanc ipsam imaginem ad cuniculum produxerunt, et aqua conspersam contra pyram miserunt. Et subito divina virtute invisibili quodam modo eorum fidei, qui hoc faciebant, succurrente, facile admodum quod desperatum antea fuerat, est perfectum. Siquidem confestim ligna ignem conceperunt, et quam celerrime combusta imminenti statim materiæ eumdem ignem immiserunt, D carpentem et consumentem omnia. Obsessi cives postquam fumum exsilientem ex aggeris mole viderunt, talia insuper sunt moliti. Vasculis siquidem quibuscunque fictilibus collectis, et sulphure, pice, aliisque rebus ex materia quæ facile flammam corripit, completis fundis ad cuniculi fossam conjecerunt. Quæ fumum emittentia, igne scilicet jactus impetu accenso, effecerunt, ut fumus qui ex aggere promanabat, prodire inde non existimaretur. Omnes enim fumum omnem ex ollis excitari autumabant. Triduo vero post, ubi ignis quæ in medio erant consumpsit, flammas ejus terra reddidit: et qui in aggere constiterant Persæ pugnatores, tandem intelligere cœperunt, in quodnam discrimen pervenissent. Tum Chosroes, veluti adversus

virtutem divinam contrariis corptis eundum sibi esse existimaret, quæ urbem præterfluit, aquam, contra pyram ardentem, exstinguere eam volens, immisit. At illa magis magisque accendebatur, aquarum vim omnem perinde atque sulphur, aut oleum, aut liquorem alium ad inflammandam materiam idoneum excipiens, in sublime eo usque ferebatur, donec agger omnis in agestam considens, in cineres est redactus. Itaque Chosroes rebus ipsis ad desperationem abductus, tandem vim eam quæ urbem defenderet cognovit : et pudore perculsus, in regnum suum rediit, pœnitentia ductus, quod tantos frustra labores subiisset, **761** per quos ita manus contra Deum tollere voluisset. Atque equidem hæc sic habuere. Dicam vero itidem, quod alibi Chosroæ apud Sergiopolim evenit, rem quæ referatur, ad memoriæ posteritatis sempiternæ tradatur, admodum dignam.

A σβεννύειν ταύτην πειρώμενος· ἡ δ' ἐπὶ μᾶλλον ἀνήπτετο τοὺς ὁλκοὺς δεδεγμένη τοῦ ὕδατος, ὥσπερ τι θεῖον ἢ ἔλαιον, ἤ τι ἄλλο τῶν ἐξάπτειν ὕλην ἐπιτηδείων· καὶ εἰς ὕψος ἀνέτρεχεν ἕως οὗ τὸ πᾶν τοῦ χώματος κατὰ τὴν ἀγέσταν χωρῆσαν, αὐτὴν ἀπετέφρωσεν. Ἔργοις δ' οὖν ὁ Χοσρόης ἀπεγνωκὼς, καὶ τὴν ἐγκειμένην τῇ πόλει δύναμιν ἐννοήσας, αἰσχύνης πλήρης ἐπὶ τὰ σφέτερα ἤθη πάλιν πορευτὸς ἧκε, μεταμέλῳ χρώμενος, τῷ διακένῳ τῶν κόπων οἷς χεῖρας οὕτω Θεῷ ἀνταίρειν βεβούλευτο. Τοῦτο μὲν δὴ τοιοῦτον. Λέξω δὲ καὶ ὃ κατὰ τὴν Σεργιούπολιν ἄλλοτε Χοσρόῃ ἐγένετο· ὅτι γε καὶ τῶν μάλα ἀξιολόγων ἐστὶ τὸ ἔργον, καὶ μνήμῃ προσήκει ἐσαεὶ διασώζεσθαι.

CAPUT XVII.

De cruce pretiosa, quam Justinianus Sergiopoli dedicavit. Et de miraculo ibi prope incredibili edito.

Instituit et huic jugum servitutis imponere contendens. Et postquam mœnia est aggressus, et urbem expugnare coactus : de salute dehinc urbis, ut ea servaretur, utrinque ab obsidentibus simul et obsessis, hinc inde verba sunt facta. Postremo inter utrosque convenit, ut sacris templorum donariis civitas redimeretur. Quibus et crux, quam Justinianus et Theodora eo miserant, est adnumerata. Et jam ab urbis ejus antistite, aliisque qui cum eo missi fuerant, ad Chosroen omnia deportata fuerant. Atque ille, num præterea in urbe quidquam reliquum esset, interrogavit. Affuit ibi quidam, verum dicere solitus, et Chosroæ, alia quædam pauca admodum in urbe a civibus occulte asservari renuntiavit. Ac auri quidem vel argenti reliqui nihil esse, sed alterius longe præstantioris et Deo dicatæ materiæ, in qua ossa Sergii martyris asservarentur, urnam sublongam ex argento fabrefactam restare. Hoc ubi Chosroes audivit, illico exercitum omnem ad exscindendam urbem ex castrorum munimentis eduxit. Confestim vero innumerabiles propugnatores supra urbem apparere, seque ad eamdem defendendam parare, atque per muros ubique discurrere visi sunt. Porro ut hoc, qui ad oppugnandum missi fuerant, viderunt, e vestigio ad Chosroen reversi, cum defensorum civitatis multitudinem, tum timorem suum, qui eos exarmasset, stupefacti commemorarunt. Chosroes autem, ubi curiose omnia scrutatus, valde paucos vel immaturæ vel exoletæ ætatis homines in urbe esse, robustis omnibus e medio sublatis, comperit, rem eam sublimioris alicujus potestatis, et martyris præcipue esse suspicatus est. Ac timore correptus, Christianamque religionem magnopere admiratus, statim, obsidionem solvit, atque in ditionem suam reversus est. **762** Fama vero obtinet, Chosroen istum, paulo ante obitum, sacris nostris initiatum atque ad divinum lavacrum admissum esse. Sedenim et pestem eam quæ tum

B

ΚΕΦΑΛ. ΙΖ'.

Περὶ τοῦ τιμίου σταυροῦ ὃν Ἰουστινιανὸς ἐν Σεργιουπόλει ἀνέθετο· καὶ περὶ τοῦ γεγονότος ἐκεῖσε παραδόξου θαύματος.

Ἐφίσταται καὶ ταύτῃ ζυγὸν δουλείας ἐπιθεῖναι σπουδάζων. Ἐπεὶ γοῦν τῷ τείχει προσέβαλε, καὶ πολιορκεῖν ἐπειρᾶτο, τὰ περὶ σωτηρίας τῆς πόλεως ὅπως σωθείη, παρ' ἑκατέροις τοῖς τε πολιορκοῦσι καὶ πολιορκουμένοις διελαλεῖτο. Τέλος συνέβαινον πρὸς ἀλλήλους, ὥστε τὰ θεῖα κειμήλια λύτρα ταύτῃ γενέσθαι· οἷς συγκατείλεκτο καὶ σταυρὸς ὑπὸ Ἰουστινιανοῦ καὶ Θεοδώρας πεμφθείς. Ὡς δ' οὖν παρὰ τοῦ τῆς πόλεως ἱερέως καὶ τῶν σὺν αὐτῷ πεμφθέντων ἐς Χοσρόην ἅπαντα διεσώζετο, ἐκεῖνος ἀνεπυνθάνετο, εἰ μὴ καὶ ἕτερα ὑπελείφθη τῇ πόλει. Παρ-
C ὼν δέ τις τῶν ἀληθίζεσθαι εἰωθότων, Χοσρόῃ ἐπήγγελλε, καὶ ἕτερα εἶναι εὐαρίθμητα λίαν πρὸς τῶν πολιτῶν ἐναποκρυβέντα, μηδὲν δέ τι χρυσοῦ ἢ ἀργύρου ἀπολελεῖφθαι· ἄλλης δὲ ὕλης προὐργιαιτέρας Θεῷ ἀνειμένης, τὰ τοῦ μάρτυρος ὀστέα Σεργίου περιφρουρούσης· εἶναι δ' ἐκείνην σορὸν ἐπιμήκη ἀργύρου πεποιημένην. Ὡς δὲ ταῦτ' ἠνηκόει Χοσρόης, εὐθὺς τὸν ὅλον ἐπαφῆκε στρατὸν τὴν πόλιν πορθεῖν. Ἐξαπίνης δ' ἀσπὶς μυρία ὑπερφανεῖσα τῆς πόλεως ὤπτο, ταύτης ὑπερμαχεῖν διεσκευασμένη, πανταχοῦ τὸν περίβολον διαθέουσα. Ὡς δὲ ταῦθ' οἱ πεμφθέντες τεθέαντο, εὐθὺς πρὸς Χοσρόην ὑπέστρεφον, τό τε πλῆθος τῶν ὑπερασπιζόντων τῆς πόλεως τεθηπότες, καὶ τὴν ἀφόπλισιν διηγούμενοι.
D Ὡς δὲ περιεργαζόμενος ὁ Χοσρόης ἐγνώριζε κομιδῇ βραχεῖς ἐναπομεῖναι τῇ πόλει ἐξώρους τε καὶ ἀώρους, τῆς σφριγώσης ἡλικίας ἐκποδὼν γενομένης, ἀνελάμβανεν ὑπερτέρας δυνάμεως εἶναι τὸ ἔργον, καὶ μᾶλλον τοῦ μάρτυρος. Δείσας δὲ καὶ τὴν Χριστιανῶν πίστιν ἐπὶ μέγα ἀγάμενος, εὐθὺς τὴν πολιορκίαν λύσας, πρὸς τὰ οἰκεῖα μετεχώρησεν ὅρια. Λόγος δ' ἔχει τουτονὶ Χοσρόην τέλει τοῦ βίου χρώμενον, μυηθῆναί τε τὰ ἡμέτερα, καὶ τοῦ θείου ἠξιῶσθαι λουτροῦ. Ναὶ μὴν καὶ τὰ τῆς ἐπισκηψάσης νόσου τηνικαῦτα ὡς ἐνὸν διηγήσομαι, ἥτις δὴ καὶ τὸ σύμπαν ὡς εἰπεῖν τῆς οἰκουμένης ἐπενεμήθη· ὅπερ ἄν ποτ' ἦλθεν εἰς ἀκοὴν, δεύτερον καὶ πεντηκοστὸν ἔτος ἐπινύσης τὴν γῆν.

grassata est, ita ut potero prosequar, quæ omnem (ut ita dicam) terrarum orbem depasta est, quinquaginta et duos annos, quod auditum nunquam est, in terris sæviens.

ΚΕΦΑΛ. ΙΗ'.

Περὶ τοῦ γεγονότος τηνικαῦτα περιφανοῦς λοιμοῦ· καὶ τῆς ἐπικυψάσης νόσου ἐπὶ ἔτη δύο τε καὶ πεντήκοντα.

A Μετὰ γὰρ ἔτη δύο τῆς Ἀντιόχου Πέρσαις ἁλούσης, πάθος λοιμῶδες ἐνέπιπτε, κατά τι μὲν τῷ ὑπὸ Θουκυδίδου εἰρημένῳ παραπλήσιον, διαλλάττον δὲ πολλῷ καὶ ἐπί τισιν· ὃ ἐξ Αἰθιόπων μὲν τὴν ἀρχὴν ἔσχε, πᾶσαν δὲ σχεδὸν τὴν οἰκουμένην διέδραμε, βαδίζον ὥσπερ καὶ μεταβαῖνον ἠρέμα, ὡς μηδένα τῶν τότε ὄντων ἀπείρατον καταλεῖψαι. Καί τινες μὲν τῶν πόλεων ἐπὶ τόσον κατεσχέθησαν τῷ νοσήματι, ἕως οὗ κεναὶ τῶν οἰκητόρων ἐγένοντο. Ἔστι δ' ἃς ἐπιπολαίως ἀψάμενον, θᾶττον μετῆλθεν. Οὐ μὴν κατά τινα περίοδον ὡρισμένην ἐπέσκηπτε· καὶ ἐπισκῆψαν αὖθις, οὐχ ὁμοίως ἐπεχώρει, ἀλλ' ἔν τισι B μὲν τῶν τόπων ἐν ἀρχαῖς τοῦ χειμῶνος εἰσιὸν, ἐπεπόλευεν· ἐν ἄλλοις δὲ, ἦρος ὄντος, καὶ ἔν τισι, θέρους ἐνισταμένου· ἔστι δ' ὅπου καὶ μετοπώρου προϊόντος. Καί τισι μὲν πόλεσι μέρους ἥπτετο, τοῦ λοιποῦ δ' ἀπηλλάττετο, καὶ ἦν ἰδεῖν ἐν νοσούσῃ πόλει οἰκίας διαφθειρομένας παντάπασιν· ἔστι δ' οὐ μίαν ἢ δύο διαφθαρείσας τῶν οἰκιῶν, τὸ λεῖπον ἀθιγὲς διαμεῖναν. Ἦσαν δ' οἳ ἐς τὸ ἀκριβὲς κατειλήφεσαν, ὡς αἵπερ τῶν οἰκιῶν ἀπαθεῖς τὸ νῦν διαμεμενήκεσαν, ἐς τὸ ἐπιὸν ἐκεῖναι μόναι τοῦ δεινοῦ μετεῖχον. Ὃ δὲ ξενίζον ἐκείνῳ ἦν ὁρᾷν, τοῦτ' ἦν, ὅτιπερ εἴγε συνέβαινεν οἰκήτοράς τινας τῶν πόλεων αἷς τὸ πάθος ἐπῆλθεν ἑτέρωθι διατρίβειν, ἐκεῖνοι μόνοι τῷ πάθει ἡλίσκοντο, οἳ ἐκ τῶν παθητῶν πόλεων ταῖς ἀπαθέσιν ἦσαν συνδιαιτώμενοι. C Ἐπέσκηπτε δὲ τὸ πάθος μάλιστα ταῖς περιόδοις τῶν κύκλων, ἃς ἐπινεμήσεις καλοῦμεν. Πανωλεθρία δὲ σχεδὸν συνέβαινε τοῖς ἀνθρώποις ἐν τῷ δευτέρῳ ἔτει τῆς πεντεκαιδεκαετηρίδος τοῦ κύκλου. Διαφόροις δὲ νοσήμασι τὸ πάθος συνεκροτεῖτο. Ἐνίοις μὲν γὰρ τῆς κεφαλῆς ἤρχετο, ὀφθαλμοὺς ὑφαίμους, οἰδαῖνον δὲ καὶ τὸ πρόσωπον καθιστῶν· ἔπειτα τῷ λαιμῷ ἐπισκήπτων, τοῦ ζῆν ἀπήλλαττεν· ἄλλοις δὲ ῥύσις γαστρὸς ἐπεγίνετο, τισὶ δ' ἐπανίσταντο καὶ βουβῶνες, ἐξαίσιοί τε πυρετοί· καὶ διήμεροι καὶ τριήμεροι ἔθνησκον· ὥσπερ μηδὲν πεπονθόσι, φρονήσεως καὶ ὑγιείας ἐν τῷ καθεστῶτι μένοντες. Ἄλλοι δὲ καὶ παράφοροι γινόμενοι, τὸ ζῆν ἀπελέγοντο· ἀνέθρωσκον δὲ καὶ ἄνθρακες· καὶ τοὺς ἀνθρώπους θᾶττον ἐκκαίοντες D ἐξηφάνιζον. Ἦσαν δὲ οἳ καὶ ἅπαξ καὶ δὶς ἁλόντες καὶ διαδράντες, ἔπειτα ὥσπερ ἐξ ὑποστροφῆς κρατηθέντες ἀπώλλυντο· αἱ δὲ μεταλήψεις διάφοροι, καὶ λόγον ἐκβαίνουσαι σύμπαντα. Οἷς μὲν γὰρ φθορὰ εἵπετο, μόνῃ συνοικίᾳ καὶ τῷ συνδιαιτᾶσθαι· ἄλλοι δὲ κἂν μόνης ἁφῆς ἐτρύγων τὸν θάνατον. Ἦσαν οἳ καὶ μόνον εἴσω παρακύψαντες τῆς οἰκίας, ἄλλοι δὲ καὶ κατ' ἀγοράν. Εἰσὶ δὲ οἳ καὶ διέδρασαν τὸν κίνδυνον νοσουσῶν πόλεων ἀπαλλαγέντες, μεταδόντες τῆς νόσου τοῖς μὴ νοσήσασιν. Ἄλλοι δὲ καθάπαξ οὐδὲ τῷ πάθει ἑάλωσαν, καίπερ πολλοῖς νοσοῦσι συνδιαιτηθέντες· καὶ οὐ νοσούντων μόνον, ἀλλὰ καὶ

CAPUT XVIII.

De sævissima ejus temporis pestilentia et contagione, quæ orbem quinquaginta et duos annos incessit.

Capta enim a Persis Antiochia, biennio post morbus pestilens obortus est, aliqua quidem ex parte ei quem Thucydides describit persimilis; aliquo vero modo multum ab eo dispar. Ortum cepit ex Æthiopia: universum vero prope pervasit orbem, veluti incedens, et sensim transiens, ita ut neminem fere ejus temporis hominem intactum prætererit. Quædam civitates adeo sunt a morbo eo occupatæ, ut vacuæ prorsus ab incolis fierent. Fuere quas levius carperet, et statim inde transiret. Nec ille certa quapiam periodo grassatus est: neque ubi grassari exorsus est, eumdem cursum tenuit: verum quibusdam in locis in principio hiemis sævire cœpit, in aliis verno tempore, in nonnullis æstate prima, alicubi autumno jam progresso, in quibusdam oppidis partem aliquam attigit, a reliqua autem abstinuit. Et videre erat in civitatibus peste hac affectis domos prorsus omnes consumptas: in aliis unam atque alteram ad vastitatem redactam, reliquas vero intactas. Fuerunt homines qui certius deprehenderent, quæ ædes nunc immunes a lue ista fuissent, eas proximo deinceps anno solas illam sensisse. Illud vero in hoc malo novum esse visum est, quod si cives aliqui earum urbium quas pestis invasisset, alio migrassent, soli ipsi ea corriperentur, qui ex infectis scilicet jam urbibus inter intactos versarentur. Porro malum hoc potissimum sæviit eis cyclorum periodis, quos epinemeses, hoc est, indictiones vocant. Internecione autem prope interiere homines secundo πεντεκαιδεκαετηρίδος, **763** hoc est, ejus qui annos quindecim complectitur cycli anno. Et ex variis ægritudinibus morbus iste compositus fuit. In quibusdam enim a capite incipiens, oculos sanguinolentos, et faciem tumentem efficiebat. Deinde gutturi incessens, vitam adimebat. Quosdam ventris profluvium invadebat. In aliis bubones etiam exstabant, et acres accedebant febres. Moriebantur intra biduum et triduum, perinde atque nihil paterentur, ratione et sanitate in vigore suo permanentibus. Nonnulli vero mentis impotes moriebantur. Item carbunculi exorti, homines celeriter inflammarunt et exstinxerunt. Erant qui semel atque iterum malo eo capti et liberati, postea tanquam postliminio correpti peribant. Diversa etiam fuit contagio, rationem excedens omnem. Nonnulli enim morbum ex conversatione tantum et consuetudine ægrorum contrahebant, alii solo contractu illorum, mortem sibi creabant. Erant qui cum in domum saltem prospexissent, inficiebantur: aliis id in foro contingebat. Nonnulli qui periculum evaserant, ex pestilentibus urbibus excedentes, contagionem morbi ad integros et

valentes transmittebant. Quidam vero peste (1) ea correpti prorsus non sunt, quamvis familiariter cum multis ægris vixissent : et non solum eos ipsos ægros, verum etiam ex peste ea defunctos homines contrectassent. Multi namque erant, qui magno studio ut morerentur agebant, propter liberorum aut totius familiæ internecionem. Quam ob causam ægrotis immisti, cum morbo ipso quodammodo colluctabantur. Nihilo tamen magis, pro eo atque cupiebant, ex hac vita migrabant. Lues (2) ista, sicuti duxi, ad quinquagesimum secundum annum, pestilentias priores omnes longe post se relinquens, grassata est. Philostratus pestem sui temporis, quæ quindecim duravit annos, admiratur. Sed illam hæc multis modis superavit. Ego vero ad reliquam historiam revertor, reliquas Justiniani res commemoraturus.

A πολλῶν ἐκ τῆς τοιαύτης τετελευτηκότων νόσου ἁψάμενοι. Πολλοὶ γὰρ ἦσαν καὶ σπουδὴν ποιούμενοι τὸ θανεῖν, διὰ τὴν τῶν παίδων ἢ οἰκιῶν συμβᾶσαν πανωλεθρίαν, καὶ διὰ τοῦτο τοῖς νοσοῦσιν ἐπιμιγνύμενοι, ὡσανεὶ ἀνταγωνιζόμενοι τῷ πάθει, ὅμως μέντοι πρὸς τὴν σφετέραν βουλὴν τὴν ἀπόβασιν ἥκιστα ἔσχον. Καὶ ἐπὶ πεντήκοντα καὶ δύο ἔτη τὸ πάθος ἐπενεμήθη, ὥς μοι λέλεκται· τὰ πρώην πάντα δεύτερα θέμενον. Θαυμάζει δὲ Φιλόστρατος τὸν κατ' ἐκεῖνον γεγονότα λοιμὸν, ὅτιπερ πεντεκαίδεκα ἔτη ἐπεχωρίασεν· ἐγὼ δ' ἐπὶ τὰ συνεχῆ τῆς ἱστορίας ἐπάνειμι, ὅσα λείποντα τῶν Ἰουστινιανοῦ χρόνων ἀναπληρώσων.

764 CAPUT XIX.

Quæ Evagrius historicus de inexplebili pecuniarum cupiditate Justiniani scripserit.

Quæ autem de eo Evagrius narret, adjiciam ne ipse in tantum imperatorem invectus esse videar. Sic enim ad verbum de eo ille loquitur : « Justinianus inexplebilis avaritiæ fuit, et alieni usque adeo appetens, ut cives subditosque omnes auro venales habuerit : et magistratibus ipsis, vectigaliumque mancipibus, atque aliis insidias nulla de causa adversus homines struere solitis, vendiderit. Quam plurimis autem, quibus amplæ essent divitiæ et possessiones, causa aliqua et prætextu, præter causam et prætextum omnem per colorem quempiam conficto, bonorum omnium multam dixit. Ac si qua mulier se assimulasset meretricium quæstum facere, et oculum alicui venereæ consuetudinis gratia adjicere, illico in leges committebatur. Atque ea ubi Justinianum ad societatem tam turpis lucri ascivisset, opes ejus qui per ejusmodi sycophantiam deceptus esset universas, ipse in domum suam congerebat. Pecuniæ vero prodigus etiam multas sacras ædes et templa ubique construxit, aliasque pietatis causa domos ad affectæ vel imperfectæ ætatis, et cum variis morbis conflictantium virorum et mulierum curam, ædificavit ; ingentibus, unde illæ foverentur, eis reditibus attributis. Alia quoque innumerabilia pietatis opera Deo placentia fecit : siquidem ea ex propriis auctoris, qui de suis ipse puris factis fructum ferat, facultatibus procedant (1). » Hæc quidem Evagrius.

B ΚΕΦΑΛ. ΙΘ'.

Περὶ τῆς φιλοχρηματίας καὶ ἀπληστίας Ἰουστινιανοῦ, οἷα ὁ συγγραφεὺς Εὐάγριος ἱστορεῖ.

Οἷα δὲ περὶ αὐτοῦ φησιν ὁ Εὐάγριος, παραθήσομαι, ἵνα μὴ αὐτὸς ἐγὼ δόξω τοῦ τοσούτου κατατρέχειν δὴ βασιλέως· φησὶ γὰρ αὐταῖς λέξεσιν οὕτως· « Ἰουστινιανὸς ἦν μὲν χρημάτων ἄπληστος, καὶ τῶν ἀλλοτρίων οὕτως ἐκτόπως ἐραστὴς, ὡς καὶ τὸ ὑπήκοον ἅπαν χρυσίου πιπράσκειν. Τοῖς τε ἀρχὰς ἐπιτροπεύουσι, τοῖς τε τοὺς φόρους ἐκλέγουσι· καὶ τοῖς ὅσοι ἀπ' οὐδεμιᾶς αἰτίας ῥάπτειν ἐπιβουλὰς τοῖς ἀνθρώποις ἐθέλουσι· πολλοὺς δὲ καὶ ἀναριθμους τῶν τὰ πολλὰ κεκτημένων, προφάσεις ἀπροφασίστους ἐπιχρώσας, τὰς οὐσίας ἁπάσας ἐζημίωσεν. C Ἢν δὲ καὶ γυνὴ ἑταιριζομένη ἐποφθαλμιῶσά τῳ ὁμιλίαν τινὰ ἢ μῖξιν ἀνέπλασεν, εὐθὺς ἅπαντα φροῦδα τὰ τῶν νόμων καθίστατο. Καὶ τὸν Ἰουστινιανὸν προσεταιρισαμένη τοῦ ἀτόπου κέρδους, ὅλον τὸν πλοῦτον τοῦ συκοφαντηθέντος οἴκοι μετεσκευάσατο· καὶ ἀφειδὴς δὲ χρημάτων ὑπῆρχεν, ὥστε καὶ πολλοὺς ἁγίους καὶ ἑκασταχοῦ νεὼς ἀναστῆσαι, ἄλλους τε ἐναγεῖς οἴκους ἐς ἐπιμέλειαν ἀνδρῶν τε γυναικῶν ἐξώρων τε καὶ ἀώρων, καὶ τῶν ὑπὸ νοσημάτων ποικίλων ἐνοχλουμένων· συντάξεις τε μεγάλας ἀποκληρῶσαι, ὅθεν δέοι ταῦτα γίνεσθαι· πρᾶξαί τε μυρία εὐσεβῆ καὶ Θεῷ ἀρέσκοντα· εἴπερ ἐξ οἰκείων δρῷεν οἱ τούτων ἐργάται, καὶ καθαρὰς τὰς σφῶν πράξεις καρποφοροῖεν. » Καὶ ταῦτα μὲν ὁ Εὐάγριος.

D

(1) Evagrius quoque hac peste se infectum fuisse scribit lib. IV, cap. 56.

(2) Ἐπινέμησις, *depastio*. Iliad. VI. Πάντα κεν ὅσσα τε γαῖαν ἐπινεμέει τε καὶ ἕρπει. Hoc est : *Omnia quæ terram depascunt, quæve pererrant*. Depastiones et grassationes hujusmodi pestilentiæ et morbi epidemici atque populares (Cyprianus *mortalitatem* vocat) sicuti eluviones exustionesque terrarum tempore certo accidere solent.

(3) Hoc, *Facite vobis amicos de Mammona iniquitatis*, etc. (*Luc.* XVI) quidam male intelligendo rapiunt res alienas, et aliquid pauperibus largiuntur, et putant se facere quod præceptum est. De justis laboribus facite eleemosynas. Ex eo quod recte habetis, date. Noli velle eleemosynas facere de fœnore et usuris, fidelibus dico. Eis quibus Christi erogamus dico. (Aug. serm. 35, *De verb. Dom. in Evang. secundum Lucam*).

ΚΕΦΑΛ. Κ'.

Ἔκφρασις τοῦ μεγάλου τεμένους τῆς τοῦ Θεοῦ Λόγου Σοφίας· ὅπερ Ἰουστινιανὸς Θεὸν διαφερόντως τιμῶν ἀνιδρύσατο.

Ὁ δὲ Ἰουστινιανὸς πολλοὺς μὲν νεὼς ἁπανταχοῦ τῆς οἰκουμένης ἀνέστησεν εἰς κάλλος ἐξησκημένους, μάλιστα δ' ἐν Κωνσταντινουπόλει περιφανεῖς ἐδομήσατο εἰς κάλλος ἅμα καὶ μέγεθος προϊόντας. Ἐδείματο δὲ, μέγα τι χρῆμα καὶ ἀπαράβλητον μηδὲ πώποτε ἱστορηθὲν, τὸν μέγαν τῆς τοῦ Θεοῦ Λόγου Σοφίας νεὼν, μέγιστόν τε λίαν καὶ εὐπρεπέστατον, καὶ λόγου δύναμιν ὑπερβαίνοντα. Ἐγὼ δ' ὡς οἷόν τε πειράσομαι τοῦτο ἐπιδραμεῖν καὶ διαγράψαι λόγῳ τὸ τέμενος.

A

CAPUT XX.

Descriptio augusti templi Dei Verbi Sapientiæ, quod Justinianus Deum sanctissime colens instauravit.

Justinianus porro multa delubra passim in orbe terrarum pulcherrima excitavit: potissimum autem Constantinopoli præclarissima templa, præstanti forma et magnitudine construxit. In quibus ingens illa et incomparabilis, neque unquam antea visa basilica est, augustum Sapientiæ **765** Verbi Dei templum maximum sane illud, atque decentissimum, et quod orationis vim omnem longe supergrediatur. Ejus structuram ex Procopio hoc loco inserere visum est: cujus verba hæc sunt.

Deest hoc loco descriptio structuræ templi Sophiæ Verbi Dei, Constantinopoli a Justiniano restaurati (1).

« Homines aliquando gregarii et leve vulgus Christianorum ecclesiam incendere ausi sunt. Sophiam Byzantii templum id, commodissime cognomen hoc Deo tribuentes, vocant. Permisit id hominibus nefariis, ut impietatem tantam patrarent, quod præviderit ad quantam pulchritudinem fanum id aliquando restitutum, perventurum esset. Itaque ecclesia exusta tota tum jacebat. Justinianus autem ita eam aliquando post expolivit, ut si antea quispiam cognovisset, et descriptionem ædificii nunc exstantis ostendisset, in votis habiturus quilibet fuerit, ut ecclesia prorsus disperiret, quo ea forma, in quam est in præsentia redacta, conspiceretur. Artifices namque imperator ex provinciis omnibus omnes evocavit, atque in primis Anthemium Trallianum architecturæ et artis mechanicæ, quæ ingenio et manu fit, non tantum inter eos qui sua ætate, sed etiam qui superioribus temporibus ædificiis accurate et commode exstruendis præclari fuere, præterea vero eorum qui futuri erant, structurarum formas et effigies præscribendi peritissimum: et Isidorum Milesium, egregium fabrum. Spectaculum igitur ecclesia multo pulcherrimum facta est, conspicientibus quidem mirificum, audientibus vero incredibile prorsus. Nam altitudine cœlum prope attingit: et veluti ab ædificiis aliis abducta, urbi reliquæ imminet atque incumbit, exornans quidem illam, quod scilicet illius sit: spectandam autem seipsam præbens quod illius cum sit, illamque supergrediatur, tantum eminet, ut ex ea perinde atque e specula urbs tota perlustretur. Ea autem latitudine atque longitudine quam rectissime est exornata, ut non immerito longa et lata dicatur. Tum autem incredibili pulchritudine est insignis. Moles quoque ipsa ornamento illi est, et magnitudinis conveniens et apta ratio et proportio, neque ad nimiam amplitudinem excedens, neque se ad viliorem humilitatem demittens. Nam et solitis ædificiis grandior est, et immoderatis

B structuris venustior atque decentior. Lumine vero et solis splendore mirifice abundat. Non extrinsecus locum cum sole illustrari, verum intus oriri lucem dicas. Tanta vis lucis in templum hoc diffunditur. Facies ejus, pars scilicet orientem solem respiciens, ubi mysteria et arcana Deo sacra fiunt, ad hunc modum est exstructa. Ædificium quoddam dimidia ex parte rotundum et turbinatum, quod artis hujus periti hemicylindrum nominant, in sublimitatem immensam excurrit. Operis hujus altitudo, in quartam orbicularis figuræ partem evadit. Desuper structura alia lunata forma, ab ædificii artificibus ei imposita eminet, decenti quidem pulchritudine admiranda illa, sed quæ periculosa

C compositionis coagmentatione horrendum quiddam prorsus esse videatur. Videtur namque in rem præsentem vehientibus, non satis firmo loco collocata, atque non sine discrimine in sublime sublata esse. Illa vero certa et stabilis maxime constat. In hujus templi parte utraque, columnæ in solo sunt, et apices earum ex ingentibus saxis constructi, riteque coagmentati. Quæ columnæ aliunde aliis artificiose inter se situ ipso **766** respondentes, in magnam sublimitatem pertingunt: scopulis eas, si cernas, præruptis compares. Quatuor in iis arcus quadranguli forma exstant. Porro arcuum istorum duo, qui ad orientem et occidentem solem pertinent, in vacuum aerem pertinent. Reliqui autem duo ex inferiori paululum parte ædifi-

D cium quoddam et quasdam columnas habent. Eisdem vero ex superiore quoque parte rotunda structura ad turbinatam formam vergens imminet, unde semper dies primum illucescens apparet. Et cum ædificatio ita divisa sit, commodi illud habet, quod affatim lucem templo sufficit. Hæc vero ipsa (ut opinor) fieri non potest, ut lingua balbutiens et parum vocalis exponat. Namque propter structuram infractam, non in terra consistere, sed cœlitus catena aurea suspensa esse videntur. Et qui hæc contemplantur, quidnam potissimum præ aliis

(1) Edita est a nobis inter opera Procopii. Vide tom. LXXXVII Edit.

admirentur, dicere nequeunt. Verum cum animo A omnia circumspexerint, et supercilia super omnibus contraxerint, structuræ artem assequi non possunt : sed quod oculis perspicere eam non sit, consternati inde discedunt. Puro siquidem auro testudo summa tecta est, elegantiæ fastum admiscens. Tum autem lapidum splendor cum auri fulgore concertans, excellit. Ex utraque parte porticus duæ sunt : utriusque culmen, tholus, et aurum, tectorium est. Harum altera quidem viris orantibus, altera autem mulieribus idem facientibus cessit : neque prorsus quidquam inter se variant, aut differunt. Quis vero sublimiores loci in quo versantur mulieres stationes exponat? aut varias enumeret porticus et columnis frequentibus conspicuas aulas, quibus templum hoc circumdatum est? B quis columnarum et lapidum enumeret aptam et convenientem speciem, quibus sacra ædes exornata est? in pratum se quispiam floribus vernans incidisse existimet. Admiretur namque merito, aliorum quidem colorem purpureum, aliorum vero viridantem, in quibusdam autem puniceum florere; in nonnullis candidum fulgere videat. Insuper vero in quibusdam obstupescat, quos adversantibus inter se coloribus, in modum pictoris, natura ipsa varie cohonestarit. Porro templi ejus donaria omnia, quæ vel ad usum sacrorum parata, vel ex argento et lapillis magni pretii fabrefacta sunt, accuratius persequenti, eloqui omnino non est : quæ imperator duntaxat iste dedicavit. Ex una autem re tantum, conjectura, qui hæc legent, opes C ecclesiasticas colligere potuerunt. Sanctius etenim templi hujus sacrarium, quod soli sacerdotes adeunt, quadragies mille argenti libras continet.

Ex arcubus, quos loros mechanici vocant, unus orienti soli obversus, nondumque perfectus, magnitudine sua bases columnarum pressit, quæ pondus tantum non ferentes, derepente quodammodo diruptæ, non ita multo post pessum ituræ videbantur. Et Anthemius atque Isidorus ea re perterriti, ad imperatorem eam retulerunt : neque quidquam ex arte spei reliqui habuerunt. Imperator autem divinitus edoctus, statim eis arcum absolutum iri pollicitus est. Ipse etenim, inquit, in seipso assurgens, inferioribus columnarum basibus non egebit. Ita arcus certa firmitate in sublimi suspensus, experientia ipsa veritatem inventionis Justiniani confirmavit. Atque hoc quidem sic hac in parte elaboratum est. In aliis vero arcubus meridiem et boream ventum spectantibus, tale quiddam accidit. Lori qui vocantur, per ædificationem novam mole magna in sublime tollebantur. Eis vero inferiora ædificia pressa laborabant, et columnæ quæ eo loci erant, lapides parvos perinde atque expolirentur, ex sese jactos reddebant. Rursum igitur animos despondentes mechanici, propter casum eum imperatori periculum tale renuntiarunt. Tum ille huic malo remedium illud excogitavit. Laborantium enim ædificiorum partes summas, et arcus ipsos adimere, atque in præsens quidem seponere, postea vero rursum imponere, cum structuræ humor induratus evanuisset, præcepit. Illi imperata fecere. Ædificatio vero ipsa deinceps firma stabilisque constitit. Restauravit quoque Justinianus Sanctorum Apostolorum templum, quod nulli primas vult concedere. In eo imperatores et antistites recepto more sepeliuntur. »

CAPUT XXI.

De imperatoris ejusdem furore, potius quam amore, erga cyaneum seu cæruleum colorem.

Atque hæc quidem præclara, atque præclarorum longe præclarissima, sunt Justiniani imperatoris (1) opera. Verum in eo, quod belluinam feritatem omnem excedit, sive errore, seu ingenii timiditate (dicere id enim nequeo) fuit : initium ex seditione ea quæ *Νίκα*, id est, *Vince*, dicta erat, initium ducens. Mirifice namque alteri populi factioni, Cya- D neæ inquam, addictus fuisse visus est : adeo sane, ut non solum eos interdiu in media urbe cædes adversariorum facientes, **767** legitima pœna facinoris exigenda non cohibuerit, sed præmiis etiam prosecutus sit. Proinde homicidæ plures facti, et impunitas cædium aucta. Audebant illi et aa domos adversæ partis ingredi, et pretiosas sepositasque civium res diripere, ita ut illi salutem suam auro redimere cogerentur. Si quis vero ex magistratibus non dico coercere, sed inhibere tantum facinora ejusmodi voluisset, de vita is periclitabatur. Quapropter quidam Orientis præfectus, quoniam nonnullos scelere tali res novas molien-

ΚΕΦΑΛ. ΚΑ'.

Περὶ τῆς ἐν τῷ κυανέῳ χρώματι τοῦ βασιλέως μανίας μᾶλλον ἢ φιλίας.

Καλὰ μὲν δὴ καὶ καλῶν κάλλιστα ταῦτα Ἰουστινιανῷ βασιλεῖ εἴργασται. Ἓν δέ τι προσῆν αὐτῷ πᾶσαν θηριώδη γνώμην ἐκβαῖνον· εἴτε δὲ ἁμαρτίᾳ, εἴτε δὴ καὶ δειλίᾳ φύσεως, λέγειν οὐκ ἔχω· ἐκ τῆς Νίκα λεγομένης στάσεως τὴν ἀρχὴν εἰληφός· ὑπερφυῶς γὰρ ἐδόκει θατέρῳ τῶν τοῦ δήμου μερῶν, τῷ Κυανέῳ φημὶ, προσκεῖσθαι· καὶ ἐπὶ τόσον, ὡς καὶ φόνους ἐν ἡμέρᾳ καὶ ἐν μέσῃ τῇ πόλει δρῶντας τῶν δι' ἐναντίας, μὴ μόνον κωλύεσθαι καὶ ποινὴν τῆς ἀδικίας ἐκτίνειν, ἀλλὰ καὶ γερῶν ἀξιοῦσθαι· ὡς ἐντεῦθεν καὶ εἰς ἔργον προβῆναι ἀνδροφονεῖν. Ἐθάῤῥουν δὲ καὶ τοῖς οἴκοις ἐπιέναι, καὶ ἠρέμα τὰ προσόντα ἐκείνοις τῶν κειμηλίων ληΐζεσθαι, καὶ χρυσίῳ αὖθις ἐκείνους τὰς σωτηρίας ὠνεῖσθαι. Ἦν δέ που καί τις τῶν ἐπ' ἐξουσίαις μήτοι γε κολάζειν, εἴργειν δὲ μόνον ἐδοκίμαζε, περὶ τὰ καίρια τῆς ζωῆς ἐκινδύνευεν· ὅθεν καί τις τῶν τὴν Ἑῴαν ἐπιτετραμμένων ἀρχὴν, ἐπεί τινὰς περὶ τὰ εἰρημένα νεωτερίζοντας συσχὼν νεύροις τὸν ἀκόλαστον ἐσωφρόνιζε τρόπον, ἀτίμῳ πομπῇ αὐτὸς

(1) Apud Suidam est Justinianum imperatorem litteras plane ignorasse, ἀναλφάβητον, hoc est, alphabeti imperitum fuisse.

ἐκεῖνος νεύροις ᾐκίσθη κατὰ μέσην τὴν πόλιν περιαχθείς. Καί τις δ' ἕτερος, Καλλίνικος ὄνομα, τὴν τῶν Κιλίκων ἡγεμονίαν ἐπιτροπεύων, δύο τινὰς τῶν ἀνδροφόνων τούτων ὅτιπερ ἐκολάσατο διαχρήσασθαι τοῦτον ἐπιχειροῦντας, Παῦλος δὲ καὶ Φαυστῖνος ἦσαν ἐκείνοις αἱ κλήσεις, πρὸς τοῦ βασιλέως ἀνεσκολόπιστο, ποινὴν ὑπὲρ ὀρθῆς συνέσεως καὶ τῶν νόμων ταύτην καταβαλών. Ταῦτ' ἄρα οἱ θατέρου μέρους τὰ οἰκεῖα πεφευγότες, καὶ παρὰ μηδενὸς τῶν ἁπάντων ἀναδοχῆς ἀξιούμενοι, ἀλλ' ὥς τινα ἄγη τε καὶ μιάσματα τῆς πόλεως ἐλαυνόμενοι, λωποδυτοῦντες ἦσαν· καὶ τοῖς ὁδοιπόροις ἐφήδρευον μιαιφονοῦντες, ὡς μηδὲν ἀπεῖναι τῶν δεινῶν ὃ μὴ ἐπράττετο, κἀντεῦθεν θανάτους καὶ λεηλασίας καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἀτόπων ὁσημέραι παῤῥησιάζεσθαι. Πολλάκις δὲ μεταχωρῶν καὶ πρὸς θάτερα, καὶ αὐτοὺς θανάτῳ ὑπῆγε, τοῖς νόμοις ἐφιεὶς, οὓς πρότερον ἀνόσια πράττειν ἀνῆκεν ἁπανταχοῦ, καὶ ἴσα βαρβάροις τὰ πάνδεινα ἐνεργεῖν· ἀλλὰ τὸ μὲν περὶ τούτων ἐς λεπτὸν λέγειν κρεῖττον οἶμαι καὶ λόγου καὶ χρόνου. Ἀπόχρη γε μὴν καὶ ταῦτα τεκμηριῶσαι καὶ τὰ λείποντα τῆς ἀρχῆς.

A tes comprehendisset, et nervis protervitatem eorum castigasset, contumeliosa pompa per mediam urbem tractus, nervis est concisus. Et alium quemdam Callinicum nomine, Ciliciæ præsidem, quod in duos percussorum istorum, Paulum et Faustinum, qui interficere eum conati fuerant, animadvertisset, in crucem egit, pœnas ab eo, recte prudenterque facti, et legum conservatarum, sumens. Itaque qui diversæ factionis erant, quod possessiones suas relinquere coacti essent, et a nemine prorsus reciperentur, sed veluti quædam detestanda piacula urbe expulsi essent, prædonicam exercebant: et itineribus obsessis, ex insidiis viatores adoriebantur et cædebant, nihilque adeo quod non committerent malorum omittebant, et B quotidie ad homines interficiendos atque dispoliandos, flagitiaque alia peragenda, audaciores fiebant. Sæpenumero autem ad factionem alteram conversus, et in ipsos lege agere jussit, suppliciisque eos subdidit, quos antea ubique facinora impia committere, et gravissima quæque flagitia de barbarorum more patrare permiserat. Cæterum exacte hæc commemorare, neque temporis hujus est, neque orationis nostræ, quæ assequi ea non potest. Et hæc ipsa satis esse possunt ad reliquas imperii hujus, quæ hic non recensentur, res conjectura colligendas.

ΚΕΦΑΛ. ΚΒ'.

Περὶ Βαρσανουφίου τοῦ ἀσκητοῦ, καὶ Ἰωάννου, καὶ Συμεὼν τοῦ διὰ Χριστὸν Σαλοῦ.

Ἐπὶ δὲ τῆς τούτου ἡγεμονίας καὶ θεοφιλεῖς ἄνδρες ἐφάνησαν πολλαχοῦ τῆς γῆς διαλάμψαντες τῷ τε βίῳ καὶ τοῖς παρ' αὐτῶν ὑπερφυῶς εἰργασμένοις τῶν παραδόξων· ὧν εἷς ἦν καὶ Βαρσανούφιος, γένος Αἰγύπτιος· ἐν σαρκὶ δὲ τὴν ἄσαρκον μετῆλθε ζωὴν, περὶ τὸν νομὸν Γάζης φροντιστηρίῳ τινί· ὃν καὶ πολλὰ τῶν παραδόξων θαυματουργῆσαι φασίν. Ἐπιστεύετο δὲ, ὡς ζῶν οἰκίσκῳ τινὶ ἑαυτὸν καθεῖρξε, πεντήκοντα δὲ καὶ πρὸς ἐτῶν διεληλυθότων, οὔτε τινὶ ὀφθῆναι, μήτε μὴν τῶν τινὸς ἐπιγείων μετειληφέναι. Οἷς δὴ καὶ θρυλλουμένοις σφόδρα διαπιστῶν Σαλούστιος ὁ τῶν Ἱεροσολύμων πρόεδρος· ἐπειδὴ διορύττειν ἐκέλευε τὸν οἰκίσκον, ὅπου δὴ συνέβαινε τὸν ἄνθρωπον τοῦ Θεοῦ κατοικεῖν, πῦρ ἐκεῖθεν ἐκπηδῆσάν ποθεν, παραβραχὺ πάντας ἐπίμπρα, εἰ μὴ δρασμῷ τὴν σωτηρίαν ἐπραγματεύοντο. Καί τις δ' ἕτερος ἀνὴρ Συμεώνης ὄνομα, κατὰ τὴν Ἔμεσαν, ξένην τινὰ καὶ ἀληθῆ πολιτείαν μετῄει· μεστὸς γὰρ ὢν σοφίας πάσης καὶ χάριτος, παράφορον ἑαυτὸν ἐποίει· τὴν κενὴν δόξαν, ὡς ἀδοξίαν ταῖς ἀληθείαις οὖσαν, ἀποδυσάμενος. Οὗτος τοίνυν ὁ ὅσιος τὰ πολλὰ καθ' ἑαυτὸν διαιτώμενος ἦν, λανθάνων παντάπασι καὶ μή τινι διδοὺς πάροδον διαγνῶναι, πότε ἢ πῶς τὸ θεῖον ἱλάσκεται· ἢ πότε καὶ τίσι σιτίοις πρόσεισιν ἢ ἀπέχεται. Πολλάκις δὲ ἀγοράζων ἀνὰ τὰς πλατείας, ἐκτετράφθαι τοῦ καθεστηκότος ἐῴκει, καὶ μηδέν τι συνεστῶτος νοῦ ἔχειν, ἤ τι φρενῆρες καὶ ἀγχινοίᾳ προσῆκον. Καπηλείοις δ' ἀτάκτως ἐπιπηδῶν, τῶν παρευρημένων σιτίων ἐνεφορεῖτο ὅτε πει-

768 CAPUT XXII.

De Barsanuphio monacho et Joanne: item de Symeone propter Christum fatuo.

C Sub Justiniano multi in multis orbis partibus religiosi, et vita et miraculis ab eis gestis admirandi viri floruere, in quibus unus etiam Barsanuphius Ægyptius genere fuit, qui in carne carnis expertem egit vitam, in monasterio quodam quod in præfectura Gazæ situm erat. Hic cum prodigia multa edidisse dicitur, tum in tuguriolo seipsum vivum inclusisse, atque ibi ultra quinquaginta annos ita vixisse creditur, ut neque a quopiam visus, neque re quapiam terrena usus sit. Quæ cum de eo fama vulgata essent, eisque Salustius, (1) Hierosolymorum episcopus, fidem non haberet, postquam perfodere domunculam, ubi homo Dei habitabat, jussit, ignis alicunde exortus omnes consumpsisset, nisi sibi fuga consuluissent. Alius D quidem vir Symeones nomine, apud Emesam, novam quamdam et insolitam vitam egit. Cum enim et sapientia omni et gratia plenus esset, dementem se esse assimulavit, et vanam gloriam, ut quæ revera ignominia sit, rejecit. Sanctus igitur vir iste diu solitarius vixit, latens prorsus: neque cuipiam, ut cognosceret, quando, aut quomodo preces ad Deum funderet, aut quo tempore, et quibus cibis vel uteretur vel abstineret, aditum ad se permittens. Persæpe vero etiam in plateis versans, mente excidisse, neque quidquam consistentis pectoris, solertiæ, et sagacitatis habere visus est. Aliquando incomposite in cauponas insiliens, cibis se quos reperisset famelicus implebat.

(1) Evagr. habet *Eustachius*.

Quod si quis consilio ejus intellecto, vel observantiam vel honorem ei exhiberet, indignatus ille quam celerrime ex eo loco discedebat, ne id quod celatum volebat, deprehenderetur, virtusque ejus manifestaretur, veritus. Et ille quidem ita se propalam atque in medio foro gessit. Habuit autem familiares etiam quosdam, quibuscum quandoque fuit, scena et simulatione posita. Cuidam ex iis ancilla erat, quæ a quopiam per libidinem constuprata, ubi partus institit tempus, ab heris patratorem probrosi facinoris ejus et patrem pueri indicare coacta est. **769** Illa per calumniam, Symeonem clandestine secum consuevisse, seque ex eo gravidam esse dixit, et rem ita se habere juramento confirmat: idque si opus esset, in faciem illi se dicturam promisit. Hoc ubi ad aures Symeonis pervenit, factum ipse quoque non negavit, carnem scilicet se quoque circumferre, et lubricam peccandi proclivitatem insitam sibi esse dicens. Postquam autem eo nomine sermones apud omnes de eo increbuerunt, et ipse, sicuti videbatur, pudore perculsus est: illicet per fraudem sub verecundiæ prætextu seipsum subduxit. Et jam fatalis et constituta pariendi dies aderat, et muliercula sedili solito insidebat, doloresque vehementes exoriebantur, cruciatum intolerabilem afferentes. Ac misella ultimum discrimen adibat, neque fetus prodibat, cum in tempore ipso Symeonem advenientem, ut preces ad Deum profunderet, mulierculæ aliæ rogarunt. Ibi ille propalam, non prius fetum solem aspecturum esse, quam mater patrem clandestinum proderet, prædixit. Quod ubi femina professa est, et patrem verum nominavit, confestim infans maternis locis exsiliit, veritate ipsa quodammodo obstetricis illi officium exhibente. Alio insuper tempore Symeones iste in ædiculam mulieris impudicæ ingressus, foribus clausis, solus cum sola manens, aliquantum temporis extraxit: deinde ostio aperto profugit, conspectum omnium, ne quis eum conspiceret, ubique cursu citato vitans. Quo facto, opinionis non bonæ causam de se præbuit. Quapropter qui hoc viderant, mulierem convenerunt, diligenterque quid sibi illius ad eam ingressus et tam diuturna mora voluerit, percunctati sunt. Ibi illa adjuravit se in tertium usque diem penuria rerum necessariarum, præter aquam, nihil degustasse. Illum autem, qui hoc cognovisset, cibum ad se et vini aliquantulum attulisse; deinde januis clausis, mensam apposuisse, cibum capere jussisse, dapibus eam replevisse: et reliquiis earum receptis, abiisse. Cum terræmotus maximus regionem eam concussurus esset (quo tempore, præ civitatibus aliis, urbes Berytus, Biblus, et Tripolis, cladem ingentem acceperunt) lorum manu circumagens, et quam plurimas in foro columnas diverberans, ad alias: **770** State (inquit) vos, brevi namque saltare debetis. Et cum viri ejus factum nullum otiosum aut frustraneum esse judicaretur, qui ei rei affuere, animis suis quasnam columnas præteriens non pulsasset considerarunt.

A νώῃ. Εἰ δέ πού τις ἐννοήσας ἢ προσκύνησιν ἢ τιμήν τινα προσῆγε, θυμῷ πολλῷ καὶ τάχει τῶν τόπων ἀφίστατο· ὑπειδόμενος μή τι φωραθείη, ὃ λανθάνειν ἐπεχείρει, κατάδηλον τὴν οἰκείαν ποιῶν ἀρετήν. Τὰ μὲν οὖν ἐκτὸς καὶ ἀγοραῖα τῷ Συμεῶνι τοιαῦτά γε ἦσαν. Ἦσαν δέ τινες αὐτῷ καὶ συνήθεις· οἷς καὶ παρενέβαλλε τὴν σκηνὴν λύων καὶ τὴν ὑπόκρισιν. Ἑνὶ γοῦν ἐκείνων θεραπαινὶς ἦν, ἣ δή πρός τινος ἀκολάστως ἐκπορνευθεῖσα, ἐπεὶ ὁ τοῦ τόκου ἐνέστη καιρὸς, πρὸς τῶν δεσποτῶν ἠναγκάζετο τὸν τοῦ ἄγους πατέρα διερμηνεύειν. Ἡ δὲ τὸν Συμεώνην διέβαλλε σκοτίως αὐτῇ συμπλακῆναι, καὶ ἐξ ἐκείνου κυοφορεῖν· καὶ διώμνυτο ἦ μὴν οὕτως ἔχειν διισχυριζομένη, καὶ εἴ γε δέοι, καὶ εἰς ὄψιν διελέγχειν αὐτόν. Ὡς δ' εἰς ὦτα ἧκε τοῦτο τῷ Συμεῶνι, συνετίθει καὶ αὐτὸς δῆθεν· σάρκα γὰρ φορεῖν καὶ τὸν ὄλισθον ἐπιφέρεσθαι ἔλεγεν. Ἐπεὶ δὲ παρὰ πᾶσι διεθρυλλεῖτο καὶ αἰσχύνης ἔμπλεως ἦν ὥς γε ἐδόκει, δῆθεν σοφιζόμενος ὑπέστελλεν ἑαυτὸν, καὶ τὴν αἰδῶ πρόσχημα ἐπετίθει. Ὡς δ' οὖν ἡ κυρία ἧκεν ἡμέρα τοῦ τοκετοῦ, καὶ ἐπὶ τῶν εἰωθότων ἡ γυνὴ καθῆστο σκιμπόδων, ἡ μὲν ὠδῖς σφοδρότερον κατερρήγνυτο, ἀνύποιστον τὴν ἀλγηδόνα ἐργαζομένη, ἐς ἔσχατον κινδύνου περιιστῶσα τὴν ἄνθρωπον. Οὐ μὴν ὁ τόκος προέκοπτεν, ἀλλ' ἐξεπίτηδες ἀφιγμένον τὸν Συμεώνην, ἱκέτευον εὔχεσθαι. Ὁ δὲ ἀνεῖπεν ἐμφανῶς, μὴ πρότερον τὸ κυοφορούμενον τὸν ἥλιον προσειπεῖν, πρινὴ τὸν σκότιον πατέρα τὸ γύναιον παραδείξειεν. Ὅπερ ἐπειδὴ τὸ γύναιον ὡμολόγει, καὶ τὸν ἀληθινὸν ἀνεῖπε πατέρα, εὐθὺς τὸ βρέφος ἐξέθορε τῆς C γαστρὸς, τῆς ἀληθείας ὥσπερ ἐκεῖνο μαιευσαμένης. Καὶ ἄλλοτε δὲ Συμεώνης οὗτος εἴς τι δωμάτιον εἰσιὼν γυναικὸς ἀκολάστου, καὶ τὰς θύρας ἐγκλεισάμενος, μόνος μόνῃ ἐγχρονίζων παρεῖλκε τὴν ὥραν· ἔπειτα διαπετάσας τὰς θύρας, φεύγων ἀπῄει, πανταχοῦ περιθέων τὴν ὄψιν, μή πού τις δῆθεν αὐτὸν ὀρῴη. Οὕτω δὲ δράσας, ὑπόνοιαν παρεῖχεν οὐκ ἀγαθήν· ὥστε καὶ τοὺς ἰδόντας ἀγαγέσθαι τὴν ἄνθρωπον, καὶ εἰς λεπτὸν ἀκριβοῦσθαι, τί τε βούλεσθαι τὴν ἐκείνου εἰσέλευσιν παρ' αὐτῇ, καὶ τὴν ἐπὶ τόσον δὴ τοῦ χρόνου τριβήν. Ἡ δὲ διώμνυτο, ἐς τρίτην ἡμέραν μηδενὸς ἀπογεύσασθαι πλὴν ὕδατος, ἐνδείᾳ τῶν ἀναγκαίων· τὸν δὲ μαθόντα, σιτά τε καὶ οἴνου μέρος κομίσαι· εἶτ' ἐγκλεισάμενον τὴν θύραν, τράD πεζαν παραθεῖναι, καὶ δειπνῆσαι κελεῦσαι, καὶ τῆς θοίνης ἐμπλήσασθαι· τὰ δὲ λείψανα πάλιν λαβεῖν καὶ οἴχεσθαι. Καὶ κλόνου δὲ γῆς μεγίστου κατασείειν μέλλοντος τὰ ἐκεῖσε μέρη, ὁπηνίκα ἥ τε Βηρυτίων, Βυβλίων τε καὶ Τριπολιτῶν πόλεις, τῶν ἄλλων μᾶλλον πεπόνθασιν, ἱμάντα τῇ χειρὶ περιάγων, τοὺς πλείστους τῶν κιόνων παίων ἀνὰ τὴν ἀγορὰν, Στῆτε, ἐπέλεγεν· ἔχετε γὰρ ὅσον οὔπω ὀρχήσασθαι. Ὡς οὖν τοῦ ἀνδρὸς οὐδὲν πάρεργον διεκρίνετο, οἱ παρευρεθέντες εἰς νοῦν ἔλαβον, τίνας τῶν κιόνων οὐκ ἔτυψε παριών· οἳ δὴ τοῦ σεισμοῦ ῥαγδαίως ἐπεισπεσόντος καταπεπτώκασι, πάρεργον ἐκείνου γεγενημένοι. Πολλὰ δὲ καὶ ἕτερα αὐτῷ μνήμης ἄξια διεπράχθη, ἅπερ ἰδίῳ συγγράμματι ἐν ἑτέροις διέλαβον.

Nam illæ ipsæ terræmotu impetu summo ingruente corruerunt, concussionis ejus opus primarium factæ. Multa præterea ab eo memoria digna sunt gesta, quæ scripto alio alibi sum prosecutus.

ΚΕΦΑΛ. ΚΓ'.

Περὶ Θωμᾶ καὶ αὐτοῦ τὸν ἔξηχον μετιόντος βίον.

A

Ἀνὰ δὲ τὴν Κοίλην Συρίαν καί τις ἕτερος τὸν ἴσον βίον διαθλεύων ἐτύγχανε, Θωμᾶς ὄνομα· ὃς ἐπὶ τῆς Ἀντιόχου γενόμενος, τὴν ἐτήσιον τροφὴν κομιούμενος, τῆς κατ' αὐτὸν μονῆς (ἐκ γὰρ τῆς ἐκεῖσε ἐκκλησίας ἐτέτακτο) ᾔει. Τοῦτον τοίνυν Ἀναστάσιος ὁ τὰ τῆς ἐκκλησίας οἰκονομῶν, ἐπεὶ συχνῶς ἠνώχλει, κατὰ κόῤῥης ἔπαιε τῇ χειρί. Ἐν δεινῷ δὲ ποιουμένων τῶν ἀμφ' αὐτὸν, εἶπεν, οὔτε Θωμᾶν τοῦ λοιποῦ τὸ τῆς ἐκκλησίας λήψεσθαι, οὔτε δώσειν τὸν Ἀναστάσιον· ἐπιτελῆ δὲ καὶ ἄμφω γενέσθαι κατὰ τὴν πρόῤῥησιν. Ὁ μὲν γὰρ Ἀναστάσιος τῇ ἐφεξῆς ἡμέρᾳ τὸν βίον κατέστρεψεν. Θωμᾶς δ' ὑποστρέφων, καὶ πρὸς τὴν Δάφνην γενόμενος, ἐν τῷ τῶν νοσούντων καταγωγίῳ, πρὸς τὴν ἀμείνω λῆξιν ἐχώρει. Καὶ τὸν ἐκείνου νεκρὸν οἱ ἐκεῖσε δὴ τῷ ἐπηλύδων πολυανδρίῳ κατέθεντο· εἶτα καὶ ἄλλον καὶ αὖθις ἕτερον ἐπ' ἐκείνῳ. Ἐπεὶ δὲ Θεοῦ τὸν οἰκεῖον τιμῶντος θεράποντα ὕπερθεν ὁ ἐκείνου νεκρὸς ἐγίνετο, τῶν ἐπιτιθεμένων τοῦ σώματος θείᾳ τινὶ δυναστείᾳ ἀποχρουομένων ὡςποῤῥωτέρω, οἱ τὸ θαῦμα κατιδόντες, Ἐφραιμίῳ τῷ ἐπισκόπῳ ἀνήγγελλον τὸ πραττόμενον. Ὁ δὲ διαγνοὺς ὅπερ καὶ ἀληθὲς ἦν, δημοτελῆ καὶ ἀγέρωχον κηρύξας πομπὴν, τὸν νεκρὸν ἀνὰ τὴν Ἀντιόχου περιφανῶς διεκόμιζε, καὶ ἐν τῷ κοιμητηρίῳ δόξῃ πολλῇ κατετίθετο· ἀπελάσας καὶ τὴν ἐπιδημήσασαν τηνικαῦτα λοιμώδη νόσον τῇ μεταθέσει. Τούτου δὴ τοῦ Θωμᾶ καὶ ἐτήσιον μνήμην παῖδες Ἀντιοχέων ἦγον, μεγαλοπρεπῶς ἑορτάζοντες.

CAPUT XXIII.

De Thoma, qui et ipse vitam tacitam extra hominum strepitum est complexus.

In Cœlesyria alius quidam, cui Thomæ nomen fuit, in eodem vitæ genere decertavit. Qui Antiochiam venire solitus (illius enim ecclesiæ censebatur) annuis alimentis receptis, in mansionem suam ibat. Hunc Anastasius ecclesiæ ejus minister et œconomus, quod frequenter molestus ei esset, manu in facie verberavit. Eam rem cum illi qui cum eo erant, ægre ferrent: ipse neque Thomam dixit de cætero quidquam ab ecclesia accepturum, neque Anastasium daturum esse. Et utrumque juxta prædictionem eam accidit. Anastasius siquidem postridie ejus dici vita defunctus est: B et Thomas ad tugurium suum revertens, postquam in Daphnes suburbanum vicum pervenit, in ægrotorum hominum diversorio, ad meliorem illam vitam migravit. Cadaver illius ejus loci incolæ in communi advenarum monumento reposuerunt, alio atque rursum alio cadavere illi superingesto. Postquam vero Deo ministrum suum cohonestante, corpus ipsius, identidem ea re tentata, semper superiorem tenuit locum, cadaveribus reliquis divina quadam vi longe admodum ab ipsius corpore semotis, miraculi ejus spectatores, ad Ephræmium episcopum rem retulerunt, qua ille ita uti erat cognita, publicam atque honorificam funeris pompam indixit, et corpus magnifice Antiochiam tulit, atque cum gloria multa in cœmeterio sepeliit. C Qua cadaveris translatione ille etiam pestilentem, qui tum grassabatur, morbum dispulit. Hujus Thomæ anniversariam memoriam magnificentissime, festum diem agentes, Antiocheni celebrarunt.

ΚΕΦΑΛ. ΚΔ'.

Ὡς καὶ ὁ μέγας Σάββας καὶ Θεοδόσιος ὁ κοινοβιάρχης ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ τέλει τοῦ βίου ἐχρήσαντο.

Ἰουστινιανοῦ δ' ἔτι τὴν αὐτοκράτορα διοικοῦντος ἀρχὴν, καὶ Σάββας ἐκεῖνος ὁ μέγας καὶ ὁ πολὺς Θεοδόσιος, οἱ τῆς ἐρήμου καθηγεμόνες, ἔτι περιῆσαν τῷ βίῳ. Ἀλλὰ προλαβὼν μὲν ὁ Θεοδόσιος διέβαινε πρὸς Θεόν. Σάββας δὲ τηνικαῦτα ἐννενηκοστὸν παρελαύνων ἐνιαυτὸν, πρὸς τοῦ τῆς Αἰλίας προέδρου αὖθις πρέσβυς ἐς Ἰουστινιανὸν ἄνεισιν, ἐν ἀμυδρῷ γήρει σαλεύων. Σαμαρεῖς γὰρ Ἰουλιανόν τινα σφίσι βασιλέα ἐπικηρύξαντες, πλεῖστα κατὰ Χριστιανῶν ἐξυβρίζουσιν, ἐκκλησίας λεηλατοῦντες καὶ πυρὶ νέμοντες· καὶ τοὺς εὐσεβεῖν ᾑρημένους μετὰ πολλὴν καὶ ἄφατον τιμωρίαν μαχαίρας ἔργον ποιούμενοι, κώμας τε κατατρέχοντες, καὶ τὰς τῶν ἁγίων θήκας ἀναῤῥηγνύντες καὶ παραδιδόντες πυρί· ἃ καὶ μάλιστα περὶ Νεάπολιν ἔπραττον μαχαίρᾳ μὲν τὸν ἐπίσκοπον ἀνελόντες, τῶν δὲ πρεσβυτέρων κατασχόντες τινὰς, ἔπειτα εἰς μέρη τε καὶ μέλη διελόμενοι, σύναμα μαρτύρων τισὶ λειψάνοις ἀπε-

771 CAPUT XXIV.

Ut Magnus Sabbas et Theodosius Cœnobiarcha sub Justiniano vitam finierint.

Justiniano adhuc imperium administrante, et magnus ille Sabbas, et præclarus Theodosius, eremi præsides, superstites erant. Verum prior Theodosius ad Deum transiit. Sabbas autem nonagesimum tum agens annum, ab Æliensi antistite D legatus iterum Constantinopolim ad Justinianum, in tenui atque imbecilli admodum senecta fluctuans, profectus est. Samaritani namque Juliano quodam rege sibi creato, plurimas Christianis superbe injurias tulerant. Ecclesias per sacrilegium compilatas igni vastaverant: eos qui secundum Deum pie vivendum sibi statuissent, post multa et inenarrabilia supplicia conciderant: et circum vicos discurrentes, atque sanctorum loculos violantes, in ignem conjiciebant. Ea vero circa Neapolim acciderant maxime, cujus episcopum ense occiderant, et presbyteros quosdam comprehensos, et deinde in frustra dissectos, una cum qui-

bus iam martyrum reliquiis in sartagine frixerant, a nulla prorsus temeritate et contumelia contra Christianos abstinentes. Quæ ubi Justinianus intellexit, multa manu cum illis congressus, cum alios multos, tum Julianum ipsum occidit. Captus quoque Silvanus quidam Scythopoli, et igni crematus, perquam acerbam vitæ catastrophen subiit : vir qui plurimum per effrenatam petulantiam in Christianos illusisset, et divina vindicta ad id tempus conservatus esset, ut debitas ad eum modum persolveret pœnas, quemadmodum et divinus Sabbas ei prædixerat. Arsenius autem quidam nomine et dignitate illustris, ejus quem diximus Juliani comes, Constantinopoli erat, et calumnias quasdam falso adversus Palæstinos suebat, perinde atque tyranno multis in rebus adjutores fuissent. Horum gratia Sabbas, sicuti dictum est, orator rursum Constantinopolim venit. Eum vero veluti angelum, et cœlestis Jerusalem civem, cœlitus venientem, perquam celebri pompa imperator excepit : quidquid in urbe illustrium esset virorum, ipsumque adeo Epiphanium patriarcham obviam illi mittens. Porro ubi longe advenientem imperator agnovit, eximiam capiti ejus coronam imminere vidit : **772** quod et ipsum Anastasius olim, cum ad eum veniret, conspexit. Itaque illi occurrit, et benedictione accepta, sane quam libenter cum eo fuit, et facillime quidquid is volebat fecit. Qui inde reversus et ipse ad æternam immortalemque vitam, condigna laborum præmia recepturus, transiit.

A τηγάνιζον, οὐδεμιᾶς τόλμης ἢ ὕβρεως κατὰ Χριστιανῶν φεισάμενοι. Ἃ δὴ γνοὺς Ἰουστινιανὸς, χειρὶ πολλῇ συμβαλὼν ἐκείνοις, ἄλλους τε πολλοὺς ἀναιρεῖ καὶ Ἰουλιανὸν αὐτόν. Συλληφθεὶς δὲ καί τις Σιλουανὸς ἐν Σκυθοπόλει, πυρὶ παραδίδοται· καὶ πικρὰν οὕτω καταστροφὴν τοῦ βίου ὑφίσταται, ἀνὴρ πλεῖστα κατὰ Χριστιανῶν πεπαρῳνηκὼς, καὶ τῇ θείᾳ δίκῃ ἐνταῦθα ταμιευθεὶς, ἵν' ἀρκοῦσαν οὕτως ἀποτίσῃ καὶ τιμωρίαν· ὥσπερ δὴ καὶ ὁ θεῖος Σάββας ἐκείνῳ προήγγειλεν. Ἰλλούστριος δέ τις ἀξίαν, Ἀρσένιος τοὔνομα, ἀκόλουθος ὢν τῷ προειρημένῳ, τῇ Κωνσταντίνου γενόμενος, ψευδῆ κατὰ τῶν Παλαιστινῶν ἔῤῥαπτεν, ὡς εἶεν τῷ τυράννῳ πολλὰ συμβαλλόμενοι· δι' οὓς Σάββας, ὡς εἴρηται, πρεσβεύσων αὖθις ἐπὶ τὴν Κωνσταντίνου ἐφοίτα· οἷα
B δέ τινι ἀγγέλῳ καὶ τῆς ἄνω Ἱερουσαλὴμ πολίτῃ οὐρανόθεν ἥκοντι, περιφανῆ ἐποίει τὴν προπομπὴν ὁ κρατῶν· πᾶν ὅσον τῆς πόλεως ἐπιφανὲς ἦν καὶ αὐτὸν Ἐπιφάνιον τὸν πατριάρχην εἰς ἀπαντὴν ἐκείνου προπέμψας. Ἐπεὶ δὲ πόῤῥωθεν προσιόντα καὶ βασιλεὺς ἀνεγίνωσκεν, ἑώρα τινὰ στέφανον ἔξαλλον τῇ ἐκείνου ἐπικείμενον κορυφῇ· ὃ δὴ καὶ Ἀναστάσιος πάλαι τεθέατο, ἡνίκα πρὸς αὐτὸν ἐπεφοίτα. Ὑπαντήσας οὖν καὶ εὐλογίας ἀξιωθεὶς, ἡδέως ἐκείνῳ συνῆν, πᾶν ὅ τι βουλομένῳ ἦν, εὐχερέστατα διαλύσας. Ἐκεῖθεν δ' ὑποστρέψας, καὶ αὐτὸς πρὸς τὴν ἀγήρω καὶ ἀνώλεθρον διέβαινε βιοτὴν, ἐπάξια τῶν πόνων τὰ γέρα ληψόμενος.

CAPUT XXV.

De miraculo insigni, quod puero Hebræo a sanctissima Dei Genitrice accidit.

Anthimo (1) vero, quemadmodum dixi, episcopali throno in urbe imperiali dejecto, et Mena pro ipso ab Agathone papa electo atque ordinato, miraculum quoddam Constantinopoli, dignum quod memoretur, accidit ; quod sane ita ut potero exponam. Consuetudo a multo tempore imperanti urbi fuit, ut cum plusculum de partibus immaculati divinique corporis Domini et Dei et Servatoris nostri Jesu Christi reliquum esset, sacerdotes pueros incorruptos, ex eis qui ad præceptores in ludum litterarium eunt, accerserent, qui jejuni reliquias eas ederent. Quod quidem mihi quoque sæpenumero, cum puer admodum essem, et maxime a prima ætate in sacris ædibus versari studio haberem, contigit. Tale quiddam sub Mena quoque patriarcha evenit. Cum pueris ad id delectis, puer quoque viri religione Judæi, vitro conficiendo vitam tolerantis, aggregatus est. Puer is, ubi diutius ultra solitam horam moratus domum venit, et causam tardioris reditus parentibus diligentius eam inquirentibus, quod scilicet cum aliis pueris in æde sacra divinas partes edisset, renuntiavit, pater re nova audita, furore percitus,

C

ΚΕΦΑΛ. ΚΕ'.

Περὶ τοῦ γεγονότος θαύματος ἐπὶ τῷ τοῦ Ἑβραίου παιδὶ παρὰ τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου.

Τοῦ δὲ τῆς βασιλίδος ἐπισκόπου Ἀνθίμου τοῦ θρόνου κατασπασθέντος, ὡς εἴρηται, Μηνᾶ τε ἀντ' αὐτοῦ πρὸς Ἀγάθωνος τοῦ πάππα ἐπιλεγέντος καὶ χειροτονηθέντος, θαῦμά τι γέγονεν ἐν τῇ Κωνσταντίνου λόγου πολλοῦ ἄξιον· ὃ δὴ ὥς γ' ἐνὸν διηγήσομαι. Ἔθος κεκράτηκεν ἐκ πολλοῦ τῇ βασιλίδι τῶν πόλεων, ὡς ἐπειδὰν πολύ τι τῶν μερίδων τοῦ ἀχράντου καὶ θείου σώματος τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐναπολειφθείη, μεταστέλλεσθαι τοὺς ἱερέας, παῖδας ἀφθόρους ἐκ τῶν ἐς χαμαιδιδασκάλου φοιτώντων, καὶ ταύτας νήστεις ἐσθίειν. Ὃ δὴ καὶ ἐμοὶ πολλάκις νεωτέρῳ
D κομιδῇ γε ὄντι ἐπισυνέβη γενέσθαι, μάλιστα θείοις τεμένεσι διατρίβειν ἐκ νέου πεποιημένῳ σπουδήν. Τοιοῦτόν τι καὶ τότε Μηνᾶ πατριαρχοῦντος συνέβαινε. Συνηλίσθη τοίνυν τοῖς ᾑρημένοις ἐπὶ τούτῳ παισὶ, καί τι παιδίον Ἑβραίου τὴν δόξαν ἀνδρὸς, ἐξ ὑέλων ποριζομένου τὸ ζῆν· ὃ ἐπεὶ πολύ τι τῆς ὥρας ἀναλῶσαν ἐπ' οἴκου ἐγένετο, τὴν τῆς βραδυτῆτος αἰτίαν ἐξακριβουμένοις τοῖς γονεῦσιν ἀνήγγελλεν, ὡς εἴη τοῖς ἄλλοις παισὶν ἀνὰ τὸ θεῖον τέμενος τῶν θείων μερίδων ἀποφαγόν. Ὁ δὲ πατὴρ τῷ καινῷ τοῦ ἀκούσματος εἰς θυμὸν ἀναφθεὶς, τὴν κάμινον

(1) Apud Evagrium Anthimo throno Constantinopolitano ejecto, Epiphanium episcopum creatum et Epiphanio Menam successisse, scriptum est lib. IV, cap. 36.

ὑπανάψας, ἔνθα τὴν ὕαλον ἐμόρφου, τῷ τῶν ἀνθράκων πνιγεῖ λαβὼν ἀκοντίζει τὸν παῖδα· μηνίσας τῷ πεπραγμένῳ, κἂν μηδὲν εἰδὼς ὁ παῖς ἔπραττεν. Ἐπεὶ δὲ τὸν παῖδα ἡ μήτηρ ἀναζητοῦσα βραδύνοντα οὐδαμοῦ εὕρισκε, πανταχοῦ περιῄει τὴν πόλιν, δεινὸν ὀλοφυρομένη καὶ ἐπικωκύουσα τῷ παιδί· καὶ δὴ μετὰ τρίτην ἡμέραν παρὰ τὸ τοῦ ἀνδρὸς ἐργαστήριον γενομένη, θρήνοις ὑπερφυέσι σπαράττουσα ἑαυτὴν, ἐκάλει τὸν παῖδα διωλύγιον ἐπιστένουσα. Ὁ δὲ παῖς τῆς μητρικῆς ᾐσθημένος βοῆς, ἐκ τοῦ πνιγέος τὴν ἀπόκρισιν ἐποιεῖτο· ἡ δ' εὐθὺς τὰς θύρας συντρίψασα, παράδοξον οἷον ἑώρα τὸν παῖδα ἐπὶ μέσοις καθεστῶτα τοῖς ἄνθραξι, μηδὲ τρίχα τῆς φλογὸς λυμήνασθαι δυνηθείσης. Ἐπεὶ δὲ καὶ τὴν αἰτίαν ἠρωτᾶτο πῶς ἀπαθὴς διαμεμενήκει, B γυναῖκα τινὰ τῶν ἐπιφανῶν ἔλεγε πορφυρᾶν ἀναβεβλημένην στολὴν, παρ' αὐτῷ συχνὰ φοιτῶσαν, ὕδωρ ἐγχεῖν, καὶ τούτῳ τὸ πλησιάζον τῆς φλογὸς κατευνάζειν, καὶ σῖτα παρέχειν ἡνίκα πεινῴη. Ὡς δὲ ταῦτα Ἰουστινιανὸς ἔγνω, τὸν μὲν παῖδα σὺν τῇ μητρὶ τῷ θείῳ τῆς παλιγγενεσίας προσῆγε λουτρῷ, καὶ ἀπεκλήρου Θεῷ· τὸν δέ γε ὑελουργὸν μὴ ἀνασχόμενον τὰ Χριστιανῶν ἑλέσθαι, ἐν συκῇ οἷα παιδοφόνον ἀνεσκολόπιζεν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν τῇδε προέβη. Ἡμεῖς δ' αὖθις ἐπὶ τὸ προκείμενον τὴν τοῦ λόγου ῥύμην ἀγάγωμεν.

ΚΕΦΑΛ. ΚϚʹ.

Περὶ τῶν προεδρευόντων τηνικαῦτα τῶν μεγάλων πόλεων· καὶ περὶ τῆς διαφορᾶς Μηνᾶ τε καὶ Βιγιλλίου τοῦ Ῥώμης.

C Κατὰ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον, τῆς μὲν Ῥώμης ἡγεῖτο Βιγίλλιος διαδεξάμενος τὸν Σιλβέριον, ὃς τὸν Ἀγάθωνα. Τὴν δὲ Κωνσταντίνου διεῖπεν Εὐτύχιος διαδεξάμενος κατὰ τὴν σύνοδον τὸν Μηνᾶν, ὃς Ἄνθιμον· Ἐπιφάνιος δ' ἐκείνου προῆν. Ἐπὶ δὲ τὸν τῆς Ἀλεξάνδρου θρόνον μετὰ Θεοδόσιον ἐκβληθέντα, ὡς εἴρηται, ἔτι περιῆν ὁ Ζωΐλος· οὗ μετὰ μικρὸν τοῖς αὐτὸν ἡγησαμένοις προστεθέντος, Ἀπολλινάριος τὴν καθέδραν ἐλάμβανεν· ἀνὰ δὲ τὴν Ἀντιόχου μετὰ Ἐφραίμιον Δομνῖνος ἀνῄει τὸν θρόνον. Ἐν δὲ Ἱεροσολύμοις μετὰ Μαρτύριον, καὶ Σαλούστιον, καὶ Ἠλίαν τὸν περιώνυμον, Ἰωάννης διεῖπε τὸν θρόνον· μεθ' ὃν Πέτρος ὁ θαυμαστὸς, καὶ αὖ μετὰ τοῦτον Μακάριος, μήπω βασιλέως προσηκαμένου τὴν προεδρίαν· διὸ καὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἠλάθη καθέ- D δρας· ἐλέγετο γὰρ εἴπερ τις τὰ Ὠριγένους δόγματα μάλα πρεσβεύειν. Οὗ ἐξεληλαμένου, Εὐστόχιος ἐπὶ τὴν ἱερὰν καθέδραν ἀνήγετο. Εἰδέναι μέντοι χρεὼν, ὡς ὁ πάππας Βιγίλλιος τῆς Ῥώμης ὑπὸ Γότθων αὖθις ἁλούσης, φεύγων τὴν Κωνσταντίνου κατέλαβε. Λαμπρᾶς δ' ὑπὸ βασιλέως τυχὼν τῆς εἰσόδου, ἑνοῦν ὑπισχνεῖτο τὴν Ἐκκλησίαν, ὥστε καὶ τὰ προσιστάμενα τῇ πίστει τρία κεφάλαια ποιῆσαι ὑπὸ ἀνάθεμα. Ἐς τοσοῦτον δ' ἐπήρθη φρονήματος, ὡς καὶ

A fornacem ubi vitrum conformabat, succendit: et puerum arreptum, in eum prunis flamma suffocata candentem conjecit, ob factum tale iratus: quamvis filius sciens nihil admisisset. Porro mater ubi puerum diutius non comparentem quæsivisset, et non invenisset, urbem omnem circumiit, perquam acerbe plorans atque lugens: et die tertio ad officinam mariti consistens, ingenti planctu seipsam lanians, prolixiusque ingemiscens, filium vocavit. **773** Atque ille materna voce agnita, responsum e furno reddidit. Tum mater ostio furni fracto, cum miraculo maximo, in mediis prunis puerum stantem vidit, ita prorsus incolumem, ut ne capillum quidem flamma lædere potuerit. Et ubi causam incolumitatis quæsivit, B mulierem quamdam illustrem, purpurea amictam stola, frequentius ad eum venisse, aquam sibi infudisse, et flammam ea appropinquantem exstinxisse, cibum etiam cum esuriisset, præbuisse, dixit. Hæc postquam Justinianus cognovit, puerum cum matre divino regenerationis lavacro adhibuit, Deoque dicavit. Patrem autem, qui Christianorum sacra suscipere non sustinuit, veluti parricidam, in ficum arborem, perinde atque in crucem egit (1). Verum hæc quidem sic accidere. Nos autem ad institutum orationis cursum revertamur.

CAPUT XXVI.

De episcopis magnarum tum temporis urbium, et de dissidio Menæ et Vigilii episcopi Romani.

C Eo tempore Romæ Ecclesiam regebat Vigilius, post Sylverium (2), qui Agathoni successerat, episcopus creatus. Constantinopoli vero synodi tempore Menæ successit Eutychius. Menam porro Anthimus, hunc autem Epiphanius præcesserat. Alexandriæ post Theodosium, throno, sicuti dictum est, dejectum, Zoilus episcopus subrogatus, superstes adhuc erat. Atque ubi is paulo post decessoribus suis est aggregatus, Apollinaris cathedram ejus accepit. Apud Antiochenos in locum Ephræmii Domninus substitutus est, Hierosolymis autem post Martyrium, et Salustium, et Heliam celeberrimum, Joannes episcopatum administravit. Post hunc rursum Petrus ille admirandus, et post Pe- D trum Macarius, cum imperator nondum episcopatum ejus comprobasset. Quapropter etiam ecclesiastica deturbatus est cathedra. Dicebatur enim, quantum alius nemo, Origenis dogmata vulgare. Hoc vero repudiato, Eustochius in sacram sedem conscendit. Illud non prætereundum, Roma a Gothis iterum capta, **774** Vigilium (3) profugientem Constantinopolim venisse: ubi cum ab imperatore magnifice esset acceptus, ad unionem se Ecclesiam reducturum esse, ita ut tria quoque fidei

(1) Apud Ficos ut patricidam in crucem egit. (Evagr.)

(2) Silverius papa, Theodoræ Augustæ jussu, quod Anthimum Constantinopolitanum episcopum hæresis damnatum restituere noluerit, in Pontiam insulam relegatus, ibi oppetiit mortem. (Diac.)

(3) Vigilius ob eamdem, quam decessor ejus Sylverius, causam, indignatione Augustæ Constantinopolim ductus, indeque in exsilium actus est. (Diac.)

adversantia capitula anathemate jugularet, pollicitus est. Eo vero insolentiæ progressus est, ut et Menam a communione quatuor mensibus excluserit. Idem sane et Menas adversus illum fecit. Sed enim Justinianus rebus hujusmodi ad iram commotus, qui eum comprehenderent misit. Vigilius autem sibi metuens, ad Sergii martyris aram confugit: et sacris ibi fistulis implicitus, non prius inde extractus cessit, quam illas evertit. Erat namque magnus, et corporis statu vastus. Postea vero cum ejus rei Justinianum pœniteret, partibus suis interponente imperatrice Theodora, Vigilium suscepit: atque ille rursum Menam ad communionem admisit. Quo tempore encænia vicesimo nono Junii die templi sanctorum Apostolorum sunt celebrata, et sacræ apostolorum reliquiæ in curru aureo a Mena circumvectæ. Hoc ipso anno Menas decessit, et Eutychius, sicuti diximus, thronum ejus recepit, qui monachus et presbyter, necnon antistitis Amaseni responsorum dandorum minister fuit.

CAPUT XXVII.

De sancta magna quinta universali synodo.

Itaque episcopatum veteris Romæ administrante Vigilio, novæ autem primum Mena, deinde Eutychio; Alexandriæ, Apollinari, Antiochiæ Domnino, Hierosolymorum autem Eustochio: cum eis etiam adesset Gregorius Agrigentinus, vir vitæ sanctitate, eloquentia, et veritatis doctrina omnibus prope superior: imperator Justinianus sanctam quintam œcumenicam synodum, episcopis ecclesiarum omnium evocatis, coegit, ejusmodi ob causam. Eustochius Hierosolymorum episcopus, cum permulti in Palæstina, qui Origenis dogmata profiterentur, 775 florerent, potissimumque ibi ea secta in nova quæ dicebatur Laura, obtineret, magno studio ut eos inde abigeret, egit. Proinde ea ipsa quam dixi, nova mandra occupata, illos veluti communia et profana piacula ecclesia exegit. Illi autem undequaque dispersi, multos ad partes suas pertractos, ut auxilium eis ferrent rogarunt. Et non paucos auxiliares habuere socios. Maxime vero eos defendit Theodorus cognomento Ascidas, Cæsareæ Cappadocum episcopus, idemque Justiniani imperatoris assessor, consiliarius gratus illi et fidus maxime visus: quippe qui ob res dextre ex sententia principis agendas ei placeret. Hic ubi, quantum potuit, aulam imperialem commovit, impietatemque quæ nefanda omnia flagitia excelleret, Eustochii rem in Palæstina actam, vocavit, in urbem imperantem cum Eustochio præcipue evocantur Rufus magni Theodosii, et Conon magni Sabbæ mansionis præfectus, eremi uterque dux, cum monasteriorum quibus præibant causa, tum propter virtutem suam maxime. Venere cum illis alii quoque, non multum eis gloria cedentes. Postquam Patres ibi in loco uno convenere, causam in primis Origenis, Didymi et Evagrii, in medium protulere:

A Μηνᾶν ἀκοινωνησίᾳ δοῦναι τεττάρων μηνῶν· ἐπίσης δὲ καὶ Μηνᾶς ἐκείνῳ ἐποίει. Περιοργὴς δὲ τοῖς τοιούτοις γενόμενος Ἰουστινιανὸς, ἔπεμπε συλλαβέσθαι αὐτόν· ὁ δὲ δείσας, ὑπὸ τὸ Σεργίου τοῦ μάρτυρος θυσιαστήριον ἀπεδίδρασκε· καὶ τοῖς ἱεροῖς καλάμοις περιπλακεὶς, οὐ πρότερον ἐκεῖθεν ἑλκόμενος ἐξῄεισιν, ἕως οὗ ἐκείνους κατέστρεψεν· ἦν γὰρ μέγας καὶ ὑπερπληθὴς τὴν πλάσιν τοῦ σώματος. Ἐς ὕστερον δὲ μεταμέλῳ χρησάμενος Ἰουστινιανὸς, μέσης οἱ γενομένης τῆς βασιλίδος Θεοδώρας, δέχεται τὸν Βιγίλλιον· ὁ δὲ αὖθις προσίεται τὸν Μηνᾶν· ὁπηνίκα καὶ τὰ ἐγκαίνια τοῦ νεὼ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων ἐγένετο τῇ εἰκοστῇ ἐνάτῃ Ἰουνίου μηνὸς, ἐν ὀχήματι χρυσῷ Μηνᾶ τὰ θεῖα τῶν ἀποστόλων λείψανα περιαγαγόντος. Τῷ δ' αὐτῷ B ἔτει Μηνᾶς μὲν τὸν βίον λιπὼν μετεχώρει· Εὐτύχιος δ', ὡς εἴρηται, ἀντ' αὐτοῦ τὸν θρόνον ἀνέβαινε, μοναχὸς ὢν καὶ πρεσβύτερος καὶ τοῖς λόγοις τοῦ Ἀμασείας διακονούμενος.

ΚΕΦΑΛ. ΚΖ'.

Περὶ τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης πέμπτης οἰκουμενικῆς συνόδου.

Καὶ τοίνυν τῆς μὲν πρεσβυτέρας Ῥώμης τὸν θρόνον πρυτανεύοντος Βιγιλλίου, τῆς δὲ νεωτέρας τὰ μὲν πρῶτα Μηνᾶ, ἔπειτα δὲ Εὐτυχίου· τῆς δὲ Ἀλεξάνδρου Ἀπολλιναρίου· Δομνίνου δὲ τῆς Ἀντιοχέων, καὶ τῆς Ἱεροσολύμων Εὐστοχίου· συνόντος τούτοις C καὶ Γρηγορίου τοῦ Ἀκραγαντίνου, ἀνδρὸς βίῳ καὶ λόγῳ καὶ δόγμασιν ἀληθείας πάντας σχεδὸν ὑπερλάμποντος· ὁ βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς τὴν ἁγίαν πέμπτην οἰκουμενικὴν ἤθροισε σύνοδον, τοὺς ἁπανταχοῦ ἡγεμόνας μεταστειλάμενος τῶν ἐκκλησιῶν, τοιᾶσδε ἡγησαμένης αἰτίας. Ὁ Ἱεροσολύμων Εὐστόχιος, τῶν τὰ Ὠριγένους φρονούντων ἐν Παλαιστίνῃ πολλῶν ἀκμαζόντων, ἐπὶ μᾶλλον δὲ κατακρατούντων ἐν τῇ ἐκεῖσε νέᾳ καλουμένῃ Λαύρᾳ σπουδὴν ἐποιεῖτο ἀπελαύνειν τούτους ἐκεῖθεν· καὶ δὴ τὴν εἰρημένην νέαν καταλαβὼν μάνδραν, ἐξώθει ὥσπερ ἄγη τῆς ἐκκλησίας κοινά. Οἱ δ' ἁπανταχοῦ σποράδες γενόμενοι, πολλοὺς προσεταιριζόμενοι, ἀρήγειν σφίσιν ἐδέοντο· καὶ πολλοὶ μὲν οἱ συμμαχοῦντες ἦσαν ἐκείνοις· μάλιστα δὲ τούτων ὑπερήσπιζε Θεόδωρος ὁ ἐπίκλην D Ἀσκιδᾶς, ἐπίσκοπος μὲν τῆς ἐν Καππαδοκίᾳ προκαθημένης πόλεως Καισαρείας καθεστηκὼς, Ἰουστινιανῷ δὲ βασιλεῖ πάρεδρος, φίλος τέ οἱ δοκῶν καὶ πιστότατος, καὶ ἐπιτηδείως ἔχων τὰ θυμήρη πράττειν ἐκείνῳ. Δονοῦντος οὖν ἐκείνου ὡς ἐνὸν τὰ ἀνάκτορα, ἀσέβειαν καὶ ἀθεμιτουργίας ἁπάσης ἐπέκεινα καλοῦντος τὰ Εὐστοχίῳ κατὰ τὴν Παλαιστίνην γενόμενα, ἀνὰ τὴν βασιλέως στέλλονται πόλιν Ῥοῦφος ἡγούμενος τῆς τοῦ μεγάλου Θεοδοσίου μονῆς, καὶ Κόνων τῆς τοῦ μεγάλου Σάββα προεστηκὼς· ἀρχηγὼ καὶ ἄμφω τῆς ἐρήμου ἔκ τε τῶν φροντιστηρίων ὧν ἡγοῦντο, καὶ τῆς οἰκείας μάλιστα ἀρετῆς. Καὶ ἄλλοι δὲ σὺν αὐτοῖς ἧκον, οὐ παραπολὺ τῆς δόξης λειπόμενοι· οἳ δὴ κατὰ ταυτὸν γενόμενοι, τὰ κατὰ τὸν Ὠριγένην, Δίδυμόν τε καὶ

Εὐάγριον, ἐν πρώτοις ἐκίνουν· ὡς ἄρα εἶεν Ἑλλήνων δόξας τοῖς ὀρθοῖς τῆς Ἐκκλησίας δόγμασι παρασπείραντες, καὶ δέον ἐκ μέσου τούτους γενέσθαι. Ὁ δὲ Ἀσκιδᾶς μεθέλκων ἑτέρωθι, τὰ κατὰ τὸν Μοψουεστίας ἐπῆγε Θεόδωρον, τά τε κατὰ Θεοδώρητον καὶ Ἴβαν τὸν Ἐδέσσης ἐπίσκοπον· Θεοῦ τὰ πάντα πανσόφως οἰκονομοῦντος, ἵν' ἐκεῖθεν καὶ ἐντεῦθεν τὰ καινοφανῆ καὶ βέβηλα τῶν δογμάτων μακρὰν ἐλαθείη. Καὶ δὴ πρώτης κινήσεως γενομένης, ἀνεζητεῖτο εἰ τέως δέοι τοὺς τετελευτηκότας ἀναθέματι περιβαλεῖν. Εὐτύχιος δὲ τηνικαῦτα παρών, ἴδμων εἰς ἄκρον τῆς Θείας Γραφῆς, περιόντος ἔτι Μηνᾶ, οὐ τῶν ἐπισήμων τις ὤν, ταῖς γὰρ ἀποκρίσεσιν, ὡς γε εἴρηται, τοῦ ἐπισκόπου Ἀμασείας διηκονεῖτο, διαῤῥήδην οὑτωσὶ ἀπεφήνατο, οὐκ ἐν φρονήματι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν καταφρονήματι τοὺς ἀλισθέντας ἑωρακώς, μηδὲ βουλῆς τοῦτο δεῖσθαι· ὅτι γε καὶ ὁ βασιλεὺς Ἰωσίας οὐ τοὺς ζῶντας ἱερέας τῶν δαιμόνων πάλαι κατέσφαξεν, ἀλλὰ καὶ τῶν πρὸ πολλοῦ τεθνηκότων τὰς θήκας ἀνώρυξεν· ὅπερ εἰρημένον καλῶς ἐδόκει πᾶσι λελέχθαι· ὡς ἐντεῦθεν καὶ Ἰουστινιανὸν ἀγάμενον τὸν ἄνδρα, ἐς τὸν τῆς βασιλίδος ἀναβιβάσαι θρόνον τηνικαῦτα Μηνᾶ τελευτήσαντος. Ὁ μὲν οὖν Βιγίλλιος, καίπερ ἐγγράφως δούς, συνεδρεύειν οὐχ εἵλετο, ἀλλὰ μετὰ τὴν σύνοδον, ὡς μοι ῥηθήσεται, ἐξιὼν καὶ ἐπὶ τὴν Ῥώμην ἰών, θανάτῳ ἐνοδίῳ τὴν πρὸς ἐκείνην ἄφιξιν διεκόπτετο. Τῆς συνόδου δὲ ἠθροισμένης, Ἰουστινιανὸς ἐπύθετο, τί ἂν λέγοιεν περὶ ὧν εἰσάγει Θεόδωρος κατὰ τοῦ Μοψουεστίας Θεοδώρου καὶ Θεοδωρήτου, καὶ τῶν λόγων οὓς κατὰ τῶν δώδεκα κεφαλαίων τοῦ ἁγίου Κυρίλλου συνέταξεν· ἔτι δὲ καὶ τῆς λεγομένης Ἴβα ἐπιστολῆς πρὸς Μάριν σταλείσης τὸν Πέρσην. Καὶ δὴ πολλῶν ῥήσεων Θεοδώρου καὶ Θεοδωρήτου ἀναγνωσθεισῶν, καὶ ἐμφανῶς ἀποδεδειγμένου ὡς οὐ νῦν, ἀλλὰ καὶ ἔκπαλαι Θεόδωρος ἐκκήρυκτος ἐγεγόνει, καὶ τῶν ἱερῶν απηλείφη δέλτων, καὶ ὡς χρεὼν εἴη καὶ μετὰ θάνατον τοὺς αἱρετικοὺς κατακρίνεσθαι, τὸν μὲν Θεόδωρον ἐξαυτῆς ἀναθέματι περιέβαλλον· ἔτι δὲ καὶ τὰ εἰρημένα Θεοδωρήτῳ κατὰ τῶν δυοκαίδεκα κεφαλαίων Κυρίλλου τοῦ θεσπεσίου καὶ τῆς ὀρθῆς πίστεως· πρὸς δὲ καὶ τὴν Ἴβα ἐπιστολήν, ταῦτα πρὸς λέξιν ἀποφηνάμενοι· « Τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ κατὰ τὴν ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις παραβολήν... » Καὶ μεθ' ἕτερα· « Κατακρίνομεν δὲ καὶ ἀναθεματίζομεν πρὸς τοῖς ἄλλοις ἅπασιν αἱρετικοῖς τοῖς κατακριθεῖσι καὶ ἀναθεματισθεῖσι παρὰ τῶν εἰρημένων ἁγίων τεσσάρων συνόδων, καὶ ἀπὸ τῆς ἁγίας καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας, καὶ Θεόδωρον τὸν λεγόμενον ἐπίσκοπον Μοψουεστίας, καὶ τὰ ἀσεβῆ αὐτοῦ συγγράμματα· καὶ τὰ ἀσεβῶς συγγραφέντα παρὰ Θεοδωρήτου κατά τε τῆς ὀρθῆς πίστεως καὶ τῶν ιβ' κεφαλαίων τοῦ ἐν ἁγίοις Κυρίλλου, καὶ τῆς ἐν Ἐφέσῳ ἁγίας πρώτης συνόδου· καὶ ὅσα ὑπὸ συνηγορίας Θεοδώρου καὶ Νεστορίου αὐτῷ συγγέγραπται. Καὶ πρὸς τούτοις ἀναθεμα-

A videlicet quod Græcorum opiniones rectis Ecclesiæ doctrinis perperam illi immiscuissent: easque opiniones tollendas esse censuere. At Ascidas ex altera parte Theodori Mopsuestiensis, et Theodoriti, et Ibæ Edesseni opiniones produxit: Deo hoc sic quam sapientissime disponente, ut hinc et inde nova et profana dogmata longius rejicerentur. Prima conflictatione facta, quæsitum est: An tum demum jam olim defunctos anathemate ferire liceret. Ibi tum Eutychius, Mena adhuc superstite, vir sacrarum Litterarum summe peritus, minus tamen celebris, quod episcopo Amaseno, quemadmodum dictum est, a responsis esset, eos qui in conventu congregati erant, non recta, sed ridenda etiam atque contemnenda sapere videns, di-
B sertis verbis, neque consilio, neque deliberatione ulla eam rem egere dixit: propterea quod et Josias rex non tantum viventes dæmonum sacerdotes olim jugularit, sed et eorum qui longo ante tempore mortui fuerant, **776** sepulcra effoderit. Quod verbum bene ab eo dictum esse omnibus videbatur. Justinianus certe virum ob id admiratus, Mena eis diebus defuncto, in imperialis urbis thronum extulit. Porro Vigilius, etiamsi ei scripto interveniente, cum Eutychio conveniret, assidere tamen illi noluit: sed is synodo finita, quemadmodum a me dicetur, Constantinopoli Romam profectus, in itinere fatis concessit. Synodo (1), sicuti dixi, coacta, Justinianus, quidnam de rebus Theo-
C dori Mopsuestiensis, et Theodoriti, ejusdemque scriptis, quæ adversus duodecim capita sancti Cyrilli composuit, et præterea de Ibæ ad Marim Persam missa epistola dicerent, interrogavit. Atque ubi multa Theodori et Theodoriti dicta lecta, et clare satis demonstratum est, non tum solum, verum antea etiam dudum Theodorum Mopsuestiensem ab Ecclesia proscriptum, et ex sacrarum tabularum albo ejectum esse, hæreticosque etiam post eorum mortem damnandos esse: nulla interposita mora, Theodorum ipsum, et præterea quæcunque Theodoritus contra duodecim divi Cyrilli capita et rectam fidem scripsisset, atque insuper Ibæ epistolam, anathemati subjecerunt, decreto in hæc verba composito: « Cum magnus
D Deus et Salvator noster Jesus Christus, juxta evangelicam parabolam... » Et deinceps: « Condemnamus vero, et anathemate confodimus, præter alios omnes hæreticos, a dictis sanctis quatuor conciliis, et a sancta catholica et apostolica Ecclesia condemnatos, atque anathemate jugulatos, Theodorum etiam, qui Mopsuestiæ episcopus dictus est, impiaque ejus scripta: et quæ impie quoque Theodoritus adversus rectam fidem, et duodecim capita ejus qui in sanctis est Cyrilli, et contra priorem sanctam synodum Ephesiam: denique, quæcunque idem Theodoro et Nestorio patrocinatus scripsit. Ad hæc anathemate ferimus impiam etiam episto-

(1) Adfuerunt huic synodo Patres 165.

lam, quæ ab Iba ad Marim Persam conscripta esse A dicitur.» Et post verba pauca quatuordecim capitula de recta et irreprehensibili fide exposuerunt. Hæc quidem sic acta. In secunda autem sessione, postquam **777** ab Eulogio, Conone, Cyriaco, et Pancratio, monachis Hierosolymitanis, libelli contra impia Origenis, qui et Adamantius dictus est, dogmata, et contra impietatis et seductionis ejus sectatores oblati et lecti sunt: Justinianus rursum synodum de eis sententiam dicere jussit, libellis quoque qui Vigilio papæ de eis rebus scripti erant, in medium prolatis. In quibus erat, Adamantio studio fuisse, ut Græcis nugamentis et Manichæis zizaniis, apostolicorum dogmatum impleret puritatem. Synodus itaque rem ad Justinianum, post exclamationes in Origenem, et qui B itidem ut ille seducti essent, factas retulit. Quarum quædam in hæc concepta erant verba, sic uti ea ex commentariis synodi istius excerpsimus. «Qui animum obtines cœlestis participem generositatis, Christianissime imperator...» Et deinde: «Effugimus igitur, effugimus istam, quam ignoramus, externam vocem, et tanquam furem atque prædonem ejusmodi hominem anathematis laqueis arcte districtum atque suffocatum, extra sacra Ecclesiæ mœnia abjecimus.» Et post pauca: «Actorum vero nostrorum ex eorum lectione vim cognoscetis.» Hisce conjunxerunt capitula, quæcunque Origenis sectatores professi sunt: quæ capitula consensionem simul et dissen- C sionem eorum, atque etiam multiplicem errorem ostendunt. Quintum ex iis capitulum est, blasphemiarum certarum quarumdam ejus quæ nova Laura dicta est, personarum hisce verbis scriptum: «Theodorus Ascidas Cappadox dixit: Quando nunc apostoli et martyres miracula edunt, et in tantum sunt honorem, si in restitutione et instauratione rerum Christo æquales non fuerint, qualis eorum restitutio futura est?» Iidem monachi perquam diligenter etiam Didymi et Evagrii et Theodori alias plures blasphemias, ex eorum perperam scriptis libris collectas, ad synodum retulerunt: quas omnes anathemate conciderunt, ordineque omnes exposuerunt. Quibus capitula addiderunt, quæ Origenis studiosi ex D scriptis ejus excerpta profitentur: in quibus et hæc furiosus ille docet: «Ante corpus ipsum anima est, quæ quidem in cœlis peccata commiserit. **778** Ad hæc: Cœlum, solem, lunam, stellas, aquas quæ supra cœlos sunt, animatas, et rationales quasdam virtutes esse. Præterea quod in resurrectione corpora hominum rotunda et orbiculari specie excitabuntur. Et quod omnium impiorum hominum, ipsorumque etiam dæmonum tormenta, finem habebunt. Quodque impii et dæmones in priorem suum ordinem et statum restituentur. Insuper quod pro dæmonibus quoque Christum crucifigi, atque id ipsum sæpius sæculis futuris pati oportebit a spiritibus malignitatis,

B Et cum natura timidus esset, ferocem se magis exhibebat, perturbationi utrique turpissime obnoxius. Itaque cognatum suum Justinum, cujus præclara vulgo fama erat, virum bellicis artibus aliorumque honorum gradibus illustrem, accivit, qui ad Istrum excubabat, et excursionibus Abarum (1) ibi obviam ibat. Abares autem Scythæ sunt, ἁμαξόβιοι, hoc est, in plaustris degentes, et campos qui ultra Caucasum sunt, incolentes. Inde autem confertim universi ab Hyperboreis Persis, a quibus male accipiebantur, pulsi, fuga sibi consuluere : et ad Bosporum, Euxini Ponti littoribus relictis, ubi multæ barbaræ gentes consederant, pleræque a Romanis sedibus suis exactæ, urbes quoque, castella et navalia, cum vel milites veterani C vacationem militiæ obtinuissent, et loca ea recepissent, vel imperatores colonias eo deduxissent, constructa erant, venere : et inde expeditionem contra eos qui illis obvii fierent, barbaros suscepere, donec ad Istri ripas venientes, ad Justinianum imperatorem legationem misere. Ex eis locis Justinus, quem dixi, evocatus est, perinde atque particeps fieri cum novo imperatore pactorum conventorum imperioque frui deberet. Quod namque et genere et mundana ista vanitate pares essent, ex æquo etiam ad utrumque imperium pertinebat. Post multas namque disceptationes tandem illis convenerat, ut qui imperii administrationem consequeretur, alteri proximum honorem concederet, ita ut is ex secundis imperii partibus D primas præ aliis ferret. Adveniente igitur eo, multa benignitate, sicuti præ se tulit, erga hominem imperator est usus, eumdemque ut ducem insignem, et genere sibi propinquum, varia humanitate tractavit. Deinceps autem causas quasdam commentus, paulatim quos ille milites, satellites et corporis custodes habebat, illi detraxit, progredique eum in publicum vetuit : et postremo in celeberrima **790** Alexandriæ urbe domi clausum, ita ut in lecto jacebat, in multa nocte miseranda cæde sustulit. Hanc generosus ille vir benevolæ propter cognationem affectionis, plurimarumque

(1) Abarum nomen adhuc in Hungaria retinet *Sabaria*, divi Martini patria. His quoque Bavaros nomen suum acceptum ferre debere verisimile est.

ab hostibus victoriarum mercedem tulit (1). Neque vero prius et ipse Justinus et conjux ejus Sophia conceptam adversus illum iram remiserunt, aut exspectatione gravium malorum liberati sunt, quam caput ipsius allatum inspexerunt: cui etiam pedibus proculcato per risum illuserunt. Non multum intercessit temporis, cum et Ætherium simul et Addæum, principes senatus, qui res magnas sub Justiniano administraverant, læsæ majestatis legibus interrogat. Atque Ætherius quidem in quæstione graviter tortus, voluisse se veneno imperatorem tollere, consiliique ejus conscium atque in rebus omnibus socium sibi fuisse Addæum, confessus est. Hic autem gravi jurejurando se nihil earum rerum scire confirmavit. Verum utrique caput amputatum. Addæus cum jugulari deberet, per meram calumniam crimen id sibi objectum esse, de quo accusatus esset dixit. Vindicta autem divina, quæ omnia perspiciat, se merito supplicium pati, propterea quod incantationibus quibusdam Theodotum aulæ præfectum sustulerit. Sedenim quomodo hæc ultione cœlesti acta sint, non est mihi dicere promptum. Ambo tamen nefarii perniciosique fuere: Addæus quidem puerorum masculorum corruptor; Ætherius autem sycophanta magnus, qui per calumniam vivorum et mortuorum bona impudenter atque crudeliter devorare, rapereque sub imperatoriæ domus prætextu, cui sub Justiniano præfuit, solitus esset, ea re illi perquam utilis. Atque hæc quidem ad hunc modum sese habuere.

A ἐκείνου μήνιδος ἔληγεν αὐτός τε καὶ ἡ ἐκείνου γαμετὴ Σοφία, καὶ τῆς προσδοκίας ἀπήλλακτο τῶν δεινῶν, ἄχρις οὗ τὴν ἐκείνου κεφαλὴν κομισθεῖσαν τεθέαντο· ἣν τοῖς ποσὶν ἐκλακτίζοντες, διετώθαζον ἐγγελῶντες. Οὐ πολλοῦ δὲ διαγενομένου χρόνου, καὶ Αἰθέριον καὶ Ἀδδαῖον, τὰ πρῶτα τῆς συγκλήτου βουλῆς καὶ τὰς μεγάλας τῶν διοικήσεων ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ διοικήσαντας, καθοσιώσεως ὑπῆγεν ἐγκλήματι. Ἀλλ' ὁ μὲν Αἰθέριος δεινῶς ἐταζόμενος, ὡμολόγει βουλόμενος φαρμάκοις ἀνελεῖν τὸν κρατοῦντα· εἶναι δέ οἱ τῆς τοιαύτης βουλῆς κοινωνὸν ἐφ' ἅπασι τὸν Ἀδδαῖον. Ὁ δὲ ὅρκοις δεινοῖς ἑαυτὸν ἠσφαλίζετο, μηδὲν εἰδέναι τῶν εἰρημένων. Οἱ μὲν οὖν καὶ ἄμφω τὰς κεφαλὰς ἀπετμήθησαν· Ἀδδαίου ἐν τῷ μέλλειν κτείνεσθαι φήσαντος συκοφαν-
B τίαν μὲν κενὴν ὑποσχεῖν οἷς κατηγόρηται· πρὸς δὲ τῆς ἐφόρου δίκης πάσχειν ἐνδίκως, οἷς ἀνέλοι τὸν τῆς αὐλῆς ὕπαρχον Θεόδοτον γοητείαις τισίν. Ἀλλ' ὅπως μὲν ταῦτα τῇ θείᾳ δίκῃ πέπρακται, ἐμοὶ μὲν λέγειν οὐκ εὐχερές. Πλὴν καὶ ἄμφω ἀλιτηρίω μάλιστα ἤστην, Ἀδδαῖος μὲν παῖδας ἄρρενας διαφθείρων, Αἰθέριος δὲ συκοφαντίαις χαίρων· καὶ τῶν τε ζώντων καὶ τεθνεώτων τὰς περιουσίας τῷ τρόπῳ τούτῳ ἀπηνῶς κατεσθίων καὶ ληϊζόμενος, πρόσχημα περιβεβλημένος τὴν βασιλέως οἰκίαν, ἧς ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ προειστήκει, μάλα ἐκείνῳ χρειώδης γεγενημένος. Καὶ ταῦτα μὲν τοῦτον ἔσχε τὸν τρόπον.

791 CAPUT XXXV.

De edicto litteris de fide publicato, quod Justinus ad omnes ubique misit ecclesias, ne quid in professione fidei novaretur.

Justinus autem edictum derepente compositum ad Christianos ditionis suæ omnes misit, ut nihil in ecclesiis novarent, sed antiquis Patrum decretis insistentes, recte divinum Numen colerent atque adorarent. Scriptum de fide hisce fuit verbis conceptum: « In nomine Domini nostri Jesu Christi Dei nostri, imperator Cæsar Flavius Justinus, fidelis in Christo, clemens, maximus, beneficus, Alanicus, Gotthicus, Germanicus, Anticus, Francicus, Herculicus, Gepidicus, pius, felix, gloriosus, victor, triumphator, semper colendus Augustus. *Pacem meam do vobis*, inquit Dominus Christus, verus Deus noster: *pacem meam relinquo vobis*, idem promulgat hominibus omnibus. Id vero aliud non est, quam ut in eum credentes, in unam et eamdem Ecclesiam conveniant, consentientes quidem animis in recta Christianorum sententia, aversantes autem eos qui contraria dicunt aut opinantur. Primaria namque salus hominibus omnibus constituta est ipsa rectæ fidei confessio. Qua-

C
ΚΕΦΑΛ. ΛΕ'.

Περὶ τοῦ προγράμματος τῆς πίστεως, ὃ Ἰουστῖνος ταῖς ἁπανταχοῦ ἔπεμψεν ἐκκλησίαις, ὥστε μηδέν τι περὶ τὴν πίστιν νεωτερίζεσθαι.

Ὁ δὲ Ἰουστῖνος γράμμα σχεδιάσας τοῖς ἀνὰ τὸ ὑπήκοον πᾶσι Χριστιανοῖς διεπέμπετο, ὥστε μηδέν τι περὶ τὰς ἐκκλησίας νεωτερίζεσθαι· τοῖς ἐκ παλαιοῦ δὲ τῶν Πατέρων ὅροις ἐμμένοντας, θρησκεύειν ὀρθῶς τὸ Θεῖον γεραίροντας. Τὸ δὲ ὑπὲρ τῆς πίστεως πρόγραμμα τούτοις συγκείμενον τοῖς ῥήμασιν ἦν· « Ἐν ὀνόματι τοῦ Δεσπότου Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, αὐτοκράτωρ Καῖσαρ, Φλάβιος Ἰουστῖνος, πιστὸς ἐν Χριστῷ, ἥμερος, μέγιστος, εὐεργέτης, Ἀλαμανικὸς, Γοτθικὸς, Γερμανικὸς, Ἀντικὸς, Φραγκικὸς, Ἑρκουλικὸς, Γηπεδι-
D κὸς, εὐσεβὴς, εὐτυχὴς, ἔνδοξος, νικητὴς, τροπαιοῦχος, ἀεισέβαστος, Αὔγουστος. *Εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν*, φησὶν ὁ Δεσπότης Χριστὸς, ὁ ἀληθινὸς Θεὸς ἡμῶν· *εἰρήνην τὴν ἐμὴν ἀφίημι ὑμῖν*, ὁ αὐτὸς κηρύττει πᾶσιν ἀνθρώποις. Οὐκ ἄλλο δὲ τοῦτό ἐστιν, ἢ τοὺς πιστεύοντας εἰς αὐτὸν εἰς μίαν καὶ τὴν αὐτὴν Ἐκκλησίαν συντρέχειν, ὁμοφρονοῦντας μὲν περὶ τὴν ὀρθὴν τῶν Χριστιανῶν δόξαν, ἀποστρεφομένους δὲ τοὺς τἀναντία λέγοντας

(1) Sub Justino Narses eunuchus, apud eum Sophia Augusta criminante delatus, et ad pensa ancillarum vocatus est. Quam ille indignitatem non ferens, Langobardos in Italiam allexit. Qui deinde Romæ mortuus est. Langobardi Pannonia Hunnis Attilæ reliquiis, a quibus Hungaria denominata est, relicta, in Italiam venerunt, rege Alboino ducente: et Veronam, Vicentiam, Mediolanum, etc., per deditionem receperunt. (Blond). Et ab Alboino rege usque ad Desiderium per ducentos et quatuor annos tenuerunt. (Egnat.)

ἢ δοξάζοντας· πρώτη γὰρ σωτηρία καθέστηκε πᾶ- A σιν ἀνθρώποις ἡ τῆς ὀρθῆς πίστεως ὁμολογία. Διὸ καὶ ἡμεῖς τοῖς εὐαγγελικοῖς κατακολουθοῦντες παραγγέλμασι, καὶ τῷ ἁγίῳ συμβόλῳ ἤτοι μαθήματι τῶν ἁγίων Πατέρων, πρὸς μίαν καὶ τὴν αὐτὴν Ἐκκλησίαν τε καὶ γνώμην προτρεπόμεθα πάντας συνελθεῖν, πιστεύοντες εἰς Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα, Τριάδα ὁμοούσιον, μίαν θεότητα ἤτοι φύσιν καὶ οὐσίαν λόγῳ καὶ πράγματι, καὶ μίαν δύναμιν καὶ ἐξουσίαν καὶ ἐνέργειαν ἐν τρισὶν ὑποστάσεσιν, ἤγουν προσώποις δοξάζοντες· εἰς ἃ βεβαπτίσμεθα, εἰς ἃ πεπιστεύκαμεν, καὶ οἷς συντετάγμεθα· μονάδα γὰρ ἐν Τριάδι, καὶ Τριάδα ἐν μονάδι προσκυνοῦμεν, παράδοξον ἔχουσαν καὶ τὴν διαίρεσιν καὶ τὴν ἕνωσιν. Μονάδα μὲν κατὰ τὴν οὐσίαν ἤγουν B θεότητα, Τριάδα δὲ κατὰ τὰς ἰδιότητας, ἤγουν ὑποστάσεις ἤτοι πρόσωπα. Διαιρεῖται γὰρ ἀδιαιρέτως, ἵν' οὕτως εἴπωμεν, καὶ συνάπτεται διῃρημένως. Ἓν γὰρ ἐν τρισὶν ἡ θεότης, καὶ τὰ τρία ἓν τὰ ἐν οἷς ἡ θεότης, ἢ τό γε ἀκριβέστερον εἰπεῖν, ἃ ἡ θεότης· Θεὸν τὸν Πατέρα, Θεὸν τὸν Υἱὸν, Θεὸν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· ὅταν ἕκαστον πρόσωπον καθ' ἑαυτὸ θεωρῆται, τοῦ νοῦ χωρίζοντος τὰ ἀχώριστα· Θεὸν τὰ τρία μετ' ἀλλήλων νοούμενα τῷ ταυτῷ τῆς κινήσεως καὶ τῆς φύσεως. Ἐπειδὴ χρὴ καὶ τὸν ἕνα Θεὸν ὁμολογεῖν, καὶ τὰς τρεῖς ὑποστάσεις, ἤγουν ἰδιότητας, κηρύττειν. Ὁμολογοῦμεν δὲ αὐτὸν τὸν μονογενῆ Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τὸν Θεὸν Λόγον, τὸν πρὸ αἰώνων καὶ ἀχρόνως ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννηθέντα, οὐ ποιηθέντα· ἐπ' ἐσχάτων δὲ τῶν ἡμερῶν δι' ἡμᾶς C καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα ἐκ τῶν οὐρανῶν, καὶ σαρκωθέντα, ἐκ Πνεύματος ἁγίου καὶ τῆς δεσποίνης ἡμῶν τῆς ἁγίας ἐνδόξου Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, καὶ γεννηθέντα ἐξ αὐτῆς· ὅς ἐστι τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι ἴσος· οὐδὲ γὰρ τετάρτου προσώπου προσθήκην ἐδέξατο ἡ ἁγία Τριὰς, καὶ σαρκωθέντος τοῦ ἑνὸς τῆς ἁγίας Τριάδος Θεοῦ Λόγου· ἀλλ' ἔστιν εἷς καὶ ὁ αὐτὸς ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὁμοούσιος τῷ Πατρὶ καὶ Θεῷ κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ὁμοούσιος ἡμῖν ὁ αὐτὸς κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα· παθητὸς σαρκὶ, καὶ ἀπαθὴς ὁ αὐτὸς ἐν θεότητι. Οὐ γὰρ ἄλλον τὸν Θεὸν Λόγον τὸν θαυματουργήσαντα, καὶ ἄλλον τὸν παθόντα ἐπιστάμεθα· ἀλλ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ὁμολογοῦμεν D Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον σαρκωθέντα καὶ τελείως ἐνανθρωπήσαντα· καὶ ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ τά τε θαύματα καὶ τὰ πάθη ἅπερ ἑκουσίως ὑπέμεινε σαρκὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν. Οὐ γὰρ ἄνθρωπός τις ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν δέδωκεν, ἀλλ' αὐτὸς ὁ Θεὸς Λόγος, ἀτρέπτως γενόμενος ἄνθρωπος· τό τε ἑκούσιον πάθος καὶ τὸν θάνατον ὑπὲρ ἡμῶν σαρκὶ κατεδέξατο. Καὶ Θεὸν τοίνυν αὐτὸν ὁμολογοῦντες, οὐκ ἀθετοῦμεν τοῦ εἶναι αὐτὸν καὶ ἄνθρωπον· καὶ ἄνθρωπον αὐτὸν ὁμολογοῦντες, οὐκ ἀρνούμεθα τοῦ εἶναι αὐτὸν καὶ Θεόν. Ὅθεν ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ἐξ ἑκατέρας φύσεως, θεότητος

A propter et nos evangelica præcepta, et sanctorum Patrum sacrum Symbolum sive doctrinam consectantes, ut ad unam eamdemque Ecclesiam et sententiam simul accedant, omnes cohortamur, credentes in Patrem et Filium et Spiritum sanctum, Trinitatem ὁμοούσιον, consubstantialem, Deitatem sive naturam et essentiam verbo et reipsa unam. Unam etiam virtutem et potestatem et ἐνέργειαν, hoc est, efficaciam in tribus subsistentiis seu personis profitentes, in quas baptizati sumus, in quas credimus, et quibus professione addicti sumus. Unitatem siquidem in Trinitate, et Trinitatem in unitate adoramus, distinctionem simul et unionem, præter opinionem omnem, habentem. Unitatem quidem secundum essentiam sive Deitatem : Tri- B nitatem vero secundum proprietates sive subsistentias seu personas. Distinguitur namque indistincte, ut ita dicamus et conjungitur distincte, siquidem unum est in tribus ipsa Deitas : et tria, in quibus Deitas est, seu, quod certius dicitur, quæ Deitas sunt, unum Deum Patrem, Deum Filium, Deum Spiritum sanctum, **792** cum persona quæque per seipsam spectatur, mentis ipsius sensu, quæ insegregabilia sunt, segregante : Deum unum tria hæc simul mentis acumine intellecta, propter eumdem motum et naturam eamdem. Quandoquidem peropus est, et unum Deum profiteri, et tres subsistentias sive proprietates prædicare. Confitemur vero ipsum unigenitum Filium Dei, Deum C Verbum (1), ante sæcula quidem et absque tempore ex Patre genitum, non factum. In extremis autem diebus, propter nos, et propter nostram salutem, descendisse de cœlis : et incarnatum ex Spiritu sancto, et Domina nostra sancta gloriosa Dei Genitrice et semper Virgine Maria, et ex ipsa natum esse. Qui est Patri et Spiritui sancto æqualis. Non enim quartæ, per incarnationem unius, ex sancta Trinitate Dei Verbi, personæ accessionem suscepit Trinitas sancta, sed est unus et idem Dominus noster Jesus Christus, consubstantialis Patri et Deo juxta divinitatem, et idem consubstantialis nobis secundum humanitatem : passioni obnoxius carne, et passionis idem expers divinitate. Namque non alium Deum Verbum, D quod miracula edidit, et aliud quod passum est, novimus : verum unum et eumdem confitemur Dominum nostrum Jesum Christum Dei Verbum incarnatum, et perfecte hominem factum : nec non unius et ejusdem miracula simul et passiones, quas voluntarie carne sustinuit, propter nostram salutem. Non enim homo aliquis seipsum pro nobis tradidit : sed ipse Deus Verbum immutabili modo homo factus est, spontaneam simul passionem et mortem pro nobis carne subiit. Atque dum Deum ipsum esse confitemur, non inficiamur eum etiam hominem esse. Et hominem ipsum

(1) In Verbo intelligo verum Dei Filium. In carne agnosco verum hominis Filium, et utrumque simul in una persona Dei et hominis ineffabili gratiæ largitate conjunctum. (Aug. *De Trin.* lib. XIII, cap. 19.)

confitentes, Deum ipsum quoque esse non negamus. Proinde unum et eumdem ex utraque divinitatis scilicet et humanitatis natura compositum, profitentes Dominum nostrum Jesum Christum, unione confusionem non inducimus. Non enim quod secundum nos homo factus est, propterea Deus esse desinet. Neque sane quod Deus natura est, et in eum similitudo nostræ naturæ non cadit, propterea homo esse negabitur. Verum quemadmodum in humanitate Deus, ita nihilominus in sublimitate Deitatis homo permanet : utrumque vero in eodem est, et unus Deus simul, et homo, ipse Emmanuel (2). **793** Porro eumdem confitentes in divinitate perfectum atque etiam in humanitate perfectum, ex quibus etiam compositus est, divisionem aut sectionem in partes, una ejus composita subsistentia, non inducimus. Differentiam vero naturarum, quam unio non tollit, indicamus. Nam neque natura divina in humanam est versa, neque humana natura in divinam mutata. Intelligentiæ autem acie utramque considerante, et potius utraque in propriæ naturæ fine et ratione exsistente, factam quidem unionem dicimus, secundum subsistentiam : ipsa vero secundum subsistentiam unio ostendit Deum Verbum, hoc est, ex tribus Deitatis subsistentiis subsistentiam unam, non præexsistenti homini unitam esse, sed eam in utero Dominæ nostræ sanctæ et gloriosæ Dei Genitricis semperque Virginis Mariæ, sibi ipsi ex ea condidisse in propria subsistentia carnem nobis ὁμοούσιον, consubstantialem, et eisdem perpessionibus per omnia obnoxiam, absque peccato, anima rationali et intellectuali animatam. In ipsa namque subsistentiam habuit, et homo factus est. Et est unus atque idem Dominus noster Jesus Christus, qui cum Patre et Spiritu sancto conglorificatur. Cæterum ineffabilem ejus unionem considerantes, recte naturam unam Dei Verbi incarnatam carne, quæ anima rationali et intellectuali est animata, profitemur. Rursum differentiam naturarum contemplantes, eas duas (3) esse dicimus, divisionem nullam introducentes. Utraque enim natura in eo est. Unde unum et eumdem profitemur Christum : unum Filium, unam personam, unam subsistentiam, Deum simul et hominem. Omnes vero qui aliter vel senserunt, vel sentiunt, anathemati subjicimus, alienos eos esse a sancta Dei catholica et apostolica Ecclesia judicantes. Itaque cum recta et a sanctis Patribus nobis prodita dogmata sic prædicentur, universos vos ut in unam et eamdem catholicam et apostolicam Ecclesiam conveniatis,

A καὶ ἀνθρωπότητος, σύνθετον ὁμολογοῦντες, τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, σύγχυσιν τῇ ἑνώσει οὐκ ἐπεισάγομεν. Οὐ γὰρ ὅτι γέγονε καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπος, τὸ εἶναι Θεὸς ἀπολέσει· οὔτε μὴν ὅτι Θεὸς κατὰ φύσιν ἐστὶ καὶ τὴν πρὸς ἡμᾶς ὁμοίωσιν ἀπαράδεκτον ἔχει, καὶ τὸ ἄνθρωπος εἶναι παραιτήσεται. Μεμένηκε δὲ ὥσπερ ἐν ἀνθρωπότητι Θεὸς, οὕτω καὶ ἐν ὑπεροχῇ θεότητος ἄνθρωπος ὢν, οὐδὲν ἧττον· ἄμφω δὲ ὢν ἐν ταυτῷ, καὶ εἷς Θεὸς ὁμοῦ τε καὶ ἄνθρωπος ὁ Ἐμμανουήλ. Τὸν αὐτὸν δὲ ὁμολογοῦντες ἐν θεότητι τέλειον, καὶ ἐν ἀνθρωπότητι τέλειον, ἐξ ὧν καὶ συνετέθη, διαίρεσιν μὲν τὴν ἀναμέρος ἢ τομὴν οὐκ ἐπιφέρομεν τῇ μιᾷ αὐτοῦ συνθέτῳ ὑποστάσει· τὴν δὲ διαφορὰν τῶν φύσεων σημαίνομεν, οὐκ ἀναιρουμένην διὰ τὴν ἕνωσιν. Οὔτε γὰρ ἡ θεία
B φύσις εἰς τὴν ἀνθρωπείαν μετεβλήθη, οὔτε ἡ ἀνθρωπεία φύσις εἰς τὴν θείαν ἐτράπη. Νοουμένης δὲ καὶ ὑπαρχούσης μᾶλλον ἑκατέρας ἐν τῷ τῆς ἰδίας φύσεως ὅρῳ τε καὶ λόγῳ, πεπρᾶχθαι μὲν τὴν ἕνωσιν καθ' ὑπόστασιν. Ἡ δὲ καθ' ὑπόστασιν ἕνωσις δηλοῖ ὅτι ὁ Θεὸς Λόγος, τουτέστιν ἡ μία ὑπόστασις τῶν τριῶν τῆς Θεότητος ὑποστάσεων, οὐ προϋποστάντι ἀνθρώπῳ ἡνώθη, ἀλλ' ἐν τῇ γαστρὶ τῆς δεσποίνης ἡμῶν τῆς ἁγίας ἐνδόξου Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας ἐδημιούργησεν ἑαυτῇ ἐξ αὐτῆς ἐν τῇ ἰδίᾳ ὑποστάσει σάρκα ὁμοούσιον ἡμῖν καὶ ὁμοιοπαθῆ κατὰ πάντα χωρὶς ἁμαρτίας, ἐψυχωμένην ψυχῇ λογικῇ καὶ νοερᾷ· ἐν αὐτῇ γὰρ ἔσχε τὴν ὑπόστασιν καὶ γέγονεν ἄνθρωπος· καὶ ἔστιν εἷς καὶ ὁ αὐτὸς Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, συνδοξαζό-
C μενος τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι. Ἐννοοῦντες δὲ αὐτοῦ τὴν ἄφραστον ἕνωσιν, ὀρθῶς ὁμολογοῦμεν μίαν φύσιν τοῦ Θεοῦ Λόγου σεσαρκωμένην σαρκὶ ἐψυχωμένῃ ψυχῇ λογικῇ τε καὶ νοερᾷ. Καὶ πάλιν ἐν θεωρίᾳ λαμβάνοντες τὴν τῶν φύσεων διαφορὰν, δύο ταύτας εἶναι λέγομεν, διαίρεσιν οὐδεμίαν εἰσάγοντες· ἑκατέρα γὰρ φύσις ἐστὶν ἐν αὐτῷ· ὅθεν ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ὁμολογοῦμεν Χριστὸν, ἕνα Υἱὸν, ἓν πρόσωπον, μίαν ὑπόστασιν, Θεὸν ὁμοῦ τε καὶ ἄνθρωπον. Πάντας δὲ τοὺς παρὰ ταῦτα φρονήσαντας ἢ φρονοῦντας ἀναθεματίζομεν, ἀλλοτρίους κρίνοντες τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας. Τῶν ὀρθῶν τοίνυν δογμάτων τῶν παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων παραδεδομένων
D ἡμῖν κηρυττομένων, προτρέπομεν ὑμᾶς ἅπαντας εἰς μίαν καὶ τὴν αὐτὴν καθολικὴν καὶ ἀποστολικὴν Ἐκκλησίαν συντρέχειν. Μᾶλλον δὲ παρακαλοῦμεν· οὐ γὰρ ὀκνήσαιμεν κἂν ἐν ὑπεροχῇ βασιλείας ἐσμὲν, τοιούτοις χρήσασθαι ῥήμασιν, ὑπὸ τῆς τῶν Χριστιανῶν ἁπάντων ὁμοφροσύνης τε καὶ ἑνώσεως, ἐκ τοῦ μίαν ἁπάντων δοξολογίαν ἀναπέμπεσθαι τῷ

(2) Salus credentium mysterium Trinitatis est. (Hieron.) — Deum esse multis notum est. Sed quod Pater sit et Filium habeat, paucis (Aug.). — *Pater, manifestavi nomen tuum hominibus*. etc. (*Joan*. XVII.) — Et creditur a nobis sine confusione conjuncta sancta Trinitas, sine separatione distincta. (Aug.) — Εἷς Θεὸς ἐν τρισὶ, καὶ τὰ τρία ἕν · Unus Deus in tribus, et tria hæc unum. Unus Deus Pater, ex quo omnia : et unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia : et unus Spiritus sanctus, in quo omnia. Eo, *ex quo* et *per quem* et *in quo*, non naturas dissecantibus, verum unius et inconfusæ naturæ proprietates designantibus. Atque id ex eo clare patet, quod in unum rursus colliguntur. Ex ipso, et per ipsum, et in ipsum omnia : ipsi gloria in sæcula, Amen. (Greg. Nazianz.)

(3) Duæ naturæ Christi in unam coeuntes dominationem et deitatem. (Theologus.)

μεγάλῳ Θεῷ καὶ Σωτῆρι ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ. Τοῦ δὲ λοιποῦ, μηδένα προφασιζόμενον περὶ πρόσωπα ἢ συλλαβὰς ζυγομαχεῖν· ὅτι πρὸς μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ὀρθὴν πίστιν τε καὶ ἔννοιαν αἱ συλλαβαὶ φέρουσι τοῦ μέχρι νῦν κρατοῦντος ἔθους τε καὶ σχήματος ἐν τῇ ἁγίᾳ τοῦ Θεοῦ καθολικῇ καὶ ἀποστολικῇ Ἐκκλησίᾳ, διὰ πάντων βεβαίου τε καὶ ἀκαινοτομήτου καὶ εἰς τὸν ἑξῆς ἅπαντα μένοντος χρόνον. » Τῷ μὲν οὖν ἰδίκτῳ τούτῳ πάντες οἱ ἑκασταχοῦ συγκατετίθεντο ἱερεῖς, ὀρθῶς ἐκφωνηθῆναι λέγοντες· οἱ δ' ἀποδιηρημένοι ἐπὶ τοῦ σχίσματος ἔμενον, ἥκισθ' ἑνοῦσθαι θέλοντες, οὐ δι' ἄλλο τι, ἀλλ' ὅτιπερ ῥητῶς οὕτω πρὸς τῷ τέλει τοῦ γράμματος εἴρηκε, τὸ βέβαιον καὶ ἀκαινοτόμητον πεφυλάχθαι ταῖς ἐκκλησίαις καὶ κατὰ τὸν ἑξῆς ἐσόμενον χρόνον.

hortamur, seu potius rogamus. Non enim grave nobis est, quamvis in fastigio imperii collocati simus, Christianorum omnium consensionis atque unionis gratia, ejusmodi verbis uti : ut una ab omnibus laus et glorificatio tribuatur Deo magno et Servatori nostro Jesu Christo. **794** De cætero autem, ne quis causam aut occasionem illam de personis aut syllabis (sive fidei formulis) per intestina dissidia contendendi captet, quoniam ad unam et eamdem rectam fidem et sententiam syllabæ (seu formulæ) producunt consuetudinis et status ejus, qui hucusque in sancta Dei catholica et apostolica Ecclesia obtinuit, et per omnia citra innovationem aliquam firmus stabilisque deinceps in tempus omne permanebit. » Edictum hoc omnes ubique episcopi et sacerdotes catholici comprobarunt, recte promulgatum esse dicentes. Qui vero se ab Ecclesia segregaverant, in schismate et dissidio persistentes, haudquaquam cum ea uniri voluerunt : non aliam quidem ob causam, quam quod ad finem scripti disertis verbis appositum esset, etiam temporibus futuris professionem fidei talem absque rebus novis stabilem conservatum iri.

ΚΕΦΑΛ. ΛϚ'.

Περὶ τῶν προέδρων τῶν μεγάλων πόλεων, καὶ Γρηγορίου τοῦ Θεουπόλεως.

Ἰουστῖνος δὲ Ἰωάννου τοῦ ἐκ τοῦ Σιρίμιος τόν τε βίον ὁμοῦ δὲ καὶ τὸν θρόνον τῆς βασιλίδος θανάτῳ ἀποβαλλομένου, Εὐτύχιον ἐκ τῆς ὑπερορίας ἀγαγὼν, καθὼς Ἰουστινιανὸς ἐν διαθήκαις ἐνεκελεύετο, τῷ θρόνῳ αὖθις ἐγκαθιδρύει· ὃν ἐπὶ δύ' ἔτη διαγενόμενον Ἰωάννης ὁ Νηστευτὴς διεδέχετο. Ἀλλὰ καὶ Ἰωάννου τοῦ Κατελίνου τὸν τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης θρόνον λιπόντος, καὶ πρὸς τὴν ἐκεῖσε χωρήσαντος δίαιταν, Βόνοσσος τοὺς οἴακας τῆς ἐπισκοπῆς ἐγχειρίζεται· ὃν Ἰωάννης ἕτερος διεδέχετο, τὸν δ' αὖθις Πελάγιος· μετὰ δὲ Ἀπολλινάριον Ἰωάννης τὸν τῆς Ἀλεξάνδρου ἄνεισι θρόνον, ὃν Εὐλόγιος διεδέξατο. Ἀνὰ δὲ τὴν Ἱεροσολύμων τὴν ἱερωσύνην οἰακίζων ἦν αὖθις μετ' Εὐστόχιον ὁ Μακάριος· ἔπειτα Ἰωάννης τὴν ἱεραρχικὴν ἐκληροῦτο καθέδραν, τῇ τῶν Ἀκοιμήτων μονῇ τὸν λιτὸν καὶ ἄσκευον βίον ἄριστα μετελθών. Κατὰ δὲ τὴν Θεούπολιν τὸν μετὰ Δομνῖνον Ἀναστάσιον ἐλάσας ὁ Ἰουστῖνος, Γρηγόριον κατεστήσατο, μηδενὸς τηνικαῦτα περὶ τὴν Ἐκκλησίαν νεωτερισθέντος· αἰτίαν δὲ βασιλεῖ ἔσχεν ὁ Ἀναστάσιος, ὅτιπερ τὰ ἱερὰ χρήματα δαπανῴη μὴ κατὰ τὸ προσῆκον ἀρχιερεῖ, καὶ ὅτι εἰς βασιλέα προσέκοψε βλασφημήσας. Ἐρομένου γάρ τινος Ἀναστάσιον τί δή ποτε οὕτω χύδην τὰ ἱερὰ χρήματα διαρρίπτει, καὶ μὴ ὡς χρεὼν διασκορπίζει εἰς τὸ δέον καταναλίσκων, διαρρήδην εἰπεῖν σκώψαντα, Ἵνα μὴ, φησὶ, παρὰ τῆς κοινῆς λύμης τοῦ Ἰουστίνου ἀφαιρεθεῖεν. Πεφήμιστο δὲ μηνίσαι τὸν Ἰουστῖνον ἐκείνῳ, ὅτιπερ ζητοῦντι χρήματα οὐ προῄρητο δοῦναι. Καί τινα δ' ἕτερα ἐκείνῳ προσῆπτοντο τὸν βασιλικὸν σκοπὸν θεραπεύειν βουλομένων ἐνίων. Τούτου δ' ὑπεξελθόντος, Γρηγόριος, ὡς εἴρηται, τὸν θρόνον ἐλάμβανεν· οὗ κλέος εὐρὺ κατὰ ποίησιν· ἐκ γὰρ πρώτης τριχὸς, τοῖς μοναδικοῖς

CAPUT XXXVI.

De magnarum urbium episcopis, et Gregorio Theopolis antistite.

Justinus, postquam Joannes cui Sirimis patria fuit, vitam simul et thronum imperantis urbis morte abjecisset, Eutychium ab exsilio, sicuti Justinianus testamento jusserat, revocatum in ecclesiam suam restituit. Qui duobus exactis annis, Joannem Νηστευτὴν, hoc est jejunatorem, successorem habuit. Ubi vero Joannes etiam Catelinus in veteri Roma sedem vacuam reliquit, et ad vitam illam migravit, Bonoso (1) episcopatus gubernacula mandata sunt : cui Joannes alius, atque huic rursus Pelagius successit. Post Apollinarem autem Joannes Alexandriæ in pastoralem conscendit thronum, et huic deinceps subrogatus est Eulogius. Hierosolymis episcopatum denuo post Eustochium gubernavit Macarius. Post eum hierarchicam cathedram sortitus est Joannes, **795** qui puram et inopem vitam in Insomnium monasterio optime egerat. Apud Theopolim autem Justinus Anastasio Domnini successore pulso, Gregorium substituit, nullis tum in Ecclesia novis rebus motis. Imperator vero crimen illud Anastasio objecit, quod sacram pecuniam in alios, quam episcopum deceret, conferret sumptus, et quod convicio et maledicto imperatorem ipsum petiisset. Cum namque interrogatus a quodam Anastasius esset, cur ita profuse pecuniam sacram dilapidaret, et non potius in usus decentes eam impendens, ita uti opus esset, dispergeret, diserte per cavillationem dixisse fertur, ne a communi pernicie Justino auferretur. Fama autem vulgatum est, propterea illi Justinum infensum fuisse, quod pecunias ei petenti ille dare noluerit. Affinguntur præterea viro ei alia quædam a nonnullis, qui imperatoris cœptum tegere aut excusare voluerunt. Postquam Anasta-

(1) Pro Bonoso legendum puto *Benedicto*.

sius episcopatu abiit, Gregorius, sicuti dictum est, sedem eam accepit : cujus lata est gloria, ut poetæ verbis utar. A primis enim capillis, in monasticis exercitatus studiis, strenue ad summos gradus, cum nuper admodum se in eo lanugo prima exhibuisset, contendit. Primum vero Byzantii monasterio præfuit, ubi etiam ab initio vitam rerum omnium expertem degere cœpit. Postea Justino jubente, pastorale munus in monte Sinæo suscepit : in quo a Scenitis barbaris obsessus, non minimis circumventus est periculis. Quibus etiam, ut pacificationem inirent, suasor auctorque fuit. Apud hos cum res magnas peregisset, in sacram deinde provectus est cathedram. Animo et consilio in rebus omnibus optimo fuit : et ad quodcunque negotium se converteret, id quam facillime conficiebat. Metu minime perturbabatur. Potestatibus autem, ut facile illis territus cederet, flectendum se haudquaquam præbuit. Liberalis quoque, et admodum munificus, magnifice pecunias largiebatur : usque adeo, ut quocunque, pro eo atque opus esset, progrederetur, quam plurimi homines eum stiparent atque sequerentur, eorum etiam quibus nihil cum eo intercederet consuetudinis, et qui nihil ad eum pertinerent. Alii insuper qui eum prodiisse audiissent, vel vidissent, ad eum confluebant, et honorem mundanis dignitatibus debitum, præ viri ejus observantia, secundo loco habebant, **796** avide sua sponte et videre et audire eum cupientes, etiam de rebus non magni momenti plerumque verba facientem. Erat siquidem ad arcanum desiderium eorum animis, qui illum quomodocunque conveniebant, inserendum quam maxime idoneus, aspectu admodum admirandus, in colloquiis valde jucundus, et si quis alius, et ipse ad id quod deceret cognoscendum acutissimus, et ad faciendum quam facillimus. Ad consilium aliis dandum, atque ad res domesticas et externas dijudicandas, promptissimus. Quapropter multas res optime gessit, negotia in crastinum differre non solitus. Terrori vero erat non tantum Romanis imperatoribus, cum publica tractaret negotia, quantum necessitas postularet et tempus flagitaret, verum etiam Persarum ducibus, sicuti suo loco a me dicetur. Varius etiam fuit. Aliquando namque multa utebatur vehementia : nonnunquam iratum se esse præ se ferebat. In primis autem, cum opus esset, maxime in eo eminebat lenitas et mansuetudo, adeo ut quam commodissime in eum dictum illud prudens Gregorii Theologi conveniret, severitas reverentia temperata sic fuit (2), ut altera ab altera non læderetur, sed utraque per alteram illustraretur.

A ἀποδυσάμενος σκάμμασι, γεννικῶς τοῖς ἀνωτάτω βαθμοῖς ἤλαυνεν, ἄρτι τοῦ ἰούλου αὐτῷ καταῤῥέοντος. Τῆς δὲ τῶν Βυζαντίων πρῶτον μονῆς καθηγήσατο· ἔνθα τὸ καταρχὰς καὶ τὸν ἄσκευον βίον μετῄει. Μετέπειτα δὲ Ἰουστίνου κελεύοντος, τὴν ποιμαντικὴν τοῦ Σινᾶ ἐγχειρίζεται ὄρους· ἐν ᾧ πολιορκούμενος ὑπὸ τῶν Σκηνητῶν βαρβάρων, οὐκ ἐλαχίστοις περιεπάρη κινδύνοις, ὡς καὶ εἰρήνης ἐκείνοις γενέσθαι πρύτανιν· ἐν οἷς καὶ μεγάλ' ἄττα καταπραξάμενος, ἐκεῖθεν πρὸς τὴν ἱερὰν ἀνήχθη καθέδραν. Ψυχῆς δὲ καὶ γνώμης τυχὼν κρατίστης ἐφ' ἅπασι, πρὸς ὅπερ ἂν ῥέψειεν, ἐξεργαστικώτατος ἦν· ἥκιστα μὲν δέει κατεπτηχὼς, δυναστείαις δ' εὐχείρωτος εἶναι ὥστ' εἴκειν, ἄληπτον ἑαυτὸν παρεῖχεν. Ἐλευθέριος δέ τις μάλα καὶ ἀφειδὴς ἦν, B μεγαλοπρεπῶς τὰς διαδόσεις τῶν χρημάτων ποιούμενος· καὶ ἐς τόσον, ὡς καὶ δεῆσαν ὅποι ποτὲ προϊέναι παμπληθεῖς περιείποντο, καὶ τῶν μηδαμῶς αὐτῷ προσηκόντων, καὶ μηδ' εἰωθότων. Καὶ ἄλλοι δ' ἐπισυνέῤῥεον πυνθανόμενοι διιόντα ἢ καὶ ὁρῶντες· καὶ τὰ ἐς τὴν κοσμικὴν ἀρχὴν ἐν δευτέρῳ ἐτάττοντο τῆς εἰς τὸν ἄνδρα τιμῆς· ἐθελουσίως προθυμουμένων καὶ ὁρᾷν καὶ ἀκούειν, καὶ τὰ τυχόντα ὡς πολλὰ διομιλουμένου. Καὶ γὰρ ἦν ἱκανώτατος ταῖς ἀληθείαις ἀόρατον ἐνσπεῖραι πόθον τοῖς ὅπως δήποτε ἐντυγχάνουσι. Τήν τε θέαν ἀξιάγαστός τις, ἥδιστός τε λίαν προσφθέγξασθαι· καὶ εἴπερ τις νοῆσαί τε τὸ δέον ὀξύτατος, πρᾶξαί τε ἐς τὰ μάλιστα προχειρότατος· βουλεῦσαι δὲ βουλὴν καὶ ἄλλου C πράξαντος διαγνῶναι ἔν τε τοῖς οἰκείοις καὶ θύραθεν ἐπιτήδειος. Διά τοι τοῦτο καὶ πολλὰ καὶ ἄριστα διεπράξατο, ἀφεὶς τὸ ἐς αὔριον ἀναβάλλεσθαι. Κατέπληξε δὲ οὐ μόνον τοὺς Ῥωμαίων βασιλεῖς τοῖς κοινοῖς χρώμενος πράγμασιν, εἰς ὅπερ ἂν ἡ χρεία καλοίη καὶ ὁ καιρὸς ἀπαιτῇ· ἀλλὰ καὶ τοὺς Περσῶν ἡγεμόνας, ὡς ἐν καιρῷ μοι λελέξεται. Ποικίλος δέ τις ἐτύγχανε· πῆ μὲν πολλῇ χρώμενος τῇ σφοδρότητι· ἐνίοτε δὲ καὶ τὸ θυμῶδες ἐσχηματίζετο· ἐκ περιουσίας δ' ἦν αὐτῷ ἡνίκα δέοι τὸ πρᾶον κεκραμένον τῇ ἡμερότητι· ὡς ἐπ' αὐτῷ συνδραμεῖν προσφόρως μάλα ἃ τῷ Θεολόγῳ Γρηγορίῳ πεφιλοσόφηται, τὸ αὐστηρὸν αἰδοῖ σύγκρατον, ὡς μηδ' ἕτερον ὑπὸ τοῦ ἑτέρου καταβλάπτεσθαι, ἀλλ' ἀμφότερα δι' ἀλλήλων εὐδοκιμεῖν.

CAPUT XXXVII.

Ut pacta conventa inter Persas et Romanos soluta sint.

Verum enimvero primo Gregorii episcopatus anno Persarmenii, qui prius magnæ Armeniæ incolæ nominati fuerant, et Romanis paruerant, a Philippo autem, qui post Gordianum apud Romanos imperium obtinuit, Sapori Persarum regi ita proditi fuerant, ut Armenia quidem quæ minor dicitur,

D

ΚΕΦΑΛ. ΛΖ'.

Ὡς αἱ μεταξὺ Περσῶν καὶ Ῥωμαίων σπονδαὶ διελύοντο.

Ἔτος δὲ Γρηγορίου τούτου πρῶτον ἄγοντος τῇ ἱεραρχίᾳ, Περσαρμένιοι, οἱ πρότερον τῆς μεγάλης Ἀρμενίας οἰκήτορες ὠνομάζοντο, καὶ Ῥωμαίοις ἦσαν κατήκοοι, πρὸς Φιλίππου δὲ ὃς μετὰ Γορδιανὸν Ῥωμαίων ἦρξε, Σαπώρῃ τῷ Περσῶν κατεπροδόθησαν βασιλεῖ· καὶ ἡ μὲν Ῥωμαίοις ἐκρατήθη

(2) Evagr. lib. v, cap. 6.

μικρὰ Ἀρμενία ὀνομασθεῖσα· ἡ δὲ Πέρσαις κεχείρωτο τὰ Χριστιανῶν ὡς ἔθος πρεσβεύουσα· οὗτοι τοίνυν οἱ Περσαρμένιοι κακῶς πρὸς Περσῶν πάσχοντες, καὶ μᾶλλον παρανομεῖν περὶ τὴν οἰκείαν ἐκβιαζόμενοι νόμισιν, κρύφα Ἰουστίνῳ διεπρεσβεύοντο, αὖθις κατήκοοι Ῥωμαίοις γενέσθαι δεόμενοι, ὡς ἂν ἐπ' ἀδείας εἴη δρᾷν πραγμάτων ἄνευ τὰ εἰς Θεὸν ἐκ τῆς θρησκείας νομιζόμενα γέρα· προσηκαμένου δ' Ἰουστίνου τὴν δέησιν ἐπί τισι συνθήκαις πρὸς τοῦ βασιλέως ἐγγυηθεῖσι, καὶ ὅρκοις ταύτας σφοδρῶς ἐμπεδώσαντος, οἱ μὲν Περσαρμένιοι τοὺς σφῶν ἄρχοντας διαχειρισάμενοι, τὸ δὴ λεγόμενον, πασσυδεὶ τῇ Ῥωμαίων προσχωροῦσιν ἐπικρατείᾳ· καὶ τοὺς περικύκλῳ ὁμοεθνεῖς τε καὶ ἀλλοφύλους ἑταιρισάμενοι, Οὐαρδααμάνου προὔχοντος τούτοις καὶ ἄγοντος, ἀνδρὸς γένει καὶ ἀξιώματι καὶ τῇ περὶ τὰ πολέμια ἐμπειρικῇ στρατηγίᾳ ὑπερτεροῦντος. Καὶ τοίνυν διὰ ταῦτα ἐπεγκαλῶν βασιλεῖ Χοσρόης, ἀπόπεμπτος ἦν, πεπεράνθαι λέγων τὰ τῆς εἰρήνης· ἄλλως τε καὶ μὴ οἷός τε εἶναι Χριστιανῶν ἀνθρώπων ὑπερορᾷν, καιρῷ περανθείσης εἰρήνης τοῖς ὁμοφύλοις προσιόντων. Καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς ταῦτα καὶ τοιαῦθ' ἕτερα παραπλήσια ἀπεκρίνατο· ὅμως καίπερ τοιαῦτα λέγων, οὐ πρὸς μάχην παρεσκευάζετο· τῇ συνήθει δὲ σχολάζων τρυφῇ περιείλκετο, δεύτερα πάντα τῶν σφετέρων λογισμῶν τε καὶ ἡδονῶν τιθέμενος. Ἄνδρα δέ τινα συγγενῆ αὐτῷ οἱ καθεστῶτα, Μαρκιανὸν ὄνομα, στρατηγὸν τῶν ἑῴων χειροτονήσας ταγμάτων ἐξέπεμπε, μήτε στρατὸν ἀνήκοντα, μήτε παρασκευὴν ἀξιόλογον ἐγχειρίσας αὐτῷ· ὃς ἐς προφανῆ κίνδυνον, καὶ τὸ δὴ λεγόμενον, ἐπὶ καταστροφῇ τῆς ἕω, πρῶτον ἐπὶ τὴν Μέσην ἐγεγόνει τῶν Ποταμῶν, βραχεῖς κομιδῇ στρατιώτας καὶ τούτους ὅπλων ἄνευ προσεπαγόμενος· πρὸς δὲ σκαπανεῖς καὶ ῥαφεῖς τε καὶ βοηλάτας οὓς ὅθεν δήποτε ἠρανίσατο. Καὶ δὴ συμβαλὼν Πέρσαις περὶ τὴν Νίσιβιν, τὸ πλέον δῆθεν ἐσχηκὼς μήπω παρεσκευασμένων Περσῶν, τὴν πόλιν περιεκάθητο. Οἱ δὲ Πέρσαι ἐν καταφρονήματι τῆς δῆθεν περιφανοῦς στρατηγίας οὐδ' ἀποκλεῖσαι τὰς πύλας ἠνέσχοντο· αἰσχρότητι δὲ μάλα καθύβριζον τὸ Ῥωμαίων στρατήγημα. Τεράστια δὲ πλεῖστα τὰ ἐσόμενα δυσχερῆ Ῥωμαίοις τηνικαῦτα τεθέατο προμηνύοντα· καὶ βοῦς δ' ἀρτιγέννητος ὤφθη τῇ προσβολῇ τοῦ πολέμου, ᾧ δύο κεφαλαὶ τοῦ τραχήλου ἠώρηνται.

A Romanis subdita maneret, major autem Christianorum sacra moribus colens Persis sit tradita: Persarmenii, inquam, isti, quod graviter a Persis affligerentur, legesque suas transgredi vi compellerentur, clam ad Justinum oratores miserunt, ut sub ditionem Romanorum reciperentur precantes, quo libere absque molestia sacros ritus, pro religionis consuetudine, Deo peragere possent. Justinus preces eorum comprobavit, pactis conventis quibusdam ab ipso interpositis, **797** quæ etiam jurejurando confirmavit. Itaque Persarmenii magistratibus suis interfectis, omnino, quod dicitur, universi sese Romanorum imperio commiserunt, in societatem suam finitimis ejusdem gentis populis, atque itidem alienis pertractis. Apud quos Ardaamanes B principem locum habuit, vir genere et dignitate, nec non bellicis et imperatoriis artibus præstans. Hac vero de causa cum Chosroes imperatorem incusaret, tale ab eo responsum tulit: finem suum pacis pacta conventa habere: insuper autem fieri haudquaquam posse, ut Christianos, pacis finitæ tempore, ad populares suos confugientes ipse non reciperet. Hæc quidem ille, atque his similia alia respondit: et quamvis talia diceret, minime tamen se ad bellum instruxit, sed otio solito deditus, deliciis diffluxit, post rationes et voluptates suas omnia habens. Virum autem quemdam genere sibi propinquum, Marianum nomine, Orientalium copiarum ducem designatum, adversus C Persas misit, neque exercitu justo, neque apparatu belli alio satis instructum. Hic cum manifesto periculo, et quod dicitur, cum ipsius Orientis eversione, in Mesopotamiam primum est profectus, paucos admodum milites eosque inermes secum ducens: ad quos accedebant fossores et sarctores, et boum actores undequaque coacti. Et cum Persis apud Nisibim levi certamine congressus, cum meliore loco res ejus essent, Persis nondum satis paratis, urbem eam obsidere quam hostes persequi maluit. Oppidani porro propter tam splendidi scilicet belli apparatus contemptum portas non clauserunt, sed fœdissima etiam in Romanum exercitum convicia jecerunt. Plurima vero prodigia, Romanorum futuras clades portendentia, tum visa D sunt: et bos recens genitus in initio belli conspectus est, ex cujus cervice duo capita eminebant.

ΚΕΦΑΛ. ΛΗ'.

Ὅπως Χοσρόης, τὴν Ἕω ἐπιδραμὼν, φρούριά τε εἷλε, καὶ πολλὴν λείαν περιεβάλλετο.

Ἐπεὶ δ' ὁ Χοσρόης καλῶς τὰ πρὸς τὸν πόλεμον ἐξηρτίσατο, τὸν Οὐαρδααμάνην μέχρι τινὸς διελάσας, καὶ τὸν Εὐφράτην ἀνὰ τὴν σφετέραν διαβιβάσας γῆν, διὰ τοῦ καλουμένου Κιρκησίου ἐς τὴν Ῥωμαίων ἠφίει γῆν. Ἔστι δὲ τὸ Κιρκήσιον τοῦτο πολίχνιόν τι λίαν ἐπικαιρότατον, πρὸς τῷ τέρματι τῆς Ῥωμαίων κείμενον γῆς· ὀχυρὸν δὲ τὰ μάλιστά ἐστι, τείχη στεῤῥότατα περιβεβλημένον, καὶ ἐς πολύ τι ὕψος αἰρόμενα. Ἀλλὰ μὴν καὶ ὁ ποταμὸς Εὐφρά-

798 CAPUT XXXVIII.

Ut Chosroes, incursione in Orientale imperium facta, et castella ceperit, et prædam multam abduxerit.

Posteaquam autem Chosroes se ad bellum probe instruxit, Ardaamanem aliquatenus productum, Euphratem in regno suo transmittere, et per Circesium (quod dicitur) in Romanorum ditionem excurrere jussit. Est autem Circesium oppidum commodissimum et munitissimum, ad fines Romanorum imperii situm. Muro namque firmissimo atque altissimo circumdatum est. Quin et Euphrates et Aboras fluvii id circumfluentes, et in insulæ formam

redigentes, inexpugnabile efficiunt. Ipse autem cum copiis suis, Tigri amne trajecto, magnis itineribus celeriter ad Nisibim venit: quæ, sicuti dictum est, a Marciano obsidebatur. Hæc ita a Persis agi Romani ignorabant: usque adeo, ut Justinus multorum sermonibus deceptus, qui Chosroem jam mortuum esse, aut non longe a morte abesse nuntiabant, Marciano valde succenseret, quod Nisibis expugnationem protraheret: ad quem etiam quosdam misit, qui illum ad claves portarum quam celerrime afferendas excitarent. Ut autem res minus ex sententia successit, et Justinus risu et probro se dignum exhibuit, qui apud talem et tantam urbem, quæ efficere nequiret, conaretur, ad quam scilicet tam exiguus exercitus assidebat: res ea primum Gregorio Theopolis antistiti ab episcopo Nisibeno renuntiata est. Erat enim is Gregorio, a quo pecuniam ingentem acceperat, amicus quam maxime. Et dabat præterea operam, ut urbs ea propter ærumnas, quas a Persis patiebatur, in potestatem Romanorum rediret. Itaque is Gregorio quæ in Perside gererentur, suo quæque tempore insinuando, significabat. Ea porro ad Justinum Gregorius scribebat, de subita etiam Chosroæ expeditione certiorem eum faciens. Atque ille more suo deliciis et luxuriæ deditus, fidem habere episcopi scriptis supersedit, ea quæ cupiebat geri etiam ratus. In hominibus namque molliter et dissolute viventibus, ad ignaviam et socordiam gloriosa audacia accedere solet. Neque illi eventis rerum fidem habent, si alium, quam ipsi volunt, exitum consequantur. **799** Justinus ergo Gregorio rescribens, ea quæ is renuntiasset, tanquam falsa omnino essent, rejiciebat. Atque ut etiam vera essent, Persas tamen urbis expugnationem non præventuros esse. Quin etiamsi prævenirent, eos tamen inde fœde atque turpiter repulsum iri dicebat. Et Acacium quemdam delectum, virum protervum, confusionem plane dicas, ad Marcianum misit, cum ejusmodi mandato, ut etiamsi Marcianus urbem cepisset, et pedem alterum in ea posuisset, dignitatem statim deponeret, eamque ipse Acacius sumeret. Quod sane is fecit, imperatoris jussa non ex illius commodo exsecutus. Postquam enim eo venit, Marcianum illico in hostili terra dignitate privavit, re ea militibus non renuntiata. Sed enim qui in exercitu ordines ducebant, ubi ducem magistratum deposuisse cognoverunt, ulterius perseverare in castris nequaquam voluere: sed paulatim hinc et inde palantes diffugere, ridicula illa obsidione soluta. At Vadaarmanes copias secum martem spirantes, non solum ex Persis, sed etiam barbaris qui Scenitæ dicuntur, delectas ducens, Circesio prætérito, quam plurimum Romanorum rebus intulit detrimenti. Ferro namque et igne pleraque loca vastans, neque moderatum quidquam, propter defensorum solitudinem, vel cogitans vel faciens, non pauca castella cepit. Et quod ibi nemo cum imperio esset, tum autem quod

A της καὶ Ἀβόρας περικύκλῳ ῥέοντες, καὶ ὥσπερ τοῦτο ἀπονήσοῦντες, ἄμαχον ἀπεργάζονται. Αὐτὸς δὲ σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν τὸν Τίγρητα διαβὰς ποταμὸν, ὅσον τάχος ἐλαύνων ἐπὶ τὴν Νίσιβιν ἧκεν, ὑπὸ Μαρκιανῷ πολιορκουμένην, ὡς εἴρηται. Ἐλάνθανε ταῦτα Ῥωμαίους Πέρσαις πραττόμενα, ὡς καὶ Ἰουστῖνον, τῇ τῶν πολλῶν ἀπατώμενον φήμῃ ὡς ἤδη θάνοι Χοσρόης, ἢ ἐγγὺς εἶναι ἀποθανεῖν, ἀσχάλλειν σφόδρα κατὰ Μαρκιανοῦ, οἷς ἐβράδυνε μὴ ἐκπολιορκήσας τὴν Νίσιβιν· πέμψαι δέ τινας ἐκεῖνον διερεθίσοντας, ὥστε καὶ τὰς τῶν πυλῶν κλεῖς ὡς τάχιστα ἀγαγεῖν. Ὡς δὲ οὐ κατὰ σκοπὸν τὰ πράγματα προὔβαινε, πολλὴν δὲ καὶ αἰσχύνην ὦφλεν, ὥσπερ ἀμήχανα ζητῶν ἐπὶ τοιαύτῃ καὶ τοσαύτῃ πόλει, καὶ ταῦτα στρατῷ πάμπαν ἐξουθενημένῳ B παρακαθημένῳ, ἀγγέλλεται τὰ πραττόμενα πρῶτα μὲν Γρηγορίῳ τῷ Θεουπόλεως παρὰ τοῦ ἐπισκόπου Νισιβηνῶν· ἦν γάρ οἱ φίλος μάλιστα, Γρηγορίῳ μεγάλοις χρήμασι δεξιωθείς· ἄλλως τε καὶ πάλιν ὑπὸ Ῥωμαίοις γενέσθαι σπεύδοντος τὴν οἰκείαν πόλιν· οἷς κακῶς πρὸς Περσῶν ἔπασχε, τὴν τῶν πραττομένων τῇ ὑπερορίᾳ δήλωσιν τῷ Γρηγορίῳ παρείχετο, ἐγκαίρως παριστὰς ἕκαστα· ἃ δὴ πάντα Ἰουστίνῳ ἐδήλου, μηνύων καὶ τὴν ἐξάπινα Χοσρόου ἔφοδον. Ὁ δὲ τῇ ἐξ ἔθους τρυφῇ καὶ ἡδυπαθείᾳ σχολάζων, ἥκιστα πιστεύειν ᾑρεῖτο τοῖς γεγραμμένοις τῷ ἱερεῖ, ἐκεῖνο οἰόμενος, ὅπερ ἠβούλετο. Τοῖς γὰρ σφόδρα ἐκδεδιῃτημένοις τῶν ἀνθρώπων πρὸς τῷ ἀγεννεῖ καὶ τὸ θράσος φιλεῖ ἕπεσθαι· καὶ τὰς τῶν C πραγμάτων ἐκβάσεις πάμπαν διαπιστεῖν, εἴ γε τύχοιεν κατέναντι τῶν θελήσεων φέρεσθαι. Καὶ ἀντιγράφων Γρηγορίῳ ὡς οὐκ ἀληθῆ παντάπασιν εἶεν τὰ εἰρημένα, ἀπεωθεῖτο· εἰ δέ γε καὶ ἀληθῆ, ἀλλ' οὐ φθαῖεν Πέρσαι τὴν πολιορκίαν· εἰ δέ γε καὶ φθαῖεν, ἀλλὰ κακῶς καὶ αἰσχρῶς ἐκεῖθεν ἀπαλλαγεῖεν. Καὶ δή τινα ἐκλεξάμενος Ἀκάκιον ὄνομα, ἄνδρα ὑβριστὴν καὶ ἄντικρυς σύγχυσιν, καὶ παρὰ Μαρκιανὸν πέμψας, ἐνεκελεύετο ὡς καὶ εἴπερ καὶ τὸ ἄστυ εἷλε, καὶ θάτερον τοῖν ποδοῖν ἐκείνῳ ἐνέβαλλεν, αὐτίκα τε τῆς ἀρχῆς αὐτὸν παραλῦσαι, καὶ ταύτην αὐτῷ περιθεῖναι. Ὃ δὴ καὶ πέπραχεν, οὐκ ἐπὶ τὸ συνοῖσον τὰ τῷ βασιλεῖ κεκελευσμένα τελέσας. Ἐπεὶ γὰρ ἧκε, Μαρκιανὸν εὐθὺς ὑπερόριον ἐποιεῖτο, μή τι τῷ στρατῷ διαγγείλας. Οἱ δὲ τοῦ D στρατοῦ τὰ πρῶτα φερόμενοι, ἐπεὶ μάθοιεν τὸν στρατηγὸν τῆς ἀρχῆς πεπαυμένον, πρόσω μὲν ἰέναι οὐδαμῶς ἤθελον· κατολίγον δὲ σποράδες φεύγοντες ἀνεχώρουν, τὴν καταγέλαστον πολιορκίαν λύσαντες. Οὐαδααρμάνης δὲ ἄρην πνέοντα στρατὸν ἐπαγόμενος, οὐ Περσῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ βαρβάρων οἳ Σκηνῖται καλοῦνται, τὸ Κιρκήσιον παραμείβων ὡς πλεῖστον, τοῖς Ῥωμαίων διελυμήνατο πράγμασι. Καὶ τὸ μὲν καίων, τὸ δὲ καὶ κτιννύς, καὶ μηδὲν μέτριον διανοούμενος ἢ πράττων κατὰ πολλὴν ἤδη τοῦ κωλύσοντος ἐρημίαν, οὐκ ἐλάχιστα φρούρια εἷλε· καὶ τὸ μὲν ὅτι οὐδεὶς ἦρχεν· ἔπειτα καὶ τῶν ὀφειλόντων μάχεσθαι κατὰ τὸ Δάρας φρούριον ἀποκεκλεισμένων, ἐπ' ἀδείας ποιεῖν ὃ βούλεται προὔκειτο. Ἐκεῖθεν δ' ἀπάρας, τῇ Θεουπόλει προσέβαλε, πέμψας

πλείστου· τῶν ἀμφ' αὐτὸν, οὐ παραγενόμενος· οἱ καὶ παρ' ἐλπίδα πᾶσαν ἀπώσθησαν, οὐδενὸς ἔνδον ἐναπολειφθέντος, πλὴν ὀλίγων τινῶν κομιδῇ καὶ εὐαρίθμων. Ἀπέδρα δὲ καὶ ὁ ἱερεὺς, τὰ προσόντα ἱερὰ ὑπεξαγαγὼν, ὅτιπερ καὶ τὸ πλεῖστον τοῦ τείχους διεῤῥωγὸς ἦν. Ὑπανίστατο δὲ καὶ ὁ δῆμος νεωτερίζειν ἐπιχειρῶν, ὥσπερ εἰώθει τοῖς τοιούτοις καιροῖς γίγνεσθαι. Πρὸς τοῖς ἄλλοις δὲ καὶ αὐτοὶ φυγὴν μελετήσαντες, ἐρήμην τὴν πόλιν καταλελοίπασιν, οὐδενὸς ὅλως ἀντιστῆναι ἢ ἐπιτεχνήσασθαί τι ἐπιχειρήσαντος. Ὡς δ' οὖν Οὐαδααρμάνης ἀπεκρούσθη πεῖραν προσαγαγὼν, πῦρ ἐμβαλὼν τῇ πάλαι μὲν Ἡρακλείᾳ, ὕστερον δὲ ὄνομα σχούσῃ Γαγαλικῇ, Σελευκείᾳ προσέρχεται, ἣν Νικάνωρ ὁ Σέλευκος συνεστήσατο, εὐδαίμονα μὲν τὰ πρῶτα καὶ πολυάνθρωπον οὖσαν, χρόνῳ δὲ διαῤῥυεῖσαν, καὶ ἐς ὀλίγον συσπειραθεῖσαν. Καὶ ἐπεὶ ἀντικαθίστασθαι οὐχ οἵα τε ἦν, συμβάσει τινὶ ταύτης ἔνδον ἐγένετο παρὰ τὰ συγκείμενα διαπεπραγμένος· καὶ πᾶσαν ἄρδην τὴν πόλιν ἐξανδραποδισάμενος ᾤχετο, καὶ τὰ πέριξ αὐτῆς ληϊσάμενος· ἐν οἷς καὶ τὸν ἱερέα τῆς πόλεως, καὶ τὸν ἐπὶ τῇ ἀρχῇ καθεστῶτα ζωγρίας ἑλὼν κατεῖχε. Πάνδεινα δὲ καὶ τῇ ἀποστροφῇ διειργάσατο, οὐδενὸς ἀντιπράττοντος, πλὴν ὀλίγων κομιδῇ στρατιωτῶν πρὸς τοῦ βασιλέως σταλέντων, οὓς Μάγνος ἦγε, πρότερον μὲν ἀργυρᾶς τραπέζης προεστηκὼς κατὰ τὴν τοῦ βασιλέως πόλιν, ἐς ὕστερον δὲ καὶ μιᾶς τῶν βασιλικῶν οἰκιῶν τὴν ἐπιτροπὴν εἰληφώς· οἱ προτροπάδην ἔφευγον, μικροῦ δορυάλωτοι γεγονότες. Καὶ ταῦτα διαπραξάμενος Οὐαδααρμάνης, τὸν Χοσρόην κατειλήφει μήπω τὴν πόλιν ἑλόντα· ῥοπὴ δ' ἐκείνῳ μεγάλη ἐγένετο προσιών. Τό τε γὰρ οἰκεῖον ἅπαν ἀνεθάῤῥησε, τό τε ἀντίπαλον κατεπλάγη. Καὶ τὴν μὲν πόλιν ἀποτειχισθεῖσαν εὑρίσκει, καὶ χοῦν ἄγχιστα ταύτης ἠθροισμένον πολύν· αἱ δ' ἑλεπόλεις καθίσταντο, καὶ μάλιστα καταπέλται, ἃς μηχανὰς λιθοβόλους τῷ πλήθει καλεῖν σύνηθες· δι' ὧν καὶ ἡ πόλις ὥρᾳ χειμῶνος Χοσρόῃ ἑάλω, Ἰωάννου τοῦ παιδὸς Τιμοστράτου αὐτῆς ἄρχοντος, οὐδαμῶς ἐν φροντίδι τὴν πολιορκίαν ποιησαμένου, μᾶλλον δὲ καὶ καταπροδόντος. Καὶ τοῦτο γὰρ τηνικαῦτα διατεθρύλληται. Πέμπτον δὲ μῆνα καὶ μικρόν τι πρὸς προσεδρεύσας τῷ ἄστει, εἷλε μηδενὸς ἀμύνοντος. Καὶ τοίνυν πάντας ἐξαγαγὼν, πλῆθος ἀστάθμητον, καὶ τοὺς μὲν μαχαίρας ἔργον πεποιηκὼς, τοὺς δὲ ζωγρίας φυλάξας, τὴν μὲν πόλιν οἷα ἐπίκαιρόν γε οὖσαν, φρουρὰν ἐμβαλὼν κατέσχεν· αὐτὸς δὲ γαυριῶν τῷ τροπαίῳ, ἀνεχώρει ἐπ' οἴκου.

A Romani propugnatores in castello Daras a Chosroe clausi forent, faciendum sibi libere quod vellet statuit. Castris autem inde motis, Theopoli animum adjecit: et partem copiarum maximam, ipse non profectus, eo misit, quæ spe sua falsæ, et ab urbe ea sunt rejectæ, propterea quod nulli in ea, aut sane quam pauci cives mansissent. Profugerat vero etiam episcopus ipse, et sacra secum vasa et donaria extulerat. Nam et magna muri pars corruerat: et plebs novarum rerum studio, sicuti ejuseemodi temporibus accidere solet, tumultum moverat: et tandem desertam relinquens urbem, inde excesserat, nemine prorsus hostibus resistere aut obviam ire conante. Vadaarmanes postquam voto suo et Theopolis direptione excidit,
B ignem olim quidem Heracleæ, **800** postea autem Gagalicæ dictæ urbi injecit, et ad Seleuciam (1), quam Nicanor Seleucus condidit, locupletem quidem illam primum et populosam, postea vero tempore collapsam, et ad paucitatem redactam, progressus est. Hæc cum resistere illi non posset, pacto quodam interveniente, in eam est receptus. Ubi sane præter conventa multa egit, et civitate direpta, vicinis quoque locis circumcirca dispoliatis, inde abiit. In præda reliqua et episcopum et magistratum urbis summum cepit. Nec pauciores in reditu ille clades Romanæ ditioni intulit, nemine videlicet prohibente, præter paucos admodum milites, qui ab imperatore missi fuerant.
C Horum ductor Magnus erat, qui antea argentariæ mensæ in urbe imperante præfuerat, postea autem unius ex imperialibus ædibus curam susceperat. Ii cum terga vertentes fugerent, parum abfuit quin ab hostibus sint excepti. Hisce rebus confectis, Vadaarmanes Chosroem nondum urbem quam obsidebat cepisse reperit. Magnum autem adveniens illi attulit momentum, quod cum suis animum addidit, tum hostes plurimum exterruit. Invenit urbem muro nudatam, et aggerem ingentem prope illam factum. Helepoles exstructæ stabant, et catapultæ, quas vulgus machinas seu tormenta, saxa ex edito loco jacientia, vocare consuevit, quibus urbem hiemis tempore Chosroes in potestatem suam redegit. Cui Joannes Timostrati filius
D præfuit. Hic ejus obsidionem non admodum curavit, seu urbem potius ipsam prodidit. Nam et hoc tum sermonibus ita jactatum est. Obsedit eam Chosroes mensibus quinque et aliquot insuper diebus, cepitque, nemine prope propugnante. Et civibus ex urbe multitudine varia ductis, partim eos ferro concidit, partim vivos in captivitate servavit. Urbem ipsam, utpote opportunam et commodam, præsidio imposito retinuit: ipse vero tropæo eo superbus, domum est reversus.

ΚΕΦΑΛ. ΛΘ'.

Ὡς ἀμέτρῳ λύπῃ σχεθεὶς Ἰουστῖνος, φρενίτιδι περιέπιπτε νόσῳ· ὑπὸ Τιβερίῳ δὲ τὰ πράγματα ἤγετο· καὶ ὡς τέχνῃ τὸν Χοσρόην μετελθὼν, εἰρήνην ἔπραττεν ὁ Τιβέριος.

Τοῦτο μαθὼν Ἰουστῖνος, καὶ μηδὲν ὑγιὲς ἢ φρενήρες διανοησάμενος, οὐδὲ ἀνθρωπίνως τὸ συμβὰν

801 CAPUT XXXIX.

Ut Justinus, immenso dolore correptus, in morbum phrenitidem inciderit, et Tiberius rempublicam administraverit. Et ut arte quadam Chosroem aggressus Tiberius, pacem cum eo fecerit.

Ea re Justinus cognita, nihil prorsus recte aut prudenter mente agitans, neque casum talem

(1) Evagr. *Apameam* habet, et *Nicanoris Seleucum*.

humaniter ferens, in phrenitidis morbum et insaniam incidit, ita ut nihil quidquam earum rerum quæ fierent, intelligeret. Imperium autem a Tiberio administrari cœptum, qui honorem præcipuum Justino acceptum ferebat, ex Thracia oriundus. Hunc pridem Justinus cum plurimis militarium copiarum millibus adversus Abares miserat: et captus ille statim in prima congressione ab eis fuisset, militibus ejus nequaquam barbarorum conspectum sustinentibus, nisi eum divina providentia inde ereptum, Romanorum imperio manifesto conservasset. Quod sane imperium ad id discrimen pervenerat, metuendum ut esset, ne Justini præter rationem omnem susceptis actionibus, una cum republica corrueret, et in barbarorum potestatem perveniret. Cum igitur Justinus tam graviter morbo affectus esset, neque quidquam earum quæ agerentur rerum animadverteret, Tiberius consilium commodum, rebusque præsentibus opportunum admodum cepit, quo casum et errorem omnem correxit. Trajanum enim, virum præclarum ex senatu, canitie et prudentia multos antecellentem, ad Chosroem mittit: et legationem non imperii aut reipublicæ, sed solius Sophiæ Augustæ Justini conjugis nomine, ad Chosroem instituit. Cujus etiam litteræ ad eum regem scriptæ sunt, quibus illa ærumnam casumque mariti et rempublicam principe carentem deplorabat: nequaquam decorum esse addens, illum viduæ mulieri, et principi jacenti reipublicæque perturbatæ insultare. Nam et ipsum aliquando ægrotantem non solum in persimilem casum incidisse, verum etiam præclarissimos quosque medicos ex ditione Romana ad eum missos venisse, qui arte sua et cura debita ægritudinem illius dispulissent. Legatione tali audita Chosroes flexus est: et cum in animo habuisset, primo quoque tempore expeditionem in Romanorum terram suscipere, triennales tamen inducias Orientis partibus concessit: ita ut nihilominus Armeniam, quæ bellum adversus eum parasset, nemine res Orientales turbante, aggrederetur. Porro rebus Orientis in eum statum adductis, Sirmium a barbaris captum est, quod Gepides dudum tenuerant et Justino donaverant, sua sponte inde decedentes.

A ἀνατλὰς, ἐς φρενίτιδα νόσον καὶ μανίαν ἐμπίπτει· καὶ τῶν γενομένων οὐδέν τι τὸ παράπαν συνίει· τὰ δὲ τῆς ἀρχῆς ὑπὸ Τιβερίῳ διῳκεῖτο· ὃς τὰ πρῶτα Ἰουστίνῳ φερόμενος, ἐκ Θράκης μὲν ὥρμητο· πολλαῖς δὲ στρατοῦ μυριάσι κατὰ τῶν Ἀβάρων πρῴην ἐπέμπετο. Καὶ ἥλω ἂν ἐκείνοις εὐθὺς προσβαλὼν, τῶν περὶ αὐτὸν μηδαμῶς πρὸς τὴν θέαν ὑπενεγκόντων, εἰ μὴ Θεοῦ πρόνοια ἐκεῖθεν ἁρπάσασα, τῇ Ῥωμαίων ἡγεμονίᾳ τοῦτον σαφῶς διετήρησε, κινδυνευούσῃ τὰ ἔσχατα τοῖς Ἰουστίνου παραλόγοις ἔργοις διαῤῥυῆναι, σύναμα τῷ πολιτεύματι, καὶ τοῖς βαρβάροις τῆς τοσαύτης ἀρχῆς ἐκστῆναι. Καὶ τοίνυν Τιβέριος οὕτως ἀθλίως Ἰουστίνῳ διακειμένῳ, καὶ μηδὲν τῶν πραττομένων ἐπαισθανομένῳ, βουλὴν πρόσφορον τοῖς πράγμασιν ἐπικαιροτάτην βουλεύεται, ἣ τὸ πᾶν ἐπηνώρθωσε πταῖσμα. B Τραϊανὸν γάρ τινα λόγιον ἄνδρα τῆς συγκλήτου βουλῆς ἐς τὰ μάλιστα ὄντα, πρὸς Χοσρόην ἐξέπεμπε, πολιᾷ καὶ συνέσει τῶν πολλῶν διαφέροντα. Ἀνῆγε δὲ τὴν πρεσβείαν οὐκ ἐκ τῆς βασιλείας ἢ καὶ τοῦ πολιτεύματος τῷ Χοσρόῃ, ὑπὲρ δὲ Σοφίας μόνης τῆς βασιλίδος, τῆς γαμετῆς Ἰουστίνου· ἧς καὶ γράμματα ἐπεφέρετο πρὸς Χοσρόην, τὰς συμφορὰς ὀλοφυρομένης καὶ τὸ τοῦ πολιτεύματος ἄναρχον· καὶ μὴ δέον ὂν χήρᾳ γυναικὶ βασιλεῖ τε κειμένῳ καὶ πολιτείᾳ συγκεχυμένῃ ἐπεμβαίνειν. Καὶ γὰρ καὶ αὐτὸν νοσήσαντα, ἐπίσης ἡμᾶς ἐκείνῳ πάλαι γενέσθαι· καὶ τοὺς ἐπισήμους τῶν ἰατρῶν καὶ τῆς πολιτείας παρ' ἐκεῖνον ἐλθεῖν, οἱ δὴ τέχνῃ καὶ τῇ προσηκούσῃ ἐπιμελείᾳ C τὴν ἐκείνου νόσον ἀπήλασαν. Ταῦτ' ἀκούσας Χοσρόης, πειθήνιος ἦν· καὶ δὴ πρὸς νοῦν ἔχων τοῖς Ῥωμαίων ἐπιθήσεσθαι πράγμασιν, ἀναβολὴν ἐς τριετίαν ἀπεχαρίζετο τοῖς ἑῴοις μέρεσι· δόξαν Ἀρμενίαν ἐπελθεῖν, ὡς ἂν αὐτοῦ πολεμώσῃ, μηδενὸς τὰ ἑῷα παρενοχλοῦντος. Τῶν δ' ἑῴων οὕτω Ῥωμαίοις ἐχόντων, τὸ Σέρμιον πρὸς τῶν βαρβάρων ἑάλω· ὃ Γήπαιδες μὲν πρῴην ἐκράτουν, Ἰουστίνῳ δ' ἀπεχαρίζοντο, ἑκόντες ἐκεῖθεν ἀναχωροῦντες.

802 CAPUT XL.

Ut Justinus Tiberium in imperio sibi substituerit: et quæ ad eum moriens de imperii administratione verba fecerit.

Interea Tiberius Sophiæ instinctu Cæsar a Justino, qui meliuscule morbo remittente habebat, declaratur. Cæterum coronam imperatoriam ei impositurus, ea verba diserte ad eum est prolocutus, quæ historiam omnem veterem et novam longe excellunt. Cum namque Justinus commode per dilucidum intervallum scilicet compos mentis esset, idque divina providentia, ut simul et peccata erratataque ipse sua proferret, et in rempublicam ordinem meliorem inferret: cumque omnes, atque ipse etiam Joannes sacrorum antistes, cujus antea meminimus, cum sacerdotibus suis in hypæthro, sive subdiali imperialis aulæ palatio, congregati

ΚΕΦΑΛ. Μ'.

Ὡς Ἰουστῖνος Τιβέριον εἰς τὴν ἀρχὴν προεβάλλετο· καὶ ὅσα ἐνεθέτει αὐτῷ τελευτῶν. D

Ἐν δὲ τούτῳ καὶ Τιβέριος Σοφίας ταῖς εἰσηγήσεσι Καῖσαρ πρὸς Ἰουστίνου ἀναγορεύεται, μικρὸν τῆς νόσου ῥᾴσαντος. Μέλλων δὲ αὐτῷ τὸν βασιλικὸν στέφανον περιτίθεσθαι, τοιάδε πρὸς αὐτὸν διαῤῥήδην ἀνεῖπεν, ἃ πᾶσαν ἱστορίαν παλαιάν τε καὶ νέαν ὑπερηκόντιζεν, ἐν εὐθέτῳ γενομένου τοῦ Ἰουστίνου Θεοῦ προνοίᾳ, ὥστε καὶ τὰς ἐκείνου ἐξειπεῖν ἁμαρτάδας, καὶ τῷ πολιτεύματι εἰσηγήσασθαι τὰ χρηστότερα. Πάντων γὰρ καὶ τοῦ τὴν ἱεραρχικὴν καθέδραν διέποντος Ἰωάννου, οὗ καὶ πρόσθεν μνείαν ἐποιησάμην, σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ἐν τῇ ὑπαίθρῳ τῶν ἀνακτόρων συναλισθέντων, ἔνθα θέμις τὰ τοιαῦτα τελεῖσθαι, τὸν βασιλικὸν ἀράμενος στέφανον, καὶ

τὴν πορφυρᾶν χλαῖναν· καὶ μέλλων ταῦτα περιτιθέναι τῷ Τιβερίῳ, κόμητι ὄντι τῶν ἐξκουβίτων τὸ πρότερον, τοιάδε παῤῥησίᾳ ἐξεῖπε· « Μή σε, ὦ βέλτιστε, τῆς φαντασίας ἡ σκηνὴ καὶ ἡ ἀμπεχόνη πλανάτω· οἷς καὶ αὐτὸς οὐκ εἰς δέον παρασυρεὶς, ἔλαθον ἐμαυτὸν ταῖς ἐσχάταις ποιναῖς ὑπεύθυνον καταστήσας. Σοὶ δὲ μελήσει καὶ τὰς ἐμὰς ἁμαρτάδας ἐπανορθοῦν. Ἐπανορθώσεις δὲ, καλῶς τε ἅμα καὶ εὐπειθῶ, διεξάγων τὴν πολιτείαν. Μὴ παντάπασι δὲ τούτοις αἱροῦ πείθεσθαι (τοὺς ἄρχοντας ὑποδεικνύς)· καὶ γὰρ αὐτοί με οἷς ὁρᾷς δεινοῖς περιέβαλον. » Καὶ ἄλλα δὲ τοιαῦτα ἐπῆγεν, ἃ δὴ πρὸς κατάπληξιν καὶ δακρύων κρουνοὺς παρεκίνησεν. Ὕστερον δὲ πάντων ἐπήγαγε· « Τίμησον τὸν Θεὸν καὶ τὴν Ἐκκλησίαν αὐτοῦ, καὶ τὴν πάλαι μὲν σὴν κυρίαν καὶ δέσποιναν, νῦν δέ σου μητέρα. Οἱ ἔχοντες οὐσίαν ἐχέτωσαν· οἷς μὴ πρόσεστι, δώρησαι. Ὥσπερ δὲ σαυτῷ, οὕτω καὶ πᾶσι πρόσεχε. Γνῶθι δὲ τίς ἦσθα, καὶ τίς νῦν σήμερον εἶ. Εἰ δ' ἁμαρτάνειν οὐ βούλει, μὴ ὑπερηφάνως διάκεισο. Σὺ γὰρ ὁρᾷς τίς ἐγὼ πρὸ μικροῦ καὶ τί νῦν εἰμι σήμερον. Ἀγάπα πρὸ πάντων τοὺς πένητας· καὶ ἐλεημοσύναι μὴ ἐκλειπέτωσαν ἀπὸ σοῦ. » Γεγενημένης δ' εὐχῆς ὑπὸ τοῦ ἀρχιερέως, ὁ Τιβέριος ὑπὸ τοὺς πόδας τῷ βασιλεῖ ἐῤῥίπτο. Ὁ δὲ ὑπολαβὼν ἔφη· « Ἐὰν θέλῃς, εἰμί· ἐὰν θέλῃς, οὐκ εἰμι· ὁ Θεὸς ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, πάντα ὅσα ἐπελαθόμην εἰπεῖν σοι, αὐτὸς εἰς τὴν σὴν καρδίαν ἐπεμβαλεῖ, στηρίζων καὶ στοιχειῶν σε τῷ ἁγνοτάτῳ φόβῳ αὐτοῦ, δι' οὗ σύμπαν σοι κατορθωθείη τῶν ἀγαθῶν. » Ἐπ' ἔτη δὲ τέσσαρα συνδιαγαγὼν Τιβερίῳ Ἰουστῖνος ὁ νέος ἐκλείπει τὸ ζῆν, ιβ' μὲν καθ' ἑαυτὸν τὴν ἀρχὴν διοικήσας σὺν μησὶ δέκα πρὸς τῷ ἡμίσει, καὶ ἕτερα τέσσαρα μετὰ Τιβερίου, μηνὸς δέοντος· ὡς εἶναι τὰ πάντα ἔτη ις' πρὸς μησὶν ἐννέα καὶ ἥμισυ. Οὗτος ὁ Ἰουστῖνος, ὅσα ὁ Ἰουστιανὸς ᾠκοδόμησε φιλοτίμως διατεθεὶς, προσθήκαις καὶ ἀναθήμασι κατεκάλλυνε, καὶ κειμηλίοις πολλοῖς· πεσόντα δὲ καὶ τὸν ὄροφον τοῦ μεγάλου νεὼ, ἐπὶ ιε' πήχεις ἀνυψώσας, πρὸς τὸ εὐπρεπέστερον μετεσκεύασεν, ἐς οἷον ὁρᾶται τὴν σήμερον. Εὐσεβέστατος δὲ ὢν, λίαν τὸν βίον ἐκδεδιῃτημένος ἐτύγχανεν. Περιέχει δὲ καὶ ἡ παροῦσα ἑπτακαιδεκάτη μοι τῶν ἱστοριῶν χρόνον ἐτῶν τεττάρων πρὸς τοῖς ἑξήκοντα σὺν μησὶν ὀκτώ· ὁπηνίκα κόσμου μὲν ἔτος ς' ἐνενηκοστὸν ὄγδοον, ἀπὸ δὲ τῆς θείας τοῦ Κυρίου γεννήσεως φ' τρίτον καὶ ἐνενηκοστὸν ἐπεραίνετο.

A esset, quo loco hæc agi celebrarique fas est, imperatoriam coronam sustollens, purpureamque vestem, ut ea Tiberio imponeret, qui comes antea excubitorum fuerat, ita propalam verba fecit: « Ne te, vir optime, umbra ista phantasiæ seu apparatus hujus et vestis hæc decipiat: quibus et ipse, præterquam deceret, transversim raptus, non sensi meipsum supremis pœnis obnoxium reddere. Tibi vero curæ erit, ut peccata quoque mea corrigas. Corriges autem, si recte et benigne rempublicam administrabis: nec omnino istis tibi parendum erit (principes demonstrans), nam et ipsi me in eas quas cernis ærumnas conjecerunt. » Alia insuper ejus generis adduxit, quæ ad consternationem et lacrymas prolixas auditores commoverunt. B Postremo vero omnium intulit: « Honora Deum et Ecclesiam ejus, et olim quidem heram et dominam, nunc vero matrem tuam. Qui facultates et possessiones habent, habeant; quibus eæ desunt, eis tribue. Perinde atque in teipsum, ita in omnes animum intende. Nosce vero et quis antea fueris, et quis hodie factus sis. Si peccare non vis, ne arrogans et superbus fueris. Ipse namque vides, quis ego paulo ante fuerim, et quid nunc sim. Pauperes in primis dilige, et eleemosynæ apud te non deficiant. » Et cum precatio ab episcopo facta esset, Tiberius ad pedes imperatoris se abjecit. Atque ille subinferens, « Si, inquit, volueris, sum; si nolueris, non sum. Deus qui fecit cœlum C et terram, omnia quæcunque tibi dicere oblitus sum, ipse in animum tuum subjiciet, confirmans, atque ab ipso **803** nunc initio instituens te sanctissimo timore suo; per quem omnia tibi recte atque feliciter evenient bona. » Justinus junior ubi in imperio cum Tiberio annos quatuor exegisset, vita excessit. Ipse solus annis duodecim et mensibus decem cum dimidio imperium gubernavit: cum Tiberio annis quatuor, mense uno minus, ita ut imperii ejus anni omnes sedecim sint, et menses novem cum dimidio. Justinus, quæcunque templa Justinianus magna usus liberalitate magnifice construxit, ea accessionibus, donariis et sacris vasis pluribus ipse exornavit. Et summam Magni templi testudinem collapsam, et quindecim cubitos sustulit, et decentissime, ita ut hodie cernitur, D restituit. Et cum pietatis esset studiosissimus, in vita quotidiana tamen perquam dissolutus fuit. Liber hic historiarum decimus septimus tempus complectitur sexaginta et quatuor annorum (1), cum ab orbe condito sexies millesimus nonagesimus octavus, a divina autem Domini nativitate quingentesimus nonagesimus tertius ageretur annus.

(1) Computatio annorum istorum cum aliis chronicis scriptoribus non concordat. Secundum quosdam enim obitus Justini in annum Domini 582, secundum alios in 576 incidit.

ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΚΑΛΛΙΣΤΟΥ

ΤΟΥ ΞΑΝΘΟΠΟΥΛΟΥ

ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΤΟΜΟΣ ΙΗ'.

NICEPHORI CALLISTI

XANTHOPULI

ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ

TOMUS XVIII.

808 CAPUT I.

De imperatoris Tiberii imperio, qua imperiali dignitate et magnificentia fuerit.

Suscepta imperii administratione Tiberius ad partes omnes reipublicæ se convertit, ut cum disciplinam rectissime civilem restitueret, tum bellicis expeditionibus commodissime omnem Romani imperii ditionem recuperaret et constitueret. Fuit autem Tiberius procera corporis statura et vultu non solum inter principes viros, verum etiam omnes prope homines decentissimo. Ita ut forma quidem imperio dignus, animo autem placidus esset, et qui humanitate et misericordia quam maxime gauderet, ipso solum aspectu, ut ita dicam, omnes ad se invitans atque alliciens. Eas autem divitias et copias amplas sibi esse putabat, si prolixe non solum ad necessitatem, sed etiam ad abundantiam aliis largiretur. Nec ille respiciebat quid recipere petentem oporteret, sed quid imperatorem Romanorum dare deceret. Quod si auri quidquam ad eum perveniebat, violenter cum subditorum lacrymis collectum, adulterinum id et rubigine obductum esse existimabat. Proinde civibus ditionis suæ omnibus annuum etiam tributum remisit : **809** et quocunque agros Vadaarmanes expeditione sua vastaverat, immunitate et libertate summa donavit, ultra modum etiam et detrimenti accepti rationem. Magistratibus quoque et dignitates gerentibus largitiones illegitimas condonavit, quibus priores imperatores subditos ipsi suos vendere soliti fuerant : quas ob res et constitutiones edidit ne quid ejusmodi in posterum committeretur.

A

ΚΕΦΑΛ. Α'.

Περὶ τῆς τοῦ αὐτοκράτορος Τιβερίου ἀρχῆς· καὶ ὡς βασιλικός τις καὶ μεγαλοπρεπὴς ἦν.

Ὑποζωσάμενος δὲ τὴν βασίλειον ἀρχὴν ὁ Τιβέριος, παντοῖος ἐγίνετο, τά τε τῆς πολιτείας μάλιστα ἀνορθοῦν, καὶ στρατηγίαις ἀρίσταις τὴν ὑπήκοον πᾶσαν ῥῶσαι καὶ ἀνακτήσασθαι. Ἦν δὲ ὁ Τιβέριος μέγιστός τε τὸ σῶμα καὶ τὴν ὄψιν μάλα διαπρεπέστατος οὐ μόνον τῶν ἐν ὑπεροχαῖς ὄντων, ἀλλὰ καὶ πάντων ἀνθρώπων σχεδόν. Ὡς εἶναι τὸ μὲν εἶδος ἄξιον τυραννίδος, τὴν δέ γε ψυχὴν ἤπιος, καὶ φιλανθρωπίᾳ μάλιστα χαίρων εἴπερ τις, κἀκ μόνης θέας πάντας ὡς εἰπεῖν δεξιούμενος. Ἡγεῖτο δὲ πλοῦτον μᾶλλον καὶ περιουσίαν λαμπρὰν ἑαυτῷ τὸ πλουσίως ἐπαρκεῖν οὐ τὸ πρὸς χρείαν μόνην, ἀλλὰ καὶ κατὰ
B
τὸ περιούσιον. Οὐ γάρ τοι διεσκοπεῖτο, τί χρεὼν εἴη λαβεῖν τὸν αἰτοῦντα, ἀλλ' ὃ βασιλεῖ Ῥωμαίων δοῦναι προσήκει. Εἰ δέ που καὶ χρυσὸς αὐτῷ ἧκε δάκρυσι καὶ βίαις ἐρανισθείς, τοῦτον δὲ ἄρα κίβδηλον καὶ ἰοῦ ἔμπλεων ᾤετο. Ἔνθεν τοι καὶ τῷ ὑπηκόῳ παντὶ ἐπέτειον ἀνῆκε δασμολογίαν· καὶ ὅσα τῶν κτημάτων Οὐαδααρμάνης ἐπιὼν ἐλυμήνατο, ἐς ὑπερβολὴν ἠλευθέρου, οὐ πρός τι μέτρον τῆς βλάβης. Αἵ τε παρὰ νόμον δόσεις τοῖς ἄρχουσιν ἐλάθησαν, αἷς οἱ πρώην βασιλεῖς τὸ ὑπήκοον διεπίπρασκον· ὧν χάριν καὶ ἐγγράφους ἐτίθετο διατάξεις, ὥστε μὴ πράττεσθαι ἀσφαλείᾳ τοῦ μέλλοντος.

ΚΕΦΑΛ. Β'.

Ὡς Τιβέριος στρατὸν ἀξιόμαχον ἀθροίσας, διὰ Ἰουστίνου τῇ Περσῶν χώρᾳ προσβάλλει, καὶ πολλὰ τῶν φρουρίων ἐλευθεροῖ· καὶ ὡς ἐτελεύτα Χοσρόης.

Καὶ τοίνυν τοῖς οὐ καλῶς συλλεγεῖσι τῶν χρημάτων χρησάμενος ἐς δέον, πρὸς τὴν τῶν ὑπεναντίων μάχην περιφανῶς καθωπλίζετο· καὶ δὴ στρατὸν ἀθροίσας ἡρωϊκὸν ἔκ τε τῶν περὶ τὰς Ἄλπεις ἐθνῶν καὶ τῶν ἀμφὶ τὸν Ῥῆνον κατῳκημένων, ἔτι δὲ Μασσαγέτας Παίονάς τε καὶ Μυσοὺς σύναμα Ἰλλυριοῖς καὶ Ἰσαύροις, καὶ ἐκ τοῦ Σκυθῶν γένους ἀριστίνδην ἐπιλεξάμενος, ὡς ἑκατὸν χιλιάδας καὶ πεντήκοντα ἴλας ἱππέων ἀρίστων ἐκλέξασθαι, κατὰ Χοσρόου ἐξῄει, ἐκείνου εὐθὺς μετὰ τὴν τοῦ Δάρας ἅλωσιν ἐπὶ τὴν Ἀρμενίαν ἐλθόντος, καὶ τὸ θέρος διαβιβάζοντος· κἀκεῖθεν ἐπὶ τὴν Καίσαρος ὁρμᾷν σκοπὸν ἔχοντος, ἣ τοῦ τῶν Καππαδοκῶν ἔθνους προκαθημένη, τῶν περὶ αὐτὴν τὴν ἀρχὴν ἐκληρώσατο. Ἐς τοσοῦτον δὲ τὰ Ῥωμαίων ἧκε περιφρονεῖν, ὡς καὶ πρέσβεων ὡς αὐτὸν ἡκόντων, μηδὲ θέας ἀξιῶσαι· ἕπεσθαι δ' ἐπιτάξαι ἄχρι τῆς Καίσαρος· κἀκεῖσε γὰρ ἀκοῦσαί τε ὧν δέοιντο, καὶ τὰ περὶ τῆς πρεσβείας διασκεψάμενον, ἀπόκρισιν δοῦναι. Ἐπεὶ δ' ἐκεῖσε ἐγένετο, καὶ τὸ Ῥωμαίων στράτευμα προλαβὸν ἐθεάσατο (στρατηγοῦντος Ἰουστινιανοῦ, ὃς ἀδελφὸς ἦν Ἰουστίνου τοῦ δειλαίως πρὸς Ἰουστίνου ἀνῃρημένου τοῦ αὐτοκράτορος· ἀκριβὴς δὲ καὶ οὗτος τὰ πολέμια ἦν, πρὸς μάχην τε τὸ στράτευμα παρετάσσετο· αἱ σάλπιγγές τε ἦχουν τὸ ἐνυάλιον, καὶ ὅσα δὴ σημεῖα μάχης ᾐώρητο), τόν τε στρατηγὸν καὶ θυμοῦ μετὰ τῆς ἐσάγαν εὐκοσμίας πνέοντα, καὶ ἄντικρυς φωνοῦντα, καὶ τοσαύτην ἵππον ἣν οὐδεὶς βασιλέων πώποτε ἐφαντάσθη, καταπλαγεὶς τοῖς πεπραγμένοις, πρὸς τὸ αἰφνίδιόν τε καὶ προσδοκίας πέρα, ἐκ βάθους στενάξας, βύθιον ἀνωλόλυξε, καὶ μάχης οὐκ ἤθελεν ἄρχειν. Τρίβοντι δὲ τὸν καιρὸν καὶ σοφιζομένῳ τὴν ἀναβολὴν, ὁ τοῦ δεξιοῦ κέρως τὴν ἀρχὴν ἐπιτετραμμένος Κοὺρς ὁ Σκύθης εἰσβάλλει. Καὶ μὴ οἵων τε Περσῶν τὴν ἀθρόαν αὐτοῦ προσβολὴν, τὴν δὲ κατ' αὐτοὺς τάξιν ἀπολιπόντων, πολὺς ἐγένετο φόνος τῶν ἐναντίων. Ἔπειτα τοῖς οὐραγοῖς ἐμπίπτει, ὅπου δὴ καὶ ἡ ἀποσκευὴ τοῦ τε Χοσρόου, καὶ τοῦ λοιποῦ ἀμφ' αὐτὸν στρατεύματος ἦν. Καὶ δὴ λαμβάνει τὰ ἐκείνου κειμήλια σύμπαντα, καὶ τὴν λοιπὴν ἐκείνου ἀποσκευὴν, ὁρῶντος μὲν Χοσρόου, ἀνεκτοτέραν δὲ τὴν ἑαυτοῦ ἐπιστροφὴν τοῦ Κοὺρς ἡγουμένου. Ἀλλ' οὗτος ἐξάπινα μεγάλων χρημάτων κύριος γεγονὼς, καὶ τὰ σκευοφόρα τῶν ζώων σὺν τοῖς φορτίοις ἐπήγετο· ἐν οἷς καὶ τὸ παρ' ἐκείνοις σεβόμενον πῦρ, ὃ ἴσα Θεῷ λατρεύουσιν. Ἄδων δὲ παιᾶνα, τὸ Περσικὸν περιελαύνει στρατόπεδον, καταλαμβάνει δὲ τὴν σφετέραν παράταξιν περὶ λύχνων ἁφὰς, μήτε τῆς σφῶν τάξεως ὑπεκστάντων, μήτε Χοσρόου ἐπιόντος αὐτοῖς, μήτ' αὖ ἐκείνων μάχης ἠργμένων· ὀλίγων δέ τινων ἀκροβολισμῶν γεγενημένων, ἢ ἑνός που καὶ δύο ἐξ ἀμφοῖν τοῖν στρατοπέδοιν συμπλακέντων, ὥσπερ εἰωθὸς γίνεσθαι.

A

CAPUT II.

Ut Tiberius magno et forti exercitu coacto, et per Justinum in Persidem irruptione atque impetu facto, multa castella munitaque loca recuperaverit. Utque Chosroes sit mortuus.

Itaque pecunias non recte exactas in usum decentem convertens, ad bellum hostibus inferendum splendide se armavit : et exercitu heroico ex subalpinis populis, et Rhenum accolentibus gentibus, præterea ex Massagetis, Pæonibus, Mysis, una cum Illyricis et Isauris, atque etiam ex Scythis, optimis strenuissimisque quibusque viris delectis, ita ut centum millia et quinquaginta turmas fortissimorum equitum haberet (1), conscripto, expeditionem adversus Chosroen suscepit, cum
B illo statim, post Daras castellum captum, Armeniam ingressus esset, atque inde circa messis tempus ad Cæsaream contendere in animo haberet : quæ principem locum apud Cappadocum gentem sortita, primas inter urbes reliquas ferebat. Usque adeo vero jam res Romanorum contemnebat, ut etiam oratores qui ad eum venerant, in conspectum suum non admitteret, sed ad Cæsaream urbem eos se sequi juberet, ibidem postulata eorum auditurus, responsumque eis re deliberata daturus. Eo autem ubi pervenit, et exercitum Romanorum, qui eum prævenerat (quem Justinianus ducebat, frater Justini illius, a Justino imperatore miserandum in modum cæsi, rei bellicæ et ipse egregie peritus) conspexit, et jam tubæ classicum canebant, signaque militaria sublimia ferebantur, ac
C dux ipse una cum tam splendido apparatu animum magnum spirabat, atque ex adverso vociferabatur, equitatusque tantus aderat, quantum nemo unquam imperatorum in animo saltem est imaginatus : apparatu tanto et re tam subita atque inopinata consternatus, ex intimo pectore ductis suspiriis, altius indoluit atque ejulavit, neque pugnæ initium facere voluit. At ipso tempus prælii extrahente, atque arte et fraude dilationem texente, Curs Scytha, cujus curæ dextrum cornu commissum fuerat, impetum in eum facit. 810
Hujus vim confertam cum Persæ sufferre nequirent, ordinesque suos relinquerent, multi ex eis cæduntur. Deinde extremum hostium agmen Curs
D aggreditur, ubi instrumentum aulicum Chosroæ et exercitus ejus apparatus erat. Hic pretiosissimas quasque res ejus et instrumentum omne, ipso inspiciente et tolerante Chosroe, quod facilius is impressionem suam quam ipsius Curs sustineri posse existimaret, diripit. Et derepente ingentis pecuniæ dominus factus, jumenta quoque una cum impedimentis abducit : in quibus etiam, qui ab eis perinde atque Deus colitur, ignis erat. Et Curs Pæana canens, Persarum aciem circuit, et tandem circiter primam facem ad suos redit : qui adhuc ordines suos, sicuti acies structa fuerat, servabant, quod neque Chosroes aggressus eos es

(1) Evagr. lib. v, cap. 14.

set, nec ipsi initium pugnæ fecissent. Paucis vero velitaribus præliis, unis tantum aut binis ab utraque acie congressis, sicuti fieri assolet, commissis, Chosroes frequentes per noctem ignes accendit, nocturnum prælium experturus. Et cum Romanorum exercitus in duas partes divisus esset, nocte intempesta, vigiles earum copiarum quæ Borealem plagam versus excubabant, invadit : eisque repentina impressione dissipatis, exercitu universo Melitinem, quæ in propinquo erat, contendit : quam ab incolis et custodibus vacuam Persæ incendunt, seque ad Euphratem trajiciendum instruunt. Porro cum eos Romanorum copiæ a tergo consequerentur, saluti suæ timens Chosroes, elephante conscenso, fluvium tranat, et multos ex militibus suis in amne eo, qui illis pro sepulcro fuit, amittit. Hos suffocatos cum secum accepisset mature decessit. Hujusmodi ille summam pœnam postquam pro injuriis Romano imperio illatis persolvit, ulterius in partes Orientales est progressus, ubi ejuscemodi inducias, ut eum nemo aggrederetur, habuit. Justinianus autem cum exercitu omni Persidem est ingressus, ibique hieme transacta, qui ei resisteret, invenit neminem : atque exercitu non diminuto, circiter æstivum solstitium inde reversus, cum magna et præclara gloria, circa confinium, æstatis reliquum consumpsit. **811** Exinde Chosroes rebus desperatis, doloreque ingenti confectus, et fortunæ vicissitudine exanimatus, cum dedecore vitam amisit : et perinde atque sempiternam columnam atque monumentum fugæ suæ, legem illam, ne quis postea Persarum rex adversus Romanos exercitum duceret, post se reliquit. Ab eo regnum ad Hormisdam filium pervenit, de quo postea dicemus.

A Χοσρόης δὲ πυρὰ κατὰ τὴν νύκτα ἐκείνην ἀνάψας πολλὰ, νυκτομαχεῖν ἐπειρᾶτο. Εἰς δύο δὲ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ διῃρημένου στρατεύματος, ἐν τῷ βαθεῖ τῆς νυκτὸς ἔπεισι τοῖς ἀμφὶ τὸ βόρειον μέρος νυκτοφυλακοῦσιν· ὧν διασκορπισθέντων τῷ ἀδοκήτῳ τῆς εἰσβολῆς, γειτονούσῃ τῇ Μελιτηνῇ ἀθρόον ἐμπίπτει· ἣ ἔρημος οἰκητόρων καὶ ἀφύλακτος καθεστῶσα, πίμπραται Πέρσαις, οἳ καὶ πρὸς τὴν τοῦ Εὐφράτου διάβασιν παρεσκευάζοντο. Ὡς δὲ τὸ Ῥωμαίων ἀλισθὲν στράτευμα κατόπιν ἐφείπετο, δείσας Χοσρόης περὶ τὸ σώζεσθαι, αὐτὸς μὲν ἐπιβὰς ἐλέφαντι, τὸν ποταμὸν διεπεραιώσατο. Πολὺ δέ τι τοῦ περὶ αὐτὸν στρατεύματος τάφῳ τῷ ποταμῷ ἐχρήσατο· πολλοὺς δὲ καὶ τοῖς ὕδασιν ἐμπνιγέντας λαβὼν ᾤχετο. Καὶ τοιαύτην ὑστάτην Χοσρόης ποινὴν ἀνθ' ὧν εἰς Ῥωμαί-B ους ὑβρίσειε καταθέμενος, ἐπὶ τὰ πρόσω ἐχώρει τῆς ἕω· ἔνθα τὴν ἐκεχειρίαν εἶχεν, ὡς ἂν μή τις αὐτῷ ἐπίοι. Ὁ δὲ Ἰουστινιανὸς σύναμα παντὶ τῷ στρατῷ εἰς τὴν Περσίδα εἰσβάλλει· καὶ τὸν καιρὸν τοῦ χειμῶνος ἐκεῖσε διάγων, οὐδεμίαν ποθὲν ἀντίστασιν εὕρισκεν· καὶ μηδέν τι τοῦ στρατεύματος ἀποβαλὼν, ἀμφὶ θερινὰς τροπὰς ἐκεῖθεν ἐξῄει. Σὺν πολλῇ δ' εὐθείᾳ καὶ περιφανεῖ τῇ δόξῃ περὶ τὰ μεθόρια διετέλει θερίζων. Ἐντεῦθεν Χοσρόης τῷ πολλῷ τῆς καταχυθείσης λύπης ἐν ἀμηχάνῳ γενόμενος, καὶ τῇ παλιῤῥοίᾳ τῶν πραγμάτων ἀποπνιγεὶς, μετ' αἰσχύνης ἀπολείπει τὸ ζῆν· ὥσπερ τινὰ στήλην ἀθάνατον τῆς αὐτοῦ φυγῆς τὸν νόμον ἐκεῖνον θέμενος, μήποτε τοῦ λοιποῦ βασιλέα Περσῶν κατὰ Ῥω-C μαίων στρατεύεσθαι. Μετὰ δ' ἐκεῖνον ἐς Ὁρμίσδαν τὸν παῖδα διέβαινεν ἡ ἀρχὴ, περὶ οὗ ἐν τοῖς καθεξῆς μοι λελέξεται.

CAPUT III.

De terræmotu, qui Antiochiæ et in vico qui Daphne dicitur, fuit.

Tertius jam imperii Tiberii agebatur annus : et Antiochiæ rursum maximus terræ motus circa meridiem coortus, publicas et privatas ædes ad ipsa usque fundamenta disrupta concussit, minime tamen in terram prostravit. Ipsa vero universa Daphne, quasi succisivum ejus opus facta, corruit. Evenere tum alia quoque non solum Theopoli, verum etiam in urbe ipsa imperante, memoratu digna, quæ civitates eas maximis motibus concitatis conturbarunt atque perterruerunt. Quæ cum initium a zelo et æmulatione divina sumpsissent, convenientem etiam finem sunt consecuta.

ΚΕΦΑΛ. Γ'.

Περὶ τοῦ ἐν Ἀντιοχείᾳ καὶ ἐν Δάφνῃ γεγονότος σεισμοῦ.

Ἤδη δὲ τρίτον ἄγοντος τῇ ἀρχῇ Τιβερίου, ἀνὰ τὴν Ἀντιόχου πάλιν σεισμὸς ἐξαίσιος γεγονὼς κατὰ τὸ τῆς ἡμέρας μεσημβρινὸν, τά τε δημόσια καὶ ἰδιωτικὰ τῶν οἰκημάτων μέχρι τῶν θεμελίων διαῤῥαγέντα, ἥκιστα μὲν εἰς γῆν ἔκλινε· σύμπασα δὲ ἡ Δάφνη πάρεργον αὐτῷ ἐγεγόνει. Καὶ ἄλλα οὐ κατὰ D τὴν Θεουπολιτῶν μόνον γέγονεν, ἀλλά γε δὴ καὶ κατ' αὐτήν τε τὴν βασιλεύουσαν, ἄξια λόγου καὶ διηγήσεως. Ἃ δὴ ταύτας ἀνετάραξέ τε καὶ ἐξεβάκχευσε μεγίστους θορύβους ἀνακινήσαντα, τὴν ἀρχὴν θεῖον ζῆλον ἐσχηκότα συμπράττοντα· διὸ προσῆκον καὶ τὸ πέρας ἐδέξαντο.

CAPUT IV.

De Anatolio mago, et ejus adversus Gregorium Theopolis episcopum fraudulentis insidiis.

Erat Theopoli Anatolius quidam (1), ex plebeiis ille quidem et ignavis unus, sed qui postea multis se et variis negotiis ingesserit, et Theopolitanorum res potissimum administrarit : qua ex causa in Gregorii, urbis ejus sacrorum antistitis, amicitiam

ΚΕΦΑΛ. Δ'.

Περὶ Ἀνατολίου τοῦ γόητος, καὶ τῆς κατὰ τοῦ Θεουπόλεως Γρηγορίου συσκευῆς.

Ἦν γάρ τις ἐν τῇ Θεουπολιτῶν Ἀνατόλιος, εἷς μὲν τῶν πολλῶν τὰ πρῶτα, καὶ ἐπιδιφρίων καθεστηκὼς, πολλοῖς δ' ἐς ὕστερον καὶ διαφόροις πράγμασιν ἑαυτὸν ἐπεισφρήσας, καὶ μάλιστα τῇ Θεουπολιτῶν αὐτὰ διῳκεῖτο· δι' ὧν καὶ φίλος Γρηγορίῳ τῷ τῆς

(1) Anatolius Antiochiæ diis sacrificavit. Evagr. c. 1.

Θεουπόλεω; τῶν ἱερῶν ἡγουμένῳ ἐγένετο · πυκνῶς τε παρ' αὐτὸν φοιτῶν, μείζω δύναμιν ἐκ τῆς πρὸς αὐτὸν ἐμνᾶτο σχολῆς. Οὗτος τοίνυν ὁ Ἀνατόλιος εἰδώλων θυσίαις προσανέχειν διελεγχθεὶς, ἐξάγιστός τις σὺν ἄλλοις δεινῶν ἀτοπήμασι φωρᾶται συνισχημένος. Δώροις δὲ τὸν τῆς ἕω ἡγούμενον μετελθὼν, παραδραχὺ σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν διέδρα. Πολλοὶ γὰρ σὺν αὐτῷ ἑάλωσαν τῷ μιάσματι, εἰ μὴ τὸ πλῆθος διαταραχθὲν, τὸ σκέμμα διέλυσεν. Ἐπετώθαζον δὲ καὶ τὸν ἱερέα, ὡς ἄρα εἴη καὶ αὐτὸς τοῖς ἀλιτηρίοις κεκοινωνηκώς. Καί τις δαίμων ταραξίας καὶ ἀλιτήριος ἐνίους ἀνέπειθεν, ὡς εἴη καὶ θυσίαις σὺν Ἀνατολίῳ χρησάμενος. Καὶ μικροῦ ἂν διεφθάρη Γρηγόριος μεγάλα κατ' αὐτοῦ ὀργῶντος τοῦ δήμου · καὶ ἐπὶ τόσον τὰ τῆς φήμης διέδραμεν, ὡς καὶ τὸν βασιλέα Τιβέριον, μὴ δι' ἄλλου, ἀλλὰ δι' αὐτῆς Ἀνατολίου φωνῆς τἀληθὲς θηρᾶσαι θελῆσαι τῆς μέμψεως · καὶ δῆτα κελεύει τόν τε Ἀνατόλιον καὶ οἳ σὺν αὐτῷ ἥλωσαν, ἀνὰ τὴν βασιλέως ἐλθεῖν. Ἃ δὴ μεμαθηκὼς Ἀνατόλιος, τῇ τῆς Θεομήτορος εἰκόνι ἐκεῖσέ που ἐν τῇ εἱρκτῇ καλωδίῳ ᾐωρημένῃ ἐκτρέχει ὀπίσω στρέψας τὼ χεῖρε, ὡς δῆθεν ἱκετεύων τε καὶ δεόμενος. Ἡ δὲ ἅμα μὲν τὸν ἐναγῆ καὶ ἐξάγιστον ἐκεῖνον μυσαττομένη, ἅμα δὲ καὶ τὸν ἀλιτήριον ἐξελέγχουσα, εἰς τοὔπισθεν παντάπασιν ἀπεστράφη. Θαῦμα φρίκης μεστὸν καὶ ἐσαεὶ μνημονεύεσθαι ἄξιον · ὃ δὴ πάντες οἵ τ' ἔμφρουροι καὶ οἱ τὴν φυλακὴν ἐπιτετραμμένοι κατεῖδόν τε καὶ τοῖς πᾶσιν ἀνήγγειλαν. Ἡ δ' εἰκὼν καί τισι τῶν πιστῶν ἑωράθη πρὸς τὴν ἑαυτῆς ἐκδίκησιν αὐτοὺς ἐρεθίζουσα, φάσκουσα ὡς ἄρα εἴη ἐνυβρίσας σφόδρα τῷ ταύτης υἱῷ Ἀνατόλιος. Ὡς δὲ κατὰ τὴν Βύζαντος ἐγεγόνει μαστίγων τε ταῖς ὑπερβολαῖς αἰκισθεὶς, οὐδέν τι κατὰ τοῦ ἱερέως ἐξεῖπεν. Ἐπίσης δὲ κἀκεῖσε μειζόνων κακῶν καὶ στάσεως αἴτιος τῷ δήμῳ ἐγένετο. Καὶ γὰρ ψήφων δοθέντων ἐνίους ἐξοστρακίζεσθαι καὶ μὴ ἀναιρεῖσθαι, ὁ δῆμος τῷ θείῳ ζήλῳ ἀναφλεγεὶς, τὸ πᾶν συνέχεεν ἐκταράσσων · ἀγριαίνων τε καὶ χαλεπαίνων τοὺς ἐξοστρακισθέντας ἀναρπάστους ποιήσας καὶ ἀκατίοις ἐνθέμενος, ζῶντας πυρὶ κατηκόντιζε. Τοιαύτην τοῦ δήμου ψῆφον ἐξενεγκόντος, διελοιδοροῦντό τε ἅμα βασιλεῖ, καὶ πολλὰ τοῦ σφῶν ἱερέως Εὐτυχίου κατεβοῶντο, ὡς τὴν πίστιν καταπροϊεμένων, οἳ καὶ τὸν Εὐτύχιον διαχρήσασθαι ἔμελλον · καὶ τοὺς τὴν ζήτησιν ἐπιτετραμμένους πάντῃ περιιόντες καὶ τούτους ἀνερευνώμενοι · εἰ μὴ ἡ τὸ πᾶν διέπουσα θεία πρόνοια ἐκείνους μὲν ἐκ μέσου τούτων ἀνήρπασε, τὸ δὲ ζέον τοῦ τοσούτου πλήθους καταβραχὺ ἔσβεσε, μηδενὸς ἀτοπήματος γενομένου. Ὁ δ' Ἀνατόλιος θηρίοις τὰ πρῶτα κατὰ τὸ ἀμφιθέατρον ἐκδοθεὶς καὶ ἱκανῶς ἐκείνοις διασπαραχθεὶς, ἔπειτα ἀνεσκολοπίζετο, μηδ' οὕτω τῶν ἀνοσίων ἔργων λύσιν εὑράμενος · τὸ γὰρ ἐξάγιστον ἐκείνου σῶμα [οἱ λύκοι] τὸ μή ποτε ἱστορίᾳ δοθὲν καταγαγόντες ἐκεῖθεν, θοίνην ἑαυτοῖς διενείμαντο. Καί τις δ' ἐν Ἀντιοχείᾳ παρὼν, προεφοίβαζε τὰ ἐπ' αὐτῷ γενησόμενα. Καὶ γάρ πως ἔλεγε καθ' ὕπνους ἰδεῖν ὡς ἡ κατὰ Ἀνατολίου ψῆφος καὶ τῶν σὺν αὐτῷ τῷ δήμῳ διακριθήσεται · καί τις δὲ μέγας τῶν

A pervenit.. Et cum eo nomine frequentius ad eum iret, potestatem majorem ex ejus consuetudine est consecutus. Anatolius iste crimine sacrificiorum diis oblatorum accusatus, una cum aliis, ut sacer et exsecrabilis, res graves et absurdas admisisse compertus est. Cæterum cum Orientis præfectum donis expugnasset, parum abfuit quin una cum popularibus suis (multi namque cum eo piaculi ejus participes capti fuerant) evaserit. Multitudo autem, motu concitato, consilio tali obviam iit. Illusit ea antistiti quoque, quasi et ipse detestandorum illorum hominum socius esset. **812** Et dæmon quidam seditiosus et pestilens nonnullis persuaserat, quod Gregorius etiam cum Anatolio sacrificasset. Atque is prope a plebe vehementer B infesta et irata interfectus est. Et in tantum fama ejus rei increbuit, ut Tiberius quoque imperator non aliter atque per ipsius Anatolii vocem, criminis ejus veritatem investigare voluerit. Itaque Anatolium, et qui cum eo capti erant, Constantinopolim venire jubet. Quod ubi Anatolius cognovit, ad Dei Genitricis imaginem in carcere alicubi ex funiculo dependentem, versis in tergum manibus, procurrit, supplicantis scilicet et deprecantis in morem. At illa impurum et exsecrandum illum detestans, simul et criminis tanti arguens, totam se ab eo avertit : miraculo medius fidius horrendo, et memoria sempiterna digno : quod captivi omnes, qui in custodia servabantur, et quibus cura C carceris commissa fuerat, oculis ipsi suis viderunt, et omnibus renuntiarunt. Imago ipsa fidelibus etiam quibusdam conspecta est eos ad contumeliam suam vindicandam concitare, Filio suo ab Anatolio contumeliose injuriam factam esse dicens. Postquam vero Byzantium Anatolius venit, et flagris quam maxime tortus est, nihil est contra episcopum prolocutus. Verum ibi quoque magnorum malorum et seditionis populo ipse cum popularibus suis causa fuit. Cum namque quosdam, sententiis ferendis, non jugulandos, sed ostracismo multandos esse judicatum esset, plebs zelo divino accensa, universam urbem turbulento motu replevit : sæviensque et graviter eam rem ferens, eos qui ad exsilium damnati fuerant, raptos, et D piscatoriis navibus impositos, igni vivos combussit. Et cum populus ejusmodi sententiam tulit, tum convicia etiam in imperatorem jecit, et adversus episcopum suum Eutychium vociferatus est, perinde atque illi fidem abjecissent. Quin multitudo Eutychium quoque, eosque quibus quæstio mandata fuerat, in locis omnibus, investigatos interfecisset, nisi quæ omnia gubernat divina Providentia, illos quidem e medio subripuisset, ferocientis autem multitudinis ardorem paulatim ita restinxisset, ut nihil absurdi committeretur. Porro Anatolius bestiis primum in amphitheatro objectus, et abunde ab illis dilaniatus, in crucem postea est actus. Verum ne sic quidem impiorum flagitiorum pœna est defunctus. **813** Siquidem

exsecrandum illius corpus (quod nunquam historiis proditum est) lupi inde detractum devorarunt. Quidam vero Antiochiæ fuit, qui res eas illi obventuras divinavit. In somnis enim se vidisse dixit, Anatolii complicumque ejus judicium plebi, quæ de eis sententiam ferret, commissum esse. Vir præterea magnus, imperialibus ædibus præfectus, quamvis Anatolium defenderet, prolocutus tamen est, conspectam sibi esse Dei Matrem vehementer se objurgantem, et talia fere dicentem : Quousque tandem Anatolium propugnas, qui tam impudenter supra modum in me et Filium meum illusit? Sed hæc hactenus.

βασιλικῶν οἰκιῶν προεστώς, καίπερ τὸν Ἀνατόλιον περιποιούμενος, ἐξεῖπεν, ὡς θεάσαιτο τὴν Θεοῦ μητέρα σφοδρότερον ἐπιτιμῶσαν, καὶ ταῦτα ὡσανεὶ ἐπιλέγουσαν· Μέχρι τίνος ἀντιποιῇ τοῦ Ἀνατολίου, οὕτως ἔς τε τὸν ἐκείνης παῖδα καὶ ἐς αὐτὴν ὑπερφυῶς παροινήσαντος ; Ἀλλὰ ταῦτα μὲν τοῦτον ἔσχε τὸν τρόπον.

CAPUT V.

Ut Tiberius ducem Orientis legerit Mauricium, eumdemque deinceps moriens imperatorem creaverit.

Tiberius porro ubi Justinianum non eadem fortuna, qua antea, rem adversus Barbaros gerere cognovit, illi quidem præfecturæ Orientalis dignitatem, post Justini obitum, abrogavit, et imperatoria corona dudum sumpta, ducem alium militarium in Oriente ordinum creavit Mauricium, qui paulo post successor etiam Tiberii fuit. De eo mox loco suo dicemus. Qualis enim et quantus fuerit, ex imperio ejus colligendum, quod virum eum clarius manifestiusque hominibus exhibuit, cum illi summam quodcunque vellet, arbitrio suo faciendi potestatem dedisset. Qua re etiam factum, ut domesticæ ejus res et arcanæ in publicum proferrentur. Hic igitur Mauricius, copiis militaribus receptis, ultra Romani imperii fines progressus, et quæcunque erant idoneo commodoque loco Persis castella adortus, ea cepit : tantamque prædam inde egit, ut urbibus et insulis et agris, quicunque deserti antea fuissent, colonos imponeret, et quæ a multo tempore vacuæ jacuissent terræ, eas ad fructum ubertim ferendum cultura præpararet. Ex eis colonis strenuas etiam et fortes conscripsit copias, quæ contra alias quoque gentes egregium bello robur ostenderunt. Effecit is etiam ut domus universæ servis complerentur, et ut in abundanti rerum omnium copia, levi facile pretio omnia vænirent. Conflixit quoque cum fortissimis quibusque inter Persas viris, imperatoriaque arte celeberrimis : cum Tamichosroe videlicet illo,
814 et Adaarmane, qui cum validissimis exercitibus cum eo sunt congressi. Sed enim quomodo ille, et quid prælio cum illis commisso gesserit, in præsentia mihi dicere facile non est, ad alia quæ instituti nostri sunt, properanti. Tum quidem in ipsa pugna Tamichosroes non equidem Romani exercitus virtute, sed religione sola et sincera in Deum fide ipsius ducis cecidit. Adaarmanes autem prælio excedens, habenis omnibus quam maximis laxatis fugit, non paucis suorum amissis : cum quidem Alamundarus qui Scenitas Barbaros ducebat, victoriam prodidisset : quippe qui Euphratem trajicere, et Mauricio in prælio adesse, contra Scenitas Arabes pugnanti, noluerit. Ea namque Arabum gens invicta maxime, equis celerrimis, ventisque ipsis velocitate simillimis insidens, sicubi conclu-

ΚΕΦΑΛ. Ε'.

Ὡς ὁ Τιβέριος στρατηγὸν τῆς ἕω χειροτονήσας Μαυρίκιον, εἶτα τελευτῶν, καὶ εἰς τὴν βασίλειον ἀρχὴν προεβάλλετο.

Τιβέριος δὲ ἐπεὶ τὸν Ἰουστινιανὸν μὴ παραπλησίᾳ χρώμενον τύχῃ κατὰ τῶν βαρβάρων ἐμάνθανε, παραλύει μὲν τῆς ἐν τῇ Ἕῳ ἀρχῆς μετὰ τελευτὴν Ἰουστίνου· καὶ τὸν βασιλικὸν περιθέμενος στέφανον, στρατηγὸν ἕτερον τῶν κατὰ τὴν Ἕω ταγμάτων ἐχειροτόνει Μαυρίκιον· ὃς μικρὸν ὕστερον καὶ διάδοχος Τιβερίου καθίστατο· περὶ οὗ τὰ πρόσφορα μικρὸν ὅσον οὔπω διαληψόμεθα. Ὅσος γὰρ καὶ οἷος γέγονε, τῇ βασιλείᾳ μᾶλλον φυλακτέον αὐτὸν, ἢ τὸν ἄνδρα τελεώτερον καθυπέδειξε, τὸ αὐτεξουσίως δρᾷν παρασχοῦσα· ὃ δὴ καὶ τὰ ἔνδον ἐκείνου μᾶλλον ἀνέπτυξε. Καὶ τοίνυν οὗτος τὰς δυνάμεις ἀνειληφὼς, κατὰ τὰς ὑπερορίους ἐγεγόνει τῶν πόλεων· καὶ ὅσα Πέρσαις ἐπικαιρότατα φρούρια, προσπεσὼν εἷλε, καὶ τοσαύτην λείαν περιεβάλλετο, ὡς τὰ σκυλευθέντα πόλεις τε καὶ νήσους καὶ ἀγροὺς ὁλοκλήρους οἰκίσαι, τῷ πρώην χρόνῳ ἔρημα γεγονότα· καὶ τὴν ἐκ πολλοῦ ἀγεώργητον γῆν πολλῷ καρπῷ βρίθειν παρασκευάσαι, στρατιάν τε ἐξ αὐτῶν γενναίαν μάλα καὶ ἀνδρικὴν καταστήσασθαι, ἃ δὴ καὶ κατὰ τῶν ἄλλων ἐθνῶν γεννικὴν τὴν ἅμιλλαν ἐνεδείξαντο· οἰκίας δ' ἁπάσας οἰκετῶν πληρωθῆναι, ῥᾳδίως καὶ εὐώνως τῷ πολλῷ πλήθει πάντων τὴν ὠνὴν καταβαλλομένων. Συμπλέκεται δ' εἰς μάχην καὶ τοῖς ἀρίστοις μάλα Περσῶν, καὶ ἐπὶ στρατηγίᾳ τὸ διαβόητον ἐσχηκόσι, τῷ τε Ταμιχοσρόῃ ἐκείνῳ, καὶ Ἀδααρμάνῃ, μετ' ἀξιομάχων ἐπελθόντων τῶν στρατευμάτων. Ἀλλ' ὅπως μὲν καὶ τί αὐτῷ διεπράχθη τούτοις ἀντιπαραταξαμένῳ ἐμοὶ μὲν γράφειν οὐκ εὐχερὲς πρὸς ἕτερα τοῦ σκοποῦ μοι βλέποντος· τέως δ' οὖν πίπτει μὲν ὁ Ταμιχοσρόης κατὰ τὴν συμβολὴν· οὐκ ἀνδρίᾳ τοῦ Ῥωμαίων στρατοῦ, πίστει δὲ τῇ εἰς Θεὸν ἀκραιφνεῖ καὶ εὐλαβείᾳ μόνῃ τοῦ στρατηγοῦ. Ὁ δ' Ἀδααρμάνης σφαλεὶς τῇ μάχῃ, ἀνεὶς τὰς ἡνίας ὅλας ἀνακράτος ἔφευγεν, οὐκ ὀλίγους τῶν σφετέρων ἀποβαλών· καὶ ταῦτα Ἀλαμουνδάρου, ὃς τῶν Σκηνητῶν βαρβάρων ἡγεῖτο, καταπροδόντος τὴν νίκην· ἅτε δὴ μὴ ἑλομένου τὸν Εὐφράτην διαπερᾷν, καὶ συμμαχεῖν Μαυρικίῳ, τὴν ἅμιλλαν πρὸς τὸ σκηνικὸν τῶν Ἀράβων πεποιημένῳ. Καὶ γὰρ τὸ τοιοῦτον τῶν Ἀράβων φῦλον ἀκαταγώνιστον μάλιστα, ἵπποις ὠκύποσιν ἐποχούμενον, καὶ ἀνέμους διαθέον ἐπίσης, οὔτε καταλαμβανόμενον, εἴ που γένοιτο ἐγκλεισθῆναι, μάλιστα δὲ καὶ ταῖς ὑπαγωγαῖς τοὺς ἀπεναντίας προφθάνον. Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ Θεοδωρίχου, ὃς τῶν Σκυθι-

A κῶν ταγμάτων ἡγεμὼν ἐτύγχανεν ὤν, ἄγχιστα δὴ τῆς μάχης γεγενημένου, ἔξω τε βελῶν ὡς μάλιστα καθεστῶτος, καὶ σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ἀνακράτος χρησαμένου φυγῇ· ἐπανήκων δ' ἐκεῖθεν ἐπὶ λαμπροῖς τοῖς τροπαίοις, θρίαμβον κατῆγε, καὶ διὰ πάσης ἤγετο γλώσσης. Ὁ δ' ὧδ' ὑπερβαλλούσης τιμῆς προϊὼν, καὶ ἐς τὴν βασίλειον περιωπὴν ἄνεισι· Τιβερίου πρὸς τῇ τελευτῇ καθεστῶτος, τήν τε παῖδα Αὐγούσταν καὶ τὴν ἀρχὴν ἀντὶ φερνῆς παραδεδωκότος αὐτῷ· ὀλίγον μὲν ἐπὶ τῇ βασιλείᾳ διαγεγονότος ἐνιαυτὸν, ἀγήρω δὲ μνήμην τῷ παντὶ καταλείψαντος χρόνῳ, οἷς εὖ πράττων τὸν βίον ἐγένετο· ἃ λόγῳ περιλαβεῖν οὐ πάνυ τοι ῥᾴδιον καταφαίνεται· μέγιστον δ' αὐτῷ τῶν πεπραγμένων, καὶ ὃν τῇ βασιλείᾳ καταλελοίπει κλῆρον, τὴν τοῦ θαυμαστοῦ Μαυρικίου ἀνάῤῥησιν· ὃς καὶ τὰς προσούσας κλήσεις ἐκείνοις
B διένειμε· τὸν μὲν Μαυρίκιον καὶ Τιβέριον προσειπὼν, τὴν δὲ Αὐγούσταν καὶ Κωνσταντῖναν προσαγορεύσας. Καὶ τοίνυν ὅτ' ἐδόκει Τιβέριον τῆς ἐντεῦθεν λοιπὸν λήξεως μεταβήσεσθαι, καὶ τοῖς τῆς φύσεως καὶ αὐτὸν ὑπείκειν θεσμοῖς, μελαίνης ἐπικειμένης χολῆς, Μαυρίκιος μὲν ἀνηγορεύετο· καὶ νεάζων τῇ ἁλουργίδι, τῆς αὐτοκρατορικῆς ἀξίας καὶ τιμῆς μετελάγχανε. Καὶ γὰρ φοράδην ἀχθεὶς ὁ Τιβέριος, τῇ ὑπαίθρῳ τῶν βασιλείων αὐλῇ τὸν τῆς ἱεραρχικῆς καθέδρας ἐπειλημμένον συγκαλέσας (Ἰωάννης δὲ τηνικαῦτα τοὺς τῆς Ἐκκλησίας καὶ ἔτι διΐθυνεν οἴακας), πρὸς δὲ καὶ τὸν ξύλλογον τῶν ἱερῶν ἀξιωμάτων ἀθροίσας, τήν τε περὶ αὐτὸν δορυφορίαν καὶ φυλακὴν, καὶ ὅσοι δὴ τῇ βασιλείῳ τιμῇ συντετάχαται, ἀλλὰ μὴν
C καὶ ὅσον τοῦ δήμου ἐπίσημον, γλῶτταν ἑαυτοῦ ἐποιεῖτο τὸν Ἰωάννην, ἄνδρα ῥήτορα καὶ νόμων ἴδριν Ῥωμαϊκῶν, ὃς διάτομον γλῶτταν αὐχῶν, μεγαληγορῶν διετέλει τὰ βασιλέως· ὃν ἐπιχωρίῳ φωνῇ Ῥωμαῖοι κοιαίστωρα ὀνομάζουσι. Παρῆν γοῦν ὁ αὐτοκράτωρ ἐπὶ τῇ τοῦ νέου βασιλέως χειροτονίᾳ ἅμα τῇ παιδὶ Κωνσταντίνῃ, ἣν Μαυρικίῳ βίου καὶ τύχης ἅμα κοινωνὸν ἐποιεῖτο· πρινὴ γοῦν ἐγχειρίσαι τὴν ἀνάῤῥησιν, τῷ συλλόγῳ τῶδε διωμιλήσατο·

A datur, non capitur, et locis ad insidias capiendis hostes facile prævenit. Sed et Theodericus, Scythicorum (1) ordinum dux, in pugna non affuit, verum extra telorum jactum quam maxime consistens, se cum suis effusæ fugæ commisit. Ab ea victoria cum amplissimis tropæis reversus, triumphum egit, atque omnium hominum ore celebratus est. Summi vero honoris via progressus, etiam ad imperiale fastigium conscendit, cum Tiberio jam vitæ finis adesset, qui illi filiam Augustam, et cum ea loco dotis imperium ipsum dedit. Non ille quidem longo admodum tempore in imperio transacto, sed monumento tamen sempiterno ad ævum omne relicto, per res quas per vitam bene egit. Eas vero verbis complecti, non ita facile
B videtur. Maximum autem probe ab eo gestorum, et quasi quædam hæreditas, quam imperio post se reliquit, illud est, quod Mauricium, virum admirandum, imperatorem renuntiavit. Quin etiam nomina sua genero et filiæ indidit, Mauricio quidem Tiberii, Augustæ vero Constantinæ nomine imposito. Itaque cum Tiberius videret, ex hac deinceps vita sibi migrandum, naturæque legibus cedendum esse, atra illum bili affligente, Mauricius imperator dictus, purpura conspicuus honorem et dignitatem meræ summæque potestatis recepit. **815** Tiberius etenim in hypæthram illam imperialis palatii aulam progressus, antistitem sacrorum (Joannes autem tum adhuc Ecclesiæ clavum gu-
C bernabat) eo evocavit, atque insuper conventum sacrarum dignitatum coegit, satellitumque suorum et corporis custodum, eorum quoque qui imperiali honori accensentur. Tum autem quicunque in populo præclari erant, ad se accivit, ubi nomine ejus Joannes verba fecit, orator egregius, et Romanarum legum peritus, et propter insignem eloquentiam imperatoris jussa pro concione exponere solitus, quem vernacula lingua Romani quæstorem dicunt. Aderat igitur imperator ipse in novi principis electione, una cum filia Constantina, quam Mauricio vitæ simul et fortunæ sociam dederat. Prius autem quam imperatoris novi renuntiatio promulgaretur, ad conventum eum ita verba fecit:

ΚΕΦΑΛ. Ϛ'.

Δημηγορία Τιβερίου τοῦ αὐτοκράτορος ἐπὶ τῇ ἀναῤῥήσει Μαυρικίου ῥηθεῖσα τῷ πλήθει.

D « Ἄνδρες Ῥωμαῖοι, ὄνομα πολυθρύλλητον ἅπασιν ἔθνεσι, καὶ δι' εὔκλειαν δόξης τοῖς ἁπάντων στόμασι περικείμενον· νῦν μεγάλαι τῶν ὠδίνων φροντίδες ἐμοὶ περιίστανται. Ἡ μὲν γὰρ ἃ καταλιπεῖν δέον καλῶς διαθεῖναι ἐπείγουσα· ἡ δ' ἐκταράττει τῇ μεταθέσει τῆς διαζεύξεως. Κατεπείγει γὰρ τῆς ἐνθένδε βιοτῆς τοὺς λόγους παραθέσθαι τῷ τῶν ὅλων δημιουργῷ. Καί γε νῦν ἐμοὶ ἡ πάλαι παῤῥησία καὶ ἄδεια περιδεὴς μοι μάλα καθίσταται. Οἷς γὰρ ἀφθονία τῆς ἐξουσίας πρόσεστι, πλείω δὴ καὶ τὰ σφάλματα εἰκὸς ἕπεσθαι. Ἀλλ' ὅμως αἱ περὶ τῆς βασιλείας ἡμῖν ὀξύτερον ἐπιβάλλουσιν, οὐχ οὕτω

CAPUT VI.

Oratio Tiberii imperatoris in electione et designatione Mauricii, ad populum dicta.

« Viri Romani, præclarissimum apud omnes gentes nomen, et propter amplitudinem gloriæ omnibus omnium linguis celeberrimum: magnæ me nunc curæ et sollicitudines circumstant. Quarum alteræ, ut quæ me relinquere oportet, ea recte constituam, adurgent: alteræ vero, migratione ipsa, qua a vobis disjungar, exterrent. Ea namque rationem actæ hic vitæ universitatis hujus conditori reddere cogit. Et nunc usurpata mihi dudum libertas et securitas in timiditatem ingentem est conversa. Quibus etenim prolixior est faciendi quæ velint potestas, eos peccata plura solent consequi,

(1) Hic quoque Gotthi Scythæ dicuntur.

Sedenim quam de imperio concepi curam, acrius me urget, ut videlicet non temere quidvis de republica decernam, sed qui eam recte administret, substituam. Quandoquidem nec mihi imperium ad voluptatem et delicias corporis consectandas commissum fuit. Neque vero fortuna tantum animum meum angit, verum etiam natura ipsa. Eodem enim et imperium et conjux et liberi concurrunt. Nam imperium sapientem gubernatorem requirit, conjux viduitatis curatorem æquissimum, liberi porro, qui eos ducat et defendat, tutorem, propter ætatis imbecillitatem, et naturæ, maxime muliebris, infirmitatem. Cæterum naturæ sæpenumero contemno necessitudinem, morbo ingruente: **816** despicio etiam liberos, et conjugem nihili facio, mihique jam mori videor, et sollicitudinis ejusmodi libertatem consequor. Vix autem cogitationes tales depono, cum mihi imperii cura incessit. Non solum enim certaminum omnium multo maximum est, creditum sibi sceptrum pro eo atque par est conservare, verum etiam hæreditatem imperii, ita ut decet, ad eos quos oportet, transmittere. Equidem æquum esse admodum arbitror, decessoribus principibus successores debere esse præstantiores, ut illorum errata isti corrigant. Quod nisi fiat, imperii ipsius ditionem omnem, propterea quod imbecillibus fundamentis nitatur, labi et corruere necesse est. Talibus curis cum animus meus conficeretur, ea quæ res omnes respicit Providentia, laboribus nostris succurrit, consiliumque nostrum auspicata, auctoritate sua confirmavit, et eum qui post me magnifice imperaturus est, declaravit: Mauricium istum, virum rei Romanæ perquam utilem et commodum, qui plura et magna certamina pertulit, et quasi quemdam arrhabonem, ut ita dicam, futuræ suæ de civibus subditisque curæ et providentiæ apud rempublicam deposuit. Hunc ipsum hodie imperatorem conspicietis. Tanta autem persuasione et fiducia illum maximæ omnium administrationi adhibeo, haudquaquam mente claudicans, aut errans, ut non modo imperium ei, verum etiam filiolam credam, pignore tanto naturæ ipsius, bono vos animo esse jubens. Id quod velut consolationis viaticum, mecum mihi laturus ad longam istam, unde reverti non liceat, migrationem videor. Vos ipsi autem idonei et fide digni pulcherrimæ hujus ordinationis testes mihi estis, ex eo quod eorum qui imperium nostrum dudum administrarunt, et hujus præcipue viri periculum fecistis, qui prudentissime nos est consectatus. Tu vero, Maurici, pulcherrimum mihi epitaphium imperium tuum facere perge, et sepulcrum meum virtutibus tuis exorna (1), neque spem eorum qui tibi concrediti sunt, per dedecus fallens, neque virtutes ipse tuas oblivioni tradens, et veluti pristinam animi tui generositatem fugiens. Proinde potestatis insolen-

A ταύτην ὡς ἔτυχε καταθέσθαι, ἀλλ' ὅς ἂν αὐτὴν καλῶς διακυβερνήσειεν. Ἐπεί τοί γε οὐδ' ἐμοὶ κατηγγύηται ἐπί τε τῇ τρυφῇ καὶ κολακείᾳ τοῦ σώματος. Τρύχει δέ με οὐχ ἡ τύχη μόνον, ἀλλὰ καὶ φύσις αὐτή. Ἐν ταυτῷ γὰρ ἥ τε βασιλεία καὶ ἡ γυνὴ καὶ παῖδες ἐπιτίθενται· ἡ μὲν σοφὸν ἡγεμόνα ζητοῦσα, γυνὴ δὲ χηρείας κηδεμόνα ἐπιεικέστατον· οἱ δὲ παῖδες, χειραγωγοῦ τὸ ἀτελὲς τῆς ἡλικίας προβεβλημένοι, καὶ μάλιστα τὸ τῆς θηλείας φύσεως ἀσθενέστατον. Ἀλλὰ τὸν μὲν τῆς φύσεως περιφρονῶ πολλάκις δεσμὸν, ἐπικειμένης τῆς νόσου· ὑπερορῶ δὲ καὶ παίδων, καὶ παρ' οὐδέν μοι τὸ γύναιον, δοκῶν ἤδη τεθνάναι, καὶ λαγχάνων τῆς τοιᾶσδε προμηθείας τὸ ἐλευθέριον. Οὔπω δὲ ταῦτ' ἀποτίθεμαι. Καὶ ἡ περὶ B τῶν σκήπτρων εἰστρέχει φροντίς. Οὐ γάρ τοι μόνον ἀγώνων ἐστὶν ὁ μέγιστος τὸ ἐμπιστευθὲν σκῆπτρον προσηκόντως διατηρῆσαι, ἀλλὰ καὶ τὸ δεόντως παραπέμψαι τὸν κλῆρον οἷς χρή. Ἔμοιγε μάλα λελόγισται δίκαιον τῶν προτέρων ἡγεμόνων εἶναι τοὺς δευτέρους ἀμείνους, ὡς ἂν οἷς ἐκείνοις συνέβη σφαλῆναι, οὗτοι τὴν σφετέραν διόρθωσιν ἀπαγάγωσιν. Εἰ δ' οὖν, ἀλλὰ σύμπαν τὸ ὑπήκοον ἀνάγκη διολισθαίνειν ἀδρανεῖ κρηπῖδι τὴν βασιλείαν ἑδράσαντι. Τοιαύταις φροντίσιν ἐκδαπανῶντί μοι τὴν ψυχὴν, ἡ πάντων ἔφορος Πρόνοια ἐπίκουρος ἡμῖν τῶν πόνων γίνεται, καὶ ταῖς ἡμῶν βουλαῖς αἴσιον τὸ κῦρος ἐπάγει· καὶ τῶν μετ' ἐμὲ βασιλεύσοντα λαμπρῶς ἀναδείκνυσι· Μαυρίκιον τουτονὶ, ἄνδρα λυσιτελῆ μὲν τοῖς Ῥωμαίων γενόμενον πράγμασι, πολλούς τε καὶ μεγά- C λους ἀγῶνας διενεγκόντα· ὡς ἄν τις εἴποι, ἀῤῥαβῶνας οἷόν τινας προκατατιθέμενον τῆς ἀμφὶ τὸ ὑπήκοον αὐτῷ ἐσομένης προνοίας. Τοῦτον τοίνυν αὐτοκράτορα τήμερον ὄψεσθε· οὕτω δὲ πεποιθώς εἰμι, καὶ θαῤῥούντως ἐπιβάλλω τῇ μεγίστῃ τῶν διοικήσεων μηδαμῶς χωλεύων κατὰ διάνοιαν, ὡς οὐ μόνον τὴν βασιλείαν, ἀλλὰ καὶ τὸ θυγάτριον τούτῳ καταπιστεύω, τηλικούτῳ φύσεως ἐνεχύρῳ θαῤῥύνων ὑμᾶς. Ὃ δή μοι καὶ ἐφόδιον ψυχαγωγίας ἀποίσεσθαί μοι δοκῶ τῆς μακρᾶς καὶ ἀνυποστρόφου ἐκδημίας. Ὑμεῖς δέ μοι μάρτυρες ἀξιόχρεῳ τῆς καλλίστης τῆσδε συντάξεως· ἐξ ὧν τε ἡμῶν πάλαι ποτὲ ἐπειράθητε τὴν ἡγεμονίαν ἡνιοχούντων, καὶ τουτονὶ συμπαρομαρτοῦντος λίαν ἡμῖν ἐμφρονέστατα. Σὺ δέ μοι, Μαυρίκιε, κάλλιστον ἡμῖν ἐπιτάφιον τὴν σὴν D βασιλείαν ποιῶν διατέλει· καὶ τὸν ἐμὸν τάφον ταῖς σαῖς ἀρεταῖς διακόσμει· μήτε τὰς τῶν σοι πεπιστευκότων αἰσχύνων ἐλπίδας, μήτ' ἀρετῶν ἐπιλελησμένος τῶν σῶν, καὶ τοῦ πρὶν εὐγενοῦς τῆς σῆς ψυχῆς ὡς μάλιστα δραπετεύων· ὅθεν καὶ χαλίνου λόγῳ τὸ τῆς ἐξουσίας ἀγέρωχον, καὶ φιλοσοφίᾳ τὸ τοῦ κράτους σκάφος οἰάκιζε. Ἡ γὰρ βασιλεία χρῆμά τι τῶν ὑψηλῶν μετέωρον, ἐς μέγα τὸν ταύτης ὑπερκαθήμενον αἴρουσα, καὶ τοὺς λογισμοὺς ἐκμοχλεύουσα Οἴεσθαι δέ σε χρεὼν μὴ πάντων ὑπερέχειν φρονήσει· εἰ καὶ τὰ τῆς τύχης ὑπερβάλλει, καὶ ὑψηλὰ κατεσκεύασται παρὰ πάντας. Τῶν γε μὴν ὑπηκόων τὴν εὔνοιαν, ἢ τὸν φόβον θηρεύειν

(1) Pulcherrimum decedentis principis epitaphium, bonus successor.

A πειρῶ. Τὸν δ' ἔλεγχον μᾶλλον ἀγάπα θωπείας, οἷάπερ διδάσκαλον καθεστῶτα. Πέφυκε γάρ πως ἡ ἐξουσία ἀνουθέτητόν τι χρῆμα, καὶ παιδείας ἥκιστ' ἀνεχομένη. Πρὸ τῶν σῶν ὀφθαλμῶν ἡ δίκη συνεδρεύουσα παρέστω, πρυτανεύουσα τὴν τῶν βεβιωμένων ἀντίδοσιν. Νόμιζε δὲ καὶ τὴν πορφύραν εὐτελές τι ῥάκος σοι ἐπικείμενον τῷ φιλοσοφεῖν· τὸν δέ γε στέφανον ὃν περίκεισαι, μηδὲν διοίσειν τῶν ἀμφὶ τοῖς αἰγιαλοῖς τοῖς θαλαττίοις περικλυζομένων ψηφίδων. Τὸ δὲ τῆς ἁλουργίδος ἄνθος στυγνὸν ὄν, δοκεῖ μοι τοῖς βασιλεῦσι παρεγγυᾷν τὸ μετριοπαθὲς ἐπὶ ταῖς εὐπραγίαις ἀσκεῖν· καὶ μὴ περιγάννυσθαι καὶ φρυάττεσθαι τῇ πενθίμῳ ταύτῃ τῆς μοναρχίας στολῇ· οὐ γὰρ ἐξουσίαν ἀκόλαστον, ἀλλ' ἔνδοξον μᾶλλον δουλείαν τὸ τῆς βασιλείας σκῆπτρον φιλοσο-
B φεῖν ἐπαγγέλλεται. Ἡγείσθω τῆς ὀργῆς τὸ φιλάνθρωπον, τῆς δὲ μεγαλοφροσύνης ὁ φόβος. Καὶ γὰρ καὶ ταῖς μελίτταις ἡ φύσις ἡγεμόνας διέταξε· καὶ τὸν σφῶν βασιλέα καὶ κέντρῳ καθώπλισεν, ὥσπερ τι κράτος αὐτόματον ἐγκεντρίζουσά πως αὐτῷ, ἵνα καὶ πλήττειν ἔχοι τὸν μὴ προσηκόντως πειθόμενον. Ἀλλ' ἥκιστα ἐκείνῃ τὸ κέντρον τυραννικόν, δημωφελὲς δὲ μᾶλλον καὶ δίκαιον. Οὐκοῦν ἐκείνης ἐσόμεθα μιμηταί, εἰ μή γε λόγος δεδύνηται χαρίζεσθαι καὶ τὰ μείζονα. Ταῦτα μὲν ὁ προβολεὺς ἐγώ· ἕξεις δὲ τῆς γνώμης ὥσπερ δικαστὴν τὴν ἐξουσίαν ἀδέκαστον, ἢ τιμῶσαν τὰς ἀρετάς, ἢ τὴν κακίαν φαυλίζουσαν. »

tiam ratione fac frenes, et philosophiæ artibus sapienter potentiæ scapham gubernes. Imperium namque res quædam est sublimis et excelsa, in altum **817** qui ei insident sustollens, et recte cogitata excutiens. Minime vero opinionem eam, quod prudentia omnibus anteeas, concipe, quamvis fortuna, quæ tibi sublimis contigit, omnes superes. Porro civium et subditorum benevolentiam potius quam metum fac consecteris, et objurgationem magis, perinde atque magistrum quemdam, quam assentationem, complectare. Potestas namque res quædam est, quæ admoneri docerique nolit, et castigationem ægre ferat. Ante oculos tuos assidens Justitia excubet, quæ vitæ nostræ actionum remunerationem pro summa sua potestate constituit. Purpuram perinde atque vilem pannum tibi injectum esse, per philosophiæ studium existima. Coronam autem qua caput tuum cinctum est, nihil a lapillis qui circa marinum littus fluctibus alluuntur, differre puta. Ipse purpuræ flos, quod subtristior est, exhortari mihi principes videtur, ut moderationem animi rebus secundis servare assuescant, neque nimium lætentur, aut luctuosa ista monarchiæ stola superbiant (1). Imperii siquidem sceptrum non immoderatam potestatem, sed gloriosam potius servitutem exercere admonet. Iræ imperet humanitas et misericordia, arrogantiæ autem timor. Nam et apibus natura duces dedit; earumque regem aculeo quasi quadam spontanea et naturali potestate armavit (2), ut pungere etiam eum possit, qui legitime non pareat. Sed apis minime tyrannicum, verum communi utilitati commodum et justum aculeum habet. Itaque illius saltem erimus imitatores, siquidem ratio ipsa consilia meliora subjicere non valeat. Equidem ad te hæc, veluti productor tuus et parens. Consilii autem nostri judicem habebis potestatem, ab affectione omni et muneribus incorruptam, simul et virtutes ipsas remunerantem, et vitia coercentem. »

ΚΕΦΑΛ. Ζʹ. C

Περὶ τῆς ὁράσεως καὶ τελευτῆς Τιβερίου τοῦ αὐτοκράτορος.

Ὅτε τοίνυν τὰ τῆς διαλέξεως ἐπερατοῦτο τῷ αὐτοκράτορι, πολὺ τὸ δάκρυον ἔῤῥει ἀνιωμένου τοῦ ὑπηκόου τῷ πάθει. Εἶτα τὴν στεφάνην ὁ βασιλεὺς ἀράμενος, τήν τε πορφυρᾶν χλαμύδα ἀμπεῖχε τὸν Καίσαρα. Πολλὴ δὲ τῶν ὑπηκόων ἡ τῆς εὐφημίας ἐξηχεῖτο βοή. Οἱ μὲν γὰρ τὸν προστησάμενον τῆς εὐβουλίας ἀγάμενοι, οἱ δὲ τὸν ἀναῤῥηθέντα· οἷς ἑαυτὸν τῆς τοσαύτης ἡγεμονίας παρέθετο ἄξιον. Ἄμφω δὲ τὸν τούτων ἁπάντων αἴτιον εὐφήμουν, ὡς πάντα ξυμφερόντως οἰκονομήσαντα. Ὡς δὲ τὰ τῆς ἀναγορεύσεως κατὰ τοὺς βασιλικοὺς ἀπετελεῖτο θεσμούς, ἐπὶ τὴν ἑαυτοῦ κλίνην ἀναζεύξας ὁ βασι-
D λεύς, ὄναρ τεθέατο. Ἐδόκει γὰρ πάγκαλόν τι χρῆμα ἀνδρὸς ὄψιν ὁρᾷν, λόγῳ μὲν ἄῤῥητον, γραφῇ δὲ ἀμίμητον· ἐσθῆς ἐκείνῳ λευκὴ τὸν τόπον περιαυγάζουσα.

818 CAPUT VII.

De visione et morte Tiberii imperatoris.

Cum igitur imperator finem orationis fecisset, cives et subditi propter dolorem quo afficiebantur, multam vim lacrymarum profuderunt. Deinde sublatam imperator coronam et purpuream chlamydem Cæsari circumdedit. Ibi tum subditorum acclamationes et gratulationes exauditæ, partim tam commodi consilii auctorem, partim ipsum renuntiatum principem propter eas quibus se imperio dignum præstiterat virtutes, admirati. Inprimis vero laudibus earum rerum omnium conciliatorem, qui universa commodissime dispensat, extulerunt. Ubi vero ad hunc modum Mauricius imperatoriis cæremoniis princeps est declaratus, imperator ipse in lecto suo repositus, in somnis viri speciem ea forma, quæ neque verbo, neque

(1) Antigonus rex filium intuitus subditis violentius utentem ac superbius: Οὐκ οἶσθα, inquit, ὦ παῖ, τὴν βασιλείαν ἡμῶν ἔνδοξον εἶναι δουλείαν; hoc est, *Nescis fili, dominatum nostrum splendidam esse servitutem?* Pindarus quoque, omnem regiam et aulicam phantasiam, sicut eam Lucas Act. xxvi vocat, ἐμφανὲς esse cecinit ἄλγος: hoc est, *illustrem miseriam.*

(2) Non constat inter auctores, rex nullumne solus habeat aculeum, majestate tantum armatus, an dederit eum quidem natura, sed usum illi tantum negaverit. Istud constat, imperatorem aculeo non uti, etc. (Plin. lib. ii, cap. 17.)

scripto exprimi queat, et veste tam candida, ut cubiculum ipsum illustraret, vidit. Vir is, manu protensa, talia verba ad eum est profatus : « Hæc tibi, Tiberi, ter sanctum Numen renuntiat : tyranni impii, imperii tui temporibus non exstabunt. » Postquam autem evigilavit, et somnium istud amicis exposuit, legibus deinde naturæ, quamvis imperator esset, obsecutus, terrenam tunicam deposuit, anima eam veluti tabernaculum quoddam relinquente, et ad sedes supernas evolante. Imperio Tiberius cum Justino tribus, solus autem quatuor annis præfuit (1) : qui posteaquam in imperatorum sepulcro repositus est, homines omnes ad Mauricium, perinde atque satellites conversi : et lacrymæ, quibus Tiberii funus prosecuti fuerant, eo ipso die restinctæ sunt. Non enim homines tantum præteritorum meminisse, quantum præsentia curare et colere solent.

A Ὁ δὲ τοιάδε τῷ Καίσαρι ἔλεγε συνδημηγορούσης αὐτῷ τῆς χειρὸς ἐν τῷ σχήματι· « Τάδε σοι, Τιβέριε, τὸ Τρισάγιον λέγει· Οἱ τύραννοι τῆς ἀσεβείας ἐπὶ τῆς σῆς βασιλείας οὐ φοιτήσουσι χρόνοις. » Ὁ δὲ διανήψας, καὶ τὸ ἐνύπνιον ἐπειπὼν, ἔπειτα τοῖς τῆς φύσεως ἐπειθάρχησε νόμοις, εἰ καὶ βασιλεὺς ἐτύγχανεν ὤν· καὶ τὸν γήϊνον χιτωνίσκον ἀπέθετο, οἷόν τινα σκηνὴν τῆς ψυχῆς καταλιπούσης αὐτὸν, καὶ πρὸς τὰ ἄνωθεν διαβάσης, ἔτη τέσσαρα τῆς ἡγεμονίας κατάρξας. Ὡς δ' ἐκεῖνον ὁ τῶν βασιλέων ὑπεδέχετο τάφος, ἐπὶ τὴν ἐς Μαυρίκιον δορυφορίαν ἅπας ἐτράποντο· καὶ τὸ κατὰ Τιβέριον δάκρυον αὐθήμερον πέρας ἐλάμβανεν. Οὐχ οὕτω γὰρ τοῖς ἀνθρώποις τῶν παρῳχημένων ἐστὶν ἀνάμνησις, ὡς ἡ περὶ τὰ παρόντα κατὰ σπουδῆς ἐπιμέλεια.

CAPUT VIII.

De Mauricii conjugio, et conjuge ejus Augusta. Qualis, quibus moribus, quo genere, et quibus animi affectionibus Mauricius fuerit.

Eo tempore Sittas quidam nomine, inter militares copias decurionis dignitatem obtinens, injuria a quopiam ordinum ductore affectus, cum negligentius custodiri Martyropolim animadvertisset, urbem eam prodidit. Persicam namque manum, perinde atque Romana esset, noctu introduxit, atque urbem cepit Romanis opportunam maxime, et quæcunque ibi erant ætate florentes feminæ, eas retinuit, reliquos vero mortales omnes, servis quibusdam exceptis, inde ejecit. Philippicus igitur statim eo expeditionem convertit, atque cum copiis omnibus urbem eam obsessam oppugnare cœpit. Et quamvis tormenta ad urbem expugnandam idonea non haberet, utcunque tamen potuit, oppugnationem eam est prosecutus. **831** Et cuniculis actis ut turris una concideret, effecit, minime tamen urbem ipsam capere, et ad deditionem cogere potuit. Nam Persæ partem eam quæ solo æquata fuerat, noctu refectam satis munierant. Porro ubi Romani fortiter expugnationem tentantes, fortius rejecti sunt (crebra namque in eos ex superiore loco conjiciebantur tela, ita ut ipsi plus detrimenti ferrent, quam oppidanis inferrent) obsidionem solverunt, et paululum retrogressi, castra posuerunt, hoc unum agentes, ut ne auxilia alia Persis adderentur. Mauricio autem jubente, Gregorius rursum ad exercitum venit, eique ut denuo urbis expugnationem tentaret, persuasit. Verum illi, quod instrumentis ad muros sternendos necessariis in præsentia destituerentur, nihil amplius efficere potuerunt. Proinde obsidione relicta, exercitus in hiberna concessit, frequentibus præsidiis vicinis castellis impositis, ne Persæ subsidium clam urbi immitterent. Æstate vero sequenti, copiæ sunt coactæ. Et quod Persæ etiam advenissent, ingens pugna ad Martyropolim commissa est, ex qua victor evasit Philippicus. Cæterum Persis multis cæsis, et heroe (1) uno prostrato, multitudo magna (id quod illis studio maxime fuerat) Martyropolim pervenit. Romani exinde urbem oppugnare destiterunt, quod vi eam ad deditionem cogi non posse probe

(1) Nomen hujus fuit Maruzas. (Diacon.)

scirent. Septem vero ab ea stadiis, urbem aliam in tutis montosisque partibus statuerunt: ut inde hostilibus molitionibus atque excursionibus militari arte resisterent, damnumque inferrent. Id quod sic æstivo tempore ab eis fiebat. Hieme autem adveniente, in stativa se inde recipiebant.

CAPUT XVIII.

De Varamo Persa, et de insidiis contra Hormisdam Persarum regem structis.

Philippico successor datus Commentiolus, genere Thrax, qui magna virtute cum Persis congressus est. In eo certamine Persarum dux una cum equo in terram dejectus interiisset, nisi ex satellitibus quidam, eum in equum, quem secum ducebat, sublatum e prælio subduxisset. Reliqui vero Persæ (1), ducibus suis relictis, quam celerrime fugerunt, et se Nisibim receperunt, ad regem suum redire veriti. **832** Nam ille capitale supplicium illis minatus fuerat, nisi ductores omnes suos salvos incolumesque reducerent. Ibi vero congregati tyrannidem adversus Hormisdam meditantur (2). Consilio ei Varamus Persicorum ordinum dux præfuit, qui a pugna adversus Turcos facta, cum suis redierat: sicuti suo loco de eis a me dicetur. Interea Commentiolus Martyropolim circumsidet. Atque ibi quidem plurimam copiarum partem reliquit, ipse vero una cum optimis et delectissimis quibusque, ad Ocbas, longe munitissimum castellum, ex adverso Martyropoli in ulteriore ripa, in prærupto scopulo ita situm, ut inde urbs tota conspici posset, excurrit, castellum id oppugnat: et nihil intentatum relinquens, partes quasdam munitionum tormentis saxa jacientibus dejicit: tandemque eis superatis, magna vi id capit. Quapropter ad desperationem Persæ de Martyropoli deciderunt. Hæc cum sic agerentur, iidem Persæ regem suum Hormisdam Chosroæ (3), quem Cabales genuit, filium interemerunt: regum omnium injustissimum, non solum quod inique subditos pecunia multarit, verum etiam quod nulla de causa variis suppliciorum generibus crudelem in modum illos necaverit. Ei Chosroem illius filium in regno substituerunt. Ut autem hæc acciderint, pulchrum esse puto, ut altius repetita exponam.

CAPUT XIX.

De tyrannide Varami, et ut Hormisdas Persarum rex a Chosroe filio suo sit occisus.

Hormisdas Varamum exercitu justo probe instructum adversus Romanos expediverat. Et contra hunc Mauricius Romanum, qui illi occurreret,

A ἄπωθεν πόλιν ἑτέραν ἐγείρουσι περὶ τὰ ἐρυμνὰ καὶ ὄρεια μέρη· ὡς ἂν ἐπιτεχνήσεις καὶ ἀντεπιχειρήσεις ἐκείνοις ἐργάζοιντο. Καὶ θεριζόντων μὲν τοῦτο ἐγίνετο· χειμῶνος δὲ ἐπελθόντος ἐλύοντο.

ΚΕΦΑΛ. ΙΗ'.

Περὶ Βαρόμου τοῦ Πέρσου, καὶ τῆς κατὰ Ὁρμίσδα τοῦ Περσῶν βασιλέως ἐπιβουλῆς.

Καὶ τὸν μὲν Φιλιππικὸν ἀνήρ τις, Θρᾷξ γένος, Κομεντίολος ὄνομα, διεδέχετο, καὶ λαμπρῶς συμπλακεὶς Πέρσαις, μικροῦ ἂν καὶ διέφθαρτο σὺν τῷ ἵππῳ καταῤῥαγείς, εἰ μή τις τῶν δορυφόρων ἑνὶ τῶν ἐπισυρομένων ἵππων ἐπιβιβάσας, τῆς μάχης
B ἐξῆγε· προτροπάδην δὲ καὶ οἱ λοιποὶ ἀνακράτος ἔφευγον, πάντας τοὺς σφῶν ἡγεμόνας ἀποβαλόντες, καὶ κατὰ τὴν Νίσιβιν διασώζονται, τῷ σφῶν βασιλεῖ δεδιότες ἐπανελθεῖν· καὶ γὰρ προφθάσας θάνατον ἠπείλει, εἰ μὴ τοὺς ἡγεμόνας σφῶν λαμπρῶς διασώσωσιν. Ἐκεῖσε δὲ ἀθροισθέντες, καὶ τὴν κατὰ Ὁρμίσδου τυραννίδα ἐμμελετῶσι, καὶ Βαράμου τοῦ Περσῶν στρατηγοῦ τοῦτο βουλευομένου, σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ἐκ τῆς τῶν Τούρκων συμπλοκῆς ἐπανήκοντος, ὡς ἐφεξῆς μοι τὰ περὶ τούτων εἰρήσεται. Ἐν δὲ τούτῳ Κομεντίολος τὴν Μαρτυρόπολιν περικαθήμενος, τοὺς μὲν πλείστους ἐκεῖσε ἀφίησιν· αὐτὸς δὲ σύναμά τισιν ἀριστίνδην ἐπιλεγεῖσι κατὰ Ὄχβας διαφερόντως ὀχυρώτατον φρούριον ἐκτρέχει, ἀντικρὺ Μαρτυροπόλεως κείμενον κατὰ τὴν ἀντι-
C πέραν ὄχθην, ἐπί τινος ἀποτόμου σκοπέλου ὑπερκαθήμενον· ὅθεν δὴ καὶ ἄποπτος ἡ πᾶσα καθειστήκει πόλις. Καὶ πολιορκήσας καὶ μηδέν τι πεῖρας παραλιπών, ὡς καί τινα μέρη τοῦ ἐρύματος διὰ τῶν λιθοβόλων παρασκευάσαι πεσεῖν, ὑπερκαταβὰς, ἀνακράτος αἱρεῖ τὸ φρούριον· ὅθεν καὶ ἐν ἀπογνώσει Πέρσαις τὰ Μαρτυροπόλεως καθειστήκει. Τούτων δὲ ὧδε δρωμένων, Πέρσαι τὸν σφῶν βασιλέα Ὁρμίσδην τὸν Χοσρόου παῖδα, ὃν Χοσρόην Καβάδης ἐγέννα, κακῶς διεχρήσαντο, ἀδικώτατον πάντων βασιλέων γενόμενον· οὐ μόνον οἷς ἀδίκως ἐς τὰ χρήματα τὸ ὑπήκοον ἐζημίου, ἀλλ' ὅτι καὶ μηδὲν δέον, καὶ διαφόρων θανάτων ἰδέαι, ἀφειδῶς ἐκείνους καὶ τοῦ ζῆν ὑπεξῆγε. Παῖδα δὲ τὸν ἐκείνου Χοσρόην ἐπιβιβάζουσι τῇ ἀρχῇ. Ὅπως δὲ ταῦτα
D ἐγένετο, καλὸν ἡγοῦμαι ἄνωθεν διηγήσασθαι.

ΚΕΦΑΛ. ΙΘ'.

Περὶ τῆς τυραννίδος Βαράμου· καὶ ὡς ἀνῃρέθη Ὁρμίσδας ὁ Περσῶν βασιλεὺς ὑπὸ τοῦ σφετέρου υἱοῦ Χοσρόου.

Ὁρμίσδας μὲν γὰρ Βάραμον ἀξιολόγῳ καθοπλίσας δυνάμει, κατὰ Ῥωμαίων ἐξέπεμπε· Ῥωμανὸν δ' ἐκείνῳ ὑπαντιάζειν ἀντέπεμπεν αὖθις Μαυρί-

(1) Imperator rursus a prætura Philippico amoto Commentiolum Orientis prætorem dixit. Heraclius autem prosperatus in bello prætorem Persarum peremit, Asarthato vero perempto fugiunt Persæ, et insequuntur Romani. (Diacon. lib. XVII.)

(2) Persæ a Romanis fugati, consilia adversus Hormisdam regem capiunt. Turcicum nomen tunc primum Asiæ auditum. (Egnat.)

(3) Paulus Diaconus, Turcis devictis Hormisdam adeo gloria et opibus crevisse scribit, ut deinceps annuum quadraginta millium auri tributum a Turcis acceperit, quam summam ipse eis antea quotannis persolverat.

κος. Ἐπεγγελῶντα δὲ τὰ Ῥωμαίων τὸν Βάραμον, A δέκα χιλιάδας μόνας τῶν ἀριστίνδην ἐξειλεγμένων λαβὼν Ῥωμανὸς, ἔπεισιν ἀθρόον τῷ Πέρσῃ. Καὶ πολλῶν φόνων ἑκατέρωθεν γενομένων κατὰ τὴν τῆς Ἀλμανίας χῶρον, ἡνίκα μυσαχθεῖσα τὴν βάρβαρον, προσφοιτᾷ τοῖς Ῥωμαίοις. Μαθὼν δὴ τὸν τοσαύτην ἧτταν Περσῶν Ὁρμίσδας ὁ σφῶν βασιλεὺς, ἀποχειροτονεῖ μὲν ἐκεῖνον τῆς ἡγεμονίας, γυναικείαν ἐπιπέμψας τούτῳ στολήν. Ὁ δὲ νεωτερίζειν ἐπιβάλλει, καὶ τυραννεῖν ἐπεχείρει· καὶ ἀνθυβρίζειν τὸν ὑβρίσαντα ἐπειρᾶτο, τοιάδε τῇ ἐπιστολῇ ἐπιγράφων· *Ὁρμίσδᾳ τῇ θυγατρὶ Χοσρόου ὁ Βαράμ·* καὶ τὸν ὑπ' ἐκεῖνον ἀθροίσας στρατὸν, εἰς ἀποστασίαν ἠρέθιζεν, ἐπίπλαστα σχεδὸν κατὰ πάντων Ὁρμίσδα ἐπιδεικνύμενος γράμματα, ὑπομιμνήσκων B τε τὸ ἀπηνὲς αὐτοῦ καὶ τὸ ἐς χρήματα ἄπληστον· καὶ ὡς τοὺς ὑπερέχοντας πάντας, τοὺς μὲν ξίφει διήλασε, τοῖς δὲ τάφον τὸν Τίγρητα ἐσχεδίασε, τούτῳ κηδεύσας αὐτούς. Καὶ τούτοις τοῖς λόγοις ὑπαγαγὼν τὸν στρατὸν, εἰς τυραννίδα μεγίστην ἐρρίπισε· καὶ ὅρκοις τὸν Βαρὰμ ὀχυρώσαντες, καθελεῖν Ὁρμίσδαν βουλὴν ἔθεντο. Ἐκεῖνος δὲ Φεροχάνην ἐπαφίησι τῷ Βαράμῳ σὺν πλήθει πολλῷ. Ὁ δὲ καὶ τοῦτον ὑπελθὼν, ὡς οὐ δεῖ Πέρσας ὄντας κατ' ἀλλήλων στρατεύειν, ἀλλ' εἰδέναι τὸ τραχύ τε καὶ βίαιον, πρὸς δὲ τὸ αἱμοχαρὲς καὶ ἄπληστον τοῦ Ὁρμίσδου· καὶ φίλα πρὸς ἀλλήλους φρονεῖν. Ἃ δῆτ' αἰσθόμενος ἀληθῆ ὁ στρατὸς εἶναι, τὸν μὲν Φεροχάνην ἀναιροῦσι, τῷ δὲ Βαράμῳ προστίθενται. C Ἐντεῦθεν ὅσον ἀγυρτικὸν καὶ δημῶδες ἀθροισθέντες, ἐπιτίθενται τῷ Ὁρμίσδᾳ· καὶ τῆς κεφαλῆς ἀφελόμενοι τὸ διάδημα, κατασπῶσι τοῦ θρόνου· ἔπειτα ἐπ' ὄψεσιν ἐκείνου τήν τε γυναῖκα καὶ τὸν υἱὸν ἀναιροῦσιν. Ἐκείνου δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀνορύξαντες, ἐξασφαλίζονται τῇ φρουρᾷ· καὶ τὸν υἱὸν ἐκείνου Περσῶν βασιλέα ἀναγορεύουσιν· ὃς μέχρι μέν τινος τῷ πατρὶ φιλοφρόνως διέκειτο, παραιτούμενος ὡς ἄκων τὴν ἀρχὴν ὑπέδυ· καὶ τὰ πρὸς χρείαν ἄφθονά γε τῷ Ὁρμίσδᾳ ἐπεχορήγει. Ὁ δὲ ὑβρίζων οὐκ ἀνίει τὸν παῖδα, διαρρίπτων καὶ ὅσα δὴ πέμψειεν. Ἀχθεσθεὶς δ' ἐπὶ τούτοις ὁ παῖς, ῥοπάλοις ἀγρίοις ἐκέλευεν ἀναιρεῖν· ὃ δὴ Πέρσαις μὲν διὰ λύπης γενόμενον, μῖσος κατ' ἐκείνου ἀνῆψεν οὐκ ἔλαττον.

miserat. Varamus copiis Romanorum illusit. Romanus autem decem tantum fortissimorum lectissimorumque millibus acceptis, cum illo est congressus. Et multis utrinque cædibus patratis, in Albaniæ regione, victoria barbarum detestata, penes Romanos fuit. Quam suorum cladem, postquam Persarum rex Hormisdas intellexit, **833** præfecturæ dignitatem Varamo ademit, eidemque muliebrem stolam misit. Ille ad res novas animo adjecto, tyrannidem affectare, et convicia ei qui prior injuriam illi intulisset, pro conviciis reddere et epistolæ verba hæc inscribere : *Hormisdæ Chosroæ filiæ Varamus;* nec non exercitum sub signis suis merentem ad defectionem concitare, confictas fere adversus omnes Hormisdæ nomine litteras exhibens, crudelitatemque illius et pecuniæ insatiabilem cupiditatem in memoriam eis revocans; ut scilicet ille primarios viros omnes vel ferro occiderit, vel in Tigride amne submerserit, tali eos et sepultura et exsequiis ejusmodi dignatus. Sermonibus ejus generis exercitu seducto, ad maximam eum tyrannidem et rebellionem excitavit. Itaque juramento Varamo, quo tutior esset, præstito, adimendi Hormisdæ regni consilium inierunt. Hormisdas adversus hunc cum multitudine magna Pherochanem mittit. Quem et ipsum Varamus subit, minime Persas inter se belligerari oportere, sed eos durum et violentum imperium, et præterea sanguinarium ingenium, et inexplebilem avaritiam Hormisdæ scire, et benevolentiam sibi invicem præstare debere, dicens. Quæ ubi vera esse exercitus Pherochanis sensit, ducem suum necat, et ad Varami partes accedit. Exinde confertim et populariter congregati, Hormisdam aggrediuntur : et diademate de capite ejus detracto, e regio throno deturbant. Mox in ipsius conspectu conjugem et filium unum jugulant, eumque oculis effossis in custodiam conjiciunt, et alterum filium ejus Persarum regem promulgant. Hic ad tempus aliquod, benignum se patri præbuit, et invitum se regnum suscepisse deprecando allegavit, affatimque victum ei subministravit. Pater vero contumeliis filium afficere, et projicere a se quæcunque ille mittebat, non intermisit. Qua re commotus Chosroes filius, rusticis fustibus patrem interimi jussit. Ea vero indignitas Persis dolorem incussit, et odium adversus illum non parvum excitavit.

ΚΕΦΑΛ. Κ'.

Ὡς ὁ νέος Χοσρόης φυγὰς ἐς Ῥωμαίους ἦλθε, καὶ τῇ Ῥωμαϊκῇ συνάρσει τὴν οἰκείαν ἀρχὴν ἀπειλήφει.

D Γνοὺς δὲ Χοσρόης Βάραμον ἐπιστρατεύοντα κατ' αὐτοῦ, μετ' ἀξιολόγου κατ' ἐκείνου ἔπεισι τῆς δυνάμεως ἔν τινι πεδίῳ τοῦ Ζαβᾶ ποταμοῦ. Ὁρῶν δὲ τοὺς οἰκείους ἐθελοκακοῦντας, καὶ Βαράμῳ μὲν προσκειμένους, ἐκείνῳ δὲ φρονοῦντας ἐπίβουλα, πολλοὺς διεχρήσατο· καὶ τοῦ πλήθους ταραχθέντος ἀνακράτος ἐπὶ τὸ Κιρκήσιον ἔφευγε σύναμα γυναικὶ καὶ τέκνοις δυσὶ νεογνοῖς, καί τισι Περσῶν εὐγενείᾳ τῶν πολλῶν διαφέρουσιν, οἳ ἐθελονταὶ τούτῳ εἵποντο.

834 CAPUT XX.

Ut Chosroes junior ad Romanos profugerit, eorumque auxiliis regnum suum recuperarit.

Porro Chosroes, quandoquidem Varamum adversus se exercitum ducere cognovit, cum copiis non contemnendis adversus eum in planitiem quamdam, ad Zabam flumen, est progressus. Sed enim eum suos sponte sua cedentes Varamo favere, et sibi insidias struere vidit, multos occidit : et tumultu in exercitu moto, celeriter ad Circesium profugit, una cum conjugibus, et liberis duobus infantibus, et Persis præterea quibusdam

nobilitate generis præcellentibus, qui voluntate sua eum secuti fuerant. Ad eum autem locum, quemadmodum ipse retulit, pervenit, cum Christianorum Deum servatorem et viæ ducem invocasset : eo se equum recta ire, quo ab illo duceretur, permissurum testatus. Inde ad Mauricium oratores misit, Probo insuper, ut res acta esset, litteris eidem indicante. Misit sane et Varamus ad imperatorem legationem, quæ ab eo, ne opem Chosroæ ferret, petebat. At Mauricius, qui humanarum rerum statum instabilem, et cothurnum prorsus esse sciret, et vicissitudines volubilesque mutationes humanæ et miserabilis hujus vitæ nosset, atque hæc recte in animo suo deliberando perpenderet, regem sibi supplicem perhumaniter et libenter suscipit (1) : et pro exsule atque fugitivo, amicum sibi et filium per arrogationem germanum facit (2), donis regiis et liberalitate benignitateque reliqua prolixe invitatum. Nec ipse modo ad eum imperiali munificentia quæ decebat misit, sed et Augusta ipsa conjugibus ejus, et liberi liberis eamdem præstiterunt pietatem. Neque officiis iis contentus, Hierapolim quoque ad exercitum universum et ducem ejus Commentiolum scripsit qui Chosroen regio prorsus satellitio et comitatu produceret, et quocunque vellet sequeretur. Atque ut majorem ei honorem haberet, Melitinensem quoque antistitem Domitianum, cognatum suum, ad eum legavit, virum prudentia mentisque solertia multis antecuntem, verbisque simul et factis præstantem, et ad negotia maxima conficienda commodum. Adjunxit huic Antiochenæ sedis præsidem Gregorium. Qui ambo Chosroen verbis, muneribus, tempestivisque colloquiis et suasionibus ad stuporem et consternationem compulerunt. Chosroes ubi Hierapolim, quæ principem locum in Euphratesia obtinet, pervenit, in regnum inde rediit, **835** cum id e re ejus Mauricius esse censeret, qui majorem gloriæ et laudis suæ partem, ex commodo et utilitate supplicis regis est mensus. Magna certe pecuniæ vi, quod nunquam a quopiam in litteras relatum est, donatum Chosroen, quibusdam etiam Persis impensis suis in militiam ejus conductis, sane quam magnifice in Persidem remisit, cum utroque exercitu, Persico simul et Romano. Narses Romanis copiis præfuit (3) : qui cum Persis prælio congressus, sexaginta millia Persarum manu cepit, eosque ad Chosroen adductos hastilibus confixit. Ex iis si qui Turci erant, eos Chosroes imperatori Byzantium misit. Porro Romanæ copiæ, Varamo qui turpiter ex pugna solus profugit, debellato, regnum suum Chosroæ in manus tradiderunt, eumque in regiam suam deduxerunt. Is in throno suo considens, Romanis audientibus verba hæc prolocutus est : Rex Chosroe, diei hujus perpetuo te

A Ἐκεῖσε δὲ παρεγένετο, ὥς γε αὐτὸς διηγήσατο, τὸν τῶν Χριστιανῶν Θεὸν σωτῆρα καὶ ὁδηγὸν ἐπικαλεσάμενος· κἀκεῖσέ τε τὸν ἵππον ἀνεῖναι ὁμόσε χωρεῖν, ἔνθα ἂν πρὸς αὐτοῦ ὁδηγοῖτο· ἐκεῖθέν τε πρὸς Μαυρίκιον πρεσβείαν ἔστελλε, Πρόβου ὡς ἔσχε τὰ συμβάντα μηνύοντος. Στέλλει δὲ καὶ Βαράμ πρέσβεις πρὸς βασιλέα. Ἡ δὲ πρεσβεία μὴ Χοσρόῃ συμμαχεῖν αἱρεῖσθαι ἐδεῖτο. Μαυρίκιος δὲ τὸν ἀσταθῆ καὶ κόθορνον βίον εἰδὼς, τάς τε παλιῤῥοίας καὶ τὰς ἀγχιστρόφους μεταβολὰς τῆς ἀνθρωπίνης καὶ ταλαιπώρου ζωῆς, καὶ ταῦτ' ἐν νῷ καλῶς θέμενος καὶ σταθμήσας, δέχεται τὸν ἱκέτην, καὶ γνησίως μάλα προσίεται· καὶ ἀντὶ φυγάδος καὶ αὐτομόλου φίλον τε γνήσιον καὶ παῖδα ποιεῖται, ἀναλόγοις τοῖς δώροις δεξιωσάμενος, καὶ τῇ λοιπῇ φιλοφροσύνῃ. οὐ μόνος B αὐτὸς βασιλικῶς ἀποστείλας τὰ δέοντα, ἀλλὰ καὶ τῆς βασιλίδος ἐπίσης ταῖς ἐκείνου γυναιξὶ καὶ τῶν παίδων πρὸς τοὺς παῖδας διατεθέντων. Οὐ ταῦτα δὲ μόνον, ἀλλὰ κατὰ τὴν Ἱεράπολιν τόν τε στρατὸν σύμπαντα καὶ τὸν στρατηγὸν Κομεντίολον ἔπεμπε, σὺν βασιλικῇ δορυφορίᾳ προπέμψοντα, καὶ αὐτῷ οἷ ἑψόμενον οἷ ἂν ἕλοιτο. Μείζονα δὲ τὴν τιμὴν παρασκευάζων αὐτῷ, καὶ τὸν τῆς Μελιτινῆς πρόεδρον πρὸς γένος ὄντα τῷ Μαυρικίῳ ἔπεμπεν, ἄνδρα φρενήρη τε καὶ ἀγχινοίᾳ τῶν πολλῶν διαφέροντα, λόγῳ τε καὶ ἔργῳ μάλιστα ἱκανώτατον, καὶ τοῖς τῶν πραγμάτων μεγίστοις ἀνυσιμώτατον. Παραζεύγνυσι δὲ αὐτῷ καὶ τὸν τῆς Ἀντιόχου ἐπέχοντα θρόνον Γρηγόριον. Οἳ δὴ καὶ ἄμφω Χοσρόην κατέπληξαν C λόγοις, δώροις, ταῖς προσφόροις τῶν ὁμιλιῶν τε καὶ εἰσηγήσεσιν. Ἄχρι δὲ τῶν Ἱεραπολιτῶν γενόμενος ὁ Χοσρόης, ἣ τῆς Εὐφρατησίας προκάθηται, αὖθις ἐπανῆκε· τοῦτο καὶ Μαυρικίου συμφέρον εἶναι διεγνωκότος, καὶ τό γε πλέον τῆς σφετέρας δόξης ἐς ὃ γε συνοῖσον ἐδόκει τῷ ἱκέτῃ ἐνδόντος. Ἀφθόνοις δὲ χρήμασι δεξιωσάμενος τὸν Χοσρόην, ὃ μήποτέ τις ἱστόρησε, καί τινας Πέρσας στρατολογήσας, ταῖς οἰκείαις ἐπιδόσεσι περιφανῶς τὸν Πέρσην ἐξέπεμπε μεθ' ἑκατέρου στρατοῦ Περσικοῦ τε ἅμα καὶ Ῥωμαϊκοῦ· Ναρσῆ τῶν Ῥωμαίων ἡγουμένου, ὃς ἑξήκοντα μόνον χιλιάδας συμβαλὼν Πέρσαις, ζωγρίας εἷλεν· οὓς Χοσρόῃ προσαγαγὼν δόρατι κατηκόντισεν· ὅσοι δ' ἐκείνων ἐκ Τούρκων ἦσαν, βασιλεῖ Χοσρόης κατὰ τὸ Βυζάντιον ἔπεμπεν. Ὁ δὲ τῶν Ῥωμαίων D στρατὸς τὸν Βαρὰμ καταγωνισάμενος, ἀκλεῶς τῇ συμπλοκῇ μόνον φυγῇ χρησάμενον, Χοσρόῃ τὴν ἰδίαν ἀρχὴν ἐγχειρίζουσιν· ἄχρις αὐτῶν τῶν βασιλείων προπέμψαντες, ὕστατον πάντων ἐπειπόντος ἐκείνου τῷ ἰδίῳ θρόνῳ ἐνιδρυθέντος, « Βασιλεῦ Χοσρόη, χρεών σε τῆς ἡμέρας ταύτης ἀεί ποτε μνείαν πεποιῆσθαι, καὶ ἐν νῷ ἔχειν, ὅτιπερ Ῥωμαῖοί σοι τὴν Περσῶν βασιλείαν προῖκα χαρίζονται. » Τὰς δ' ἐκ Περσῶν ἐπιβουλὰς δεδοικὼς Χοσρόης χιλίους Ῥωμαίους ᾔτει Μαυρίκιον. Ὁ δὲ φίλα φρονῶν, τὸ αἴτημα ἐξεπέρανεν. Ἀνεσκολοπίζετο δὲ καὶ Σίττας πρὸς τῶν Περσῶν· καὶ τῶν Μαρτύρων ἡ πόλις Ῥωμαίοις

(1) Contigit autem ut cum Probus patricius, qui illic erat, susciperet. (Diac.)

(2) Filium suum sibi Chosroen regem Persarum Mauricius faciens. (Diac.)

(3) Narses Rom. dux Chosroæ opem ferens, Varamum vincit.

αὖθις ἐνεχειρίζετο· ἀλλὰ μὴν καὶ τὸ Δάρας φρούριον A ὑπεξελθόντων Περσῶν. Τοὺς δὲ Πέρσας οὓς Χοσρόης ἀνὰ τὸ Βυζάντιον ἔπεμπε, τηκτῷ μέλανι καταστίκτους σταυροὺς τοῖς μετώποις ἐντετηκότας ὁρῶν ἔχοντας, πυθόμενος βασιλεύς, ὅτου χάριν τούτους ἐμφέρονται μὴ σεβόμενοι, ἔφασκον πρὸ πολλοῦ λιμὸν ἐν Περσίδι ἐπισκῆψαι βαρύν· ὑφ' οὗ πολλῶν φθειρομένων, τῶν τινας ἐκεῖσε Χριστιανῶν ὑποθέσθαι τοῦτο ποιοῦντας, σωτηρίαν πορίζεσθαι, καὶ ἀθιγῆ κακῶν τὴν χώραν γενέσθαι. Ὃ καὶ ἐγένετο· καὶ τὰ μὲν κατὰ τὸν Ὁρμίσδαν καὶ Χοσρόην τοὺς Πέρσας ἐς τοῦτο ἔληξε τέλους.

meminisse, atque hoc in animo tecum considerare oportebit, quod Romani regnum tibi Persarum dono dant (1). Chosroes ab insidiis sibi Persarum metuens, mille a Mauricio Romanos milites petiit: quos ei ille benigne attribuit. Sittas exinde a Persis in crucem est actus. Et Martyropolis, atque item Daras castellum, decedentibus ex eo Persis, Romanis redditum. Turcos, quos Chosroes Constantinopolim miserat, stigmaticos liquato atramento cruces in frontibus impressas imperator habere videns, interrogavit, quanam gratia quæ non colerent circumferrent signa? Illi, gravem ante plures annos in Perside et patria sua pestem coortam esse dixerunt, a qua cum multi mortales infecti interirent, Christianos quosdam, qui ibi fuere, hominibus, si hoc fecissent, saluti suæ consulturos esse, regionemque eam a lue tali intactam liberamque fore persuasisse. Idque ita esse ab eis factum Res Hormisdæ et Chosroæ Persarum ejusmodi habuere exitum.

ΚΕΦΑΛ. ΚΑ'. B

Περὶ τῶν πεμφθέντων σταυρῶν παρὰ Χοσρόου Γρηγορίῳ τῷ Θεουπόλεως· καὶ ἃ περὶ τούτων ἔγραψε.

Ἤδη δ' ἐγκρατὴς Χοσρόης καὶ ἐν κατασχέσει τῆς ἰδίας ἀρχῆς γεγονώς, Γρηγορίῳ τῷ Θεουπόλεως ἔπεμπε τὸν σταυρὸν ἐκεῖνον ὃν Θεοδώρα ἡ Ἰουστινιανοῦ γαμετὴ χρυσῷ πολλῷ καὶ λίθοις διαφανέσι κοσμήσασα, τιμῶσα τὸν ἐν μάρτυσιν ἀθλοφόρον Σέργιον ἀνετίθει. Χοσρόης δ' ὁ Ὁρμίσδου πατὴρ ἐλῄσατο παρακαθίσας τὴν πόλιν σὺν τοῖς λοιποῖς κειμηλίοις· ὡς ἤδη μοι ἀφηγουμένῳ τῇ πρὸ ταύτης ἱστορίᾳ καλῶς δεδιήγηται. Σὺν αὐτῷ δὲ καὶ ἕτερον σταυρὸν ἔπεμπεν, ὃν αὐτὸς Χοσρόης διεσκευάσατο, χρυσὸν οὐκ ἐλάχιστον ἐμβαλών· ἐν ᾧ καὶ γράμμασιν Ἑλληνικοῖς τοιάδε ἐπέγραψεν· «Τοῦτον τὸν σταυρὸν C ἐγὼ Χοσρόης βασιλεὺς βασιλέων, υἱὸς Ὁρμίσδου, ὅτι ἐκ διαβολικῆς ἐνεργείας καὶ κακουργίας τοῦ δυστυχεστάτου Βαράμου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ Καβαλλαρίων εἰς Ῥωμανίαν ἀπήλθομεν, καὶ διὰ τὸ ἔρχεσθαι τὸν δυστυχῆ Ζαδεπρὰμ μετὰ στρατοῦ εἰς τὴν Νίσιβιν ἐπὶ τῷ ὑποσύραι τοὺς Καβαλλαρίους τοῦ μέρους τοῦ Νίσιβι, εἰς τὸ ἀντᾶραι καὶ ταραξάξαι, ἐπέμψαμεν καὶ ἡμεῖς Καβαλλαρίους μετὰ ἄρχοντος εἰς τὸ Χαρχάς· καὶ διὰ τῆς τύχης τοῦ ἁγίου Σεργίου τοῦ πανσέπτου καὶ ὀνομαστοῦ, ἐπειδὴ ἠκούσαμεν δοτῆρα εἶναι αὐτὸν τῶν αἰτήσεων, ἐν τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς βασιλείας ἡμῶν μηνὶ Ἰανουαρίῳ ἑβδόμῃ, ᾐτησάμεθα ὡς ἐὰν οἱ Καβαλλάριοι σφάξωσι τὸν Ζαδεπρὰμ ἢ χειρώσωνται, σταυρὸν χρυσοῦν διάλιθον εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ πέμπομεν, διὰ τὸ πάνσεπτον αὐτοῦ ὄνομα. Καὶ τῇ ἐνάτῃ τοῦ Φεβρουαρίου μηνός, τὴν κεφαλὴν τοῦ Ζαδεπρὰμ ἤνεγκαν ἐπὶ ἡμῶν. Ἐπιτυχόντες οὖν τῆς δεήσεως ἡμῶν, διὰ τὸ ἕκαστον ἀναμφίβολον εἶναι, εἰς τὸ πάνσεπτον αὐτοῦ ὄνομα τοῦτον τὸν σταυρὸν τὸν παρ' ἡμῶν γενόμενον, μετὰ τοῦ πεμφθέντος σταυροῦ παρὰ Ἰουστινιανοῦ βασιλέως Ῥωμαίων εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, καὶ τῶν καιρῶν τῆς ἀμιξίας τῶν δύο πολιτειῶν ἐνεχθέντος ἐνταῦθα παρὰ Χοσρόου βασιλέως

836 CAPUT XXI.

De crucibus a Chosroe Gregorio Theopolitano missis, et quæ de eis illi scripserit.

Chosroes, in possessionem regni sui restitutus, Gregorio Theopolitano crucem illam misit, quam Theodora Justiniani uxor auro multo et lapillis resplendentibus ornatam, in honorem victoris martyris Sergii Deo dedicaverat, et Chosroes Hormisdæ pater una cum aliis donariis vasisque pretiosis e Sergiopoli, secum abstulerat: sicuti antea a me recte est dictum. Cum ista aliam quoque crucem misit, quam Chosroes ipse ex ingenti auri pondere fieri curaverat, cum ejusmodi Græcarum litterarum inscriptione: «Crucem hanc Chosroes rex regum, filius Hormisdæ, quo tempore propter diabolicum instinctum et dolum malum perditissimi Varami, et qui cum eo fuere Caballariorum, in Romaniam concessimus: et quod perditus Zadepram cum exercitu Nisibim veniret, abducendorum Nisibenæ partis Caballariorum gratia, ut nobis resisterent, et oppugnando rebellarent, nos quoque Caballarios cum duce suo in Charchas misimus, et propter sancti Sergii, venerandi illius et celebris viri fortunam, quandoquidem datorem eum esse votorum atque petitionum audieramus, primo regni nostri anno, mensis Januarii die septimo, votum nuncupavimus, si Caballarii nostri Zadepram occidissent, aut cepissent, crucem auream nos lapillis distinctam in ædem Sergii, D venerandi nominis ejus ergo, missuros esse. Porro cum nono Februarii mensis die caput Zadepram ad nos allatum fuerit, voti rei, et optati nostri compotes facti, ut manifestum id certumque cuivis sit, in venerandum ejus nomen, crucem hanc a nobis factam, una cum cruce a Justiniano Romanorum imperatore in templum ejus missa, et belli tempore, quod inter duo hæc regna gestum est, a Chosroe rege regum, filio Cabadæ proavi nostri huc delata, et inter thesauros nostros re-

(1) Verum Narses rediturus ad propria, Chosroæ dixit, *Memor sis, Chosroe, præsentis diei: Romani tibi regnum donant.* (Diac.)

porta, in ædem venerandi Sergii misimus. » Cum hac inscriptione Chosroes cruces misit : quas Gregorius ad se allatas, et de Mauricii sententia acceptas, cum pompa et comitatu multo, observanter simul et religiose in templo martyris sacravit et reposuit, nihil prorsus ab ethnicis donariis Ecclesiam detrimenti capere arbitratus.

837 CAPUT XXII.

De donis quæ idem Chosroes maximo martyri Sergio misit.

Non longe autem post, Chosroes etiam alia munera fabrefacta, et in sacrum sancti martyris delubrum missa, atque discum etiam non paucarum minarum ponderis aureum, cui sermone Græco ejuscemodi inscripsit litteras, donavit : « Ego Chosroes rex regum, filius Hormisdæ, hæc disco isti inscripsi : non ut ab hominibus spectentur, neque ut verbis meis magnitudo venerandi nominis tui innotescat, sed propter scripti ipsius veritatem, et plures gratias, pluraque beneſacta a te in me profecta (1). Felicitatis enim loco mihi est, ut nomen meum in sacris tuis vasis circumferatur (2). Cum essem in Beramis, petii a te, vir sancte, ut in auxilium mihi venires, et Sira in utero conciperet. Et quandoquidem Sira Christiana, ego autem Græcæ superstitionis sectator essem, et leges nostræ nobis libertatem uxorem eam habendi non permitterent, propter meam erga te benevolentiam, ejus gratia leges ipsas despexi, eamque de die in diem inter conjuges vero sinceroque amore habui et habeo. Atque ita mihi visum est, bonitatem tuam, vir sancte, implorare, ut hæc in utero conciperet. Petii hoc a te, et voto constitui : si uterum gestaret Sira, ut crucem quam illa circumfert, venerando templo tuo inferrem. Verum ejus rei gratia ego et Sira consilium cepimus, ut monumentum nominis tui, vir sancte, apud nos esset, crucem eam retinere : statuimusque pro ea, et pretio æstimationeque ejus, quater mille et quadringentos stateres miliaresios non excedente, quinquies mille stateres mittere. Et ex quo apud me ipsum votum tale concepi, atque hæc in animo volutavi, quoadusque Rosochosrum pervenimus, non plures quam decem intercessere dies. Et tu, vir sancte, non quod ego dignus fuerim, sed quod ea tua sit benignitas, in somnis mihi noctu apparuisti, tertiumque ad me, quod Sira ventrem gestatura esset, dixisti. Et ego in eadem ipsa visione tertium tibi respondi, Recte : proinde quod præstare vota petitionesque soleas, ex eo die Sira, id quod feminis accidere consuevit, non vidit. Ego vero mecum ipse de hoc ambigens, si verbis tuis fidem non haberem, et propterea quod sanctus sis, datorque votorum, non

A βασιλέων υἱοῦ Καβάδου τοῦ ἡμετέρου πατρὸς, καὶ εὑρεθέντος ἐν τοῖς ἡμετέροις θησαυροῖς, ἐπέμψαμεν ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ πανσέπτου Σεργίου.» Ταῦτα γράψας Χοσρόης, ἀπέστειλε τοὺς σταυρούς· οὓς Γρηγόριος Μαυρικίου γνώμῃ λαβὼν, σὺν πομπῇ καὶ δορυφορίᾳ πολλῇ, ἐς τὸ ἱερὸν τοῦ μάρτυρος σεμνῶς ἅμα καὶ εὐλαβῶς ἀνετίθει οὕτως ἔχοντας, μηδὲν οἰόμενος ἐντεῦθεν τῇ τῆς Ἐκκλησίας δόξῃ λυμαίνεσθαι τοῖς ἐθνικοῖς ἀναθήμασιν.

ΚΕΦΑΛ. ΚΒ'.

Περὶ τῶν δώρων Χοσρόου ἃ τῷ μεγίστῳ μάρτυρι Σεργίῳ ἀπέστειλε.

Οὐκ εἰς μακρὰν δὲ Χοσρόης καὶ ἕτερα δῶρα ἐξεργασάμενος, πέμπων τῷ θείῳ σηκῷ τοῦ ἱεροῦ μάρ- B τυρος ἐχαρίζετο, καί τινα δίσκον χρυσοῦν ὁλκὴν μνῶν οὐκ ἐλαχίστην ἕλκοντα· ἐν ᾧ Ἑλλήνων φωνῇ τὰ τοιάδε τῶν γραμμάτων ἐπέγραψεν· «Ἐγὼ Χοσρόης βασιλεὺς βασιλέων υἱὸς Ὁρμίσδου τὰ ἐν τῷδε τῷ δίσκῳ γεγραμμένα οὐκ εἰς θέαν ἀνθρώπων, οὐδὲ ἵνα ἐκ τῶν λόγων μου τὸ μέγεθος τοῦ πανσέπτου ὀνόματός σου γνωσθῇ, ἀλλὰ διὰ τὴν ἀλήθειαν τῶν γεγραμμένων, καὶ διὰ τὰς πολλὰς χάριτας καὶ εὐεργεσίας ἃς ἔσχον παρά σοῦ. Εὐτυχία γάρ μοί ἐστιν, ἵνα τὸ ἐμὸν ὄνομα ἐμφέρηται τοῖς ἱεροῖς σου σκεύεσιν. Ἐν τῷ εἶναί με ἐν τῷ Βεραμῖς, ᾐτησάμην παρὰ σοῦ, ἅγιε, ἐλθεῖν εἰς τὴν βοήθειάν μου, καὶ ἐν γαστρὶ συλλαβεῖν Σιρήν. Καὶ ἐπειδὴ ἡ Σιρὴ Χριστιανή ἐστι, κἀγὼ Ἕλλην, ὁ ἡμέτερος δὲ νόμος ἄδειαν ἡμῖν οὐ παρέχει Χριστιανὴν ἔχειν γαμετήν· διὰ γοῦν τὴν C ἐμὴν πρὸς σὲ εὐγνωμοσύνην εἰς ταύτην τὸν νόμον παρεῖδον· καὶ ταύτην ἐν γυναιξὶν ἡμέραν ἐξ ἡμέρας ἐν γνησιότητι ἔσχον καὶ ἔχω. Καὶ οὕτως συνεῖδον νῦν δεηθῆναι τῆς σῆς ἀγαθότητος, ἅγιε, ἐν γαστρὶ συλλαβεῖν ταύτην. Καὶ ᾐτησάμην καὶ συνεταξάμην, ἵνα, ἐὰν ἐν γαστρὶ συλλάβῃ Σιρὴ, τὸν σταυρὸν τὸν φορούμενον παρ' αὐτῆς πέμψω τῷ πανσέπτῳ σου οἴκῳ. Καὶ τούτου ἕνεκα κἀγὼ καὶ Σιρὴ τὸν σκοπὸν τοῦτον ἔχομεν, ἵνα εἰς μνημόσυνον τοῦ ὀνόματός σου, ἅγιε, τοῦτον τὸν σταυρὸν κρατῶμεν. Καὶ συνείδομεν ἀντ' αὐτοῦ τὴν τιμὴν αὐτοῦ, μὴ συντείνουσαν περαιτέρω τῶν τετρακισχιλίων τετρακοσίων στατήρων μιλιαρησίων, πεντακισχιλίους στατῆρας ἐκπέμψαι. Καὶ ἐξ οὗ τὴν τοιαύτην ἐν ἑαυτῷ ἔσχον αἴτησιν, καὶ ταῦτα διελογισάμην, ἕως οὗ ἐφθάσαμεν τὸ Ῥο- D σοχοσρὸν, δέκα ἡμέραι πλέον οὐ διῆλθον· καὶ σὺ, ἅγιε, οὐ διὰ τὸ εἶναί με ἄξιον, ἀλλὰ διὰ τὴν σὴν ἀγαθότητα, ἐφάνης μοι ἐν ὁράματι τῆς νυκτὸς· καὶ τρίτον εἶπάς μοι, ὅτι Σιρὴ ἐν γαστρὶ ἕξει. Κἀγὼ ἐν αὐτῷ τῷ ὁράματι τρίτον ἀνταπεκρίθην σοι λέγων· Καλῶς· καὶ διὰ τὸ εἶναί σε δοτῆρα τῶν αἰτήσεων, ἐκ τῆς ἡμέρας ἐκείνης ἡ Σιρὴ τὸ εἰθισμένον ταῖς γυναιξὶν οὐκ εἶδεν. Ἐγὼ δὲ διστάσας εἰς τοῦτο, εἰ μὴ τοῖς λόγοις σου ἐπίστευσα, καὶ ὅτι ἅγιος εἶ καὶ δοτὴρ τῶν αἰτήσεων, μετὰ ταῦτα τὰ γυναικεῖα μὴ ὑπομεῖναι, ἐκ τούτου ἔγνων τὴν δύναμιν τοῦ ὁράματος, καὶ τὴν τῶν παρὰ σοῦ ῥηθέντων ἀλήθειαν.

(1) Evagr. lib. vi, cap. 21.

(2) Quæ hic divo Sergio Chosroes gentilis tribuit, ea Christiani Uni Deo, in quo spes et opes suas omnes collocant, tribuunt.

Παραυτὰ οὖν ἔπεμψα τὸν αὐτὸν σταυρὸν καὶ τὴν τούτου τιμὴν ἐν τῷ πανσέπτῳ σου οἴκῳ, κελεύσας ἐκ τῆς τούτου τιμῆς δίσκον ἕνα καὶ ποτήριον γενέσθαι εἰς λόγον τῶν θείων μυστηρίων. Ἀλλὰ μὴν καὶ σταυρὸν γενέσθαι, καὶ πηχθῆναι ὀφείλοντα ἐπὶ τῆς ἁγίας τραπέζης, καὶ θυμιατήριον, τὰ πάντα χρυσᾶ καὶ ἀμφίθυρον Οὐννικὸν κεκοσμημένον χρυσίῳ· καὶ τὰ ἀπομένοντα τῆς τιμῆς μιλιαρήσια εἶναι τοῦ ἁγίου σου οἴκου· ἵνα διὰ τῆς τύχης σου, ἅγιε, εἰς πάντα, ἐξαιρέτως δὲ εἰς τὴν αἴτησιν ταύτην, ἔλθῃς εἰς τὴν βοήθειάν μου καὶ Σιρῆς· καὶ ὁ διὰ τῆς σῆς πρεσβείας γέγονεν ἡμῖν τῷ ἐλέει τῆς σῆς ἀγαθότητος, καὶ τῷ θελήματί μου καὶ Σιρῆς, εἰς τέλειον προέλθῃ· ἵνα κἀγὼ καὶ Σιρὴ καὶ πάντες οἱ ἐν τῷ κόσμῳ εἰς τὴν σὴν δύναμιν ἐλπίζωμεν καὶ εἰς σε ἔτι πιστεύωμεν.» Ταῦτα μὲν τὰ παρὰ Χοσρόου ἀναθήματα ἤγγελλε, τῆς Βαλαὰμ προφητείας οὐκ ἐνδεᾶ, τοῦ παναγάθου Θεοῦ λόγοις ἀῤῥήτοις ταῦτα οἰκονομήσαντος, γλώσσαις Ἑλλήνων, τοιαῦτα σωτηριώδη καὶ πιστεῦσαι καὶ φθέγξασθαι ῥήματα.

A credcrem, **838** quod posthac Siræ muliebria fluere essent desitura, ex eo visionis efficaciam, et verborum tuorum veritatem cognovi. Itaque eam ob causam, et crucem talem, et pretium ejus in sacrosanctam ædem tuam misi. Et ex eo pretio discum unum et poculum in rationem divinorum mysteriorum, atque item crucem quæ in sacra mensa figeretur, et turibulum, aurea omnia: et amphithyrum Hunnicum (1) auro ornatum, fieri præcepi. Quæ vero ex ejusmodi æstimatione reliqua essent miliaresia, sancto templo tuo dicavi: ut per prosperantem fortunam tuam, vir sancte, in rebus omnibus, præcipue vero in petitione ista, mihi et Siræ auxilium feras: et quod intercessione tua nobis obtigit, ut pro bonitatis tuæ misericordia, et pro mea atque Siræ voluntate, ad finem B debitum perveniat: ut scilicet et ego et Sira, atque adeo universi in mundo homines in virtutem tuam speremus, atque in te credamus. » Hæc Chosroæ donaria ita renuntiabant, a prophetia Balaam non dissidentia: Deo Opt. Max. ineffabili quadam ratione, hæc sic dispensante, ut per Græcorum sive ethnicorum linguas tam salutaria et crederentur, et proferrentur verba.

ΚΕΦΑΛ. ΚΓ'.

Περὶ Νααμάνου τοῦ Σαρακηνῶν ἄρχοντος, ὅπως ἠσπάσατο τὰ Χριστιανῶν.

Ὅτε τοιγαροῦν Χοσρόης τὰ τοιαῦτα ἔγραφέ τε καὶ ἔπεμπε, καί τις Νααμάνης τῶν Σκηνητῶν βαρβάρων τὴν ἐπιτροπὴν τῆς ἡγεμονίας κεκληρωμένος, ἀσελγὴς καὶ ἐξάγιστος, μιαρός τε αὖ καὶ παμμίαρος καὶ μιαρώτατος, Ἕλλην τὸ σέβας, ὡς καὶ ἀνθρώπους αὐτοχειρὶ σφάττειν, καὶ τοῖς αὐτῷ θρησκευομένοις κατὰ τῶν βωμῶν ἐπιθύειν, παρὰ δόξαν θείῳ τρωθεὶς ἔρωτι, τὰ Χριστιανῶν ἐκ παραδόξου θέας ἑλόμενος, τῷ θείῳ λουτρῷ πρόσεισι, καὶ τὴν ἡμερινὴν ἀνάπλασιν ἀναπλάττεται· καὶ σὺν αὐτῷ καὶ τοὺς ἀμφ' αὐτὸν ἅπαντας εἰς πολύ τι πλῆθος καὶ ἀστάθμητον ὄντας, τῷ θείῳ προσάγει βαπτίσματι, πάντα ὅσα τῇ θρησκείᾳ προσήκοντα ἐκμανθάνοντας. Μετὰ δὲ τὸ δοῦναι Χοσρόην τοὺς εἰρημένους σταυρούς, Γρηγόριος νεύματι τοῦ κρατοῦντος τὴν πανέρημον διελθών, ἣ τῶν Λιμητῶν ὄνομα ἔσχε, καὶ τὰ ἐκεῖσε πάντα περινοστήσας, τὰ Σευήρου ἐξήλαυνε δόγματα τοῖς ἐκείνου μέρεσιν ἐπιχωριάσαντα· τὰ δὲ ὑγιῆ τῆς Ἐκκλησίας παρετίθετο εἰσηγούμενος· πολλά τε ἐντεῦθεν φρούριά τε καὶ κώμας, φυλάς τε παμπληθεῖς, κλήρους τε ἅμα καὶ μοναστήρια, τῇ ἀληθεῖ τῶν ὀρθοδόξων Ἐκκλησίᾳ ταῖς διδασκαλίαις προσήγαγεν.

CAPUT XXIII.

De Naamano Saracenorum principe, quomodo Christianismum sit complexus.

Cum Chosroes talia scriberet, et mitteret, Naamanes etiam Scenitarum barbarorum scelestus dux, luxuriosus, impurus, seu potius omnium impurissimus, C ethnicæ superstitioni deditus vir, ita ut sua ipse manu homines mactaret, atque diis suis ad aras immolaret, præter opinionem divino captus amore, per inopinatam visionem ad Christianorum sacra transiit: et sacro suscepto lavacro, regenerationem temporalis nativitatis atque renovationem cœlestem subiit: et secum populares suos omnes multitudine innumerabili, quæcunque ad religionem nostram pertinent edoctos, ad divinum adduxit baptismum. Postquam autem Chosroes eas quas diximus cruces dedicavit, **839** Gregorius nutu divino solitudinem quæ Limetarum nomen habuit, peragrans, et loca ibi omnia circumiens, Severi dogmata, quæ in eis partibus D invaluerant, exterminavit, et sana doctrina ecclesiis proposita, multa castella et vicos populosque frequentes, clerum simul et monasteria, ad veram orthodoxorum et recte sentientium Ecclesiæ disciplinam adduxit.

ΚΕΦΑΛ. ΚΔ'.

Περὶ τοῦ ἁγίου Συμεὼν τοῦ Θαυμαστορείτου.

Ἐν τούτῳ δὲ ἀγγέλλεταί οἱ Συμεώνην τὸν ἐν τῷ Θαυμαστῷ ὄρει τὴν ἐπὶ θάνατον νόσον νοσεῖν, καὶ πρὸς ταῖς ἐσχάταις εἶναι ἀναπνοαῖς· καὶ ὃς ὅλος

CAPUT XXIV.

De sancto Symeone Thaumastorita, hoc est, mirandum montem incolente.

Interea ei Symeonem illum in admirando monte lethaliter decumbere, et extremum spiritum ducere, nuntiatum est. Itaque pleno cursu supremis

(1) Amphithyrum Hunnicum, judicio meo, carceres sive cancelli sunt, sacratiorem aræ mensam vel circumdantes, vel populum ab ea arcentes, in quorum parte utraque janua sit, et aditus ad eam ferens, operis Hunnici.

verbis virum sanctum salutaturus, ad eum contendit. Minime vero desiderio suo est potitus. Symeones (1) autem iste admodum ætatis suæ homines virtute superavit, quippe qui ab ineunte ætate vitæ genus in columnæ statione transigendæ consectatus sit. Perhibetur sane primos dentes in columnæ statione mutasse, in quam ejuscemodi ob causam ascendit. In tenera adhuc valde ætate erat, et ludens atque saliens in sublimem ascendit collem, duci quem sequeretur commendatus. Et cum belluæ sævæ, pardum nominant, occurrisset, zona soluta eam in feræ collum injecit, atque illam ferocitatis oblitam, perinde atque loro tractam duxit, et in domicilii locum pertraxit. Quod ubi præceptor, qui et ipse vitam in columna agebat, vidit, quidnam id esset, quod adduceret, interrogavit. Et ille, ælurum esse dixit, quem catum de consuetudine nominant. Ex qua conjectura præceptor, quanta illius virtus futura esset colligens, in columnam eum recepit. Atque in eo ipso, et alio item monte, accuratissime vivens, in tali vitæ instituto ad sexaginta et octo annos perstitit. Infinita ei divinitus contigere dona. Nam dæmones fugavit, et morbum ægritudinemque omnem oratione manusque contrectatione e vestigio curavit, et futura perinde atque præsentia et vidit et prædixit: sicuti et Gregorio significavit, ipsum mortem suam non visurum esse, et res postea ejus ignoraturum. Et cum Evagrius Epiphaniensis liberorum amissionem moleste ferret, secumque ipse ambigeret, quanam de causa Græcis et gentilibus qui multos procrearent liberos, **840** idem non contingeret, neque tamen cuiquam absurdas ejusmodi cogitationes patefaceret: Symeones ad eum scripsit, ut rebus ejuscemodi supersederet, minime enim cogitata talia grata Deo esse. Notarii (2) ejusdem Evagrii unius conjux lacte, quod constiterat, destituebatur. Quapropter qui ei erat infantulus, in ultimum venerat vitæ discrimen. Symeones ergo manu dextræ viri ejus imposita, papillis feminæ illam admovere jussit: quod ubi factum est, illico quasi ex quodam fonte ubertim lac prorupit, adeo ut vestis mulieris abunde immaduerit. Sed et puerum quemdam a comitibus suis in silvis in multa nocte per oblivionem relictum, cum ibi erraret, leo in tergum suum sublatum ad Symeonis monasterium illæsum prorsus pertulit. Deinde Symeonis jussu, qui puero inserviebant, noctu egressi, intra oppidum eum, ita ut sine discrimine omni a leone servatus et custoditus ferebatur, deduxerunt. Cæterum multa quoque alia numerum superantia Symeones egit, quæ sane tempore longiore, et lingua politiore, tum autem opere peculiari indigent. Ea hucusque sermone omnium celebrantur, a Symeone magistro (quamvis non ita docte, ut magnitudo rerum ejus flagi-

(1) Alius hic est Simeones ab eo, de quo supra est. lib. xiv, cap. 51.

(2) Lib. vi, cap. 24.

A τοῦ δρόμου γίνεται τὰ τελευταῖα τὸν ὅσιον ἀσπασόμενος· ἣ κιστα δὲ καὶ τῆς ἐφέσεως κατετύγχανεν. Συμεώνης δ' οὗτος ἦν πολὺ τῶν κατ' αὐτὸν ἐξέχων ἐπ' ἀρεταῖς, ἐκ πάνυ νέας τῆς ἡλικίας τὴν ἐπὶ κίονος δίαιταν ἀσπασάμενος. Λόγος γε μὴν ἔχει τοῦτον, καὶ τοὺς πρώτους ὀδόντας ἐν τῇ στάσει διαλλάξαι τοῦ κίονος· ἐπέβη δὲ τῷ στύλῳ, τοιᾶσδε ἡγησαμένης αἰτίας. Ἀπαλὴν γὰρ ἔτι κομιδῇ τὴν ἡλικίαν ἄγων, κουρίζων τε καὶ ἀλλόμενος, ἀνὰ τὸ μετέωρον ἀνῄει τοῦ ὄρους, καθηγεμόνι δοθείς. Ἐντυχὼν δὲ θηρίῳ δεινῷ, πάρδος ὠνόμασται, λύσας τὴν ζώνην, περιαυχένιον τῷ θηρὶ βάλλει· καὶ ὡς ἐκ ῥυτῆρος ἦγεν ὥσπερ ἐπιλελησμένον τῆς ἀγριότητος, καὶ ἐπὶ τὸ καταγώγιον ἔφερεν. Ὁ δῆτα ὁ παιδευτὴς κατιδὼν, τὴν ἐπὶ κίονος δὲ καὶ αὐτὸς ἐπετήδευε στάσιν, τί

B ἂν εἴη τὸ ἐπαγόμενον ἤρετο. Ὁ δὲ αἴλουρον εἶναί φησι· κάττον δ' ἂν ἡ συνήθεια εἴποι. Κἀντεῦθεν τεκμηράμενος πηλίκος ἔσεῖται τὴν ἀρετὴν, ἐπὶ τοῦ κίονος αὐτὸν ἀνελάμβανε· κἀν τούτῳ τε καὶ ἑτέρῳ ἀνὰ τὰς ὑπερβολὰς διαιτώμενος τῶν ὀρέων, πρὸς τοῖς ὀκτὼ καὶ ἑξήκοντα οὕτως ἔχων διετέλεσεν ἔτη, ἀπείρου χάριτος θεόθεν ἀξιωθείς· δαίμονας φυγάδας ποιεῖν, νόσον τε πᾶσαν καὶ μαλακίαν εὐχῇ καὶ ἀφῇ χειρὸς ἐκ τοῦ εὐθέος δραπετεύειν ποιεῖν, καὶ τά γε ἐσόμενα ὡσανεὶ παρόντα καὶ θεᾶσθαι καὶ λέγειν· ὡς καὶ Γρηγορίῳ σημᾶναι, αὐτὸν μὲν μὴ ὁρᾶν τὸν αὐτοῦ θάνατον, τὰ δὲ μετ' αὐτὸν ἀγνοεῖν. Καὶ Εὐαγρίου δὲ δυσχεραίνοντος ἐπὶ τέκνων ἀποβολῇ, καὶ διαπορουμένου καθ' ἑαυτὸν τί δή ποτε πολυτέκνοις

C Ἕλλησι τοῦτο οὐ συνέβαινε, μηδενί τε τοὺς ἀτόπους τούτους καταπιστεύσαντος τῶν λογισμῶν, γέγραφεν ἐκείνῳ τῶν τοιούτων ἀφίστασθαι· μὴ γὰρ εἶναι φίλα ταῦτα διερευνᾶσθαι Θεῷ. Καὶ τῶν ἀπογραφέων ἐκείνου ἑνὸς τοῦ γάλακτος ἀνασταλέντος τῇ γυναικὶ, καὶ τοῦ προσόντος ἐκείνῃ βρέφους τὰ ἔσχατα κινδυνεύοντος, ἐπιθεὶς τὴν χεῖρα τῇ δεξιᾷ τοῦ ἀνδρὸς, ταῖς θηλαῖς τῆς γυναικὸς ἐπέτρεπεν ἐπιβάλλειν. Ὅπερ ἐπειδὴ διεπέπρακτο, εὐθὺς ὡς ἔκ τινος πηγῆς πλημμύρον τὸ γάλα ἐξήλατο· ὥστε καὶ τὴν ἐσθῆτα τῇ γυναικὶ διάβροχον τῷ γάλακτι ἐγγενέσθαι. Ἀλλὰ καὶ παιδαρίου τινὸς ἐπὶ πόῤῥω νυκτοῦ τοῖς συνοδίταις ἐπιλησθέντος, ὡς ἀνὰ τὴν ὕλην πλανωμένου, λέων ἐπωμάδιον ἄρας παρὰ τὴν μάνδραν ἄγει τῷ Συμεώνῃ, μηδὲν διαλυμηνάμενος· καὶ κελεύσμασι

D Συμεώνου οἱ ἐκείνῳ ὑπηρετούμενοι νυκτὸς ἐξελθόντες, εἴσω τὸ παιδίον ἠγάγοντο, ἀσφαλῶς τῷ λέοντι φρουρούμενον. Πολλὰ δὲ καὶ ἕτερα ἀριθμοῦ κρείττονα διεπράξατο, ἃ δεῖ καὶ χρόνου πολλοῦ, καὶ γλώσσης κεκομψευμένης, καὶ πραγματείας ἰδιαιτάτης· ἅπερ καὶ ἐς δεῦρο ταῖς ἁπάντων περιᾴδονται γλώσσαις, ὑπὸ Συμεῶνι Μαγίστρῳ τῷ Οὐνῷ (3) συγγραφέντα, εἰ καὶ μὴ τοῦ μεγέθους κατὰ τῶν ἔργων ἀξίως· οἷς καὶ ἡμῖν ἐντυχεῖν ἐγένετο, τὸ περιὸν τοῦ τε πλήθους καὶ τῆς δυνάμεως τῶν εἰργασμένων τῷ ὁσίῳ ἐκπεπληγμένοις. Ἐκ γὰρ ἁπάσης οὐ μόνον τῆς Ῥωμαίων γῆς, ἀλλά γε δὴ καὶ πάντων ὡς εἰπεῖν

(3) Lege ὁμωνύμῳ ut lib. xiv, cap. 51, de Simeone Stylita seniore, ὁ ὁμώνυμος αὐτῷ Συμεὼν ὁ Μεταφραστής. Lorr.

βαρβάρων ἄνδρες παρ' αὐτὸν ἐφοίτων· καὶ τῶν, ὧν δέοιντο, θᾶττον τὴν χρείαν ἐλάμβανον. Κλάδοι γὰρ ἐκείνῳ θάμνων τῷ ὄρει παραφυομένων, εἰς τροφὴν ἀεὶ ἦσαν, ὑπέρτεροι καὶ βρώσεως ἁπάσης καὶ πόσεως.

A tavit) conscripta. In quem librum et nos, abundantem copiam et vim operum sancti viri cum stupore admirati, incidimus. Ex omni namque non Romanorum tantum, verum etiam omnium (ut ita dicam) Barbarorum ditione homines ad eum ventitabant, et ab eo quarum indigebant rerum fructum continuo capiebant. Et rami ei arbustorum in monte exortorum escas semper præbuere, cibo omni et potu præstabiliores.

ΚΕΦΑΛ. ΚΕ'.

Περὶ τῆς ἁγίας μάρτυρος Γολινδοὺχ τῆς ἐν Περσίδι τὸν ἀγῶνα τοῦ μαρτυρίου διενεγκούσης.

Τηνικαῦτα δὲ καὶ Γολινδοὺχ ἡ μάρτυς ζῶσα διέπρεπεν, ἐκ μάγων γεγενημένη Περσῶν, Ἀσμοδὸχ μὲν πατρὸς, μητρὸς δὲ Μυζοὺχ ἥτις κατὰ τὴν ἐκείνων θρησκείαν τὸ πῦρ σεβομένη, καὶ τἄλλα τῶν Περσῶν βδελύγματα. Ἐπετέλει δὲ καὶ αὐτὴ τὴν μυσαρὰν καὶ θεοστυγῆ τῶν εἰδώλων μανίαν τε καὶ μαγείαν. Ἀνδρὶ δὲ τῷ πρώτῳ τῆς συγκλήτου βουλῆς ἐκδοθεῖσα, δύο παῖδας γεννᾷ. Μετὰ δὲ τριετῆ χρόνον ἐν ἐκστάσει γεγενημένη, ὑπ' ἀγγέλου τὸ θεῖον τῆς οἰκονομίας μυεῖται μυστήριον. Καὶ δὴ τοῖς μάγοις ἔκδοτος γενομένη, καὶ διὰ πολλῶν αἰκιῶν καὶ δεσμῶν ὑπέρτερος, πάντων ὀφθεῖσα, θαυμάτων ἀπείρων καὶ παραδόξων τεραστείων γέγονεν αὐτουργός· διαφόρως τοῦ ἐπιστατοῦντος ἀγγέλου ἀφικνουμένου, καὶ εὐμαρῶς καὶ ῥᾳδίως πάντα φέρειν παρασκευάζοντος. Πολλὰ δὲ καὶ τῶν ἀποῤῥήτων διεσάφησε, τὸ προορᾶν εἰληφυῖα χάριν ἀπὸ Θεοῦ. Ἐπεὶ δὲ διὰ πολλῶν ἐτῶν βασάνοις ἐξεταζομένη καὶ τὸν διὰ μαρτυρίου στέφανον ἐπόθει κομίσασθαι, ὁ πολλάκις αὐτῇ φανεὶς ἄγγελος ἐπιστὰς, καί τινα νεανίαν ξιφήρη ἐπαγαγὼν, τῇ ἐφέσει ταύτης πέρας ἐδίδου. Καὶ κελεύσαντος γὰρ ἐκείνου, ξίφει ὁ νεανίας τὴν ἐκείνης κάραν ἀπέτεμε· καὶ τὸ αἷμα ῥεῦσαν τοῦ τραχήλου ἐπὶ τὸ ἔνδον ταύτης ὀθόνιον, ᾑμαγμένον, ἄχρι μηρῶν ἔδρα· ὃ καὶ διεφαίνετο μυρία τεράστια ἐργαζόμενον· ζῶσα γὰρ ἐκείνη καὶ μετὰ τὴν ἐκτομὴν τοῦ λοιποῦ διεγένετο· καὶ εἰς τὰ Ῥωμαίων ὅρια γενομένη ἐν τῷ Κιρκησίῳ τε καὶ τῷ Δάρας, καὶ τοῖς μέρεσι τῶν Ἱεροσολύμων ἐφίστατο· θέαμα ξένον ἅπασι τοῖς πιστοῖς ὁρωμένη, ὅτε δὴ ζῶντι σώματι τὰ τοῦ Χριστοῦ περιάγουσα στίγματα· ἡ καὶ δεινῶς ὑπὸ τῶν τοῦ μαρτυρίου δεινῶν ἔχουσα περιῄει τὰς πόλεις ὑφ' ὁδηγῷ τῷ ἀγγέλῳ τὴν πορείαν πεποιημένη· μή τινος ἰατρείας ἀνασχομένη τοῖς πάθεσι· μόνοις δὲ τοῖς αὐτομάτοις ἐφάπαξ χρησαμένη λουτροῖς. Πάντας δὲ τοὺς οἰκείους καὶ ἄλλους προσαγαγοῦσα Χριστῷ, τέλος ἐν Ἱεραπόλει γεγενημένη, τὸν τῇδε βίον καταλιποῦσα, πρὸς τὴν ἀγήρω μετέβαινε βιοτήν· ἣν ζῶσαν βασιλεὺς ἀνὰ τὴν αὐτοῦ πόλιν μεταστελλόμενος, ἥκιστα πειθομένην ἔσχε. Ταύτης τὸν βίον Στέφανος ὁ τῆς Ἱεραπόλεως πρόεδρος συνεγράψατο· ἐκείνῃ τε συγγενόμενος, καὶ ἕκαστα ὡς εἶχεν ἐξ ἐκείνης ἀναμαθὼν, ἐντίμως τε καὶ μεγαλοπρεπῶς καὶ τὸν ταύτης νεκρὸν τῇ γῇ παραδεδωκώς.

CAPUT XXV.

De sancta Golinduch martyre, quæ in Perside certamen martyrii superstes sibi pervicit.

Tum temporis vero etiam Golinduch martyr B vivens enituit: Magis Persicis prognata, Asmodoch scilicet patre, et Myzuch matre: quæ pro illorum religione, ignem et alias Persarum abominationes colens, et ipsa exsecratæ Deoque detestatæ idolomaniæ et magiæ dedita erat. Primario autem ex senatu viro in matrimonium collocata duos progenuit filios. Et post triennium per exstasim extra seipsam rapta, **841** ab angelo divino dispensationis salutis nostræ mysterio est initiata. Proindeque Magis tradita, multisque verberibus et tormentis, quæ omnia superavit, expetita, miracula infinita et prodigia mirifica edidit: identidem angelo, qui dux ejus fuit, ad eam veniente, et ut leviter et facile omnia perferret curante. Multas etiam res arcanas indicavit, utpote providentiæ gratiam a Deo consecuta. Postquam vero C per multos annos tormentis excruciata, coronam martyrii ferre concupivit, qui ei sæpius apparere solitus erat angelus assistens, et juvenem quemdam ensiferum producens, desiderio ejus satisfecit. Præcipiente namque illo, juvenis ferro caput ejus resecuit: et sanguis e jugulo profluens, in interiorem ejus lineam vestem femoribus tenus cruentatam, manavit. Quæ vestis innumera visa est edere miracula: atque illa etiam post resectionem capitis deinceps superstes vixit. Et cum in Romanorum finibus ad Circesium et Daras morata fuisset, etiam ad Hierosolymorum partes pervenit, inusitatum spectaculum omnibus fidelibus, quippe vivente adhuc corpore stigmata Christi D circumferens, visa. Hæc sane cum graviter a martyrii ærumnis afficeretur, urbes circuibat, angelo duce progrediens: neque quidquam medicinæ doloribus adhibuit, nativis tantum thermarum lavacris usa. Et cum domesticos suos, et familiares omnes, atque alios præterea ad Christum adduxisset, tandem Hierapoli, sæculo hoc relicto, ad immortalem illam vitam concessit. Quæ vivens adhuc, ab imperatore in urbem suam accita, imperio ejus non paruit. Ejus vitam Stephanus Hieropolitanus episcopus composuit, qui cum illa fuit, et res quasque ex ea didicit: honorifice etiam et splendide, corpore sepeliendo funus ejus prosecutus.

842 CAPUT XXVI.

Quomodo post Gregorium Anastasius Sinaites sedem suam receperit, et de aliis patriarchis.

Tum Gregorius quoque podagrico morbo, quo affligebatur, confectus, cum pharmacum in potione, quæ hermodactylus vocatur, a medico quodam datum, sumpsisset, vitam finivit. Mortuus autem est, Gregorio veteris Romæ throno præsidente, qui Pelagio successit, in nova vero Roma Joanne Jejunatore ecclesiam gubernante, de quo paulo post dicemus : Alexandriæ tum Eulogius episcopatum gessit : Theopoli autem, post Gregorium Anastasius, anno vicesimo tertio, in sedem est restitutus. Hierosolymis Joannes hierarchicam dignitatem obtinuit : cui non ita multo post defuncto, Neamus in episcopatu est subrogatus, quo tempore duodecimus Tiberii Mauricii imperii annus erat. Sed hæc hactenus.

CAPUT XXVII.

Quæ Chosroes de Romanorum imperio prædixerit. Præterea quæ idem Probo Chalcedonensi episcopo de Dei Genitrice dixerit.

Quod vero de Chosroæ rebus prope omisi, id ita ut potero, historiæ mandabo. Magnum illud bellum quod Romanis cum Persis fuit, conquievit, pacta conventa ex æquo Romanis atque Persis servantibus. Non autem committam, quin ea exponam, quæ Chosroes in operosa vanitate Chaldæorum astronomiæ diu multumque exercitatus, divinando prædixit. Ea vero tum ad Joannem Armeniarum copiarum ducem, cum bellum maxime vigeret, dixisse fertur. Cum namque Joannes Chosroen acrius objurgando reprehenderet, quod moribus esset sinistris, et animo ad res gerendas alieno et inepto, quodque regem minime talem esse oporteret : hujusmodi quiddam duci barbarus respondisse dicitur : « Nisi quodammodo tempora ipsa nos per tyrannidem suam affligerent, haudquaquam tu scommate perstringere magnum inter homines regem ausus fuisses : quandoquidem autem te rebus præsentibus magnopere effers, audies quid a diis de temporibus futuris sit constitutum. Redundabunt, ut sis sciens, in vos Romanos calamitates, et gens Babylonia Romanæ reipublicæ tribus in circulum circumactis annorum hebdomadibus dominabitur. 843 Postea vero quinta annorum hebdomade Romani Persas in servitutem redigetis. His ita peractis, dies illa vespera carens hominibus adveniet, et exspectatus imperii finis aderit. Quo tempore corruptio abolebitur, et vivendi ratio ex instituto Dei obtinebit. » Quæ vero præter opinionem omnem Probo etiam ipsi ad episcopatum Chalcedonensem recens evecto, cum Ctesiphontem a Mauricio missus est, responderit, dicam. Acciderat hunc meridie flagrante in regiam suam Chosroes. Et cum sudore plurimo difflueret, ab episcopo, ut sibi Dei Genitricis imaginem spectandam exhiberet, petiit Atque ille sacram Virginis ma-

A ΚΕΦΑΛ. ΚϚʹ.

Ὡς μετὰ Γρηγόριον Ἀναστάσιος ὁ Σιναΐτης αὖθις τὸν οἰκεῖον ἐλάμβανε θρόνον· καὶ περὶ τῶν ἄλλων πατριαρχῶν.

Τότε δὲ καὶ Γρηγόριος ποδαγρικῷ πάθει ἁλοὺς, ᾧ παρηνωχλεῖτο, ἐτελεύτα τὸν βίον· ἐκ τῆς καλουμένης ἑρμοδακτύλου πρός τινος τῶν Ἀσκληπιαδῶν προσενηνοχότος, φάρμακον ἐκπιών. Τελευτᾷ δὲ, Γρηγορίου μὲν τὸν τῆς πρεσβυτέρας πρυτανεύοντος θρόνον, ὃς Πελάγιον διεδέξατο· τῆς δὲ νεωτέρας, Ἰωάννου τοῦ Νηστευτοῦ, περὶ οὗ μικρὸν ὕστερον ἐροῦμεν· καὶ τῆς Ἀλεξάνδρου, Εὐλογίου· καὶ μετὰ Γρηγόριον αὖθις Ἀναστασίου τῇ Θεουπολιτῶν ἐπιδοθέντος μετὰ χρόνους εἴκοσι πρὸς τρισίν· ἐν δὲ τῇ Ἱεροσολύμων Ἰωάννου τὴν ἱεραρχικὴν δόξαν

B ἐπιτροπεύοντος, οὗ μετὰ βραχὺ τελευτήσαντος, Νεαμὸς τὴν ἐπισκοπὴν διεδέξατο· ἡνίκα καὶ Τιβερίῳ Μαυρικίῳ δωδέκατον ἔτος τῇ ἀρχῇ ἐξηνύετο. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἔληξε τῇδε.

ΚΕΦΑΛ. ΚΖʹ.

Ὅσα Χοσρόης περὶ τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς προηγόρευεν· ἔτι δὲ καὶ ὅσα Πρόβῳ τῷ Χαλκηδόνος περὶ τῆς Θεοτόκου ἀνεῖπε.

Ὁ δέ μοι τῶν Χοσρόου παρῶπται, ὡς ἂν οἷός τ' ὦ, δώσω τῇ ἱστορίᾳ. Ὁ μὲν δὴ μέγας καὶ Περσικὸς ἐκεῖνος Ῥωμαίοις κατεπέπαυτο πόλεμος, τῶν σπονδῶν ἐν ἴσῃ μοίρᾳ Ῥωμαίοις καὶ Πέρσαις ἠμμένων· οὐκ ἂν δὲ περιόψομαι καὶ ὅσα λέγεται Χοσρόην προαναγορεῦσαι περὶ τὴν πολυάσχολον ματαιότητα

C τῆς Χαλδαίων ἀστρονομίας ἐξησκημένον· ἃ δὴ φάναι αὐτὸν λέγεται κατὰ τὴν τοῦ πολέμου ἀκμὴν πρὸς Ἰωάννην τὸν στρατηγὸν τῆς τῶν Ἀρμενίων δυνάμεως· σκώψαντος γὰρ ἐκείνου Χοσρόην, ὡς σκαιὸς εἴη τοὺς τρόπους καὶ ἀλλόκοτος πρὸς τὰς ὁρμὰς τῆς ψυχῆς, καὶ ὡς μὴ χρεὼν βασιλέα τοιοῦτον εἶναι, ἐκεῖνον τοιαῦτά τινα πρὸς τὸν στρατηγὸν εἰπεῖν τὸν βάρβαρον λέγεται· « Εἰ μή πως ὑπὸ τοῦ καιροῦ ἐτυραννούμεθα, οὐκ ἂν ἐθάῤῥησας, στρατηγὲ, τὸν μέγαν ἐν ἀνθρώποις βασιλέα βάλλειν τοῖς σκώμμασιν. Ἐπεὶ δὲ τοῖς παροῦσι μέγα φρονεῖς, ἀκούσῃ τί δὴ θεοῖς ἐς ὕστερον μεμελέτηται. Ἀντικαταῤῥεύσει, εὖ ἴσθι, ἐς τοὺς Ῥωμαίους ὑμᾶς δεινά· ἕξετε δὲ τὸ Βαβυλώνιον φῦλον, τῆς Ῥωμαϊκῆς πολιτείας κρατοῦν τρίτην κυκλοφορικὴν ἑβδομάδα

D ἐτῶν. Μετὰ δὲ τοῦτο πεμπτέαν ἑβδομάδα ἐνιαυτῶν Ῥωμαῖοι Πέρσας δουλαγωγήσετε. Τούτων δὲ διηνυσμένων, τὴν ἀνέσπερον ἡμέραν ἐνδημεῖν τοῖς ἀνθρώποις, καὶ τὴν προσδοκωμένην λῆξιν ἐπιβαίνειν τοῦ κράτους· ὅτε τὰ τῆς φθορᾶς παραδίδοται λύσει, καὶ τὰ τῆς κρείττονος διαγωγῆς πολιτεύεται. » Οἷα δὲ τὰ παράδοξα καὶ Πρόβῳ αὐτῷ ἄρτι τὴν ἱεραρχίαν Χαλκηδόνος περιβαλλομένῳ ἀνεῖπεν, ἡνίκα ἐς Κτησιφῶντα πρὸς Μαυρικίου ἐστάλη, ἐρῶ. Ἐπεὶ γὰρ μετάκλητον ἐν σταθερῷ τῆς μεσημβρίας πρὸς τὰ οἰκεῖα ἀνάκτορα Χοσρόης ἐκεῖνον πεποίητο, ἱδρῶτι δὲ πλείστῳ περιεῤῥεῖτο, θεῖον ἔκτυπον τῆς Θεομήτορος ἠξίου παρὰ τοῦ ἱερέως θεάσασθαι· καὶ ὃς τὸ ἱερὸν ἐκείνης ἴνδαλμα ἐν πυκτίῳ φερόμενος, ἐς θέαν ἐλθεῖν ἀνίη τῷ Περσῶν βασιλεῖ. Ὁ δὲ Πέρ-

σης προσκυνήσας τὴν πίνακα, τὸ τούτου ἀρχέτυπον A ἔφασκε νυκτὸς παρεστάναι αὐτῷ καὶ λέγειν, τὰς Ἀλεξάνδρου νίκας ἐκείνῳ τοῦ Μακεδόνος χαρίσασθαι. Ὁ δὲ ἱερεὺς διεξῄει, ὡς· Ἤδη σοι τοῦτο πάλαι γεγένηται, καθόδου τετυχηκότι καὶ τῶν ἀλιτηρίων τυράννων κεκρατηκότι ῥώμῃ καὶ ἰσχύϊ τοῦ αὐτοκράτορος· καὶ ἔτι στέργοντι τὰ ὀμωμοσμένα γενήσεται· εἰ καί τι τέως ὕπεστι λείψανον τῆς παλαιᾶς ἐκείνης πλινθεύσεως ἐξοπτηθείσης πυρὶ, καθὰ περὶ τούτων τῷ ἱεροφάντῃ γέγραπται Μωϋσῇ. Ἀλλ' ἐπεὶ τοῖς Ἑῴοις ἱκανῶς διετρίψαμεν, καὶ τὰ τοῦ Περσικοῦ πολέμου πέρας αἴσιον ἔσχε Θεοῦ συναρήγοντος, πρὸς τὰ τῇ Εὐρώπῃ πραχθέντα τῷ αὐτοκράτορι μεταχωρείτω ἡμῖν ἐντεῦθεν ὁ κάλαμος τῷ μέλανι διαπλοϊζόμενος· ὡς ἂν καὶ ἡμεῖς ἐπὶ τὸν B λιμένα τοῦ σκοποῦ καθορμίσωμεν, τὸν φόρτον τῶν ἱερῶν ἐπικομιζόμενοι πράξεων.

ΚΕΦΑΛ. ΚΗ'.

Περὶ τῶν ἐν Εὐρώπῃ γενομένων μεταξὺ Ῥωμαίων καὶ Ἀβάρων τῶν ὑπὸ Χαγάνου στρατηγουμένων.

Καὶ τοίνυν ἦρος ἀρχομένου, τὰς δυνάμεις ἐκ τῆς ἕω μετακομίσας Μαυρίκιος, τοῦ Βυζαντίου ἀπάρας, πολλῶν ἐμποδὼν οἱ καθισταμένων ἐς Ἀγχίαλον ὥρμα· ἐκεῖσε γάρ πη βούλεσθαι πύθοιτο τοὺς Ἄβαρας καταθέειν μετὰ τὴν χρυσῆν ἐκείνην κλίνην, καὶ τὴν ἐλέφαντος θέαν καὶ τὸν πολυτάλαντον δασμὸν τοῦ χρυσοῦ· ἃ ἐκείνοις αἰτησαμένοις, ἐκ τοῦ C εὐθέος παρέσχετο βασιλεὺς, εἰρήνην ἀσπάζεσθαι ᾐρημένος. Καὶ πρῶτα μὲν εἰς Πείρινθον, ἣν νῦν Ἡράκλειαν λέγουσι, γίνεται, πολλοῖς ἐν τῷ μέσῳ δείμασι, πρὸς δὲ καὶ σφοδροτάτῳ κλύδωνι ἐντετυχηκώς. Παρελθὼν οὖν ἐς τὸ ἄστυ, καὶ Γλυκερίᾳ τῇ μάρτυρι τὸ εἰκὸς ἀφοσιωσάμενος, ἐκεῖσέ πη εὐκτηρίῳ ἐς πολυτέλειαν εἰργασμένῳ σεμνυνομένην, κακῶς τε παθών τι ταῖς τῶν βαρβάρων ἐπιδρομαῖς, κἀκεῖθεν στρατηγὸν χειροτονήσας τὸν Πρίσκον τῆς Εὐρώπης, ἐς βασίλειον ἀνέστρεψεν ἄστυ. Τὸ δ' Ἀβάρων καὶ Σκλαβηνῶν ἔθνος τὸν Ἴστρον διαπεραιωσάμενοι, ὑπὸ Χαγάνῳ τῷ Οὔννῳ στρατηγούμενοι, καταδραμόντες τὴν Θρᾴκην, καὶ σύμπαν τὸ ἐν ποσὶ λείαν πεποιημένοι, ἄχρι δὴ καὶ εἰς Ἡράκλειαν D ἧκον. Ἀλλὰ τῷ στρατηγῷ Πρίσκῳ ἐς Τουροῦλον γενομένῳ, καὶ Διδυμότοιχον καταστρατηγοῦνται μάλα γενναίως, καὶ μηχανῇ τινι θαυμασίᾳ τοῦ αὐτοκράτορος ἀναστέλλονται. Σχηματισαμένῳ ναυλόχῳ στόλῳ ταῖς οἰκίαις αὐτῶν ἐκπορεύεσθαι· ὃ καὶ εἰς δεῖμα τούτους οὐ μέτριον ἐμβαλὸν, ἠνάγκασε καὶ ἄκοντας ἐς τὰ οἰκεῖα ἤδη ἀναχωρεῖν. Οὕτω δ' ἐκείνοις παλινοστήσασι, βασιλεὺς τὴν τοῦ Ἴστρου διάβασιν, ὥστε μὴ πάλιν εὐέφοδον εἶναι τοῖς βαρβάροις τὴν Θρᾴκην, κατωχύρου γενναίοις στρατεύμασι. Καὶ Πρίσκος δ' ἐς Βυζάντιον γεγονὼς ὑπὲρ λείας, ἐγκλήμασιν ἄγεται· καὶ Πέτρος μὲν ὁ ἀδελφὸς Μαυρικίου, τὴν στρατηγικὴν ἀξίαν ἀντὶ Πρίσκου

tris effigiem, quam in tabella depictam ferebat, protulit, et ad conspectum ejus Persarum regem admisit. Persa adoratione tabulam veneratus, archetypum sive primarium exemplar noctu sibi astitisse, et dixisse retulit, Alexandri Macedonis victorias se illi concessisse. Ibi Probus episcopus in hæc verba regi respondit : Dudum id ei contigisse, cum in regnum restitutus esset, et exitiosos tyrannos virtute et robore imperatoris vicisset. Idemque eum jurejurando stantem consecuturum esse, si quid adhuc reliquiarum veterum illorum igni excoctorum laterum, sicuti de eis a sacrosancto Mose scriptum est, superesset. Verum enimvero cum rebus Orientis satis diu immorati simus, et bellum Persicum legitimum, Deo adjuvante, finem ceperit, ad res ab imperatore in Europa gestas se stylus conferat : ut et nos ad portum consilii institutique nostri appellamus (1), et onus sacrorum actorum exponamus.

CAPUT XXVIII.

De rebus in Europa inter Romanos et Abares, quorum Chaganus dux fuit, gestis.

Itaque ineunte vere, translatis ex Oriente copiis, Mauricius Byzantio solvit, et multis impedimentis intervenientibus, Anchialum contendit. Eo namque excurrere velle Abares audierat, post aureum illum lectum et elephantis spectaculum, multorumque talentorum auri largitionem : quæ illis imperator, pacem sibi complectendam ratus, 844
petentibus tribuit. Ac primum Perinthum, quam nunc Heracleam nominant, cum quidem in terrores plures, et in maximam tempestatis procellam incidisset, venit. In qua urbe Glyceriæ martyri, quæ ibi æde sacra magnifice constructa honoratur, debitam religionem persolvit. Et grave quidam a Barbarorum excursionibus passus, exercitus duce in Europa Prisco creato, inde in urbem imperantem est reversus. Abarum vero et Slavinorum gentes, Istro trajecto sub Chagano Hunno militantes, Thraciamque percurrentes, et omnia passim diripientes, usque ad Heracleam pervenerunt. Quin Prisco duce Turuli se continente, Didymotœchum quoque stratagemate ceperunt. Eorum impetum arte et consilio quodam admirando imperator inhibuit, qui se classe instructa in eorum sedes expeditionem facturum assimulavit. Quæ res metum illis ingentem incussit, et vel invitos ad sua redire coegit. Post quorum discessum imperator ad transitum Istri, ne rursum Barbari facile in Thraciam excurrerent, firma militum præsidia collocavit. Priscus autem Byzantium reversus, de manubiis accusatus est : et militarium copiarum præfecturæ dignitas ei abrogata, Petroque Mauricii fratri data. Verum cum et is nihil præclarum ex sententia imperatoris gereret, adempto illi magistratu, eodemque Prisco reddito, domi

(1) Hinc patet ultimum esse hunc *Historiæ Ecclesiasticæ* Nicephori librum.

ipse consedit. Priscus in Europa pacta cum Chagano inita solvit. Ille siquidem prior bello repetito, derepente cum innumerabili exercitu in Romanorum ditionem excurrerat, plurimaque castella ceperat. Templum quoque Alexandri martyris incenderat, ejusque venerandas reliquias homo detestandus ex loculis suis ejectas, multa nefanda in eis patrans, maxima contumelia affecerat. Quapropter septem uno die liberos amisit, dignas ejuscemodi contumeliæ pœnas persolvens. Exinde idem Istrum, ea parte qua in mare prorumpit, transmisit, et gravia damna dedit, Mysorum prædam (quod dicitur) omnia faciens. Quamvis Mauricius ex desperatione quadam Commentiolum ducem cum plurimis hominum millibus, exercitum contra illius copias ducturum miserit. **845** Qui se in quodam occidentali castello, nihil agens, periculumque effugiens, continuit. Longe vero post missa legatione Mauricius Chagano, ut pacatiora consilia sequeretur, persuasit.

A λαμβάνει. Μηδὲν δὲ καὶ οὗτος ἀνύσας τῶν πρὸς βουλῆς βασιλεῖ, ἀποχειροτονηθεὶς οἴκοι καθῆστο, Πρίσκου τὴν ἀρχὴν αὖθις ἀναλαβόντος. Καὶ ἐς τὴν Εὐρώπην γενόμενος, τὰς μετὰ Χαγάνου λύει σπονδάς. Ἐκεῖνος γὰρ πρῶτος μάχης ἄρξας σὺν ἀπείρῳ στρατεύματι, ἐξάπινα τῇ Ῥωμαίων γῇ προσπεσὼν, φρούριά τε πλεῖστα αἱρεῖ, καὶ τὸν νεὼν καταπίμπρησιν Ἀλεξάνδρου τοῦ μάρτυρος. Οὗ καὶ τὸ τίμιον λείψανον ἔξω τῆς σοροῦ θέμενος ὁ ἐξάγιστος, ὕβριζεν ἐπὶ μᾶλλον τῶν πολλὰ ἀτόπων ἐπ' ἐκείνῳ διαπραττόμενος. Δι' ὧν καὶ ἀποβολὴν παίδων ἑπτὰ ἐν μιᾷ κατεῖδεν ἡμέρᾳ, ποινὰς ἀξίας τῶν ὕβρεων εἰσπραττόμενος. Ἔνθεν τὸν Ἴστρον εἰς θάλασσαν πλημμυρήσαντα Χαγᾶνος διαπερᾷ, καὶ τὰ πάνδεινα διαπράττεται, λείαν Μυσῶν, ὃ λέγεται, τὸ σύμπαν B ποιούμενος· κἂν Μαυρίκιος ἀπειπὼν, Κομεντίολον στρατηγὸν σὺν χιλιάσι πλείσταις πέμπει στρατοῦ ἀντιστρατηγήσοντα. Ὃν μηδὲν ἀνύσαντα, φρούριόν τι τῶν δυτικῶν διετήρει τὸν κίνδυνον διαφεύγοντα. Πολλῷ δὲ ὕστερον πρεσβείαν πέμπων Μαυρίκιος, εἰρηνικὰ φρονεῖν τὸν Χαγᾶνον ἀνέπειθεν.

CAPUT XXIX.

Quomodo Prisci legatus Chagano vetus exemplum adducens persuaserit, ut pacem rursum complecteretur.

Porro cum Chaganus Priscum, quo minus amnem trajicere posset, quo tempore prædam pluri mam Priscus agebat, impediret: Theodorum is Medicum, virum cordatum, sagacitateque et prudentia multos excellentem, ad eum misit. Qui cum barbarum frementem maxime, et superbientem, et verborum fastu exsultantem (nationum enim omnium dominum se esse, minabundus jactabat) vidit, veteri quadam narratione barbaricum legatus lenit tumorem. Inquit enim: Audi, Chagane, veterem et utilem orationem. Sesostris Ægyptiorum rex, illustris admodum et felix, plurimas et maximas sibi subjecit nationes. Atque ex eo successu in protervam arrogantiam sublatus, currum sibi aureum pellucidis pretiosisque lapillis exornatum fieri fecit. In quo considens, quatuor ex devictis regibus currui, qui eum traherent, jugo illis imposito, junxit. Hoc vero cum sæpius fieret, et celebri quodam festoque die, ex quatuor istis regibus unus oculis conversis continue retrospiceret, et rotæ volubilitatem intueretur, Sesostrisque eum, cujus rei gratia tam frequenter oculos in rotam conjiceret, percontaretur, respondisse is fertur: Cum stupore admiror rotam, cum eam instabili modo ferri, atque alias aliter volvi, et nunc quidem sublimia demittentem, rursus autem demissa sublimantem conspicio. Sesostris porro ubi dictum id intellexit, statuit, ne illi posthac currum traherent. Barbarus vero subridens, satis se pacem complecti indicavit: et Priscus ei pro transitu bonam spoliorum partem, maxima quæque concedendo, dedit: et se Romanorum ditione cedere (Romanum namque id solum esse) significavit. At Barba-

ΚΕΦΑΛ. ΚΘ'.

Ὅπως ὁ Πρίσκου πρέσβυς, Χαγᾶνον ὑποδείγματι ἀρχαίῳ μεταβαλὼν, τὴν εἰρήνην ἔπειθεν αὖθις ἀσπάζεσθαι.

Χαγάνου δ' ἐμποδὼν γινομένου Πρίσκῳ τὸν ποταμὸν διανήξασθαι, ὁπηνίκα διαπεράσας πλείστην λείαν περιεβάλλετο, Θεόδωρον Πρίσκος τὸν ἰατρὸν ἔπεμπεν, ἄνδρα φρενήρη, ἀγχινοίᾳ τε καὶ συνέσει C τῶν πολλῶν διαφέροντα· ὃς βρέμοντα τὰ μέγιστα τὸν βάρβαρον κατιδὼν, μεγαλοφροσύνῃ τε καὶ κόμπῳ ῥημάτων ἀκμάζοντα (ἠπείλει γὰρ κύριον εἶναι πάντων ἐθνῶν), παλαιῷ τινι διηγήματι τὸν βαρβαρικὸν ὁ πρέσβυς κατεπράϋνε τῦφον· ἔφη γάρ· Ἄκουε, Χαγᾶνε, παλαιοῦ καὶ ἐπωφελοῦς διηγήματος. Σέσωστρις ὁ τῶν Αἰγυπτίων βασιλεὺς περιφανὴς καὶ λίαν εὐδαίμων γενόμενος, πλεῖστα καὶ μεγάλα ἔθνη ὑποχείρια ἐποιήσατο· κἀντεῦθεν εἰς ἀλαζονείαν ἐξαφθεὶς, ἐκ λίθων τιμαλφῶν χρυσοκόλλητον ὄχημα κατασκευάσας ὑπερεκάθητο, ὑποβαλὼν τῷ ζυγῷ τῶν ἡττηθέντων βασιλέων τέτταρας ἐξ ἐκείνων ἕλκειν τὸ ὄχημα. Τούτου δὲ πολλάκις γεγενημένου, καὶ ἐν ἐπισήμῳ μιᾷ ἑορτῆς ἡμέρᾳ εἷς τῶν τεττά- D ρων βασιλέων συνεχῶς τὸ ὄμμα στρέφων εἰς τοὐπίσω, τὸ τοῦ τροχοῦ ἑώρα κυκλοτερές. Ἐρόμενον δὲ Σέσωστριν, Ὅτου χάριν πυκνῶς τὸ ὄμμα τῷ τροχῷ ἐπιβάλλεις; φασὶν εἰπεῖν· Ἐκπλήττομαι ὁρῶν ἀστάτως φερόμενον τὸν τροχὸν, καὶ ἄλλοτε ἄλλως κυλιόμενον, καὶ ποτὲ μὲν ταπεινοῦντα τὰ ὑψηλὰ, αὖθις δὲ τὰ ταπεινὰ ἀνυψοῦντα. Ἐκεῖνον δὲ, συνιέντα τὸ εἰρημένον, νομοθετῆσαι τοῦ λοιποῦ μὴ ἕλκειν ἐκείνους τὸ ὄχημα. Μειδιάματι δὲ ἐδήλου τὰ τῆς εἰρήνης ἀσπάζεσθαι. Ἐκείνῳ δὲ Πρίσκος ὑπὲρ τῆς διαβάσεως πολύ τι τῶν σκύλων ἀπέδοτο τὰ μέγιστα χαριζόμενος. Ἐδήλου γε μὴν τῆς Ῥωμαίων ἀναχωρεῖν γῆς· Ῥωμαϊκὸν γὰρ ὑπεῖναι τὸ ἔδαφος. Ὁ δὲ βάρβαρος, ἀλλ' ὅπλοις καὶ πολέμου νόμοις Ῥωμαίους τοῦτ' ἀποκτήσασθαι. Ζυγομαχοῦν-

τος δὲ τοῦ Χαγάνου, Πρίσκον ὀνειδίσαι τὴν ἐκ τῆς Ἕω ἀπόδρασιν.

ΚΕΦΑΛ. Λ'.

Διεξοδικωτέρα διήγησις περὶ τῆς Ἀβάρων γενεαλογίας· καὶ ὅπως ἐκ τῆς ἕω εἰς ἑσπέραν διέβησαν· καὶ περὶ τοῦ ὄρους τοῦ Ἰκάρ· καὶ περὶ τῆς Περσικῆς παλαιᾶς πολιτείας· ἔτι δὲ καὶ περὶ τῶν πόλεων τῆς Ταγαύστ καὶ τῆς Κουβδάν, ἃς λόγος τὸν Μακεδόνα κτίσαι Ἀλέξανδρον.

Ἐπεὶ δὲ τῶν πρὸς τῷ Καυκάσῳ Σκυθῶν καὶ τῶν πρὸς Βορρᾶν τετραμμένων μνείαν ἐποιησάμην, φέρε τὰ παρηκολουθηκότα τούτοις ὥσπερ ἐμβόλιμά τινα διηγήματα, εἰ καὶ τῇ ἱστορίᾳ μὴ πρόσφορα, προεκθώμεθα. Πρὸ τούτων δὲ τῶν ἐνιαυτῶν Χαγᾶνος ὁ πρὸς τῇ ἕῳ ὑπὸ τῶν Τούρκων ὑμνούμενος, τὸν τῶν Ἀβδελῶν ἐθνάρχην, ἄλλος δ' ἄν τις τῶν Ἐφθαλιτῶν λεγομένων ἐρεῖ, κατακράτος νικήσας, τὴν τοῦ ἔθνους ἀρχὴν περιβάλλεται. Ἐπὶ μέγα τοίνυν τῇ νίκῃ ἀρθεὶς, καὶ τὸν Στεμεϊσχαγὰν σύμμαχον ποιησάμενος, καὶ τὸ τῶν Ἀβάρων ἔθνος ὑποχείριον καθιστᾷ· Ἀβάρων, οὐχ οἳ ἀνὰ τὴν Εὐρώπην καὶ Παννονίαν προσοικεῖν ἔλαχον· ψευδωνύμως γὰρ οὗτοι τοὔνομα περιέθεντο, πρεσβυτέραν τὴν ἄφιξιν τῶν Μαυρικίου χρόνων πεποιημένοι. Ὅθεν δὲ καὶ τὸ γένος ἕλκουσιν οὗτοι, μικρὸν ὕστερον λέξω. Τῶν γοῦν Ἀβάρων ἡττηθέντων Χαγάνῳ, πρὸς τοὺς κατέχοντας τὴν Ταυγάστ ἐποιήσαντο τὰς ἀποφυγάς. Ἡ δὲ Ταυγάστ πόλις Τούρκων ἐπιφανής· καθέστηκε δ' αὕτη Ἰνδοῖς ὅμορος· ὧν τὸ ἔθνος ἀλκιμώτατον μάλιστα, καὶ τοῖς κατὰ τὴν οἰκουμένην ἔθνεσιν ἀπαράμιλλον. Ἐκεῖθεν δὲ πρὸς τὸ ἀγχιστεῦον ἔθνος τῶν Μουκριτῶν ἵενται. Πολλὴ δ' ἐκείνῳ ἀλκὴ καὶ μελετήματα πρὸς κινδύνους διηνεκῆ, γενναίως μάλα ἐγκαρτερούσης τούτοις αὐτῶν τῆς ψυχῆς. Ὁ δὲ Χαγᾶνος ἐγχειρῶν καὶ τὸ τῶν Σογδρ ἔθνος χειροῦται ἰσχυρότατον ἁπάντων καὶ πολυανθρωπότατον· ὃ περὶ τὸν Τὶλ ποταμὸν νέμεται, ὃν Μέλανα Τοῦρκοι καλοῦσιν· ὃν οἱ παλαίτατοι ἄρχοντες Οὐδὴρ καὶ Κουνοὶ ὀνομάζονται· ἀφ' ὧν καί τινα τῶν ἐθνῶν οὕτω κλήσεως ἔτυχον κληρωσάμενα τὴν ἐπωνυμίαν. Τοίνυν Ἰουστινιανοῦ τὰ σκῆπτρα διέποντος ἐκ τῶν πάλαι φυλάρχων μοῖρά τις ἀποδράσασα, προσφοιτᾷ τῇ Εὐρώπῃ, οἳ καὶ Ἄβαρας ἑαυτοὺς κατωνόμασαν· καὶ τὸν ἡγεμόνα σφῶν τῇ τοῦ Χαγάνου προσηγορίᾳ ἐσέμνυναν. Ὅσα δὲ τῶν ἐθνῶν Οὐννικὰ, Βαρσὴλτ καὶ Οὐνιγοῦροι καὶ Σάβιροι, τῶν ἐκ τοῦ Οὐὰρ καὶ Γουνὶ ἀπόμοιραν αὐτοῖς πλησιάζουσαν ἐθεάσαντο, εἰς δέος ἐνέπιπτον μέγιστον, οἰόμενοι Ἀβάρους ἐκείνους τοὺς φοβεροὺς ἐνδημῆσαι τῷ χώρῳ· καὶ διὰ τοῦτο δώροις τούτους δεξιωσάμενοι, δι' αὐτῶν τὴν Ἀλβανίαν κατέσχον. Οἱ δὲ φυγάδες ἐκεῖνοι συνιδόντες συμφέρουσαν σφίσι τὴν προσωνυμίαν, Ἄβαρας τοῦ λοιποῦ ἑαυτοὺς κα-

A rus Romanos armis et jure belli id amisisse respondit. Et cum Chaganus ad hunc modum familiarius cum Prisco rixaretur, Priscus ei, quod ex Oriente profugisset, convicii loco objecit.

846 CAPUT XXX.

Expositio longior per digressionem, de Abarum origine, ut ex Oriente in Occidentem transierint. Et de Monte Icar, et de veteribus Persarum moribus et institutis; item de urbibus Tagaust et Chubdam, quæ ab Alexandro Macedone conditæ esse feruntur.

Quandoquidem autem Caucasiorum, atque item Borealium Scytharum mentionem intulimus, age quæ consecuta sint, perinde atque adjectitias narrationes, quamvis ad historiam non pertineant,
B exponamus. Ante eos annos Chaganus, qui in Oriente a Turcis laudibus celebratur, Abdelarum, (alius autem, Ephthalitarum dixerit) gentis principe fortiter debellato, populi ejus imperium sibi sumpsit. Ea victoria magnopere elatus, et Stemeischagano socio sibi belli ascito, Abarum quoque nationem ditioni suæ subegit: non eorum Abarum qui in Europa et Pannonia sedes ceperunt, falso namque sibi isti nomen id usurparunt, cum ante Mauricii tempora eo advenissent. Unde vero et ii genus ducant, paulo post dicam. Itaque Abaribus a Chagano devictis, ad eos illi, qui Taugast tenuere, confugerunt. Est autem Taugast civitas Turcorum perquam celebris, Indis finitima, cujus
C populus omnium est fortissimus, gentem in universo orbe, quæ ei compareetur, non habens. Inde vero ad vicinam nationem Mucritorum venerunt, cui et ipsi nationi magnum est robur, et continua ad pericula, quæ magnis animis fortiter sustinent, studia. Chaganus porro gentem quoque Sogor aggressus subegit, robustissimam et populosissimam. Hæc ad amnem Til accolit, quem Turci Nigrum, et antiquissimi principes Uder et Cunni nominarunt: a quibus nominibus quædam etiam gentes appellationem sunt sortitæ. Porro Justiniano imperante, ex antiquis ejus gentis optimatibus pars quædam profugiens, in Europam venit. Hi Abares seipsos nominarunt, ducemque suum Chagani cognomento exornarunt. Sed enim populi Hunnici Barselt
D et Uniguri et Sabiri, ubi partem gentis Var et Guni appropinquare sibi viderunt, in timorem maximum inciderunt, Abares illos formidatos (1), in regionem eam venisse rati: eamque ob causam muneribus eos invitarunt, et per ipsos Albania potiti sunt. **847** Et fugitivi ipsi animadvertentes, commodam sibi eam appellationem esse, Abares deinceps seipsos nominarunt. Inter Scythicas namque nationes ea gens longe bellicosissima, et ad excursiones faciendas aptissima esse perhibetur. Ad hodiernum sane usque diem Pseudabares isti ge-

(1) Populi qui hic commemorantur prope omnes in Pannoniis consederunt. De Abaribus sive Saberis, dubium non est, qui Sabariæ nomen reliquerunt. Ver Slavorum lingua, etiam nunc Panno sive Hungarus dicitur. Uri et Urzi Hungari sunt. Unigri ipsissimi Hungari sunt. Cunorum nomen et gens ipsa nunc quoque Hungariæ partem retinet, etc.

neris ortu divisi, partim ab Var, partim a Chunni appellationem habent. Posteaquam autem de rebus Pseudabarum diximus, ad historiam contexendam redeamus. Ogorlia igitur devicto, et Tucoch gentis principe ore gladii a Chagano sublato, una cum hoc, nationis ejusdem cæsæ sunt triginta myriades, ita ut continuata interemptorum cadavera dierum aliquot inhibuerint iter. Cum vero hæc tam præclara Chagano obtigisset victoria, civile inter Turcos coortum est bellum. Siquidem Turun quidam Chagani cognatus, res novas molitus, copias magnas contraxit, quibus Chagano congressus superior fuit (1). At ille aliis tribus Chaganis in societatem belli vocatis, contra tyrannum progressus est : et pugna ad castellum Icar commissa, inter cædes multas tyrannum interemit, et ditionem suam recuperavit. Victoriæ ejus gratulatio cum aliis principibus, tum Mauricio ipsi est significata. Prœmium gratulationis ejus tale fuit : « Romanorum imperatori magnus despotes septem gentium, et septem orbis terræ climatum dominus. » Enimvero montem Icar, aureum Persæ vocant, orientem versus situm, propterea quod frugum est feracissimus, pecoribusque et jumentis frequentissimus. Persis autem lex est, ut potentissimo Chagano aureum hunc montem concedant. Iidem duabus hisce rebus prorsus se gloriantes efferunt, quod nunquam epidemiam pestilentiæ viderint, et quod rari in regione eorum sint terræmotus. Terram autem Caath et Sogdoanem concussiones et pestilentias experiri dicunt. Turci sane summopere ignem colunt, aerem et aquam honorant, terram hymnis celebrant, et eam solam adorant, Deumque, qui cœlum et terram condidit, nominant : cui etiam equis, bobus, et ovibus sacrificant. Sacerdotes quoque habent, qui de rebus futuris divinare existimantur : apud Medos vero septem populi ordines, res præcipuas expediunt. Et lex antiqua partiri aliter negotia non permittit. **848** Qui enim Arsacidarum ordo dicitur, regnum apud se retinet, et regi diadema imponit. Ordo alius rei militari præest : alii politia curæ est. Alius controversias de quopiam, quod arbitro judice indigeat, inter ambigentes exortas decidit. Quintus populi ordo equites regit. Qui hunc consequitur, tributum a civibus et subditis exigit, et regio ærario præest. Septimus regis equos curat, et vestem militarem servat. Hasce leges in aula regia Darium qui Hystaspis dictus est, sacrasse ferunt. Cæterum ea ætate Turci illi ex Var et Chuni profugientes, in Europam venerunt, et se Abaribus, qui sub Chagano erant ad decem ipsi millium numerum pertingentes, conjunxere. Turcorum autem orientalium Chaganus bello civili confecto, prospere res administravit, et missis ad incolas Taugast legatis, fœdus cum illis legitimum iniit, regnumque suum pacavit. Princeps vero in Taugast,

A τωνόμαζον. Λέγεται γὰρ τοῖς τῶν Σκυθῶν ἔθνεσι τοῦτο μᾶλλον τὸ φῦλον ἐντρεχέστατον καὶ πολεμικώτατον εἶναι. Ἀμέλει τοι καὶ μέχρι τοῦ δεῦρο οἱ ψευδάβαρες οὗτοι τῇ τῶν γενῶν ἀρχῇ διῄρηνται· οἱ μὲν γὰρ ἐκ τοῦ Οὐάρ, οἱ δ' ἐκ τοῦ Χουνὶ ὀνομάζονται. Ἐπεὶ δὲ τὰ τῶν ψευδαβάρων ἡμῖν εἴρηται, ἐπὶ τὸ τῆς ἱστορίας συνεχὲς ἐπανέλθωμεν. Ὀγορλία τοίνυν νενικημένου, καὶ τοῦ Τουκὸχ ἐθνάρχου στόματι ῥομφαίας πρὸς Χαγάνου ἐκδιδομένου, σὺν τούτοις, ἀναιροῦνται τῆς αὐτῶν φυλῆς μυριάδες τριάκοντα, ὡς ὁδὸν ἡμερῶν ἐπέχειν τὴν τῶν πεπτωκότων σωμάτων συνέχειαν. Τῆς δὲ νίκης ἐπιφανῶς τοιαύτης τῷ Χαγάνῳ γεγενημένης, ἐμφύλιος τοῖς Τούρκοις ἐπιγίνεται πόλεμος. Τουροὺν γάρ τις Χαγάνῳ τῷ γένει προσήκων, νεωτερίζειν ἐπέβαλε·
B καὶ δυνάμεις μεγάλας ἀθροίσας, Χαγάνου ἐπικρατέστερος ἦν. Ἐκεῖνος δ' ἑτέρους τρεῖς Χαγάνους ἑταιρισάμενος, ἔπεισι τῷ τυράννῳ· καὶ πρὸς τῷ Ἰκὰρ χωρίῳ συμβαλών, κτείνει τὸν τύραννον φόνου πολλοῦ προελθόντος, καὶ τῆς ἰδίας αὖθις χώρας καθίσταται κύριος. Τὰ δ' ἐπινίκια τοῖς τε ἄλλοις καὶ Μαυρικίῳ διεμηνύετο, ταῦτα ἐν προοιμίοις γράψας, « Τῷ βασιλεῖ τῶν Ῥωμαίων ὁ μέγας δεσπότης, ἑπτὰ γενῶν καὶ κύριος κλιμάτων τῆς οἰκουμένης ἑπτά. » Τὸ δὲ ὄρος τὸ Ἰκὰρ χρυσοῦν οἱ Πέρσαι καλοῦσιν ἐπὶ τὰς ἀνατολὰς ἔχον τὴν ἵδρυσιν. Οὕτω δὲ καλεῖται διὰ τὸ δαψιλὲς τῶν ἐν αὐτῷ φυομένων καρπῶν, καὶ διὰ τὸ κατάκομον εἶναι θρεμμάτων καὶ νωτοφόρων ζώων ἐς μάλιστα. Νόμος δὲ Πέρσαις
C τῷ ἐπικρατεστέρῳ Χαγάνῳ τοῦ χρυσοῦ ὄρους παραχωρεῖν. Δυσὶ δὲ καὶ τούτοις ὡς ἐπίπαν Πέρσαι μεγαλαυχοῦσι, τῷ μηδέποτε λοιμῶν ἐπιδημίαν θεᾶσθαι, καὶ τῷ σπάνιν σεισμῶν κατὰ τὴν ἐκείνων εἶναι χώραν. Τήν γε μὴν Καὰθ καὶ Σογδοανὴν καὶ σεισμῶν καὶ λοιμῶν ἐν πείρᾳ γενέσθαι φασίν. Οἱ δὲ Τοῦρκοι μάλα ἐκτόπως τιμῶσι τὸ πῦρ. Ἀέρα δὲ καὶ ὕδωρ γεραίρουσι· γῆν δὲ ὑμνοῦσι, προσκυνοῦσι δὲ μόνῃ ταύτῃ· καὶ Θεὸν ὀνομάζουσι τὸν τὴν γῆν καὶ τὸν οὐρανὸν πεποιηκότα· ᾧ καὶ θύουσιν ἵππους, βόας καὶ πρόβατα· καὶ ἱερεῖς κεκτημένοι, οἳ καὶ τὴν τῶν μελλόντων δοκοῦσιν ἐκτίθεσθαι προαγόρευσιν· δήμοις δ' ἑπτὰ παρὰ Μήδοις αἱ τῶν πράξεων τίμιαι διαλύονται· νόμῳ πρεσβύτῃ μὴ ἄλλως εἰωθότι κληρονομεῖσθαι τὰ πράγματα· τὸν μὲν οὖν Ἀρσα-
D κίδην ἐπιλεγόμενον δῆμον τὴν βασιλείαν κατέχειν, καὶ τοῦτον περιβάλλειν βασιλεῖ τὸ διάδημα· ἄλλον δὲ δῆμον τῆς πολεμικῆς προεστάναι συντάξεως. Καὶ ἑτέρῳ αἱ πολιτικαὶ φροντίδες ἀνάκεινται. Ἕτερος δὲ τὰς διαφορὰς διαλύει τῶν περί τι καταστασιαζόντων καὶ διαιτητοῦ δεομένων. Ὁ δὲ πέμπτος ἡγεῖται τῆς ἵππου· τὸν δὲ μετὰ τοῦτον φορολογεῖν τὸ ὑπήκοον, καὶ τῶν βασιλικῶν ταμείων ἔφορον πεφυκέναι· τὸν δὲ ἕβδομον, κηδεμόνα τῶν ἵππων, καὶ πολεμικῆς ἐσθῆτος ἐπιστατεῖν, Δαρείου, ὥς φασι, τοῦ Ὑστάσπου τουτονὶ τὸν νόμον ἐν τοῖς βασιλείοις ἐντεμενίσαντος. Κατὰ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον, ἐκ τῶν Οὐὰρ καὶ Χουνὶ ἕτεροι τῶν Τούρκων ἀποδράντες

(1) Confundi videntur hic Persarum et Turcorum nomina.

καὶ πρὸς τὴν Εὐρώπην γενόμενοι, τοῖς περὶ τὸν Χαγᾶνον Ἀβάροις συνάπτονται ἐς δέκα χιλιάδας ἠριθμημένοι. Ὁ δὲ τῶν εἰς ἕω Τούρκων Χαγᾶνος, τὸν ἐμφύλιον διαλυσάμενος πόλεμον, εὐδαιμόνως ἐχειραγώγει τὰ πράγματα· καὶ πρὸς τοὺς ἐποίκους τῆς Ταυγὰστ διαπρεσβευόμενος, εὐθείας ἐποιεῖτο συνθήκας, ἀστασίαστον τὴν ἑαυτοῦ ἀρχὴν καθιστῶν· ὁ δὲ τῆς Ταυγὰστ ἀρχηγὸς Ταϊσὰν ὄνομα ἐκληρώσατο, ὅπερ υἱὸς Θεοῦ Ἑλλήνων λέγοι φωνή. Ἀστασίαστος δὲ τῷ κλιματάρχῃ αὐτῆς ἡ ἀρχή· οἷς τὸ γένος ἅπαν τὴν ἡγεμονίαν παρέχεται· θρησκεύουσι δὲ ἀγάλματα. Νόμοι δὲ παρ' αὐτοῖς δίκαιοι, καὶ σώφρων βίος διαπαντός. Ἄλυτος δὲ νόμος αὐτοῖς μὴ χρυσῷ καλλωπίζεσθαι ἄῤῥενας, καίπερ χρυσῷ πολλῷ καὶ ἀργύρῳ περιαντλουμένοις τῷ ἐπωφελῶς ἐμπορεύεσθαι. Διορίζει δὲ ταύτην ποταμὸς, δυσὶ μεγίστοις ἔθνεσι μεσιτεύων ἀντιθέτοις ἀλλήλοις· ὧν τῷ μὲν ἐσθὴς μέλαινα, τῷ δὲ ἑτέρῳ κοκκόβαφος. Πολέμου δὲ νόμῳ τὸ μέλαν διαπεραιωσάμενοι τῷ τὴν ἐρυθρὰν ἠμφιεσμένῳ ἐσθῆτα συνίστησι πόλεμον· καὶ νεανικῶς τῆς ὅλης ἡγεμονίας τὴν ἀρχὴν ἐκληρώσατο Μαυρικίου ἡγεμονεύοντος. Τὰ δὲ γύναια τῶν ἐκεῖσε βασιλευόντων ἐκ χρυσοῦ πεποιημένας ἔχουσι τὰς ἁρμαμάξας, ὑφ' ἑνὸς ἑλκομένας βοὸς, ἑκάστου κεκοσμημένου πολυτελῶς ἐκ χρυσοῦ καὶ λίθου μέγα τιμίου. Εἰσὶ δὲ καὶ χαλινοὶ τοῖς βουσὶ χρυσοκόλλητοι. Ὁ μὲν οὖν τὴν ἡγεμονίαν τῆς Ταυγὰστ ἀνειληφὼς ἑπτακοσίαις γυναιξὶ κατεπαννυχίζετο. Τὰ δὲ γύναια τῶν περιφανεστέρων ἐκεῖσε ἀνδρῶν ἀργυραῖς κέχρηνται ταῖς ἁρμαμάξαις. Τὴν δὲ Ταυγὰστ ταύτην κτίσαι φασὶν οἱ βάρβαροι τὸν Μακεδόνα Ἀλέξανδρον, ἡνίκα τούς τε Βακτριανοὺς καὶ τὴν Σογδοανὴν ἐδουλώσατο, δέκα καὶ δύο καταφλέξας ἐν αὐτῇ μυριάδας βαρβάρων. Δείμασθαι δὲ καὶ ἄλλην πόλιν ἀπὸ σημείων ταύτης ὀλίγων φασὶ τὸν Μακεδόνα Ἀλέξανδρον, ἣν Χουβδὰν ὀνομάζουσιν· ἧς τὸν ἡγεμόνα τεθνηκότα νόμος ἐκράτησεν ὑπὸ τῶν γυναίων πενθεῖσθαι διηνεκῶς· καὶ μηδέποτε τὸν τάφον ἀπολιπεῖν, μέλανα ἠμφιεσμένας, καὶ ξυρῷ τὰς τρίχας ἀποῤῥιπτούσας. Δύο δὲ μέγιστοι ποταμοὶ τὴν Χουβδὰν διειλήφασιν· ὧν αἱ ὄχθαι κυπαρίσσοις ὡς εἰπεῖν κατανεύονται. Περιπολοῦσι δὲ τὸν χῶρον ἐλέφαντες. Τὰς δὲ ἐμπορίας Ἰνδοῖς συναναμίγνυνται λευκοῖς τὸ σῶμα τὰ μάλιστα· ἐν οἷς καὶ σκώληκες οἱ τὰ Σηρῶν νήματα πλέκουσι πάνυ πολλοί. Ἐναλλὰξ καὶ ποικίλην κεκτημένοι τὴν χρόαν. Φιλοτίμως δ' ἀσκοῦσιν οἱ βάρβαροι τὴν περὶ τὰ τοιαῦτα ζῶα φιλοτιμίαν. Περὶ μὲν οὖν τούτων τοσαῦτα εἰρήσθω. Καὶ ταῦτα δὲ οὐχ ἁπλῶς διῆλθον· ἀλλ' ἐπεὶ ἔμελλον τῇ ἱστορίᾳ μέγιστά τινα περί τε τοῦ τῶν Ἀβάρων ἔθνους καὶ τοῦ σφῶν ἀρχηγοῦ Χαγάνου διεξελθεῖν, ὑπερφυῶς εἰργασμένα τῇ τοῦ Λόγου μητρὶ, τούτου χάριν κἀγὼ μικρόν τι παρεξιὼν διεξῆλθον. Ἀλλ' ἐπὶ τὴν νύσσαν πάλιν τὴν ἱστορίαν ἀγάγωμεν.

A Taisan nomen sortitus est, quod lingua Græca Dei filium sonat. Pacatum et seditionibus vacuum regnum regionis ejus princeps obtinet, propterea quod gens tota administrationem ei deferre solet. Statuas colunt, leges apud eos justæ sunt, vitam sobrie semper degunt. Constitutionem sacrosanctam habent, ne quis virorum se auro exornet, quamvis auro et argento propter commoditatem mercimoniorum abundent. Disterminat eam ditionem amnis, inter duos maximos inter se dissidentes populos fluens, quorum alteri nigra, alteri coccinea vestis est. Qui atro amictu gaudent, flumine trajecto rubram gestantibus vestem bellum intulerunt, et fortiter imperium omne obtinuerunt, quo tempore Mauricius Romanum imperium B administravit. Conjuges ibi regum aureos currus habent, qui a singulis bobus trahuntur. Boves isti auro et magni pretii lapillis splendide sunt ornati. Eisdem freni quoque aurei sunt. Et qui regnum in Taugast suscepisset, cum septingentis feminis noctem totam consumebat. Uxores autem illustrium ibi virorum argenteis pilentis utuntur. Porro Taugast urbem condidisse Alexandrum Macedonem, Barbari dicunt, cum Bactrianos scilicet et Sogdoanem **849** subegit, duodecim Barbarorum myriadibus in ea combustis. Aliam quoque urbem non ita multis milliaribus inde dissitam, idem Alexander statuisse fertur, quam Chubdam vocant. Cujus præfectum mortuum, lege hoc ita jubente, C conjuges ejus perpetuo lugent, neque unquam a sepulcro discedunt, pulla veste indutæ, et capite novacula raso. Chubdam duo maximi amnes dividunt, quorum ripis cupressi frequentes imminent. Multi in ea regione sunt elephantes. Mercimonia autem cives cum Indis exercent, corpore quam maxime candidis. Sunt ibi quoque vermes quam plurimi, fila Serum nentes, multiplici et vario colore. Eos Barbari magno studio curant. De his hactenus : quæ quidem non frustra exposui. Cum enim de Abarum gente, et eorum duce Chagano dixerim, ut ille propter Alexandri martyris male tractatas reliquias, pœnas dederit, et rem maximam mirifice a Verbi matre gestam hic commemoraturus essem, eam ob causam paululum a pro- D posito digressus, hæc retuli. Sed jam historiam nostram ad carceres ipsos revocemus.

ΚΕΦΑΛ. ΛΑ'.

Περὶ ὧν Μαυρίκιος ἐπὶ τῇ σορῷ τῆς ἁγίας καὶ πανευφήμου μάρτυρος διεπράξατο Εὐφημίας.

Δώσω τοίνυν τῷ λόγῳ, ὃ Μαυρικίῳ ἐπὶ τῇ πανευφήμῳ μάρτυρι Εὐφημίᾳ γεγένηται. Ῥᾳθυμία γάρ τις εἰσῄει τῷ βασιλεῖ ψυχῆς, σμικρολογεῖσθαι περὶ τὰ ταύτης ἐξαίσια θαύματα, καὶ ῥᾳδιουργίαν ἐν-

CAPUT XXXI.

Quæ Mauricius ad tumulum sanctæ et inclytæ martyris Euphemiæ fecerit.

Hoc loco autem, quid Mauricio in celeberrima martyre Euphemia acciderit, dicam. Iners namque cogitatio imperatori incesserat, ut anxie nimis de ingentibus ejus miraculis inquireret, et fallaciam

hominum prodigia ab ea edita esse putaret. Ex adverso enim Constantinopoli inclyta Chalcedonensium civitas sita est, ubi sane templum quoque est magnifice constructum. Diximus autem non ita dudum, sacrosanctas ejus reliquias olim in hoc ipso templo, in urna marmorea repositas esse. Atque in ejusdem memoria, miraculum insigne, **850** atque eis qui id non viderunt, prope incredibile fieri solere. Ex quo enim illa in martyrii stadio decurrit, et corpus ejus in monumento conditum est, ipso passionis ejus die, in conspectu omnium, loci ejus episcopus, spongiis quibusdam ex defunctæ corpore sanguinis liquorem haurit. Sanguinem sane veluti ab recens cæso corpore vulnerum tabo mistum, et unguentis quibusdam ex seipsis natis temperatum cernas, quem exiguis vitreis vasculis episcopus exceptum atque divisum, turbæ advenienti donat. Hoc igitur auditum, sicuti dixi, animi quadam vecordia in dubium vocans Mauricius, cum tempus appeteret, argenteum ornatum ex sepulcro detrahit, et imperiali signo monumentum martyris obsignat : sic enim hoc incredulitatis volebat audacia. Postquam autem tempus ipsum quod debebat, advenit, curiose mysterium indagat, accuratiusque experimento sollicito miraculum explorat. Ecce tibi vero rursum, sicuti antea, sanguis unguento conditus, instar rivuli e monumento promanat, et spongiæ sanguine suaveolenti pinguescunt. Et martyr ipsa tum, ut prolixius sanguinis fons proflueret, fecit : atque illa ad hunc modum imperatoris incredulitatem erudiens, castigavit. Ipse autem digitis sanguini admotis, eoque humore delibutis, seipsum sanctificando conspersit : et reipsa, ut id crederet, persuasus, deinceps cum admiratione laudes suas cl..ra voce martyri tribuit.

CAPUT XXXII.

De insigni miraculo, quod ad monumentum Glyceriæ martyris unguento scaturiens, ad Heracleam Perinthi accidit.

Minime vero abs re fuerit, si celeberrimæ martyris istius prodigio, admirandæ Glyceriæ, et ipsius martyris, miraculum conjunxero. Vir quidam, cui Paulino nomen erat, obscuro loco natus, in bonis tamen disciplinis admodum educatus, manifesto in impostorum et maleficorum barathrum demersus esse deprehensus est. Incantatori huic et mago argentea fuit pelvis, in qua detestandum cruorem excipiens, per eum exsecrandus ipse cum apostatis virtutibus colloquebatur. Vasculum id necessitate flagitante argentariis vendidit. **851** Qui pretio numerato lancem eam receperunt, venalemque et ipsi pro foribus cuivis prætereunti emendi liberam facultatem facientes proposuerunt. Accidit autem, ut Perinthius antistes Byzantii esset, et pelvim eam, ita ut venumdabatur, compararet. Itaque cum vasculo empto se in sedem suam recepit, et ob reverentiam unguenti martyris Glyceriæ, sublato priore vase æneo, argenteum illud reposuit,

A θρώπων εἶναι τὸ περὶ ἐκείνην τεράστιον ᾤετο. Ἀντιπέραν γὰρ τῆς Βυζαντίδος ἡ περιώνυμος Χαλκηδονέων ἵδρυται πόλις· οὗ δὴ καὶ νεὼς μεγαλοπρεπῶς ἠσκημένος ἐστίν. Εἴρηται δ' ἡμῖν οὐ πάνυ πόῤῥω, καὶ τὸ πανίερον ταύτης λείψανον ἔκπαλαι τῷδε τῷ σηκῷ καθεστάναι ἐπὶ λάρνακος μαρμάρου πεποιημένης. Ταύτης δὲ τῇ μνήμῃ καὶ σημεῖον παράδοξον, καὶ τοῖς μὴ τεθεαμένοις σχεδὸν ἄπιστον ἐπιγίγνεσθαι. Ἀφ' οὗ γὰρ τὸ τοῦ μαρτυρίου διήνυσε στάδιον, τῷ τάφῳ κειμένου τοῦ σώματος, κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς τελειώσεως, ἐπ' ὄψεσι πάντων ὁ τὴν αὐτόθι ἱερατικὴν ἀξίαν κεκληρωμένος, σπόγγοις τισὶν ἀπὸ σώματος τεθνεῶτος πηγὰς αἱμάτων ἠρύετο· καὶ εἶδες ἂν ὡς ἀπό τινος νεοσφαγοῦς σώματος ἰχῶρσι τραυμάτων ἀναμεμιγμένα τὰ αἵματα, μύροις B αὐτοφυέσι συγκεκραμένα τισί· καὶ τούτων τὰς διανομὰς ἐπὶ σκευῶν ἐξ ὑέλου πεποιημένων μικρῶν, τοῖς ὄχλοις τὸν ἱερέα ποιούμενον. Τοῦτο τοίνυν ὡς εἴρηται τὸ ἐξάκουστον ῥαθυμίᾳ ψυχῆς διαπιστῶν ὁ Μαυρίκιος, τοῦ καιροῦ προσιόντος, τὸν ἀργύρεον ἀφῃρεῖτο κόσμον τὸν τάφον, καὶ ταῖς βασιλικαῖς περιεφρούρει σφραγῖσι τὸ μνῆμα τῆς μάρτυρος. Οὕτω γὰρ τὸ τῆς ἀπιστίας θράσος ἐβούλετο. Ἐπεὶ δ' ὁ προσήκων ἐνειστήκει καιρὸς, περιειργάζετο τὸ μυστήριον· καὶ τὰ τοῦ θαύματος ἐξετάζων, βασάνῳ ἀκριβεῖ ἐδοκίμαζε. Καὶ πάλιν ὡς πρότερον μεμυρισμένων αἱμάτων ἀπὸ τοῦ μνήματος ἐπήγαζον ποταμοὶ, τῶν σπόγγων αὖθις πιαινομένων εὐωδίας ἐν αἵμασι. Καὶ τότε μᾶλλον ἡ μάρτυς πολλαπλασίω C τὴν ἔκροιαν τῶν αἱμάτων ἐπήγαζεν. Ἡ μὲν οὖν οὕτω τοῦ βασιλέως ἐπαιδαγώγει τὸ ἄπιστον σωφρονίζουσα· ὁ δ' αὐτοκράτωρ τοῖς αἵμασι τοὺς δακτύλους προσῆγε· καὶ διαβρόχους ποιῶν, ἑαυτὸν ἁπανταχοῦ καθηγίαζε. Καὶ πεισθεὶς ἐκ τοῦ πράγματος, τοῦ λοιποῦ τῇ μάρτυρι τὸν αἶνον διαπρυσίως ἀνέπεμπεν ἐκπληττόμενος.

ΚΕΦΑΛ. ΛΒʹ.

Περὶ τοῦ γενομένου παραδόξου θαύματος ἐπὶ τῇ μυροδόχῃ Γλυκερίας τῆς μάρτυρος ἀνὰ τὴν Πειρίνθου Ἡράκλειαν.

Οὐκ ἀπὸ δ' ἂν μοι καιροῦ γένοιτο, εἰ καὶ τὸ συμβὰν τῇ θαυμαστῇ Γλυκερίᾳ καὶ μάρτυρι, τῷ τῆς πανευφήμου τεραστίῳ συνάψω. Ἀνὴρ γάρ τις Παυλῖνος τὴν κλῆσιν καὶ τῶν ἀσήμως βιούντων, παι- D δεία, δ' ὅτι πλείστης μετειληχὼς, ἐπὶ τὸ τῶν γοήτων βάραθρον ἐνεχθεὶς, ἔνθεν κατάφωρος γίνεται. Τούτῳ τῷ γόητι ἀργύρεος ἐνῆν λεκανὶς, ἐν ᾗ τὰ ἐναγῆ αἵματα συναθροίζων, ταῖς ἀποστατικαῖς δι' αὐτῶν ὁ ἐξάγιστος προσωμίλει δυνάμεσι· ταύτην οὖν τὴν ἐξ ἀργύρου δεξαμενὴν ἀνδράσιν ἄργυρον ἐμπορευομένοις χρείας ἀναγκαίας καλούσης ἐπίπρασκεν. Οἱ μὲν οὖν τὰς τιμὰς καταθέμενοι τὸ σκεῦος ἐλάμβανον· καὶ αὖ οὗτοι πρὸ τῶν θυρῶν τὸ σκεῦος ἐτίθεντο, ἄδειαν διδόντες παντὶ τῷ παραπορευομένῳ ὠνήσασθαι. Διατρίβοντι δ' οὖν ἐς Βυζάντιον τῷ τῆς Πειρίνθου ἀρχιερεῖ, ὤνιον ἐκείνῳ ἡ λεκανὶς γίνεται πρὸς ἐκποίησιν ἠρτημένη· καὶ ὁ μὲν μεθ' οὗ ἐπρίατο σκεύους τὸν οἰκεῖον κατελάμβανε θρόνον· αἰδοῖ δὲ τῶν μύρων Γλυκερίας τῆς μάρτυρος, ὁ ἱερεὺς τὸ

πρώην χάλκεον ὑπαλλάττων σκεῦος, τὸ ἀργύρεον ἀντιτίθησι, τῇ λατρείᾳ τῶν θεοῤῥύτων μύρων τοῦτο μάλα δὴ προσῆκον οἰόμενος. Καὶ ὁ μὲν οὕτως ἐποίει· ὁ δὲ ποταμὸς τῶν μύρων ἀνείργετο. Ἡ γὰρ μάρτυς βδελυττομένη τὸ μῦσος τὴν χάριν συνέστελλε· μηδὲ γὰρ εἶναι θεμιτὸν ἄντικρυς ἔλεγε καὶ σιγῶσα τὸ καθαρὸν τοῦ μὴ καθαροῦ ἐφάπτεσθαι. Τοῦτ' ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας γινόμενον ὁ ἱερεὺς διαγνοὺς, ἐν δεινῷ ἐποιεῖτο· καὶ φροντίσι ποικίλαις διεδονεῖτο, εἴγε δι' αὐτοῦ ἡ Ἐκκλησία τοῦ τοσούτου χηρεύει καλοῦ. Ἔνθεν τοι καὶ πρὸς δάκρυα καὶ δεήσεις χωρῶν, κατελιπάρει Θεὸν λῦσαι τοῦτο τὸ ἄχθος καὶ τὸ μυστήριον ἀναδεῖξαι τοῦ πράγματος· καί γε Θεοῦ καλῶς ἀποστραφέντος τὸ μῦσος, καὶ τὴν ἄγνοιαν ἐνδίκως οἰκτείραντος, κατάδηλα δι' ὀνείρων τούτῳ τὰ τῆς δεξαμενῆς ἐποιεῖτο βδελύγματα. Καὶ παραχρῆμα τὴν ἐξ ἀργύρου φιάλην ὑπεξῆγεν ἐκείνην· τὴν δ' ἐκ χαλκοῦ πρεσβύτιδα, λάτριν αὖθις ὡς ἁγνὴν προστίθησι τῷ σεβάσματι οἷα παρθένον καὶ ἄχραντον. Καὶ δῆτα βλύζει παραυτίκα πάλιν τὸ μύρον, καὶ τῶν θαυμάτων ἡ χύσις αὖθις πηγάζει. Στηλιτεύεται δὲ διαπρυσίως τὸ βδέλυγμα· καὶ ἡ πόλις τὴν σφετέραν αὖθις περιβάλλεται δόξαν. Τοῦτο εἰς ὦτα τῷ κρατοῦντι ἀνενεχθὲν διὰ τοῦ τῆς πρώτης ἐπειλημμένου ἀρχῆς· Ἰωάννης οὗτος ὁ Νηστευτὴς ἦν· καὶ ὑπ' αὐτοῦ εἰς τὸν τῶν καταδίκων φόνον ἐξαφθεὶς ὁ κρατῶν, τοῦ βασιλέως μεταμέλῳ καὶ μετανοίᾳ ἰάσασθαι βουλομένου τὸ ἔγκλημα, δικαστήριον μέγιστον συναθροίζεται· καὶ γοήτων πλῆθος ἐμφανίζεται· οἳ καὶ δεινῷ περιπλακέντες ἀφύκτῳ, ἐκεῖνοι μὲν πρὸς κόλασιν ἐξεδίδοντο, τὰς προσηκούσας ποινὰς εἰσπραξόμενοι· ὁ δέ γε Παυλῖνος, ξύλῳ πρὸς τὸ ἄναντες κεχηνότι ἀνασκολοπισθεὶς, αἰσχρῶς τὸ ζῆν ἀποῤῥήγνυσιν· πρότερον τὴν τοῦ παιδὸς τεθεαμένος σφαγήν· ἦν γὰρ δὴ καὶ αὐτῷ μεταδοὺς ἀρκούντως τῆς ἀνοσίου μαγγανείας τὰ τερατεύματα. Τοῦτο μὲν δὴ τοιοῦτον· ὃ δὲ καὶ ἄλλο παράδοξον διεπράχθη κατ' ἐκεῖνο καιροῦ τῇ τοῦ Λόγου Μητρὶ διηγήσομαι.

ΚΕΦΑΛ. ΛΓ'.

Ὅπως ἀξία δίκη μετῄει ποινὰς εἰσπραττομένη οἳ κατὰ τῆς ἁγνῆς Θεομήτορος βλάσφημον κεκινήκασι γλῶτταν.

Ἕλληνές τινες ἔν τινι συμποσίῳ ἐπ' οἴκου τινὸς περὶ οἶνον ποιούμενοι τὴν διατριβὴν, μετὰ τὸ ἄριστον ἐπεὶ καὶ ἱκανῶς διάβροχοι τῷ πότῳ ἐγένοντο, ἔπειτα βλασφημεῖν ἐπεχείρουν καὶ λοιδορεῖσθαι τῇ τοῦ Λόγου Μητρὶ, τελευταῖον τῷ πότῳ σπούδασμα ἐποιοῦντο, ὅσ' ἄν τις ἐννοήσειε τῶν ἀτόπων διατωθάζοντες, καὶ τῷ τῆς οἰκονομίας μυστηρίῳ ἐπεγγελῶντες. Ἐπεὶ δὲ τὸ ἀνόσιον ἔγνωστο, ἐκεῖνοι μὲν τῆς ἀκολάστου γλώσσης ἀξίας εἰσεπράττοντο δίκας· ὁ δὲ τοῦ οἴκου δεσπότης ἔνθα καθήμενοι τῆς ἀτόπου βλασφημίας ἐνεφοροῦντο, καίπερ οὐκ ἀμύητος ὢν, τότε μὲν, ὡς ἐγχωροῦν ἐκείνῳ, διέδρα τὸν κίνδυνον. Οὐ πολλῷ δὲ ὕστερον, νυκτὸς αὐτῷ κοιμωμένῳ, ὄναρ ἡ Θεομήτωρ ἐφίσταται· ἣν ἐρομένην ἀκριβῶς ἥτις

A cultui divinitus manantis unguenti id maxime convenire arbitratus. Atque ille quidem hoc sic fecit. Rivus autem unguenti constitit. Martyr enim ipsa piaculum tantum detestata, gratiam et donum id cohibuit. Haudquaquam enim fas esse, tacens etiam dicebat, ut mundum immundo contingeretur. Hoc postquam diebus plurimis fieri cognovit episcopus, oppido quam graviter tulit, variasque curas in animo ipse suo, quod ipsius culpa Ecclesia commoditate tanta orbari deberet, volutavit. Proinde ad lacrymas et preces conversus, Deo supplicavit, ut hanc rem tam gravem auferret, et facti ejus causam latentem ostenderet. Deus vero rite abominationem eam amoliens, et inscitiam misericordia legitime prosequens, antistiti in somnis
B lancis piaculum manifestat. Ille statim argenteam phialam subducit, et priorem illam æream, perinde atque puram et quasi virginem atque immaculatam ministram cultui religioso restituit. Et ecce tibi derepente unguentum rursum scaturit, et miraculorum latex denuo exundat. Piaculum autem exsecrandum manifesto in apertum producitur, et non aliter quam in publicis columnis incisum proponitur, urbique gloria sua redditur. Ea res ubi ad imperatoris aures, per primariæ sedis episcopum (Joannes is Jejunator erat) relata est, princeps ab eodem episcopo ad reos capitali supplicio persequendos excitatus est (nam is resipiscentia atque pœnitentia crimen corrigere voluit); judicium igi-
C tur maximum cogitur, et maleficorum multitudo ingens producitur. Qui in gravem carcerem conjecti, ad supplicia, debitas persoluturi pœnas, traditi sunt. Inter quos Paulinus in palum summa parte hiantem (1) actus, turpiter vitam finiit: cum prius cædis filii sui spectator fuisset. **852** Siquidem et hunc abunde impiæ imposturæ et maleficii portentis imbuerat. Atque hoc ita est gestum. Quod vero præter opinionem omnem aliud a Verbi matre eodem tempore est actum, id quoque referam.

CAPUT XXXIII.

Ut dignas vindicta divina pœnas exegerit ab eis qui contra immaculatam Dei Matrem blasphemam ausi sunt movere linguam.

Græci quidam sive gentiles, in cujusdam domo
D convivantes, et vino sese invitantes, post prandium, simul atque satis adbiberant, blasphemare et conviciis proscindere Verbi Matrem cœpere: postremum hoc compotationi adhibentes studium, ut quæcunque aliquis eorum excogitare posset, absurda atque indigna, per ea ridens œconomiæ et dispensationis salutis nostræ mysterio illuderet. Impietas ea postquam innotuit, illi quidem condignas petulantis linguæ pœnas dedere. Ædium autem, in quibus confidentes gravi blasphemiæ indulserant, dominus. a sacris nostris non alienus, tum quidem. quod res ita tulerit, periculum effugit. Non multo vero post, noctu ei dormienti in

(1) In crucem scilicet.

somnis Dei Genitrix astitit, cui diligentius, Ecquid se, quænam esset, nosset, percunctanti : postquam ipse, nosse se eam professus est : illa ei contumeliarum indignitatem in memoriam revocavit. Tum ille miser supplex illi esse, veniamque delicti petere : et ne tam cito morte multaretur, sed tempus ei pœnitentiæ relinqueretur, orare. Illa, daturam se hoc ei, neque in præsentia ipsum ita morte pœnas luiturum, promittere : vimine autem, quod manu gestare videbatur, genua ejus circumcirca veluti exarans, circumscribere. Id ubi factum, avolans, ei postea non apparuit. At ille, somno discusso, membra ea quæ vimine notata fuerant, statim ab reliquo corpore disrupta invenit, recenti sanguine profluente. Et in publicum productus, justum omnibus judicium promulgavit. Qui vero id audierunt, laudes Deo, propter tam inopinatum miraculum, cantarunt. Matrem itidem Dei celebrarunt, quæ ita semper Christianorum genus tueretur, quæque novo quodam modo affectionem erga nos suam quamvis præter naturam ejus sit, ut quemquam puniat, vi quadam adacta ostenderet, ut scilicet religio nobis stabilis et firma esset.

εἴη, ἐπεὶ γνωρίζειν διωμολόγει, ἐκείνη τὸ τῶν ὕβρεων ἄτοπον ὑπεμίμνησκεν. Ὁ δ' ἱκέτης ἄθλιος ἦν καὶ συγχωρεῖν ἐδεῖτο, καὶ μὴ ἐκ τοῦ προχείρου ἀναιρεῖν πειρᾶσθαι, ἀλλ' ὑπολιπέσθαι μετανοίας καιρόν. Ἡ δ' ἐπηγγέλλετο τοῦτ' αὐτῷ χορηγεῖν, καὶ μὴ νῦν διδόναι τὰς δίκας. Λύγῳ δὲ ὃν τῇ χειρὶ περιφέρειν ἐῴκει, περικύκλῳ τὰ ἐκείνου γόνατα περιέγραφεν ὥσπερ διαχαράττουσα· καὶ οὕτω διαπραξαμένη, ἀπέπτη ἀφανὴς τοῦ λοιποῦ γενομένη. Ὁ δὲ τὸν ὕπνον ἐκτιναξάμενος, διαῤῥαγέντα εὐθὺς τῆς ὁλομελείας εὑρίσκει τὰ μέλη, ἃ τῷ λύγῳ διέγραψεν, αἵματος νεαροῦ ἀποῤῥέοντος· καὶ προτεθεὶς δημοσίᾳ, πᾶσι τὴν ἔνδικον κρίσιν ἐξήγγελλεν. Οἱ δ' ἀκούοντες, αἶνον ἀνῆγον τῷ παραδόξῳ Θεῷ, καὶ τῇ Μητρὶ τοῦ Θεοῦ οὕτω τοῦ τῶν Χριστιανῶν γένους ὑπερασπιζούσῃ ἀεὶ, καὶ τρόπον ἕτερον τὸ συμπαθὲς ἐπιδεικνυμένῃ, κἂν καὶ παρὰ φύσιν αὐτῇ τὸ κολάζειν, βιαζομένῃ, ὡς ἄν γε τὰ τῆς θρησκείας ἔμπεδα εἴη.

853 CAPUT XXXIV.

De sancto Joanne Jejunatore, archiepiscopali dignitate Constantinopoli ornato.

Tum vero etiam hierarcha urbis Constantinopolitanæ Joannes (1), post episcopatus sui annos tredecim, ex hac vita decessit. Qui quod voluptates expugnarit, animique perturbationes coercuerit, et imperium in ventrem exercuerit, Jejunator a Byzantiis cognominatus est : vir ex idiotarum quidem ille et opificii non inhonesti ordine progressus, sed qui propter præstantem virtutem ad episcopatus fastigium sublatus sit. De quo cum multa alia memoratu digna prædicantur, tum illud maxime celebratur, quod propter suam erga pauperes affectionem et misericordiam (2), pluribus ab imperatore talentis mutuo sumptis, syngrapham illi dederit, qua substantiam suam mutuæ pecuniæ tanquam hypothecam opposuit atque impignoravit. At postquam is e vita migravit, Mauricius, antistitis facultates inquirens, paupertatem eum magnopere consectatum fuisse comperit : eumque de virtute tanta admiratus, syngrapham statim discerpsit : et lectulum tantum ligneum, qui in bonis ejus repertus est, et amiculum laneum tenue admodum, nec non penulam quamdam deformem (fuerat namque Joannes male vestitus, frugalitate vitæ conspicuus) in aulam imperialem inferri jussit, eaque rebus omnibus prætulit. Et jejuniorum solemni tempore deinceps, lectis ex auro et lapillis pretiosis concinnatis, sericisque vestibus, et aliis imperialibus deliciis valedicto,

ΚΕΦΑΛ. ΛΔ'.

Περὶ τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Νηστευτοῦ τοῦ τὴν ἀρχιερατικὴν Κωνσταντινουπόλεως περιβαλλομένου ἀξίαν.

Τηνικαῦτα δὲ καὶ ὁ τὴν ἱεραρχίαν διιθύνων τῆς πόλεως Ἰωάννης μετὰ ἔτη δεκατρία τὸν τῇδε βίον ἀπέλιπεν· ὃς διὰ τὸ καταφιλοσοφῆσαι τῶν ἡδονῶν, τυραννῆσαί τε τῶν παθῶν, καὶ αὐτοκράτορα τῆς κοιλίας γενέσθαι, Νηστευτὴς ὑπὸ τῶν Βυζαντίων κατωνομάζετο· ἀνὴρ ἐξ ἰδιώτου καὶ τέχνης χαράγμασι δεξιᾶς διὰ τὸ τῆς ἀρετῆς ὑπερφέρον εἰς τὸ τῆς ἀρχιερωσύνης ὕψος ἀρθείς. Περὶ οὗ καὶ ἄλλα μὲν πολλοῦ λόγου ἄξια φέρεται· λέγεται δ' οὖν, ὡς συμπαθείας οἴκτῳ τῷ πρὸς τοὺς πένητας ἱκανὰ πρὸς τοῦ αὐτοκράτορος δανείσασθαι τάλαντα, καὶ γραμματεῖον αὐτῷ ἐγχειρίσαι, τὴν οἰκείαν περιουσίαν ταῖς τοῦ δάνους ὁλκαῖς ὑποθέσθαι. Ἐπεὶ δὲ μετῆρεν ἐντεῦθεν, ὁ Μαυρίκιος τὴν τοῦ ἱερέως περιουσίαν διερευνησάμενος, εὑρίσκει τοῦτον τὸ ἀφιλοχρήματον ἐς ἄκρον φιλοσοφήσαντα· καὶ δῆτ' ἀγάμενος τὸν ἄνδρα τῆς ἀρετῆς, διαῤῥήσσει μὲν τὸ γραμματεῖον εὐθύς· μόνον δὲ τὸν παρευρεθέντα σκιμποδίσκον ξύλινον, καὶ τὴν ἐξ ἐρίου σισύραν ἐς τὰ μάλιστα εὐτελῆ, φενόλην τέ τινα ἀκαλλῆ (δυσείμων γὰρ ἦν ὁ ἀνὴρ λιτότητι βίου λαμπόμενος). Ταῦτα δὴ ταῦτα ἀντὶ πάντων ὁ Μαυρίκιος τιμησάμενος, ἐς τὰ βασίλεια μετηγάγετο. Τῷ καιρῷ τοίνυν τῶν νηστειῶν ταῖς χρυσαῖς καὶ λιθοκολλήτοις τῶν κλινῶν, τοῖς τε νήμασι τῶν σηρῶν, καὶ τῇ ἄλλῃ βασιλικῇ τρυφῇ χαίρειν λέγων, τῇ ξυλίνῃ στιβάδι τοῦ ἱερέως παννυχίζων ἐχρῆτο θείας τινὸς ἐντεῦθεν χάριτος οἰόμενος μεταλήψεσθαι. Τότε καὶ τὸ Μαύρων ἔθνος ἐς Λιβύην

(1) Inter Joannem istum et Gregorium episcopum Romanum contentio fuit; quod Joannes œcumenicus episcopus nominari voluerit, cui propterea Gregorius restitit. Blond., Gregor. *Epist.* l. iv, c. 29.

(2) Alii Joannem Eleemosynarium nominant. Cujus sacri cineres in arce Budensi fuere.

πρῶτον ἐφάνη, ἀνακράτος ὑπὸ στρατηγῶν Γερμανῶν τῶν ἐκεῖσε τόπων ἐκνικηθέν.

ΚΕΦΑΛ. ΛΕ'.

Τίνα τεκμήρια προηγήσαντο τῆς τοῦ αὐτοκράτορος Μαυρικίου ἀναιρέσεως· καὶ περὶ τῶν δειχθέντων τεράτων.

Ἐν δὲ τῷ τότε καὶ πλεῖστα σύμβολα διεφάνη τὴν τοῦ αὐτοκράτορος δηλοῦντα διαδοχήν. Πρῶτον μὲν γὰρ κομήτης μέγιστος ὤφθη ἐπὶ πλείστας περιφανῶς διαλάμπων ἡμέρας· καὶ ἄλλο δέ τι ἐπισυμβὰν, τοῦτο μᾶλλον ἐμφανέστερον παρεδήλωσεν. Ἀνὴρ γάρ τις λιτότητι βαθείᾳ τὰ μάλιστα διαζῶν, καὶ ἐν μονήρει βίῳ ἀσκήσεως τῆς τῶν ἀποῤῥήτων θεωρίας μετειληφὼς, καὶ τὰ πρὸς τὸν τῇδε βίον διαλυσάμενος, σπάθην γυμνώσας ἀπὸ τοῦ φόρου (ἐπίσημος δ' οὗτος ὁ χῶρος τῆς πόλεως), μέχρι τῶν προαυλίων τῶν ἀνακτόρων ξιφήρης προῆλθε· καὶ μέγα βοῶν προηγόρευεν, ἐν οὐ πολλῷ τὸν αὐτοκράτορα σύναμα παισὶ καὶ τῇ γαμετῇ φόνῳ μαχαίρας τεθνήξεσθαι. Καιρῷ δὲ θέρους καὶ Ἡρωδιανόν τινα εἰς τοὐμφανὲς τὸ ἐσόμενον τούτῳ προαναγγεῖλαι. Καὶ οὗτος δὲ οὐκ ἄνευ θείας ὀμφῆς διισχυρίζετο ἐπιφανῆ γενέσθαι οἱ τὰ τῆς προῤῥήσεως. Καὶ ἄλλα δὲ τέρατα τηνικαῦτα γεγένηται, ἃ μήποτέ τις ἢ ὄψει ἢ ἀκοῇ παρειλήφει. Ἐν μὲν γὰρ Θρᾴκῃ γυνὴ παιδίον ἐγέννα, πλημμέλημα φύσεως ἄντικρυς. Ὡς ποῤῥωτέρω γὰρ παντάπασιν ἦν ὀφθαλμῶν· βλεφαρίδων τε καὶ ὀφρύων ἄμοιρον ἐτύγχανεν ὄν, καὶ τὴν ἄλλην πλάσιν ἀμόρφωτον καὶ ἀδιατύπωτον. Χειρῶν γὰρ καὶ βραχιόνων ἀπηλλοτρίωτο, πρὸς δὲ τῷ ἰσχίῳ ἰχθύος οὐραῖον ἦν αὐτῷ συμφυές. Ὃ δὴ καὶ ὁ βασιλεὺς θεασάμενος, τὸ μὲν τέρας ἀναιρεῖσθαι προσέταττε, καὶ αὐτίκα τὸ ξίφος ἠσπάζετο· ἡ δὲ τερατοτόκος ἐκείνου μήτηρ, ἐπεὶ μηδὲν συμβαλεῖν τῷ παραδόξῳ διεγινώσκετο, ἀφίετο τοῦ ἐγκλήματος. Τότε δὴ καὶ ὁ τῶν βασιλείων ἵππων ἐπισημότερος τῷ χρυσέῳ κόσμῳ καταλαμπόμενος ἀθρόον πεσὼν διεῤῥάγη. Πρὸ δὲ τοῦ ἄστεος τῆς βασιλίδος καὶ ἕτερα παράδοξα τίκτονται· ἓν μὲν τέτταρας πόδας ἔχον παιδίον, καὶ δικόρυφον ἕτερον. Ἃ δὴ καὶ ἀνιάτῳ ξίφει ὑπήγοντο

ΚΕΦΑΛ. ΛϚ'.

Περὶ τῶν ἐν Νειλῴοις ῥείθροις ἀναφανέντων ἀνθρωπομόρφων ζώων.

Ἐνάτῳ δὲ καὶ δεκάτῳ ἔτει τῆς Μαυρικίου ἀρχῆς, Μηνᾶ τὴν Αἰγυπτιακὴν ἀρχὴν διιθύνοντος, κἀπὶ τοῖς Νειλῴοις ῥείθροις, παραδόξων τινῶν ἐπιφάνεια γίνεται. Ἐπεὶ γὰρ ὁ στρατηγὸς ἐπὶ τὸ Δέλτα ἧκε (χῶρος δὲ οὗτος Αἰγυπτίοις ἐπίσημος, ἐκ τοῦ σχήματος τοῦ στοιχείου τὴν ὀνομασίαν λαβών)· καὶ περὶ πρώτην ἕω ἐπὶ τὰς ὄχθας τὴν ὁδὸν ἐποιεῖτο, ἀθρόον ἐκ τῶν τοῦ ποταμοῦ λαγόνων ἀνήρ τις ἔκπληξιν παρέχων ἀνῄει, γίγαντι τὸ πρόσωπον ἐοικὼς, δριμὺς τὸ βλέμμα, τὴν κόμην ἐπίξανθος, διεσπαρμένας ἔχων καὶ πολιὰς, τὰ στέρνα βαθύς· ἡρωϊκῷ δὲ ἄρα ἐῴκει ἔκ τε τῶν νώτων καὶ βραχιόνων· μέχρι δὲ τῆς κύστεως ἀναῤῥιχώμενος, τὴν ἱστορίαν παρείχετο. Τὰ

ligneo præsulis ejus toro noctibus totis usus est, gratiam quamdam divinam ex eo se consecuturum existimans. Tum quoque Maurorum gens in Libya visa est, a Germanis ducibus bello locis suis expulsa.

854 CAPUT XXXV.

Qualia indicia cædem Mauricii imperatoris præcesserint: et de quibusdam portentis quæ apparuerunt.

Eodem tempore plurima etiam indicia apparuere, imperatoris mortem portendentia. Primum enim cometa maximus visus est, plurimis coruscans diebus. Et alia quæ accidit res, clarius etiam id ostendit. Nam vir quidam qui quam tenuissime vixerat, et in vita solitaria sese contemplatione rerum arcanarum exercuerat, vitæque isti mundanæ renuntiaverat, strictum gladium in foro (celebris hic urbis locus est) usque ad vestibulum aulæ imperialis gerens, processit, et voce magna prædixit, brevi imperatorem una cum liberis et conjuge ferro cæsum iri. Æstatis vero tempore, Herodianus etiam quidam, id quod de imperatore futurum esset, propalam renuntiavit: atque is non sine divina sorte sibi prædictionem eam manifestatam esse confirmavit. Alia insuper prodigia tum temporis accidere, quæ nunquam antea aliquis vel vidit vel audivit. In Thracia siquidem mulier puerum genuit monstrosum prorsus, naturæque ipsius piaculum. Oculis namque, palpebris et superciliis caruit, neque reliqua corporis constitutione formam et effigiem justam habuit: quippe cui neque manus, neque brachia essent, et cui ad coxendices cauda piscis illis innata dependeret. Quod portentum ubi imperator vidit interfici jussit, gladiumque statim exosculatus est. Mater autem quæ monstrum ipsum protulerat, quandoquidem sua culpa ad inopinatum miraculum nihil contulisset, crimine absoluta est. Tum etiam ex imperialibus equis præstantissimus, et aureo ornatu spectatissimus, derepente concidens, ruptus est. In suburbanis autem imperantis civitatis vicis, alia quoque monstra nata sunt: puer videlicet quatuor pedes habens, et biceps alter, uterque vero ferro concisus est.

855 CAPUT XXXVI.

De animantibus humana forma, quæ in flumine Nilo apparuerunt.

Decimo nono imperii Mauricii anno, Mena præfecto Ægyptum gubernante, etiam in flumine Nilo portenta quædam exstiterunt. Postquam namque præfectus in Delta (locus hic apud Ægyptios præclarus est, ex litteræ ejus figura nomen adeptus) venit, et ipso diluculo ad amnis ripam iter fecit, subito ex fluminis alveo vir quidam horrorem secum afferens, prodiit, vultu giganti similis, aspectu gravi, capillo subflavo et canis resperso, pectore ingenti, dorso et brachiis heroicum quiddam præ se ferens, atque pubetenus cum subinde ex undis subsiliret, spectandum se præbens, reliquo vero corpore sub aqua latens: veluti enim erubesce-

ret, sic arcana naturæ occultavit. Eum ubi dux conspexit, solemniter eum identidem adjuravit, siquidem dæmonium esset, ut e conspectu abiret, et in solitudinem se reciperet : sin creatrix aliqua vis id protulisset, ut ne prius spectandum se subduceret, quam omnes inopinato aspectu satiati essent. Itaque animans id (hominem enim dicere non ausim) diutius constitit adjuratione constrictum, seque omnibus conspiciendum præbuit. Tertio deinde die, sub auroram, aliud etiam animans muliebri forma (nam id natura satis indicabat) ex undis emersit. Nam vultus ipsius lævitas, comæ prolixitas, nec non reliqua corporis constitutio, et capilli partim complicati, partim soluti, formæque splendor, feminam esse denuntiabant : sed coma ei subnigra, facies candida, nasus mediocris, et digiti in manibus decentes erant. In ore tenera florebant labia, ubera leniter intumescebant, et papillæ a pubertate recenti paululum prominere conspicienti videbantur. Reliquas mulieris partes flumen occultabat, arcana thalami conjugalis mysteria spectatoribus, perinde atque eis qui sacris secretioribus initiati non essent, subducens. Dux igitur ipse et cohors ejus usque ad occasum solis spectaculo eo oculos pavere, quo tempore et animalia ea intimos amnis recessus subiere, **856** cum silentio sese videnda exhibuissent. Muta namque taciturnitate conspectum sui amatoribus præbuerunt. Ex omnibus vero infaustis hisce indiciis, imperator gravem rerum exitum conjectando colligebat. Et jam tum futuri casus metu perturbabatur : propterea quod, qui diligenter historias conscripserunt, haudquaquam commoda rebuspublicis ejuscemodi prodigiorum ostenta esse, memoriæ prodiderant.

A δ' ἄλλα ἡ τοῦ ὕδατος φύσις ἐκάλυπτεν. Ὡσανεὶ γὰρ αἰσχυνομένῳ ἐῴκει, ὥστε δὴ καὶ τὰ τῆς φύσεως ἀπόῤῥητα ἐκκαλύπτειν. Ὃ δῆτα ὁ ἡγεμὼν θεασάμενος, ὅρκοις πυκνοῖς ἔβαλλεν, εἰ μὲν εἴη δαιμόνιον, καταλύειν τὸ θέατρον καὶ τὴν ἠρεμίαν ἀσπάζεσθαι· εἰ δὲ δημιουργική τις καὶ τοῦτό φροντὶς προηνέγκατο, μὴ λῦσαι τὴν θεωρίαν πρὶν πάντας τῆς παραδόξου θέας ἐμφορηθῆναι. Τὸ μὲν οὖν ζῶον ἐκεῖνο (εἰπεῖν γὰρ ἄνθρωπον οὐ θαῤῥῶ) ἐπὶ πολὺ διήρκει τοῖς ὅρκοις κατεμπεδούμενον, καταφανὲς τοῖς ἅπασι καθορώμενον. Τρίτῃ δ' ἕῳ ἐκ τῆς κοιλίας τοῦ ὕδατος καὶ θηλύμορφον ἕτερον ἀνεδίδοτο· τοῦτο γὰρ ἡ φύσις ἐσήμαινε. Τό τε γὰρ τοῦ προσώπου λεῖον, καὶ τὸ τῆς κόμης σχοινοτενὲς, καὶ ἡ λοιπὴ τοῦ σώματος σύνταξις, αἵ τε περιπλοκαὶ, καὶ τὰ ἔκλυτα, καὶ τὸ B περιλάμπον τῆς ὥρας, τὸ γύναιον καθυπέγραφεν. Ἀλλ' ἡ μὲν κόμη τῷ θήλει διεμελαίνετο· λίαν δὲ τὸ πρόσωπον ἐλευκαίνετο· εὔρινον δ' ἦν καὶ τὰς χεῖρας εὐδάκτυλον, ἁπαλοῖς περιηνθισμένον τοῖς χείλεσιν. Ἐσφρίγα δὲ τῷ μαζῷ, καὶ τῇ φαντασίᾳ ἐδόκει τὸ τιτθίον ἄρτι ὑπὸ τῆς ἥβης προκύπτειν μικρόν. Τὰ δ' ἐφεξῆς τοῦ γυναίου ἡ τῶν ὑδάτων φύσις ἐφύλαττε, τῆς εὐνῆς τὰ μυστήρια, ὥσπερ ἀμυήτους τινὰς τῶν ἀποῤῥήτων τοὺς θεατὰς ἀποκρύπτουσα. Ἡ μὲν οὖν περὶ τὸν ἡγεμόνα τάξις ἄχρι τοῦ κλῖναι τὸν ἥλιον καὶ ὁ ἡγεμὼν ψυχαγωγοῦντες διετέλουν τὰ ὄμματα· κλίναντος δ' ἐκείνου, καὶ τὰ ὁρώμενα κατεδύοντο εἰς τοὺς ἐξαρχῆς τῶν ὑδάτων πυθμένας, ἀφωνίᾳ τὴν ἐπίδειξιν συστησάμενα· ἀφθόγγῳ γὰρ σιωπῇ τὴν ἱστορίαν τοῖς ἐρασταῖς ἐπεδείξαντο. Οἰωνίζετο δ' C ἐπὶ πᾶσι τούτοις τοῖς ἀπαισίοις συμβόλοις ὁ βασιλεὺς δεινῶς ἐσομένων πραγμάτων εἶναι τὴν ἔκβασιν. καὶ ἐπὶ τοῖς παροῦσι δέει τοῦ μέλλοντος ἐταράττετο· ὅτι καὶ οἱ τὰς ἱστορίας ἐπιμελῶς συγγραψάμενοι μὴ εἰς ἀγαθὸν ταῖς πόλεσιν εἶναι τὴν τῶν τοιούτων τεράτων ἐπιφάνειαν ἱστοροῦσιν.

CAPUT XXXVII.

nobis non assentiuntur, veram esse in Christo humanam naturam profitentibus. Postquam autem imperator Leo diem suum obiit, atque Zeno et Anastasius imperii administrationem susceperunt, quam maximam libertatem sibi qui quartæ synodo restiterunt, usurpavere. Eodem tempore et Acephali, quorum dux Severus Antiochenus fuit, unam Verbi et carnis naturam male prædicantes : et præterea Jacobitarum, Theodosianorum, Julianistarum, et plurimorum aliorum catervæ, Ecclesiæ insultarunt, qui Monophysitæ appellati sunt, quod unam Verbi et carnis naturam post ineffabilem unionem in Christo esse sentiant et doceant. **869** Hi vero Acephali sunt nominati, qui henoticum Zenonis imperatoris scriptum, quo scilicet ad unionem ecclesias perducere voluit, propterea quod ille sanctam quartam synodum anathemati non subjecisset, minime receperunt. Acephali autem ob eam causam dicti sunt, quod sub episcopis non fuerint. Proinde episcopis et sacerdotibus apud eos defunctis, neque baptismus juxta solemnem et receptum Ecclesiæ morem apud eos administratus, neque oblatio aut res aliqua divina facta, ministeriumve ecclesiasticum, sicuti mos est, celebratum est. Communionem vero illi a plurimo tempore asservatam habentes, feriis paschalibus in minutissimas incisam partes, convenientibus ad se hominibus dederunt. Quo tempore quam quisque voluisset, placitam sibi sumebat potestatem. Et propterea quod quilibet, quod sibi visum esset, fidei insertum voluit, quamplurima defectorum et hæreticorum turba exorta est : Tritheitarum, Agnoetarum, Theopascitarum, Jacobitarum, Armeniorum, Severitarum, et Aphthartodocitarum, initio a Juliano Halicarnassæo sumpto : qui creatum quidem Domini corpus esse opinatus est, sed idem ab ipsa conceptione incorruptibile esse docuit. Horum cohortem, qui eis adversati sunt, Phantasiastas et Manichæos vocarunt : quemadmodum et illi rursus hos Phthartolatras et Scenolatras nominarunt. Ejus generis hæresibus, et Severitis maxime, Ecclesiæ admodum ingruentibus, Chalcedonensis quoque synodi nomine presso, perquam longo tempore jactata ea est, et exagitata. Unde ingens diu seditio et confusio in Ecclesia exstitit. Ipsa namque plebs ad sanctioris altaris cancellos assistens, plagis se mulctaturam, et cum ignominia ex sacris templis sacerdotes ejecturam comminata est, sicubi ejus synodi mentionem inferre, aut eam sacrosanctis diptychis inscribere, eorumve nomina divinorum Patrum, qui decreta ejus promulgarunt, proferre ausi fuissent. Isti ipsi etiam maximo contenderunt opere, ut sacrum ejus, qui in sanctis est, divi Leonis veteris Romæ episcopi tomum, quem veræ pietatis studiosi rite columnam orthodoxiæ rectæque sententiæ nominarunt, tollerent, quod is synodum eam firmiter fulciret. Tomum eum divinissimus Alexandrinus papa Eulogius postea a se enarratum, optime, atque ita prorsus, ut oportuit com-

A μεταλλάξαντος, Ζήνωνός τε καὶ Ἀναστασίου τὴν βασίλειον ἀρχὴν ὑποζωσαμένων, παῤῥησίαν ὅτι πλείστην οἱ δι' ἐναντίας οὗτοι τῇ δ' συνόδῳ ἰόντες ἐλάμβανον. Τηνικαῦτα δὲ καὶ τὸ τῶν Ἀκεφάλων, ὧν προστάτης ὁ τῆς Ἀντιόχου Σευῆρος ἐγένετο, μίαν φύσιν τοῦ Λόγου καὶ τῆς σαρκὸς κακῶς δογματίζων, καὶ τὸ τῶν Ἰακωβιτῶν, Θεοδοσιανῶν τε καὶ Ἰουλιανιστῶν, καὶ ἑτέρων πλείστων στῖφος τῇ Ἐκκλησίᾳ εἰσέφρησε· οἳ καὶ Μονοφυσῖται ἐκλήθησαν, ἅτε δὴ μίαν φύσιν τοῦ Λόγου καὶ τῆς σαρκὸς μετὰ τὴν ἄῤῥητον ἕνωσιν πρεσβεύοντές τε καὶ δογματίζοντες· οἱ δὲ Ἀκέφαλοι ὠνομάζοντο· οἳ τὸ ἑνωτικὸν τοῦ βασιλέως Ζήνωνος οὐ προσίεντο, οἷς μὴ τῷ ἀναθέματι καὶ τὴν ἁγίαν δ' καθυπέβαλε σύνοδον. Διὰ δὲ τὸ
B ὑπὸ ἐπισκόποις μὴ ἄγεσθαι, Ἀκέφαλοι ὠνομάσθησαν. Ἔνθεν τοι καὶ τῶν παρ' αὐτοῖς ἐπισκόπων καὶ ἱερέων ἐκλελοιπότων, οὐδὲ βάπτισμα κατὰ τὸν Ἐκκλησίας ἐποίουν θεσμόν. Ἀλλ' οὐδὲ προσκομιδή τις ἢ λειτουργία παρ' αὐτοῖς οἷα ἔθος τετέλεστο. Κοινωνίαν δὲ πεφυλαγμένην ἐκ παλαιτέρων ἔχοντες χρόνων, ἐξ αὐτῆς καιρῷ τοῦ Πάσχα σμικροτάτας μερίδας κνίζοντες τοῖς συνιοῦσιν ἐδίδοσαν· ὁπηνίκα καὶ πᾶς τις τὴν ἐκείνῳ θυμήρη ἐντεῦθεν ἐπεσπᾶτο ἀρχήν. Κἀν τῷ θέλειν ἕκαστον τὸ δοκοῦν τῇ πίστει ἐγγίνεσθαι, πλῆθος ὅτι πλεῖστον ἀποσχιστῶν καὶ αἱρέσεων ἀνεφύη· Τριθεῖται καὶ Ἀγνοῆται καὶ Θεοπασχῖται, Ἰακωβῖταί τε, καὶ Ἀρμένιοι, καὶ Σευηρῖται, καὶ Ἀφθαρτοδοκῆται ἀπὸ Ἰουλιανοῦ τοῦ Ἁλικαρνασέως ἀρξάμενοι· ὃς κτιστὸν μὲν εἶναι τὸ τοῦ
C Κυρίου ἐδογμάτιζε σῶμα· ἐξ αὐτῆς δὲ συλλήψεως ἄφθαρτον γεγονέναι. Ὧν τὸ σύνταγμα οἱ δι' ἐναντίας Φαντασιαστὰς καὶ Μανιχαίους ἐκάλουν· ὥσπερ ἐκείνους οὗτοι πάλιν Φθαρτολάτρας καὶ Σκηνολάτρας ὠνόμαζον. Ὧν δῆτα αἱρέσεων καὶ μάλιστα τῶν ἄχρι καὶ αὐτοῦ Σευήρου σφόδρα τῇ Ἐκκλησίᾳ ἐπικειμένων, καὶ ἡ ἐν Χαλκηδόνι σύνοδος ἀμνημόνευτος ἐπιπλεῖστον χρόνου διέμεινε κλονουμένη καὶ μεταφερομένη· καὶ πολλή τις ἐντεῦθεν στάσις καὶ σύγχυσις ἐπὶ μακρὸν τῇ Ἐκκλησίᾳ ἀνεῤῥιπίσθη. Τὰ γὰρ πλήθη πρὸς ταῖς κιγκλίσι τῶν θυσιαστηρίων ἱστάμενοι, παίειν ἠπείλουν καὶ ἀτίμως τῶν ἱερῶν περιβόλων τοὺς ἱερεῖς ἐξωθεῖν, εἴγε μνείαν που τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου ποιεῖν ἕλοιντο, κἀν τοῖς ἱεροῖς διπτύχοις ταύτης καταγραφὴν καὶ ἐκφώνησιν τῶν ἐκθεμένων
D ταύτην θείων Πατέρων. Οἱ δ' αὐτοὶ καὶ πλείστην πάμπαν εἰσῆγον σπουδὴν, καὶ τὸν θεῖον Τόμον τοῦ ἐν ἁγίοις ἱεροῦ Λέοντος τοῦ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης ἀρχιερέως, ἣν στήλην ὀρθοδοξίας οἱ εὐσεβοῦντες ἐνδίκως ὠνόμασαν, ἀνατρέπειν εὖ μάλα, ὡς σφόδρα τὴν σύνοδον ἐπερείδοντα. Ὃν δῆτα καὶ ὁ θειότατος πάππας Ἀλεξανδρείας Εὐλόγιος ἐξηγησάμενος ὕστερον, ἄριστα καὶ ὡς χρεὼν συγκεῖσθαι τοῦτον σαφῶς ἀπεφήνατο· ὃς καὶ ἕτερα πλεῖστα συγγράμματα λόγου καὶ μνήμης ἄξια τῇ Ἐκκλησίᾳ Χριστοῦ καταλέλοιπεν. Μετὰ δὲ τοῦτον χρόνῳ πολλῷ ὕστερον καὶ ὁ τῆς Ἀντιόχου πρόεδρος ὁ ἐκ Σιναίου δηλαδὴ Ἀναστάσιος, πλεῖστον καὶ οὗτος ὑπὲρ τῆς ἁγίας δ'. συνόδου διαμαχόμενος, καὶ πολὺς κατὰ τὰ τῶν Μονοφυσιτῶν καὶ Ἀκεφάλων ῥέων, πᾶσι λόγοις τὸ

στεῤῥὸν ἔχουσι, ἀδαμαντίναις πέδαις παρίστησιν, A ὡς ἄριστά γε καὶ ὀρθοδοξίας ἔμπλεω ταύτην ἐπὶ πᾶσιν ὁρίσαι, πλήρη τε θεοσεβείας εἶναι τὰ ταύτης συνίστησι δόγματα. Οἵ γε μὴν περὶ Διόσκορόν τε καὶ Γάϊον, καὶ τὸν τῆς Ἀντιόχου Σευῆρον, πρὸς δὲ καὶ Ἰάκωβον, καὶ τὸν γραμματικὸν Ἰωάννην, ὃς ἐπεκλήθη Φιλόπονος, τὸν καὶ πλεῖστα συγγράμματα δυσχερῆ τε καὶ δυσεξέλεγκτα κατὰ τῆς τοιαύτης ἐξενηνοχότα συνόδου, ἐναντιούμενοι τῇ συνόδῳ, μίαν μὲν φύσιν, δύο δὲ ὑποστάσεις ἀσεβέστατα γράφοντες ἐδογμάτιζον· καὶ μᾶλλον Σευῆρος βίβλον ὅλην ἐνέταττεν. Πλὴν καὶ οὗτοι τῶν οἰκείων βιβλίων ἐνιαχοῦ δύο φύσεις ἀνομολογοῦσιν ἐπὶ Χριστοῦ· ὅπερ οἱ πολλοὶ μὴ ἀκριβοῦντες εὐσεβὲς δῆθεν ᾠήθησαν, καὶ τρόπον ἕτερον εἰς τὴν ἐκείνων ἀσέβειαν κατηνέχθησαν. B Καὶ ταῦτα μὲν ἐπεκράτει ἄχρι καὶ τῆς Ἰουστινιανοῦ ἀναῤῥήσεως· ἐκείνου δὲ τὰ σκῆπτρα γενναίως ἀνειληφότος, οἱ τῶν αἱρέσεων τούτων προστάται, ἄχρι δὴ καὶ Σευήρου, ὅσα δὴ καὶ κνώδαλα εἰς χηραμοὺς καὶ καταδύσεις τὰς ἑαυτῶν διατριβὰς ἔθεντο, τῆς ἁγίας ε' συνόδου τῶν ρξε' ἁγίων Πατέρων ὑπ' ἐκείνου συγκροτηθείσης· κἂν καὶ οὗτος ἐς ὕστερον Τελχῖνος βασκανίᾳ τινὸς τῇ τῶν Ἀφθαρτοδοκητῶν κατάκρας ἑάλω αἱρέσει τοῦ εὐθέος παρατραπείς· ὥσπερ μοι ἐν τῷ πρὸ τούτου τόμῳ διείληπται. Ὧν δὴ τούτων πλείστων αἱρέσεων τὰς πρὸς ἀλλήλας ἐπιμιξίας καὶ διαιρέσεις καθεξῆς διαλήψομαι.

positum esse, disertis verbis pronuntiavit : **870** qui alia quoque multa scripta lectu digna Ecclesiæ Christi reliquit. Post hunc itidem aliquanto tempore post Antiochenus antistes Anastasius Sinaites, qui et ipse sanctam quartam synodum propugnans, lucubrationibus suis firmissimis Monophysitas et Acephalos refutavit, et argumentis certissimis probavit, eum librum orthodoxiam rectissime plenissimeque in omnibus docere, dogmataque ejus vera pietate refertissima esse. Enimvero Dioscorus, et Gaius, et Antiochenus Severus, Jacobus item, et Joannes Grammaticus Philoponus cognominatus (qui libros plures difficiles, quos refellere non ita promptum sit, contra synodum quartam edidit) eam ipsam synodum oppugnantes, unam quidem naturam, duas autem subsistentias, per summam impietatem, in Christo esse scripserunt et docuerunt : potissimum vero Severus, qui librum integrum de ea re composuit. Verum et ipsi in libris suis alicubi naturas duas in Christo profitentur: quod sane multi non ita accurate observantes, rectum piumque esse existimaverunt, et alio deinde modo in illorum impietatem sunt adducti. Atque hæc quidem sic obtinuerunt, quoadusque Justinianus est imperator renuntiatus. Postquam vero is sceptra imperialia accepit, quæcunque exstitere belluæ, in specus et latibula sua contulere conventicula : cum ille sacram quintam synodum centum sexaginta quinque sanctorum Patrum coegisset. Quamvis et ipse Justinianus postea intemperiis fascinatoris cujuspiam in Aphthartodocitarum hæresim transversim raptus, a recta aberrarit via : sicuti a me in proximo libro est dictum. Cæterum plurimarum istarum hæresum commistionem simul et divisionem deinceps exponam.

ΚΕΦΑΛ. ΜϚʹ. C

Ἔτι περὶ τῶν Μονοφυσιτῶν, ὅτι σφαλερῶς περὶ τῆς τοῦ Θεοῦ Λόγου σαρκώσεως δογματίζουσι.

Ἀλλὰ τί ποτέ ἐστι τὸ παρὰ τῶν Μονοφυσιτῶν δοξαζόμενον, ὧν ὡς ἀπὸ χακίστης ῥίζης αἱ εἰρημέναι αἱρέσεις ἐβλάστησαν ὥσπερ κρίκος ἀλλήλοις ἐχόμεναι, ἤδη ἐρῶ. Ὅταν μὲν γὰρ τὰς συνελθούσας τῷ Θεῷ φύσεις ἑκάστην καθ' ἑαυτὰς διαστήσωσι, δύο ταύτας ἀνομολογοῦσιν ἀναγκαζόμενοι, ὅταν δὲ ἀμφοτέρας εἰς τὴν τοῦ Λόγου ἑνώσωσι σάρκωσιν, οὐ δύο ἀσυγχύτους συνελθούσας φύσεις τιθέασιν, ἀλλὰ μίαν φύσιν σύνθετον. Καὶ γὰρ ἡμῶν μίαν ὑπόστασιν σύνθετον λεγόντων, ἐκεῖνοι μᾶλλον μίαν σύνθετον φύσιν ἀντιτιθέασι. Καὶ τὸν λόγον τῆς θέσεως σφῶν οὑτωσὶ παραδειγματίζουσι λέγοντες, ὅτι ὥσπερ ὁ D ἄνθρωπος ψυχὴν ἔχει καὶ σῶμα, καὶ ἄλλη μέν ἐστι φύσις ψυχῆς, ἄλλη δὲ σώματος, εἴ τις ἑκάστην καθ' ἑαυτὴν θεωροίη· ἐπειδὰν δὲ συνέλθωσιν, ἄνθρωπον ποιοῦσι, μίαν φύσιν ἔχοντα σύνθετον· οὐ γὰρ δεῖ, φασὶ δύο φύσεις λέγειν τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ μίαν σύνθετον· οὕτω δὴ καὶ ἐπὶ τοῦ Σωτῆρος Χριστοῦ οἴονται, ἐκ δύο μὲν συνεστηκέναι φύσεων· μετὰ δὲ τὴν ἕνωσιν μίαν τὰς δύο φύσεις ταύτας γεγονέναι σύνθετον. Ὅπερ τῇ Ἐκκλησίᾳ παντάπασιν ἀποτρόπαιον. Διά τοι τοῦτο καὶ ὁ μέγας ἐν θεολογίᾳ Γρηγόριος τὰ ἐξ ὧν, καὶ ἓν εἶς, καὶ ἅπερ, φησὶ, σώ-

871 CAPUT XLVI.

Præterea de hæresi Monophysitarum ; quod insidiose admodum et periculose de Dei Verbi incarnatione opinantur.

Quod vero tandem Monophysitarum fuerit dogma, a quibus tanquam a radice pessima, quas diximus, hæreses pullularunt ceu circulus aut catena ex sese dependentes, modo dicam. Cum etenim convenientes in Christo naturas, quamlibet per seipsam discernunt, duas eas esse necessitate adducti confitentur. Cum vero utramque in Verbi incarnatione uniunt, non duas illi inconfusibili modo convenientes naturas, sed unam compositam naturam statuunt. Nobis enim unam subsistentiam compositam dicentibus, illi unam potius naturam compositam inferunt. Et rationem sententiæ suæ exemplo confirmantes, dicunt, hominem animam obtinere et corpus : et aliam animæ naturam esse, aliamque item corporis, si quis quamlibet per seipsam contempletur; cum vero illæ coierint, hominem efficere, unam naturam compositam obtinentem. Non enim, inquiunt, duas naturas hominem dicere oportet, sed unam compositam. Atque ad eumdem modum de Servatore Christo opinantur : illum videlicet ex duabus quidem constitisse naturis, post unionem autem duas eas naturas in unam evasisse compositam, quod sane Eccle-

sia tanquam piaculum prorsus aversatur. Quapropter A et magnus theologus Gregorius, de duabus naturis sententiam suam exponens, sapientissime simul et subtilissime dicit, naturam suam eas servare, ex quibus scilicet, et in quibus, et quæ sint. Nam *ex quibus* propterea posuit, ut ex divinitate et humanitate naturam declararet : *in quibus* vero, ut naturas post unionem servaret, neque eas propter mutuam unionem confunderet ; *quæ sint* autem, ne quis aliud Christum post naturarum unionem factum esse existimaret. Dogmatis istius exactiorem rationem inde considerabimus. Corpus nostrum ex quatuor elementis, igne, aere, aqua et terra, constitutum esse, in confesso est, in quibus etiam constitit. Atque in corpore ea ex quibus, et in quibus est, conservantur ; quæ autem sint, non itidem. Siquidem post elementorum unionem corpus nostrum non pure ignis est, neque sincere aer, neque incorrupte aqua, neque germane terra : sed aliud quiddam, quam quatuor ista. **872** Id satis ex sensu ipso patet. Unaquæque enim corporis nostri pars aliud quiddam quam elementa est. Verum in divina unione, non aliud quiddam, post duarum naturarum concursum, factum est : sed idem ipsum est, Christus videlicet, Deus et homo. Porro hæresis ista exquisitior subtiliorque aliis fuit, quod auctores defensoresque habuerit viros sapientes : et potissimum eum quem diximus, Joannem Philoponum, qui sub præsenti, de cujus rebus nunc agimus, imperio viguit, et in Aristotelis perplexitatibus maxime desudavit, et hæresis insuper Tritheitarum, qui dicuntur, dux fuit. De eo quis fuerit, dicendum.

ζοντα, περὶ τῶν δύο φύσεων τοῦτο δογματίζων σοφώτατά τε καὶ ἀκριβέστατα. Τὸ μὲν γὰρ, *ἐξ ὧν*, τέθεικεν, ἵνα τὴν ἐκ θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος δογματίσῃ φύσιν· τὸ δὲ, *ἐν οἷς*, ἵνα τηρήσῃ τὰς φύσεις μετὰ τὴν ἕνωσιν· καὶ μὴ συγχέῃ ταῦτα; διὰ τὴν πρὸς ἀλλήλας ἕνωσιν, τὸ δὲ, *ἅπερ*, ἵνα μὴ οἰηθῇ τις ὅτι ἄλλο γέγονεν ὁ Χριστὸς μετὰ τὴν τῶν φύσεων ἕνωσιν. Καὶ δὴ τὴν τοῦ δόγματος ἀκρίβειαν ἐντεῦθεν σκεψώμεθα. Ἐκ τεσσάρων στοιχείων τὸ ἡμέτερον σῶμα ἀνωμολόγηται, πυρὸς, ἀέρος, ὕδατος, γῆς· ἐν οἷς καὶ τὴν σύστασιν ἔχει. Σώζεται γοῦν ἐν τῷ σώματι καὶ τὸ *ἐξ ὧν* καὶ τὸ *ἐν οἷς*· οὐ μὴν τὸ *ἅπερ*. Μετὰ γὰρ τὴν ἕνωσιν τῶν στοιχείων τὸ ἡμέτερον σῶμα οὔτε καθαρῶς ἐστι πῦρ, οὔτ' εἰλικρινῶς ἀὴρ· οὔτε μὴν ὕδωρ ἀθόλωτον· ἀλλ' οὐδ' ἀνόθευτος γῆ· ἀλλ' ἕτερόν τι παρὰ B τὰ δ'. Καὶ δῆλον ἀπὸ τῆς αἰσθήσεως· ἕκαστον γὰρ τῶν μερῶν τοῦ ἡμετέρου σώματος ἄλλο τι παρὰ τὰ στοιχεῖά ἐστιν. Ἐπὶ δὲ τῆς θείας ἑνώσεως οὐκ ἄλλο τι μετὰ τὴν συνδρομὴν τῶν δύο φύσεων γέγονεν· ἀλλ' αὐτὸ τοῦτό ἐστιν ὁ Χριστὸς Θεὸς καὶ ἄνθρωπος. Γέγονε δὲ τοιαύτη αἵρεσις ὡσανεὶ ἀκριβεστέρα καὶ λεπτοτέρα τῶν ἄλλων, διὰ τὸ προστάτας αὐχῆσαι ἄνδρας σοφοὺς, καὶ μάλιστα τὸν προειρημένον Φιλόπονον Ἰωάννην, ἐπὶ τῆς παρούσης ἡγεμονίας ἀκμάσαντα, καὶ πλεῖστα ταῖς Ἀριστοτέλους πλοκαῖς ἐνιδρώσαντα· ὃς καὶ τῆς τῶν Τριθεϊτῶν λεγομένων αἱρέσεως ἀρχηγὸς ἐγεγόνει. Τίς δὲ ἐστιν οὗτος, ῥητέον.

CAPUT XLVII.

De philosopho Joanne Philopono Tritheita.

Genere fuit Alexandrinus, et philosophus summus : quamvis autem stylo dictioneque sua non admodum sit laudatus, in disputationibus tamen argumentorumque et demonstrationum probationibus, sane quam fuit admirandus, in Platonis et Aristotelis doctrina maximopere versatus. Quapropter eorum, potissimum vero Aristotelis, obscure dictorum luculentissimas reliquit enarrationes, quæ hodie quoque exstant. Hic etiam impio Sergio Constantinopolitanæ tum Ecclesiæ hierarchiæ, admonitus ab eo, ut hæresim ejusmodi constitueret, librum acutissimum composuit, qui Διαιτητὴς, hoc est, *Arbiter*, sive *De unione* inscriptus, decem capitulis omnem eam hæresim contexit. Ad comprobandum autem piaculare suum dogma, omnem prorsus accuratissime movit philosophiam. Multa præterea alia scripta Philoponus iste edidit, ad Græcos et hæreses reliquas, et ad alios quosdam ; in quibus hæc etiam, impium dogma instituens, refert : « Omnia hæc sensui atque oculis subjecta corpora, juxta materiam et formam, ex eo quod non est, in id quod est, producta a Deo sunt : corruptabiliaque sunt, et [redacted] secundum materiam et formam. Pro

C

ΚΕΦΑΛ. ΜΖ'.

Περὶ τοῦ φιλοσόφου Ἰωάννου τοῦ Φιλοπόνου καὶ Τριθεΐτου.

Τὸ μὲν γένος Ἀλεξανδρεὺς ἦν ὁ ἀνήρ· λίαν δὲ ἐστι φιλόσοφος ἀκριβέστατος· κἂν καὶ τὴν ἰδέαν τῶν λόγων οὐ πάνυ τῶν ἐπαινουμένων ἔχων γνωρίζεται· περὶ δὲ τὰς ἀποδείξεις τῶν λόγων πάνυ ἐστὶ θαυμασιώτατος· ἄκρος δ' εἰσάγαν κατὰ τὴν Πλάτωνος καὶ Ἀριστοτέλους παίδειαν· οἷς καὶ πλείω, μάλιστα δὲ τῶν Ἀριστοτέλους ἀποῤῥήτων λαμπροτάτας ἐξηγήσεις κατέλιπεν, αἳ καὶ ἐς δεῦρο δὴ διασώζονται· ὃς καὶ τῷ δυσσεβεῖ Σεργίῳ τηνικαῦτα τῆς Κωνσταντίνου ἱεραρχοῦντι παρακληθεὶς τὴν τοιαύτην συστήσασθαι αἵρεσιν, λόγον δεινότατον D συνεγράψατο, ὃς *Διαιτητὴς*, ἢ *Περὶ ἑνώσεως* ἐπιγέγραπται. Ἐν κεφαλαίοις δὲ δέκα τὴν τῆς αἱρέσεως πᾶσαν τομὴν ἐξυφήνατο. Πρός γε μὴν ἀπόδειξιν τοῦ μυσαροῦ αὐτοῦ δόγματος, πᾶσαν φιλοσοφίαν κεκίνηκεν ἐξακριβωσάμενος. Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα συγγράμματα ὁ ῥηθεὶς Φιλόπονος καταλέλοιπε, πρός θ' Ἕλληνας, καὶ λοιπὰς τῶν αἱρέσεων, καὶ ἑτέρους· ἐν οἷς καὶ ταῦτα συντίθησι δογματίζων ἀθέως· « Τὰ αἰσθητὰ πάντα ταῦτα καὶ ὁρώμενα σώματα, λέγων, κατά τε ὕλην καὶ εἶδος ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παρήχθη ἀπὸ Θεοῦ· φθαρτά τε ταῦτα γενέσθαι καὶ φθείρεσθαι κατά τε ὕλην καὶ εἶδος· καὶ ἀντὶ τούτων ἕτερα σώματα κρείττω του-

A των τῶν ὁρωμένων ἄφθαρτα καὶ αἰώνια δημιουργεῖσθαι ὑπὸ Θεοῦ. » Πρὸς τούτῳ συντέλειαν μέν φησι τοῦ ὁρωμένου τούτου κόσμου, ἤγουν παρέλευσιν, καὶ αὖθις καινοῦ κόσμου ἑτέραν γένεσιν. Ὁρίζεται δὲ καὶ νεκρῶν ἀνάστασιν εἶναι, τὴν τῶν λογικῶν ψυχῶν πρὸς τὸ φθαρτὸν σῶμα ἕνωσιν ἀδιάλυτον. Οἷς οἱ περὶ Κόνωνα ἐναντιούμενοι, αὐτόν τε καὶ τὰ τούτου συγγράμματα ἀπεώσαντο, ὥς μοι ῥηθήσεται· κἂν καὶ πρότερον αὐτὸν ἀπεδέχοντο· « Τὰ σώματα, λέγοντες, κατὰ μὲν τὴν ὕλην οὐ φθείρονται, ἀλλὰ κατὰ μόνον τὸ εἶδος· καὶ πάλιν ἀναμορφοῦνται, κρεῖττον εἶδος προσιεμένης τῆς ἐν αὐτοῖς ὕλης. » Καὶ γένεσιν μὲν κόσμου καὶ οὗτοί φασι κατά τε ὕλην καὶ εἶδος, φθορὰν δὲ αὐτοῦ κατὰ τὸ εἶδος μόνον, οὐ μὴν καὶ κατὰ τὴν ὕλην πάσχειν.
B Ὁρίζονται δὲ καὶ ἀνάστασιν εἶναι νεκρῶν, τὴν τοῦ σώματος τούτου πρὸς τὴν λογικὴν ψυχὴν ἕνωσιν ἀδιάλυτον. Ὁ δὲ Φιλόπονος πρὸς τοῖς εἰρημένοις καὶ ταῦτα φιλοσοφεῖ, ἢ τό γε ἀληθέστερον εἰπεῖν, φληναφεῖ· « Οὐκοῦν ἑκάστη φύσις οὐ μοναχῶς λέγεται τοῦθ' ὅπερ ἐστὶν, ἀλλὰ διχῶς· καθ' ἕνα μὲν τρόπον, ὅταν τὸν κοινὸν ἑκάστης φύσεως λόγον αὐτὸν ἐφ' ἑαυτοῦ θεωρῶμεν, οἷον τὴν ἀνθρώπου φύσιν, ἢ τὴν ἵππου ἐν οὐδενὶ τῶν ἀτόμων γινομένην· » ἑτέραν δὲ ὅταν αὐτὴν δὴ ταύτην τὴν κοινὴν φύσιν ἐν τοῖς ἀτόμοις γινομένην κατίδωμεν, καὶ μερικωτάτην ἐν ἑκάστῳ αὐτῶν λαμβάνουσαν ὕπαρξιν· καὶ οὐδενὶ ἄλλῳ πλὴν ἐκείνῳ καὶ μόνῳ λοιπὸν ἐφαρμόζουσαν. Τὸ γὰρ ἐν ἐμοὶ ζῶον λογικὸν θνητὸν οὐδενὶ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ἐστὶ κοινὸν, οὐδὲ ἡ ἐν τῷδε τοῦ ζώου
C φύσις ἐν ἄλλῳ τινὶ γένοιτ' ἄν. Ὅτι δὲ ταύτας τὰς ἐννοίας περί τε φύσεων ἔχει καὶ ὑποστάσεων ἡ τῆς Ἐκκλησίας διδασκαλία, δῆλον ἐξ ὧν μὲν φύσιν Πατρός τε καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος ὁμολογοῦμεν· τρεῖς δὲ τὰς τούτων ὑποστάσεις εἴτουν πρόσωπα δογματίζομεν· καθ' ἃς ἕκαστον ἰδιότητί τινι ἐκ τῶν λοιπῶν διακρίνεται. Τίς γὰρ ἂν εἴη φύσις μία θεότητος ἢ ὁ κοινὸς τῆς θείας φύσεως λόγος αὐτὸς καθ' ἑαυτὸν θεωρούμενος, καὶ τῇ ψιλῇ ἐπινοίᾳ τῆς ἑκάστου ἰδιότητος κεχωρισμένος; Ὅτι τε ἰδικώτερον πάλιν τὸ τῆς φύσεως γινώσκομεν ὄνομα, τὸν κοινὸν λόγον τῆς φύσεως ἐφ' ἑκάστου τῶν ἀτόμων, ἤγουν τῶν ὑποστάσεων, ἑκάστης ἴδιον γινόμενον θεωροῦντες· καὶ οὐδενὶ λοιπὸν ἑτέρῳ τῶν ὑπὸ τὸ κοινὸν εἶδος ἐφαρμόζειν δυνάμενον, δηλαδὴ πάλιν ἐξ ὧν
D ἐπὶ Χριστοῦ δύο φύσεων ἕνωσιν πρεσβεύομεν· τῆς θεότητος, φημὶ, καὶ τῆς ἀνθρωπότητος. Οὐ γὰρ δὴ τὴν κοινὴν ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριάδος νοουμένην θεότητα σεσαρκῶσθαί φαμεν· οὕτω γὰρ ἂν καὶ τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ ἁγίου Πνεύματος κατηγοροίημεν. Ἀλλ' οὐδὲ τὸν κοινὸν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως λόγον ἡνῶσθαι τῷ Θεῷ Λόγῳ δεξάζομεν. Οὕτω γὰρ ἂν πάλιν καὶ τοῖς πρὸ τοῦ Λόγου ἐπιδημίας γενομένοις ἀνθρώποις, καὶ τοῖς μετ' αὐτὴν ἐσομένοις ἅπασιν ἡνῶσθαι ἂν ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος δικαίως ἐλέγετο. Ἀλλὰ δῆλον ὅτι φύσιν θεότητος ἐνταῦθά φαμεν τὴν ἐν τῇ ὑποστάσει τοῦ Λόγου τῆς κοινῆς θεότητος φύσιν. Ὅθεν καὶ μίαν φύσιν τοῦ Θεοῦ Λόγου σεσαρκωμένην ὁμολογοῦμεν, σαφῶς ἀποκρίνοντες αὐτὴν τοῦ

hisce vero corporibus corpora alia visibilibus istis longe præstantiora, incorruptibilia et sempiterna, a Deo conduntur. » Ad hæc consummationem sive interitum visibilis hujus mundi, ac rursum novi mundi creationem alteram, asserit. 873
Statuit etiam mortuorum resurrectionem esse, rationalium videlicet animarum cum corruptibili corpore indissolubilem unionem. Quibus sententiis renitens Conon, ipsum juxta et lucubrationes ejus, sicuti a me dicetur, rejecit; quamvis eas antea receperit. « Conon ipse corpora dixit non secundum materiam, sed tantum juxta formam occidere, eaque denuo conformari, præstabiliorem speciem materia ipsa recipiente. Mundi ille quoque creationem juxta materiam et formam, interitum autem ejusdem juxta formam solummodo, non autem secundum materiam, ferre dicit. Resurrectionem vero mortuorum esse corporis istius cum anima rationali unionem indissolubilem decernit. » Enimvero Philoponus, præter ea quæ diximus, hæc quoque philosophatur : seu potius, ut verius dicam, nugatur : « Itaque natura quælibet non simpliciter, id quod est, dicitur, sed dupliciter. Uno enim modo, cum communem cujuslibet naturæ rationem ipsam per seipsam contemplamur : veluti hominis aut equi naturam, in nullo individuorum exstantem. » Alio vero modo, cum eam ipsam communem naturam in individuis exsistentem, et particularem maxime in quolibet eorum subsistentiam recipientem, neque cuipiam alii, præterquam illi ipsi soli de cætero convenientem, consideramus. Quod namque in me est animal rationale et mortale, nulli reliquorum homini commune est. Neque quæ in hoc ipso animante est natura, in alio quopiam fuerit. Quod vero has ipsas notiones de naturis et subsistentiis Ecclesiæ doctrina habeat, ex eo constat, quod naturam quidem Patris et Filii et Spiritus sancti profitemur, tres autem horum subsistentias sive personas prædicamus, per quas quælibet proprietate quadam a reliquis discernitur. Quænam etenim sit natura una divinitatis, quam communis divinæ naturæ ratio, ipsa per seipsam considerata, et nuda contemplatione a proprietate cujusque discreta? Et quod proprie et peculiariter rursum naturæ nomen consideremus, dum rationem naturæ in quolibet individuorum sive subsistentiarum communem, propriam atque peculiarem cujuslibet factam, quæ nulli deinceps alii, quod sub communem speciem cadat, coaptari possit, contemplamur, ex eo patet, quod in duabus Christi naturis, unionem divinitatis, inquam, et humanitatis docemus. 874
Non enim communem, quam in sancta Trinitate consideramus divinitatem, incarnatam esse dicimus : sic etenim et Patris et Spiritus sancti incarnationem prædicaverimus; sed neque communem humanæ naturæ rationem unitam esse Deo Verbo opinamur. Eo namque pacto, et qui ante Verbi adventum exstiterunt, et qui postea futuri erant,

sia tanquam piaculum prorsus aversatur. Quapropter et magnus theologus Gregorius, de duabus naturis sententiam suam exponens, sapientissime simul et subtilissime dicit, naturam suam eas servare, ex quibus scilicet, et in quibus, et quæ sint. Nam *ex quibus* propterea posuit, ut ex divinitate et humanitate naturam declararet : *in quibus* vero, ut naturas post unionem servaret, neque eas propter mutuam unionem confunderet; *quæ sint* autem, ne quis aliud Christum post naturarum unionem factum esse existimaret. Dogmatis istius exactiorem rationem inde considerabimus. Corpus nostrum ex quatuor elementis, igne, aere, aqua et terra, constitutum esse, in confesso est, in quibus etiam constitit. Atque in corpore ea ex quibus, et in quibus est, conservantur; quæ autem sint, non itidem. Siquidem post elementorum unionem corpus nostrum non pure ignis est, neque sincere aer, neque incorrupte aqua, neque germane terra : sed aliud quiddam, quam quatuor ista. **872** Id satis ex sensu ipso patet. Unaquæque enim corporis nostri pars aliud quiddam quam elementa est. Verum in divina unione, non aliud quiddam, post duarum naturarum concursum, factum est : sed idem ipsum est, Christus videlicet, Deus et homo. Porro hæresis ista exquisitior subtiliorque aliis fuit, quod auctores defensoresque habuerit viros sapientes : et potissimum eum quem diximus, Joannem Philoponum, qui sub præsenti, de cujus rebus nunc agimus, imperio viguit, et in Aristotelis perplexitatibus maxime desudavit, et hæresis insuper Tritheitarum, qui dicuntur, dux fuit. De eo quis fuerit, dicendum.

ζοντα, περὶ τῶν δύο φύσεων τοῦτο δογματίζων σοφώτατά τε καὶ ἀκριβέστατα. Τὸ μὲν γὰρ, *ἐξ ὧν*, τέθεικεν, ἵνα τὴν ἐκ θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος δογματίσῃ φύσιν· τὸ δὲ, *ἐν οἷς*, ἵνα τηρήσῃ τὰς φύσεις μετὰ τὴν ἕνωσιν· καὶ μὴ συγχέῃ ταύτας διὰ τὴν πρὸς ἀλλήλας ἕνωσιν, τὸ δὲ, *ἅπερ*, ἵνα μὴ οἰηθῇ τις ὅτι ἄλλο γέγονεν ὁ Χριστὸς μετὰ τὴν τῶν φύσεων ἕνωσιν. Καὶ δὴ τὴν τοῦ δόγματος ἀκρίβειαν ἐντεῦθεν σκεψώμεθα. Ἐκ τεσσάρων στοιχείων τὸ ἡμέτερον σῶμα ἀνωμολόγηται, πυρὸς, ἀέρος, ὕδατος, γῆς· ἐν οἷς καὶ τὴν σύστασιν ἔχει. Σώζεται γοῦν ἐν τῷ σώματι καὶ τὸ *ἐξ ὧν* καὶ τὸ *ἐν οἷς*· οὐ μὴν τὸ *ἅπερ*. Μετὰ γὰρ τὴν ἕνωσιν τῶν στοιχείων τὸ ἡμέτερον σῶμα οὔτε καθαρῶς ἐστι πῦρ, οὔτ' εἰλικρινῶς ἀὴρ· οὔτε μὴν ὕδωρ ἀθόλωτον· ἀλλ' οὐδ' ἀνόθευτος γῆ· ἀλλ' ἕτερόν τι παρὰ τὰ δ'. Καὶ δῆλον ἀπὸ τῆς αἰσθήσεως· ἕκαστον γὰρ τῶν μερῶν τοῦ ἡμετέρου σώματος ἄλλο τι παρὰ τὰ στοιχεῖά ἐστιν. Ἐπὶ δὲ τῆς θείας ἑνώσεως οὐκ ἄλλο τι μετὰ τὴν συνδρομὴν τῶν δύο φύσεων γέγονεν· ἀλλ' αὐτὸ τοῦτό ἐστιν ὁ Χριστὸς Θεὸς καὶ ἄνθρωπος. Γέγονε δὲ τοιαύτη αἵρεσις ὡσανεὶ ἀκριβεστέρα καὶ λεπτοτέρα τῶν ἄλλων, διὰ τὸ προστάτας αὐχῆσαι ἄνδρας σοφοὺς, καὶ μάλιστα τὸν προειρημένον Φιλόπονον Ἰωάννην, ἐπὶ τῆς παρούσης ἡγεμονίας ἀκμάσαντα, καὶ πλεῖστα ταῖς Ἀριστοτέλους πλοκαῖς ἐνιδρώσαντα· ὃς καὶ τῆς τῶν Τριθεϊτῶν λεγομένων αἱρέσεως ἀρχηγὸς ἐγεγόνει. Τίς δέ ἐστιν οὗτος, ῥητέον.

CAPUT XLVII.

De philosopho Joanne Philopono Tritheita.

Genere fuit Alexandrinus, et philosophus summus : quamvis autem stylo dictioneque sua non admodum sit laudatus, in disputationibus tamen argumentorumque et demonstrationum probationibus, sane quam fuit admirandus, in Platonis et Aristotelis doctrina maximopere versatus. Quapropter eorum, potissimum vero Aristotelis, obscure dictorum luculentissimas reliquit enarrationes, quæ hodie quoque exstant. Hic etiam impio Sergio Constantinopolitanæ tum Ecclesiæ hierarchiæ, admonitus ab eo, ut hæresim ejusmodi constitueret, librum acutissimum composuit, qui Διαιτητὴς, hoc est, *Arbiter*, sive *De unione* inscriptus, decem capitulis omnem eam hæresim contexit. Ad comprobandum autem piaculare suum dogma, omnem prorsus accuratissime movit philosophiam. Multa præterea alia scripta Philoponus iste edidit, ad Græcos et hæreses reliquas, et ad alios quosdam; in quibus hæc etiam, impium dogma instituens, refert : « Omnia hæc sensui atque oculis subjecta corpora, juxta materiam et formam, ex eo quod non est, in id quod est, producta a Deo sunt : corruptabiliaque sunt, et corrumpuntur, secundum materiam et formam. Pro

ΚΕΦΑΛ. ΜΖ'.

Περὶ τοῦ φιλοσόφου Ἰωάννου τοῦ Φιλοπόνου καὶ Τριθεΐτου.

Τὸ μὲν γένος Ἀλεξανδρεὺς ἦν ὁ ἀνήρ· λίαν δὲ ἐστι φιλόσοφος ἀκριβέστατος· κἂν καὶ τὴν ἰδέαν τῶν λόγων οὐ πάνυ τῶν ἐπαινουμένων ἔχων γνωρίζεται· περὶ δὲ τὰς ἀποδείξεις τῶν λόγων πάνυ ἐστὶ θαυμασιώτατος· ἄκρος δ' εἰσάγαν κατὰ τὴν Πλάτωνος καὶ Ἀριστοτέλους παίδευσιν· οἷς καὶ πλεῖω, μάλιστα δὲ τῶν Ἀριστοτέλους ἀποῤῥήτων λαμπροτάτας ἐξηγήσεις κατέλιπεν, αἳ καὶ ἐς δεῦρο δὴ διασώζονται· ὃς καὶ τῷ δυσσεβεῖ Σεργίῳ τηνικαῦτα τῆς Κωνσταντίνου ἱεραρχοῦντι παρακληθεὶς τὴν τοιαύτην συστήσασθαι αἵρεσιν, λόγον δεινότατον συνεγράψατο, ὃς *Διαιτητὴς*, ἢ *Περὶ ἑνώσεως* ἐπιγέγραπται. Ἐν κεφαλαίοις δὲ δέκα τὴν τῆς αἱρέσεως πᾶσαν τομὴν ἐξυφήνατο. Πρός γε μὴν ἀπόδειξιν τοῦ μυσαροῦ αὐτοῦ δόγματος, πᾶσαν φιλοσοφίαν κεκίνηκεν ἐξακριβωσάμενος. Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα συγγράμματα ὁ ῥηθεὶς Φιλόπονος καταλέλοιπε, πρός θ' Ἕλληνας, καὶ λοιπὰς τῶν αἱρέσεων, καὶ ἑτέρους· ἐν οἷς καὶ ταῦτα συντίθησι δογματίζων ἀθέως· « Τὰ αἰσθητὰ πάντα ταῦτα καὶ ὁρώμενα σώματα, λέγων, κατά τε ὕλην καὶ εἶδος ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παρήχθη ἀπὸ Θεοῦ· φθαρτά τε ταῦτα γενέσθαι καὶ φθείρεσθαι κατά τε ὕλην καὶ εἶδος· καὶ ἀντὶ τούτων ἕτερα σώματα κρείττω του-

των τῶν ὁρωμένων ἄφθαρτα καὶ αἰώνια δημιουργεῖσθαι ὑπὸ Θεοῦ. » Πρὸς τούτῳ συντέλειαν μέν φησι τοῦ ὁρωμένου τούτου κόσμου, ἤγουν παρέλευσιν, καὶ αὖθις καινοῦ κόσμου ἑτέραν γένεσιν. Ὁρίζεται δὲ καὶ νεκρῶν ἀνάστασιν εἶναι, τὴν τῶν λογικῶν ψυχῶν πρὸς τὸ φθαρτὸν σῶμα ἕνωσιν ἀδιάλυτον. Οἷς οἱ περὶ Κόνωνα ἐναντιούμενοι, αὐτόν τε καὶ τὰ τούτου συγγράμματα ἀπεώσαντο, ὥς μοι ῥηθήσεται· κἂν καὶ πρότερον αὐτὸν ἀπεδέχοντο· « Τὰ σώματα, λέγοντες, κατὰ μὲν τὴν ὕλην οὐ φθείρονται, ἀλλὰ κατὰ μόνον τὸ εἶδος· καὶ πάλιν ἀναμορφοῦνται, κρεῖττον εἶδος προσιεμένης τῆς ἐν αὐτοῖς ὕλης. » Καὶ γένεσιν μὲν κόσμου καὶ οὗτοί φασι κατά τε ὕλην καὶ εἶδος, φθορὰν δὲ αὐτοῦ κατὰ τὸ εἶδος μόνον, οὐ μὴν καὶ κατὰ τὴν ὕλην πάσχειν. Ὁρίζονται δὲ καὶ ἀνάστασιν εἶναι νεκρῶν, τὴν τοῦ σώματος τούτου πρὸς τὴν λογικὴν ψυχὴν ἕνωσιν ἀδιάλυτον. Ὁ δὲ Φιλόπονος πρὸς τοῖς εἰρημένοις καὶ ταῦτα φιλοσοφεῖ, ἢ τό γε ἀληθέστερον εἰπεῖν, φληναφεῖ· « Οὐκοῦν ἑκάστη φύσις οὐ μοναχῶς λέγεται τοῦθ' ὅπερ ἐστὶν, ἀλλὰ διχῶς· καθ' ἕνα μὲν τρόπον, ὅταν τὸν κοινὸν ἑκάστης φύσεως λόγον αὐτὸν ἐφ' ἑαυτοῦ θεωρῶμεν, οἷον τὴν ἀνθρώπου φύσιν, ἢ τὴν ἵππου ἐν οὐδενὶ τῶν ἀτόμων γινομένην· » ἑτέραν δὲ ὅταν αὐτὴν δὴ ταύτην τὴν κοινὴν φύσιν ἐν τοῖς ἀτόμοις γινομένην κατίδωμεν, καὶ μερικωτάτην ἐν ἑκάστῳ αὐτῶν λαμβάνουσαν ὕπαρξιν· καὶ οὐδενὶ ἄλλῳ πλὴν ἐκείνῳ καὶ μόνῳ λοιπὸν ἐφαρμόζουσαν. Τὸ γὰρ ἐν ἐμοὶ ζῶον λογικὸν θνητὸν οὐδενὶ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ἐστὶ κοινὸν, οὐδὲ ἡ ἐν τῷδε τοῦ ζώου φύσις ἐν ἄλλῳ τινὶ γένοιτ' ἄν. Ὅτι δὲ ταύτας τὰς ἐννοίας περί τε φύσεων ἔχει καὶ ὑποστάσεων ἡ τῆς Ἐκκλησίας διδασκαλία, δῆλον ἐξ ὧν μὲν φύσιν Πατρός τε καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος ὁμολογοῦμεν· τρεῖς δὲ τὰς τούτων ὑποστάσεις εἴτουν πρόσωπα δογματίζομεν· καθ' ἃς ἕκαστον ἰδιότητί τινι ἐκ τῶν λοιπῶν διακρίνεται. Τίς γὰρ ἂν εἴη φύσις μία θεότητος ἢ ὁ κοινὸς τῆς θείας φύσεως λόγος αὐτὸς καθ' ἑαυτὸν θεωρούμενος, καὶ τῇ ψιλῇ ἐπινοίᾳ τῆς ἑκάστου ἰδιότητος κεχωρισμένος; Ὅτι τε ἰδικώτερον πάλιν τὸ τῆς φύσεως γινώσκομεν ὄνομα, τὸν κοινὸν λόγον τῆς φύσεως ἐφ' ἑκάστου τῶν ἀτόμων, ἤγουν τῶν ὑποστάσεων, ἑκάστης ἴδιον γινόμενον θεωροῦντες· καὶ οὐδενὶ λοιπὸν ἑτέρῳ τῶν ὑπὸ τὸ κοινὸν εἶδος ἐφαρμόζειν δυνάμενον, δηλαδὴ πάλιν ἐξ ὧν ἐπὶ Χριστοῦ δύο φύσεων ἕνωσιν πρεσβεύομεν· τῆς θεότητος, φημὶ, καὶ τῆς ἀνθρωπότητος. Οὐ γὰρ δὴ τὴν κοινὴν ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριάδος νοουμένην θεότητα σεσαρκῶσθαί φαμεν· οὕτω γὰρ ἂν καὶ τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ ἁγίου Πνεύματος κατηγοροίημεν. Ἀλλ' οὐδὲ τὸν κοινὸν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως λόγον ἡνῶσθαι τῷ Θεῷ Λόγῳ δεξάζομεν. Οὕτω γὰρ ἂν πάλιν καὶ τοῖς πρὸ τοῦ Λόγου ἐπιδημίας γενομένοις ἀνθρώποις, καὶ τοῖς μετ' αὐτὴν ἐσομένοις ἅπασιν ἡνῶσθαι ἂν ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος δικαίως ἐλέγετο. Ἀλλὰ δῆλον ὅτι φύσιν θεότητος ἐνταῦθά φαμεν τὴν ἐν τῇ ὑποστάσει τοῦ Λόγου τῆς κοινῆς θεότητος φύσιν. Ὅθεν καὶ μίαν φύσιν τοῦ Θεοῦ Λόγου σεσαρκωμένην ὁμολογοῦμεν, σαφῶς ἀποκρίνοντες αὐτὴν τοῦ

A hisce vero corporibus corpora alia visibilibus istis longe præstantiora, incorruptibilia et sempiterna, a Deo conduntur. » Ad hæc consummationem sive interitum visibilis hujus mundi, ac rursum novi mundi creationem alteram, asserit. 873
Statuit etiam mortuorum resurrectionem esse, rationalium videlicet animarum cum corruptibili corpore indissolubilem unionem. Quibus sententiis renitens Conon, ipsum juxta et lucubrationes ejus, sicuti a me dicetur, rejecit; quamvis eas antea receperit. « Conon ipse corpora dixit non secundum materiam, sed tantum juxta formam occidere, eaque denuo conformari, præstabiliorem speciem materia ipsa recipiente. Mundi ille quoque creationem juxta materiam et formam, interitum autem
B ejusdem juxta formam solummodo, non autem secundum materiam, ferre dicit. Resurrectionem vero mortuorum esse corporis istius cum anima rationali unionem indissolubilem decernit. » Enimvero Philoponus, præter ea quæ diximus, hæc quoque philosophatur : seu potius, ut verius dicam, nugatur : « Itaque natura quælibet non simpliciter, id quod est, dicitur, sed dupliciter. Uno enim modo, cum communem cujuslibet naturæ rationem ipsam per seipsam contemplamur : veluti hominis aut equi naturam, in nullo individuorum exstantem. » Alio vero modo, cum eam ipsam communem naturam in individuis exsistentem, et particularem maxime in quolibet eorum
C subsistentiam recipientem, neque cuipiam alii, præterquam illi ipsi soli de cætero convenientem, consideramus. Quod namque in me est animal rationale et mortale, nulli reliquorum homini commune est. Neque quæ in hoc ipso animante est natura, in alio quopiam fuerit. Quod vero has ipsas notiones de naturis et subsistentiis Ecclesiæ doctrina habeat, ex eo constat, quod naturam quidem Patris et Filii et Spiritus sancti profitemur, tres autem horum subsistentias sive personas prædicamus, per quas quælibet proprietate quadam a reliquis discernitur. Quænam etenim sit natura una divinitatis, quam communis divinæ naturæ ratio, ipsa per seipsam considerata, et nuda contemplatione a proprietate cujusque discreta? Et
D quod proprie et peculiariter rursum naturæ nomen consideremus, dum rationem naturæ in quolibet individuorum sive subsistentiarum communem, propriam atque peculiarem cujuslibet factam, quæ nulli deinceps alii, quod sub communem speciem cadat, coaptari possit, contemplamur, ex eo patet, quod in duabus Christi naturis, unionem divinitatis, inquam, et humanitatis docemus. 874
Non enim communem, quam in sancta Trinitate consideramus divinitatem, incarnatam esse dicimus : sic etenim et Patris et Spiritus sancti incarnationem prædicaverimus; sed neque communem humanæ naturæ rationem unitam esse Deo Verbo opinamur. Eo namque pacto, et qui ante Verbi adventum exstiterunt, et qui postea futuri erant,

hominibus omnibus, unitum esse Dei Verbum recte dicatur. Cæterum satis liquet, nos hic divinitatis naturam dicere eam quæ est in subsistentia Verbi, non communis divinitatis naturam. Itaque etiam unam naturam Dei Verbi incarnatam esse profitemur; diserte eam a Patre et Spiritu sancto secernentes : ita ut hic quoque communem naturæ rationem, propriam jam Dei Verbi esse intelligentes, Verbi naturam incarnatam dicamus. Et naturam itidem humanitatis unitam Verbo dicentes, particularem maxime illam subsistentiam, quam solam ex omnibus Verbum assumpsit, sentimus.

A τε Πατρὸς καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· ὥστε κἀνταῦθα τὸν κοινὸν τῆς φύσεως λόγον ἴδιον τοῦ Θεοῦ Λόγου νενοηκότες, σεσαρκῶσθαί φαμεν τοῦ Λόγου τὴν φύσιν· καὶ φύσιν πάλιν ἀνθρωπότητος λέγοντες ἡνῶσθαι τῷ Λόγῳ, τὴν μερικωτάτην ἐκείνην ὕπαρξιν, ἣν μόνην ἐκ πασῶν ὁ Λόγος προσείληφε, δογματίζομεν.

CAPUT XLVIII.

Præterea de hæresi Monophysitarum, quod ea insidiose admodum et periculose de Dei Verbi incarnatione opinatur.

Sed Philoponus cum sectatoribus suis, communem humanam naturam, ipsamque etiam divinam, quam indivisibilem dicimus, in plurimas partitur personas, discernens eam, et singulatim individuis tribuens, et tribus supersubstantialis naturæ subsistentiis dispertiens. Id vero ipsum a recte sentientibus prorsus est alienum : quemadmodum hoc magnus in theologia vir Gregorius clarissime in libro ad Evagrium monachum de divinitate scripto, astruit. Quin etiam post illum eruditi quidam homines, ea quæ perperam a Philopono prolata sunt, refellerunt. Et cum plerique alii scriptis suis ea oppugnarunt, tum Leontius monachus omnium maxime egregium librum triginta capitum contra illum conscripsit, quo simul et hæresim eam prorsus evertit, et piam nostram sententiam valde confirmat. Post hunc et admirandus ille diaconus atque referendarius Georgius Pisides, æqualis sive coætaneus illius, quamvis ætate aliquanto junior, iambis pulcherrimis, quos scribere consueverat, cum dicta hæresi congressus, **875** rem seriam ludicro temperando, ad hunc modum refert, absurditatem illius refutans :

Unam atque mox unam lapillo computat:
At unam et unam forte si unam dixeris,
Pueri vel ipsi tale dictum riserint.

Quod autem versiculis hic expressit, sic habet : Profiteris, inquit, Philopone, philosophorum omnium laboriosissime et sapientissime, duas naturas in Verbo unitas esse: unam divinitatis, et unam humanitatis. Si ergo duas naturas dicis in eo convenisse, quomodo duas in unam rursus contrahis ? Una namque et una duæ sunt, non una. Itaque si quis in eadem subjecta re duo quædam prædicando indicet, eaque ipsa rursum in unum redigat, ridendum se merito præbeat. Talis Monophysitarum fuit hæresis, impii Nestorii hæresi prorsus contraria. Nestorius enim, propter duas naturas, duas etiam subsistentias numerat, isti vero propter unam subsistentiam unam quoque substantiam et naturam. Verum Nestorii hæresis, ut de hac rursus agamus, non dicit Deum hominem factum esse, neque de cœlo descendisse, et humanæ na-

ΚΕΦΑΛ. ΜΗ'.

Ἔτι περὶ τῶν Μονοφυσιτῶν, ὅτι σφαλερῶς περὶ τῆς τοῦ Θεοῦ Λόγου σαρκώσεως δογματίζουσι.

B Ἀλλ' ὁ μὲν Φιλόπονος καὶ ὅσοι ἐκείνου σύμφρονες, τὴν κοινὴν ἀνθρωπείαν φύσιν, καὶ αὐτὴν δὲ τὴν θείαν ἣν φαμεν ἀδιαίρετον, εἰς πλεῖστα διίστησι πρόσωπα, ἀποδιαιρῶν αὐτὴν κατὰ μόνην ἑνιστῶν τοῖς ἀτόμοις, καὶ ταῖς τρισὶ μερίζων τῆς ὑπερουσίου φύσεως ὑποστάσεσι. Τοῦτο δὲ πάντῃ ἀλλότριον τοῖς ὀρθόφροσιν· ὡς δὴ καὶ ὁ μέγας ἐν θεολογίᾳ Γρηγόριος τοῦτο ἀριδηλότατα παριστᾷ ἐν τῷ πρὸς Εὐάγριον μοναχὸν λόγῳ περὶ θεότητος. Οὐ μὴν δὲ καί τινες τῶν μετέπειτα λογίων ἀνεξέλεγκτα παρῆκαν τὰ τῷ Φιλοπόνῳ κακῶς ἐξενηνεγμένα. Ἀλλὰ πολλοὶ μὲν καὶ ἄλλοι τούτοις ἀντέθεντο· μάλιστα δὲ πάντων ὁ μοναχὸς Λεόντιος γενναίως ἐν λ' κεφαλαίοις βίβλον ὅλην τούτοις ἀντέστησεν, ἄρδην μὲν τὴν τοιαύτην αἵρεσιν ἀνατρέπουσαν, σφόδρα δὲ καὶ τὸ καθ' C ἡμᾶς εὐσεβὲς δόγμα κρατύνουσαν. Ἐπὶ δὲ τούτῳ καὶ ὁ θαυμάσιος διάκονος καὶ ῥαιφερενδάριος Γεώργιος ὁ Πισσίδης, ἡλικιώτης ὢν ἐκείνῳ, εἰ καὶ τῷ χρόνῳ λίαν νεώτερος, ἐν ἰάμβων μέτροις ἀρίστοις, ὥσπερ εἴθιστο γράφειν, πρὸς τὴν εἰρημένην αἵρεσιν ἀντιβὰς, καὶ παιδιὰν σπουδῇ κεραννὺς, οὕτω πως διεξέρχεται, σφόδρα διελέγχων τὸ ἄτοπον·

Ψηφίζεται θᾶττον μίαν τε καὶ μίαν·
Εἰ γὰρ μίαν τε καὶ μίαν λέγεις μίαν,
Γέλως τὸ λεχθὲν γίγνεται καὶ παιδίοις.

Ὁ δέ φησι τοιοῦτόν ἐστιν· Ὁμολογεῖς, φησὶ, φιλοπονώτατε καὶ φιλοσοφώτατε, δύο φύσεις ἡνῶσθαι τῷ Λόγῳ· μίαν τῆς θεότητος καὶ μίαν τῆς ἀνθρωπότη- D τος. Εἰ τοίνυν δύο φύσεις λέγεις συνεληλυθέναι αὐτῷ, πῶς εἰς μίαν αὖθις τὰς δύο συστέλλεις; φησί· μία γὰρ καὶ μία δύο, ἀλλ' οὐχὶ μία. Γέλως γοῦν εἴ τις κατὰ τοῦ αὐτοῦ ὑποκειμένου δύο κατηγοροίη τινὰ, καὶ αὖθις ἓν πάλιν τὰ τοιαῦτα ποιοῖτο. Ἀλλὰ τοιαύτη μὲν ἡ τῶν Μονοφυσιτῶν αἵρεσις, ἐναντιωτάτη πάμπαν τῇ τοῦ δυσσεβοῦς Νεστορίου αἱρέσει καθεστηκυῖα. Ὁ μὲν γὰρ Νεστόριος διὰ τὸ διττὸν τῶν φύσεων καὶ δύο ὑποστάσεις καταριθμεῖ· οἱ δὲ διὰ τὴν μίαν ὑπόστασιν καὶ μίαν οὐσίαν καὶ φύσιν τίθενται εἶναι. Πλὴν ἡ τοῦ Νεστορίου αἵρεσις, ἵνα περὶ ταύτης καὶ αὖθις διαληψώμεθα, οὔ φησι τὸν Θεὸν ἄνθρωπον γενέσθαι, οὐδ' ἐξ οὐρανοῦ καταβῆναι, καὶ τῇ ἀνθρωπίνῃ ἑνωθῆναι φύσει οὐσιωδῶς·

ἀλλά τινα σχετικὴν διάθεσιν. Φησὶ γὰρ ἑνωθῆναι τὸν Θεὸν Λόγον τῷ ἐκ Μαρίας ἀνθρώπῳ, ὥσπερ εἴ τις φίλος φίλῳ ἕνωσιν διὰ σχέσεως ποιοῖτο. Καὶ λανθάνει μὲν πολλοὺς ἕνωσιν ὀνομάζων Θεοῦ καὶ ἀνθρώπου· τὸ δ' ἀληθὲς διάστασιν καὶ οὐχ ἕνωσιν σαφέστατα δογματίζει· τὸ γὰρ λέγειν μὴ οὐσιωδῶς ἑνωθῆναι τῷ ἀνθρώπῳ τὸν Θεὸν Λόγον, ἀλλὰ κατὰ φιλικήν τινα σχέσιν, οὐχ ἕνωσις ἀκριβής, ἀλλὰ διάζευξις ἀληθής. Ὅθεν τὸν αὐτὸν καὶ ψιλὸν ἄνθρωπον καὶ ὑψηλὸν ἔλεγεν ὁ Νεστόριος· ψιλὸν μὲν, ὡς ἐστερημένον τῆς οὐσιώδους τοῦ Θεοῦ ἑνώσεως, ὑψηλὸν δὲ, ὡς ἐκ πρώτης γενέσεως τετελειωμένον ταῖς ἀρεταῖς. Ἔνθεν τοι καὶ τὴν ὡς ἀληθῶς Θεοτόκον οὐ Θεοτόκον ὁ ἀλιτήριος κατωνόμαζεν, ἀλλὰ Χριστοτόκον ἐκάλει, ὡς ἄνθρωπον θεῖον δῆθεν καὶ Θεοῦ φίλον γεννήσασαν· καὶ ὡς χρίσμα τι λαβόντα παρὰ Θεοῦ, προφητικὸν ἢ βασιλικὸν καὶ ἀρχιερατικὸν ἀξίωμα· μὴ μέντοι γε δὴ καὶ οὐσιωδῶς Θεῷ ὁμιλήσαντα διὰ τῆς ἐνανθρωπήσεως. Καὶ ταῦτα μὲν ὁ Νεστόριος· ὁ δὲ ἀτυχέστατος τὰ κρείττονα Εὐτυχὴς Θεὸν μὲν ὡμολόγει τεχθῆναι ἀπὸ τῆς ἀχράντου παρθένου καὶ Θεοτόκου, καὶ τοῦτο μόνον ἐτίθετο εὐσεβῶς· πεπλασμένην δὲ τὴν σάρκα ἐδόξαζε, καὶ ὅσα ἑξῆς. Τὸν γὰρ Θεὸν αὐτὸν Λόγον τραπέντα ἀτρέπτως, καὶ σάρκα γενόμενον, φαντάσαι τὴν οἰκονομίαν· διὸ καὶ πάντα τὰ σωματικὰ τοῦ Θεοῦ φαντασιώδη ἔλεγεν εἶναι· καὶ αὐτὸ δὲ τὸ σταυρῷ παγῆναι φύσιν ἐκείνην τὴν θείαν καὶ ἀπερίγραπτον φαντασιωδῶς γενέσθαι ὡρίζετο. Καὶ τὰ μὲν τῶν δύο τούτων αἱρέσεων, τῶν ἀλλήλαις παντάπασιν ἐναντίων, ὡς εἴρηται, τῶν τε Νεστοριανῶν, φημὶ, καὶ Μονοφυσιτῶν, ἧς ὁ Ἀλεξανδρεὺς Ἰωάννης, ὁ καὶ Φιλόπονος προὔστη ἐς ὕστερον, ἐπὶ τόσον εἰρήσθω.

turæ substantia ipsa unitum esse, sed habitu quodam et affectione. Unitum namque Deum Verbum sic homini ex Maria prognato refert, uti se amicus amico per affectionem unit. Et multos Nestorius, unionem Dei et hominis nominans, latenti quadam fraude fallit: reipsa autem divisionem, non unionem apertissime docet. Si namque dicas, non substantia ipsa Deum Verbum homini, sed amica quadam affectione unitum esse, non unio certa, sed disjunctio vera fuerit. Quapropter eumdem et tenuem et sublimem hominem idem Nestorius dixit: tenuem quidem, veluti substantiali Dei unione destitutum; sublimem vero, tanquam a prima nativitate virtutibus perfectum. Proinde etiam revera Dei Genitricem, non Dei Genitricem homo nefarius nominavit, sed Christi Genitricem vocavit: perinde atque divinum hominem et Deo amicum genuerit, qui unctionem quampiam a Deo, propheticam videlicet aut regalem et pontificalem dignitatem acceperit, non autem substantia etiam ipsa Deo unitus per incarnationem fuerit. Atque hæc quidem Nestorius. Infelicissimus autem melioribus etiam rebus suis Eutyches, **876** Deum quidem natum esse ex immaculata Virgine et Dei Genitrice profitetur, idque ipsum solum recte pieque posuit, fictam vero carnem ejus fuisse opinatus est, et quæ præterea illis alia perperam docuit. Ipsum namque Deum verbum dixit immutabili modo mutatum et carnem factum, in speciem finxisse atque assimulasse salutis nostræ œconomiam et dispensationem. Itaque corporalia omnia in speciem phantasia quadam simulata atque ficta ei affuisse asseruit. Et hoc ipsum, quod natura illa divina, quæ circumscribi et comprehendi nequit, cruci affixa sit, in speciem per phantasiam gestum esse statuit. De duabus hisce hæresibus inter se prorsus, sicuti diximus contrariis, Nestorianorum, inquam, et Monophysitarum, quibus postea Joannes Philoponus Alexandrinus præiit, hactenus sit dictum.

ΚΕΦΑΛ. ΜΘ'.

Περὶ τοῦ φιλοσόφου Ἰωάννου, τοῦ Φιλοπόνου καὶ Τριθεΐτου.

Λέγεται μέντοι καὶ ταύτης δὴ τῆς αἱρέσεως τὸν Σευῆρον πρότερον καθηγήσασθαι, προστῆναι δ' ἐς ὕστερον τὸν Φιλόπονον· μετὰ δὲ Σευῆρον διαδέξασθαι πρῶτον τὴν αἵρεσιν ταύτην Θεοδόσιον τὸν παρ' ἐκείνοις πάππαν Ἀλεξανδρείας γενόμενον, εἶτα καὶ ἄλλους· ἐξ ὧν καὶ οἱ Ἀγνοῆται λεγόμενοι καὶ οἱ Κοντοβαδδῖται, ἀπό τινος τόπου κληρωσάμενοι τὸ ἐπώνυμον· οἳ δὴ καὶ Θεοδοσιανοὶ, ὡς τὸν προειρημένον μᾶλλον δεχόμενοι Θεοδόσιον, ὠνομάσθησαν· ὕστερον δ' ὑπ' ἐκείνου παραπεμφθέντες τῷ ἀναθέματι, ὡς τὸ τῆς ἀγνοίας ἀγνοήματι παραπεπτωκότες. Οἱ μέντοι ἄλλοι, ὡς μὴ τὸν παρ' ἐκείνου ἐκτεθέντα περὶ Τριάδος λόγον εἰσδεδεγμένοι, Κοντοβαδδῖται ἀπὸ τοῦ τόπου ἐκλήθησαν· οἳ δὴ ὡς τὸν Σευῆρον μόνον δεχόμενοι, Σευηρῖται ἐκλήθησαν. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλο Σευηριτῶν σύνταγμα τῶν καὶ Θεοδοσιανῶν, οἳ καὶ ἄμφω τούτους προσίεντο· πρὸς δὲ καὶ Παῦλον τὸν ἐπίκλην Μελανόν. Καὶ τρίτοι δέ εἰσι

CAPUT XLIX.

De philosopho Joanne Philopono Tritheita.

Fertur sane, sectæ istius ducem primum Severum fuisse, postea autem Joannem Philoponum eam defendisse. Porro autem post Severum hæresim hanc primum recepisse Theodosium, qui apud eos Alexandriæ papa factus est. Deinde et alios, a quibus et qui Agnoetæ dicuntur, et Contobabditæ, a loco quodam nomine hoc sumpto, prodierunt: qui et Theodosiani, quod scilicet eum quem diximus, Theodosium potissimum consectati sint, sunt appellati: sed postea ab illo anathemati subjecti sunt. Ita ut ignorantiæ hæresis intercidens, ignorantiæ mandata sit. Alii autem, quod scriptum ejus de Trinitate compositum non receperint, Contobabditæ a loco, sicuti diximus, nominati sunt. Ii quoque, quod Severum tantum receperint, Severitarum nomen habuere. Est alia etiam Severitarum cohors, qui et Theodosiani vocantur: propterea quod ambos hosce admiserint,

tertiumque insuper Paulum cognomento Nigrum. Tertii præterea Severitæ sunt, qui et ipsi Theodosiani dicuntur, et Angelitæ, et Damianistæ; ii episcopos suos quoque habent, a quibus congruentia nomina accipiunt; episcopos soli Contobabditæ non recipiunt. Porro Severitæ isti, qui iidem et Theodosiani et Angelitæ, necnon et Damianistæ sunt, **877** alium esse dicunt Patrem, alium esse Filium, et alium Paracletum, Spiritum videlicet sanctum; non esse autem horum quemque per seipsum naturam, sed habere communem Deum sive deitatem in eis exsistentem: atque de ea deitate indivisibili modo participantes, quemlibet esse Deum. Unam autem subsistentiam opinantur esse, Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum: communem vero ipsum Deum, substantiam et naturam. Cæterum Angelitæ isti ab adversariis ita appellati sunt, a quodam Alexandriæ loco, Angelii nomen habente: in quo scilicet, qui primas apud eos ferunt, conventus cogebant. Hos iidem adversarii Sabellianistas etiam, et Tetraditas nominarunt. Sunt rursum alii etiam quarti Severitæ, iidemque Petritæ, nomen id ab episcopo quodam suo Petro consecuti: qui Severo et Theodosio recepto, Paulum et Damianum non admiserunt, quippe opinionem utriusque improbantes: et quod cum Ecclesia catholica communicantes, synodum quartam non approbarunt. Profitentur siquidem illi Deum, secundum veritatem et essentiam et naturam quamque per seipsam: Patrem et Filium et Spiritum sanctum dicentes, non numero, sed per omnia simili essentia. Eos Paulus et Damianus Tritheitas nominarunt: sicuti illi hosce quandoque etiam Sabellianistas, sicuti modo dixi. Insuper alia quoque quinta Severitarum et Theodosianorum secta est, qui Cononitæ dicti sunt, et qui Severum et Theodosium, et episcopum præterea apud eos quemdam Cononem, a quo etiam nominati sunt, probant. Profitentur sane et isti, revera Deum quidem esse et naturam et essentiam quamque, Patrem videlicet et Filium et Spiritum sanctum: ad hæc, tres quoque personas dicunt, ipsam nimirum sanctam Trinitatem, et subsistentias tres. Tres autem numero substantias et naturas per omnia similes, secundum deitatem dicentes, unamque substantiam sive naturam, et unam deitatem sive Deum, sanctam et consubstantialem profitentes Trinitatem, non numero, sed per omnia simili deitate, tres deos aut tres deitates omnino dicere tergiversantur. Isti sane neque Damianum, neque Paulum, neque adeo postremum apud eos Petrum receperunt. Quos ipsos Damianistæ et Pauliani et Petritæ Tritheitas primi appellarunt. **878** Discesserunt autem ab eis, propterea quod illi tres deos, sive tres deitates dicere, Patrem et Filium et Spiritum sanctum, renuentes, tres quoque dicere numero substantias æquales, et nihil prorsus variantes detrectant. Hi autem tres quidem deos seu tres deitates dicere super-

A Σευηρῖται, οἳ καὶ Θεοδοσιανοὶ καὶ Ἀγγελῖται, καὶ Δαμιανισταί· οἳ καὶ ἐπισκόπους σφῶν δέχονται, ἀφ' ὧν παρωνύμως κικλήσκονται· οὓς οἱ Κοντοβαβδῖται μόνοι οὐ δέχονται· οἳ δὴ Σευηρῖται οὗτοι, οἱ καὶ Θεοδοσιανοὶ καὶ Δαμιανισταί, ἄλλον μὲν εἶναι λέγουσι τὸν Πατέρα, ἄλλον δὲ τὸν Υἱόν, καὶ ἄλλον τὸν Παράκλητον, τὸ ἅγιον δηλαδὴ Πνεῦμα. Μὴ εἶναι δὲ τούτων ἕκαστον καθ' ἑαυτὸν φύσιν, ἀλλ' ἔχειν κοινὸν Θεόν, ἤγουν θεότητα ἐνύπαρκτον καὶ ταύτης μετέχοντας ἀμερίστως, εἶναι Θεὸν ἕκαστον. Μίαν δὲ ὑπόστασιν δοξάζουσι τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸν δὲ κοινὸν αὐτὸν Θεὸν οὐσίαν καὶ φύσιν. Ἀγγελῖται δὲ τοιοῦτοι ἀπὸ τῶν δι' ἐναντίας ἐκλήθησαν, ἔκ τινος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τόπου, Ἀγγελίου καλουμένου, ἐν ᾧ καὶ τὴν συναγωγὴν οἱ B τὰ πρῶτα παρ' αὐτοῖς φέροντες εἶχον· οὓς οἱ ἐξ ἐναντίας καὶ Σαβελλιανιστὰς καὶ Τετραδίτας ὠνόμασαν. Τέταρτοι πάλιν ἕτεροι Σευηρῖται, οἱ καὶ Πετρῖται ὄνομα ἔσχον ἀπό τινος ἐπισκόπου αὐτῶν Πέτρου τὴν κλῆσιν· οἱ Σευῆρον καὶ Θεοδόσιον ἀποδεχόμενοι, Παῦλον καὶ Δαμιανὸν οὐ προσίεντο, ἀθ' ἑκατέρων τὴν δόξαν ἐπαιτιώμενοι· καὶ ὅτι τῇ καθόλου κοινωνήσαντες Ἐκκλησίᾳ τὴν δ' οὐ προσήκαντο σύνοδον. Ὁμολογοῦσι γὰρ Θεὸν κατὰ ἀλήθειαν καὶ οὐσίαν καὶ φύσιν ἕκαστον καθ' ἑαυτήν, τὸν Πατέρα, καὶ τὸν Υἱόν, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα λέγοντες οὐχ ἀριθμῷ, ἀλλὰ τῇ ἀπαραλλάκτῳ οὐσίᾳ. Οὓς Τριθεΐτας οἱ περὶ Παῦλον καὶ Δαμιανὸν κατωνόμαζον· ὡς ἐκεῖνοι τούτους ποτὲ μὲν Τετραδίτας, ποτὲ δὲ καὶ Σαβελλιανι- C στάς, ὥς μοι προείρηται· ἐν τούτοις ἄλλο πάλιν πέμπτον τμῆμα Σευηριτῶν καὶ Θεοδοσιανῶν, οἳ Κονωνῖται ἐκλήθησαν· οἳ δὴ Σευῆρον καὶ Θεοδόσιον δέχονται, πρὸς δὲ καί τινα ἐπίσκοπον παρ' αὐτοῖς ὄνομα Κόνωνα· οἳ δὴ καὶ αὐτοὶ ὁμολογοῦσι μὲν κατὰ ἀλήθειαν Θεὸν μὲν εἶναι καὶ φύσιν καὶ οὐσίαν ἕκαστον, τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Ἔτι γε μὴν καὶ τρία πρόσωπα φασί, τὴν ἁγίαν Τριάδα, καὶ ὑποστάσεις τρεῖς. Τρεῖς δέ τινας τῷ ἀριθμῷ οὐσίας καὶ φύσεις ἀπαραλλάκτους κατὰ τὴν θεότητα λέγοντες, μίαν τε οὐσίαν, ἤγουν φύσιν, καὶ μίαν θεότητα, ἤγουν Θεόν, τὴν ἁγίαν καὶ ὁμοούσιον ὁμολογοῦντες Τριάδα, οὐχ ἀριθμῷ, ἀλλὰ τῇ ἀπαραλλάκτῳ θεότητι, τρεῖς θεούς, ἢ τρεῖς θεότητας λέγειν παραιτοῦνται παντάπασιν. Οὗτοι δὲ οὐδὲ Δαμιανόν, D οὐδὲ Παῦλον, οὐδὲ τὸν ἔσχατον παρ' αὐτοῖς Πέτρον προσήκαντο· οὓς οἱ ἀπὸ Δαμιανοῦ καὶ Παύλου καὶ Πέτρου Τριθεΐτας πρῶτοι ὠνόμασαν. Διίσταντο δὲ τούτων, ὅτιπερ ἐκεῖνοι παραιτούμενοι τρεῖς λέγειν θεούς, ἤγουν θεότητας τρεῖς, τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα, παραιτοῦνται καὶ τὸ λέγειν τρεῖς τῷ ἀριθμῷ οὐσίας, ἴσας καὶ ἀπαραλλάκτους. Οὗτοι δὲ τὸ μὲν λέγειν τρεῖς θεοὺς ἤτοι τρεῖς θεότητας παραιτοῦνται· τρεῖς δὲ τῷ ἀριθμῷ οὐσίας, ἤγουν φύσεις τινὰς ἴσας, ὁμολογοῦσιν. Οἱ δὲ ἀπὸ Κόνωνος δεχόμενοι πρότερον τὰ συγγράμματα Ἰωάννου Ἀλεξανδρέως γραμματικοῦ τοῦ Φιλοπόνου, ἃ καθ' Ἑλλήνων αὐτῷ καὶ ἄλλων τινῶν ὑποθέσεων ἐπονήθη, ἔσχατον πάντων αὐτόν τε καὶ τὰ συγγράμματα αὐτοῦ ἀπεβάλοντο καὶ ἀναθέματι ἐκδεδώκασιν.

sedent, tres autem numero substantias seu naturas quasdam similes profitentur. Sed enim Cononitæ, cum primum Joannis Philoponi Alexandrini grammatici scripta, quæ ab ipso contra Græcos seu ethnicos, et de aliis quibusdam argumentis ab eo composita sunt, comprobassent, postremo omnium et ipsum et lucubrationes ejus rejecerunt, et anathemate confixerunt

ΚΕΦΑΛ. Ν′. A

Περὶ τοῦ μοναχοῦ Λεοντίου καὶ Γεωργίου τοῦ Πισίδου.

Demophilus Arianus Berœæ in Thracia episcopus et huc translatus, sedit sub Valente annis 12,

B mensibus 5.

Evagrius orthodoxus ab Eustathio Antiocheno ordinatus annis 6, et in exsilium a Valente missus est.

Gregorius Nazianzenus Theologus, qui episcopatum tenuit annis 12.

Ipsoque in patriam reverso Nectarius vir dignitate conspicuus, catechumenus Christianorum, nondum baptizatus, simul ordinatur et baptizatur a sancta synodo centum et quinquaginta episcoporum. Sedit annis 16, mensibus 3.

Joannes presbyter Antiochenus Chrysostomus annis 5, mensibus 6. Relegatus in Comanum,

C quod est in secunda provincia Armenorum, obiit, et depositus est cum reliquiis sancti martyris Basilisci.

Arsacius presbyter Ecclesiæ Constantinopolitanæ, frater jam memorati Nectarii, post ejectum Chrysostomum episcopatum tenuit annis 2.

Atticus presbyter Constantinopolitanus annis 20.

Sisinnius presbyter Constantinopolitanus, anno uno, mensibus 10.

Nestorius presbyter Ecclesiæ Antiochenæ hæreticus annis 3, mensibus 2. Hic depositus in Oasim missus est in exsilium, dum tertia synodus celebraretur.

Maximianus presbyter genere Constantinopoli-

D tanus annis 2, diebus 5.

Proclus Chrysostomi discipulus, a prædicto Sisinnio ordinatus episcopus Cyzicenus, nec admissus a civibus, cum interea vacasset, post mortem Maximiani, cum adhuc ejus cadaver in sacris adytis jaceret, in eadem ipsa Magna Ecclesia ad thronum evehitur....... sedit annis 12, mensibus 3.

Flavianus presbyter Constantinopolitanus anno 1, mensibus 10.

Cum is ab impio Dioscoro interfectus esset, Anatolius presbyter et apocrisiarius Ecclesiæ Alexandrinæ ordinatur, præestque annis 8, mensibus 8.

Gennadius presbyter Constantinopolitanus annis... mensibus 3.

Acacius presbyter Constantinopolitanus et orphanorum curator annis... mensibus...

Phraitas presbyter sanctæ Theclæ Sycarum mensibus 3, diebus 17. Zeno illum evexit.

Acacius presbyter hæreticus sub Anastasio Dicoro annis 17, mensibus 9. Hic erat etiam orphanorum curator.

Euphemius presbyter Constantinopolitanus et pauperum curator Neapoleos annis sex cum dimidio.

Eo ab Anastasio imperatore ejecto, creatur Macedonius presbyter Constantinopolitanus, et vasorum custos, qui sedit annis 16, mensibus 7, et expulsus est ab Anastasio.

Timotheus presbyter Constantinopolitanus, et vasorum custos, annis 6, cum dimidio, sub Justiniano Magno.

Joannes Cappadox presbyter et syncellus Constantinopolis sub Justiniano anno uno, mensibus 10.

Epiphanius presbyter Constantinopolitanus et syncellus annis 16, mensibus 3.

Anthimus primo Trapezuntinus, deinde Constantinopolitanus præses, mensibus decem. Hic depositus est a synodo contra Severum et contra ipsum Anthimum coacta.

Menas presbyter Constantinopolitanus, et præfectus hospitii Sampsonis, ordinatus ab Agapeto papa Romæ, annis 16, mensibus 6.

Eo autem defuncto et adhuc in sandapila ad sacrarium jacente, ordinatus est Eutychius presbyter et monachus monasterii Amasiensis, qui sedit annis 12, mensibus 5.

Hic ejectus est a Justiniano imperatore, anno imperii ipsius 38, creaturque post triduum Joannes Scholasticus presbyter Antiochenus, qui sedit annis 12, mensibus 6. Hic erat sub Justino sororis Justiniani filio: ac sub Tiberio mortuus est, ejusque loco rursum cooptatur

Eutychius qui sedit annis 4, mensibus 6, omne tempus archiepiscopatus ejus est annorum 17, uno deficiente mense.

Joannes diaconus Magnæ Ecclesiæ et sacellarius, Jejunator dictus, sub Mauricio annis 13, mensibus 5. Ordinatus est post dies...... imperante Tiberio. Obiit autem anno decimo quarto Mauricii imperatoris.

Cyriacus presbyter et œconomus magnæ Ecclesiæ, annis 11. Hic erat sub Mauricio et sub Phoca tyranno.

Thomas diaconus et sacellarius Magnæ Ecclesiæ, annis 3, mensibus 2.

Sergius diaconus Ecclesiæ Constantinopolitanæ ex iis qui...... et in phiala portuum hospitalis sub Phoca et Heraclio annis 28, mensibus 7, creatus magno Sabbato.

Pyrrhus presbyter Magnæ Ecclesiæ, et princeps

A Γεννάδιος πρεσβύτερος Κωνσταντινουπόλεως ἔτη .... μῆνας γ'.

Ἀκάκιος πρεσβύτερος Κωνσταντινουπόλεως καὶ ὀρφανοτρόφος ἔτη .... μῆνας ....

Φραΐτας πρεσβύτερος τῆς ἁγίας Θέκλης Συκῶν μῆνας γ', ἡμέρας ιζ'. Ὁ Ζήνων ἐποίησεν.

Ἀκάκιος πρεσβύτερος αἱρετικὸς ἐπὶ Ἀναστασίου τοῦ Δικόρου ἔτη ιζ', μῆνας θ'. Οὗτος ἦν καὶ ὀρφανοτρόφος.

Εὐφήμιος πρεσβύτερος Κωνσταντινουπόλεως καὶ πτωχοτρόφος Νεαπόλεως ἔτη ς' ἥμισυ.

Τούτου ἐκβληθέντος ὑπὸ Ἀναστασίου, γίνεται Μακεδόνιος πρεσβύτερος Κωνσταντινουπόλεως, καὶ σκευοφύλαξ, ἔτη ις', μῆνας ζ'· ὃς ἐξεβλήθη ὑπὸ

B Ἀναστασίου.

Τιμόθεος πρεσβύτερος Κωνσταντινουπόλεως σκευοφύλαξ ἔτη ς' ἥμισυ, ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ τοῦ Μεγάλου.

Ἰωάννης ὁ Καππαδόκης πρεσβύτερος καὶ σύγκελλος Κωνσταντινουπόλεως ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ ἔτος α', μῆνας ι'.

Ἐπιφάνιος πρεσβύτερος Κωνσταντινουπόλεως καὶ σύγκελλος ἔτη ις', μῆνας γ'.

Ἄνθιμος ὁ Τραπεζοῦντος πρότερον, εἶτα Κωνσταντινουπόλεως μῆνας ι'. Οὗτος καθῃρέθη ὑπὸ τῆς κατὰ τοῦ Σευήρου καὶ κατ' αὐτοῦ συνελθούσης συνόδου.

Μηνᾶς πρεσβύτερος Κωνσταντινουπόλεως ξενοδόχος τῶν Σαμψῶν, χειροτονηθεὶς ὑπὸ Ἀγαπητοῦ

C πάππα Ῥώμης, ἔτη ις', μῆνας ς'.

Θανόντος δὲ τούτου καὶ ἔτι κειμένου ἐν τῇ λεκάνῃ αὐτοῦ ἐν τῷ ἱερατείῳ ἐχειροτονήθη Εὐτύχιος πρεσβύτερος καὶ μοναχὸς τοῦ ἐν Ἀμασείᾳ μοναστηρίου ἔτη ιβ', μῆνας ε'.

Οὗτος ἐξεβλήθη ὑπὸ τοῦ βασιλέως Ἰουστινιανοῦ τῷ λη' ἔτει τῆς αὐτοῦ βασιλείας, καὶ γίνεται Ἰωάννης Σχολαστικὸς πρεσβύτερος Ἀντιοχείας μεθ' ἡμέρας γ' ἔτη ιβ', μῆνας ς'. Οὗτος ἦν ἐπὶ Ἰουστίνου ἀνεψιοῦ Ἰουστινιανοῦ. Οὗτος ἐπὶ Τιβερίου τελευτᾷ οὖν, καὶ ἀνάγεται πάλιν

Εὐτύχιος ἔτη δ', μῆνας ς', ὁμοῦ τὰ πάντα ἔτη τῆς ἀρχιερωσύνης αὐτοῦ ἔτη ιζ', χωρὶς ἑνὸς μηνός.

D Ἰωάννης διάκονος τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας καὶ σακελλάριος ὁ Νηστευτὴς ἐπὶ Μαυρικίου ἔτη ιγ', μῆνας ε'. Ἐχειροτονήθη μεθ' ἡμέρας ... ἐπὶ τῆς βασιλείας Τιβερίου· τελευτᾷ δὲ τῷ ιδ' ἔτει τῆς Μαυρικίου βασιλείας.

Κυριακὸς πρεσβύτερος καὶ οἰκονόμος τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας ἔτη ια'. Οὗτος ἦν ἐπὶ Μαυρικίου καὶ ἐπὶ Φωκᾶ τοῦ τυράννου.

Θωμᾶς διάκονος καὶ σακελλάριος τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας ἔτη γ', μῆνας β'.

Σέργιος διάκονος τῆς Ἐκκλησίας Κωνσταντινουπόλεως τῶν ἐν .... καὶ φιάλῃ τῶν λιμένων πτωχείων ἐπὶ Φωκᾶ καὶ Ἡρακλείου ἔτη κη', μῆνας ζ', γεγονὼς τῷ μεγάλῳ Σαββάτῳ.

Πύῤῥος πρεσβύτερος τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας

καὶ ἄρχων τῶν μοναστηρίων, μοναχὸς καὶ ἡγούμενος A τῆς ἐν Χρυσοπόλει μονῆς τῆς πανυμνήτου Θεοτόκου καὶ συσταθεὶς ὑπὸ Φιλιππικοῦ καὶ Γορδίας, ἔτη β', μῆνας θ', ἡμέρας θ'. Στάσεως δὲ γενομένης παρῃτήσατο· αἱρεῖται δὲ ...

Παῦλος πρεσβύτερος καὶ οἰκονόμος τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας καὶ ἐπὶ τῶν φυλακῶν, ἔτη β', ἡμέρας κϛ'· καὶ τελευτᾷ, καὶ ὁ Πύῤῥος ἀποκατέστη [παραυτὰ], μῆνας δ', ἡμέρας κγ'. Τελευτᾷ τῇ ἁγίᾳ Πεντηκοστῇ. Τὰ ὅλα ἔτη αὐτοῦ τῆς ἐπισκοπῆς ἔτη γ', μὴν εἷς, ἡμέραι β'.

Πέτρος διάκονος τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας καὶ οἰκονόμος, ῥαιφερενδάριος καὶ καγκελλάριος καὶ περιοδευτὴς Θράκης καὶ γηροκόμος τοῦ ἁγίου Κλήμεντος ἔτη ιβ', μῆνας δ'. Καὶ ἐσχόλασεν ὁ θρόνος B ἐπὶ μῆνας ϛ', ἡμέρας ιϛ'. Οὗτος ἦν ἐπὶ Κωνσταντίνου ἐγγόνου τοῦ Ἡρακλείου.

Θωμᾶς διάκονος καὶ χαρτοφύλαξ καὶ νοτάριος καὶ καγκελλάριος, ῥεφερενδάριος, σκευοφύλαξ καὶ γηροκόμος τῆς Σκάλας, καὶ πτωχοτρόφος τοῦ ἐν Νεαπόλει .... ἐπεσκόπησεν τῷ ἁγίῳ Σαββάτῳ ἔτη β', μῆνας ζ'. Οὗτος ἦν ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ.

Ἰωάννης πρεσβύτερος καὶ πρωτέκδικος καὶ χαρτοφύλαξ τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας ἔτη δ', μῆνας ... ἐπὶ τῆς βασιλείας .... τοῦ αὐτοῦ.

Κωνσταντῖνος καγκελλάριος καὶ σκευοφύλαξ ἔτη η', μῆνας ια', ἡμέρας ζ', ἐπὶ τοῦ Πωγωνάτου.

Θεόδωρος πρεσβύτερος [σύγκελλος] καὶ σκευοφύλαξ, καὶ καγκελλάριος ἔτη β'. Καὶ ἐξεβλήθη οὗτος C ἐπὶ τοῦ Πωγωνάτου.

Γεώργιος πρεσβύτερος καὶ σύγκελλος καὶ σκευοφύλαξ τῶν Σφωρακίου, ἐπὶ Κωνσταντίνου τοῦ Πωγωνάτου ἔτη ϛ', μῆνας γ'· καὶ ἐξεβλήθη.

Καὶ ὁ Θεόδωρος πάλιν ἀποκατέστη ὁ ἀληθινὸς ἔτος α', μῆνας ι'· ὅλα ἔτη γ', μῆνας .... ἐπὶ βασιλείας Ἰουστινιανοῦ τοῦ υἱοῦ τοῦ Πωγωνάτου.

Παῦλος ἀπὸ λαϊκῶν πρωτοασηκρῆτις ἔτη ϛ', μῆνας η'.

Καλλίνικος πρεσβύτερος καὶ σκευοφύλαξ τῶν Βλαχερνῶν ἔτη ιβ'. Ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ Ῥινοτμήτου τυφλωθεὶς ἐξεβλήθη.

D Κῦρος πρεσβύτερος καὶ μοναχὸς ἀπὸ νήσου Ἀμάστριδος ἔτη ϛ', ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ, καὶ ἐξεβλήθη παρὰ Φιλιππικοῦ.

Ἰωάννης διάκονος καὶ χαρτουλάριος τοῦ οἰκονομίου τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας ἐπὶ Ἀρτεμίου καὶ Ἀναστασίου ἔτη δ', μῆνας .....

Γερμανὸς ὁ μέγας ἐπίσκοπος Κυζίκου πρότερον, εἶτα Κωνσταντινουπόλεως, ἔτη ιε', ἐπὶ Θεοδοσίου τοῦ Ἀτραμυτινοῦ καὶ ἐπὶ Λέοντος τοῦ Ἰσαύρου καὶ Κόνωνος, ὃς καὶ ἐξέβαλεν αὐτόν.

Ἀναστάσιος πρεσβύτερος καὶ σύγκελλος πρῶτος Εἰκονομάχος ἔτη κδ', ἐπὶ τοῦ Λέοντος καὶ τοῦ Κοπρωνύμου.

Κωνσταντῖνος μοναχὸς καὶ ἐπίσκοπος τοῦ Συλαίου

monasteriorum, monachus et abbas monasterii præclaræ Deiparæ Chrysopoli, a Philippico et Gordia constitutus, sedit annis 2, mensibus 9, diebus 9. Excitata vero seditione, abdicavit, et eligitur.

Paulus presbyter et œconomus Magnæ Ecclesiæ et super custodias, annis 2, diebus 26, obiitque: ac Pyrrhus denuo constitutus sedit mensibus 4, diebus 23, qui obiit in sancta Pentecoste. Totum episcopatus ejus tempus est annorum 3, mensis unius, dierum 2.

Petrus diaconus Magnæ Ecclesiæ et œconomus, referendarius, cancellarius, et periodeutes Thraciæ, et gerocomus S. Clementis, annis 12, mensibus 4. Et vacavit thronus mensibus 6, diebus 16. Is erat sub Constantino Heraclii nepote.

Thomas diaconus, chartophylax, notarius et cancellarius, referendarius, vasorum custos, et gerocomus Scalæ et pauperum curator Neapoli.... in sancto Sabbato constitutus, sedit annis 2, mensibus 7. Hic erat sub eodem imperatore.

Joannes presbyter, protecdicus, et chartophylax Magnæ Ecclesiæ annis 4, mensibus .... eodem imperante.

Constantinus cancellarius et vasorum custos annis 8, mensibus 2, diebus 7, imperatore Pogonato.

Theodorus presbyter, syncellus, vasorum custos et cancellarius annis 2. Is expulsus est sub Pogonato.

Georgius presbyter, syncellus et vasorum custos ecclesiæ Deiparæ Sphoracii cognominatæ, sub Constantino Pogonato annis 6, mensibus 3, quo ejecto,

Theodorus verus patriarcha restituitur, sedetque anno uno, mensibus 10. Totum episcopatus ejus tempus est annorum 3, mensium .... imperante Justiniano Pogonati filio.

Paulus ex laico primus a secretis annis 6, mensibus 8.

Callinicus presbyter et vasorum custos Blachernarum annis 12, sub Justiniano Rhinotmeto, excæcatus ejectus est.

Cyrus presbyter et monachus ex insula Amastride annis 6, eodem imperante, et ejectus est a Philippico.

Joannes diaconus et chartularius œconomii Magnæ Ecclesiæ sub Artemio sive Anastasio annis 4, mensibus .....

Germanus ille magnus, primo Cyzici, deinde Constantinopolis episcopus, annis 15, sub Theodosio Atramyteno, et sub Leone Isauro Conone nuncupato, qui ejecit eum.

Anastasius presbyter et syncellus, primus Iconomachus annis 24, sub Leone et Copronymo.

Constantinus monachus et primo episcopus Sy-

bei, qui ex sue exutus est annis 12, eodem imperante.

Nicetas eunuchus, presbyter SS. Apostolorum et præses monasteriorum .... mensibus 4, sub eodem Copronymo, et Leone, quem ex Chazara suscepit.

Paulus Cyprius diaconus, eleemosynarius, qui piam fidem aliquandiu coluit, annis 5, sub Leone, et initio Constantini et Irenes.

Tarasius sanctissimus primus a secretis, annis 21. Pervenit autem usque ad Nicephorum ex laicis assumptum. Hic synodo septimæ præfuit, pieque pontificatum gessit.

Nicephorus sanctissimus ex primo a secretis monachus effectus, annis 9. Hic erat sub Stauracio et Michaele Rangabe, ac usque ad Leonem Armenum ..... qui expulit eum ex throno.

Theodotus Melissenus primus a secretis Iconomachus, annis 6. Hic erat sub Leone Armeno.

Antonius episcopus Sylæi, Cassymatas, annis 13, sub Michaele Balbo et Theophilo filio ejus.

Joannes, sive Jannes sortilegus Iconomachus, annis 8, mensibus 3, sub Theophilo, et usque ad principium imperii Michaelis et Theodoræ, a qua depositus est.

Methodius sanctissimus monachus, presbyter, et antea episcopus Cyzici, deinde vero Constantinopolis, annis 4, mensibus 2, sub Michaele et Theodora.

Ignatius sanctissimus annis 11. Hic ejectus est a Michaele ob improbitatem Bardæ avunculi sui, fratris Theodoræ.

Photius antea primus a secretis, qui monachus effectus est sub eodem Michaele Ebrioso, et Basilio Macedone, a quo expulsus est, cum sedisset annis 9.

Ignatius rursum annis 11.

Photius rursum sub Leone Sapiente annis 9.

Stephanus frater Leonis sub eodem Leone annis 3.

Antonius Cauleas sub eodem, annis 2.

Nicolaus Mysticus annis 11. Hic expulsus est ab Alexandro fratre Leonis.

Euthymius antea syncellus, sub Alexandro annis 5, et dimidio.

Nicolaus Mysticus rursum, sub Constantino et Romano Lacapeno annis 13. Totum episcopatus ejus tempus annorum 24.

Stephanus metropolitanus Amaseæ sub Romano annis 2, mensibus 11.

Tryphon monachus, postquam ad tempus præstitutum, utpote senex, episcopatum tenuisset, donec Theophylactus filius Romani, ad idoneam ætatem pervenisset, sedit annis 3, et adhibitis machinis expulsus est.

Theophylactus, filius imperatoris Romani, sub ipso et Constantino Porphyrogenito annis 23, diebus 25.

A ... ἀποσχηματισθείς, ἔτη ιβ', ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ.

Νικήτας Σκλάβος εὐνοῦχος πρεσβύτερος τῶν ἁγίων Ἀποστόλων, καὶ ἄρχων τῶν μοναστηρίων... μῆνας δ', ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ Κοπρωνύμου, καὶ Λέοντος τοῦ ἐκ τῆς Χαζάρας.

Παῦλος ὁ Κύπριος διάκονος, ἐλεήμων καὶ ἐξ ἡμισείας εὐσεβήσας ἔτη ε', ἐπὶ Λέοντος, καὶ ἐν ταῖς ἀρχαῖς Κωνσταντίνου καὶ Εἰρήνης.

Ταράσιος ὁ ἁγιώτατος ἀπὸ πρωτασηκρῆτις ἔτη κα'. Ἔφθασε καὶ μέχρι Νικηφόρου τοῦ ἀπὸ λαϊκῶν. Οὗτος ἦν ἔξαρχος τῆς ζ' συνόδου, ἀρχιερατεύσας εὐσεβῶς.

Νικηφόρος ὁ ἁγιώτατος ἀπὸ πρωτασηκρῆτις μοναχὸς γενόμενος ἔτη θ'. Οὗτος ἦν ἐπὶ Σταυρακίου

B καὶ Μιχαὴλ τοῦ Ῥαγκαβῆ καὶ μέχρι τοῦ Λέοντος Ἀρμενίου .... καὶ ἀπήλασεν αὐτὸν τοῦ θρόνου.

Θεόδοτος ὁ Μελισσηνὸς πρωτασηκρῆτις Εἰκονομάχος ἔτη ς'. Οὗτος ἐπὶ τοῦ Λέοντος τοῦ Ἀρμενίου.

Ἀντώνιος ἐπίσκοπος Συλαίου ὁ Κασσυματᾶς ἔτη ιγ', ἐπὶ Μιχαὴλ τοῦ Τραυλοῦ καὶ Θεοφίλου υἱοῦ αὐτοῦ.

Ἰωάννης ὁ καὶ Ἰαννῆς μάντις Εἰκονομάχος ἔτη η', μῆνας γ', ἐπὶ Θεοφίλου καὶ μέχρι τινὸς τῆς βασιλείας Μιχαὴλ καὶ Θεοδώρας· καθῃρέθη ὑπ' αὐτῆς.

Μεθόδιος ὁ ἁγιώτατος μοναχὸς καὶ πρεσβύτερος, καὶ ἐπίσκοπος γενόμενος Κυζίκου, εἶτα Κωνσταντινουπόλεως, ἔτη δ', μῆνας β', ἐπὶ Μιχαὴλ καὶ Θεοδώ-

C ρας.

Ἰγνάτιος ὁ ἁγιώτατος ἔτη ια'. Οὗτος ἐξεβλήθη ὑπὸ Μιχαὴλ διὰ τῆς παρανομίας Βάρδα τοῦ θείου αὐτοῦ, ἀδελφοῦ τῆς Θεοδώρας.

Φώτιος ὁ ἀπὸ πρωτασηκρῆτις γενόμενος μοναχὸς ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ Μιχαὴλ τοῦ Μεθυστοῦ καὶ Βασιλείου τοῦ Μακεδόνος, παρ' οὗ ἐξεβλήθη ἀρχιερατεύσας ἔτη θ'.

Ἰγνάτιος πάλιν ἔτη ια'.

Φώτιος πάλιν ἐπὶ Λέοντος τοῦ Σοφοῦ ἔτη θ'.

Στέφανος ὁ ἀδελφὸς Λέοντος ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ ἔτη γ'.

Ἀντώνιος ὁ Καυλέας ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ ἔτη β.

Νικόλαος ὁ ἀπὸ Μυστικῶν ἔτη ια'. Οὗτος κατεβιβάσθη παρὰ Ἀλεξάνδρου τοῦ ἀδελφοῦ Λέοντος.

D Εὐθύμιος ὁ ἀπὸ συγκέλλων ἐπὶ Ἀλεξάνδρου ἔτη ε', ἥμισυ.

Νικόλαος αὖθις ὁ ἀπὸ Μυστικῶν ἐπὶ Κωνσταντίνου καὶ Ῥωμανοῦ τοῦ Λακαπηνοῦ ἔτη ιγ', ὁμοῦ τὰ ὅλα κδ'.

Στέφανος μητροπολίτης Ἀμασείας ἐπὶ Ῥωμανοῦ ἔτη β', μῆνας ια'.

Τρύφων μοναχὸς ἀρχιερατεύσας ἐπὶ χρόνῳ ῥητῷ ὡς γέρων μέχρις ὅτου Θεοφύλακτος ὁ υἱὸς Ῥωμανοῦ εἰς μέτρον ἔφθασεν ἡλικίας νομίμης ἔτη γ', καὶ κατεβιβάσθη μετὰ μηχανῆς.

Θεοφύλακτος ὁ υἱὸς τοῦ βασιλέως Ῥωμανοῦ ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ καὶ Κωνσταντίνου τοῦ Πορφυρογεννήτου ἔτη κγ', ἡμέρας κε'.

Πολύευκτος ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ Κωνσταντίνου καὶ Ῥωμανοῦ τοῦ νέου, καὶ Νικηφόρου τοῦ Φωκᾶ καὶ Ἰωάννου τοῦ Τζιμισκῆ τῆς ἀναγορεύσεως, ἔτη ιδʹ.

Βασίλειος ὁ Σκαμανδρηνὸς ἐπὶ Ἰωάννου τοῦ Τζιμισκῆ ἔτη δʹ.

Ἀντώνιος ἡγούμενος Στουδίου ἐπὶ Βασιλείου τοῦ Βουλγαροκτόνου καὶ Κωνσταντίνου τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ ἔτη ςʹ.

Νικόλαος ὁ Χρυσοβέργης ἐπὶ τῶν αὐτῶν βασιλέων τῆς Ἐκκλησίας ἐπὶ χρόνοις δʹ, καὶ ἡμίσει, ἀποιμάντου οὔσης πρότερον ἔτη ιβʹ, μῆνας ηʹ.

Σισίννιος μάγιστρος ἐπὶ τῆς τῶν αὐτῶν βασιλείας ἔτη ζʹ.

Σέργιος ἡγούμενος τῆς μονῆς τοῦ Μανουὴλ ἐπὶ τῶν αὐτῶν, ἔτη κʹ.

Εὐστάθιος πρωτοπρεσβύτερος τοῦ ἐν τοῖς βασιλείοις ναοῦ ἔτη δʹ.

Ἀλέξιος ἐκκλησιάρχης μονῆς τῶν Στουδίου ἐπὶ τῆς αὐτοκρατορίας μόνου Κωνσταντίνου τοῦ πορφυρογεννήτου, καὶ Ῥωμανοῦ τοῦ Ἀργυροπούλου, καὶ Μιχαὴλ τοῦ Παφλαγόνος, καὶ Μιχαὴλ Καίσαρος τοῦ Καλαφάτου, καὶ μέχρι τινὸς ἐπὶ Κωνσταντίνου τοῦ Μονομάχου, ἔτη ιηʹ.

Μιχαὴλ ὁ Κηρουλάριος ἐπὶ τοῦ Μονομάχου, καὶ Θεοδώρας, καὶ Μιχαὴλ τοῦ γέροντος καὶ ἐπὶ τοῦ κυροῦ Ἰσαακίου τοῦ Κομνηνοῦ, καὶ Κωνσταντίνου τοῦ Δούκα, ἔτη ιεʹ.

Ἰωάννης ὁ Ξιφιλῖνος Τραπεζούντιος ἔτη ιγʹ, ἥμισυ. Οὗτος καὶ ἐπὶ τῆς κυρᾶς Εὐδοκίας καὶ ἐπὶ Ῥωμανοῦ τοῦ Διογένους καὶ ἐπὶ Μιχαὴλ τοῦ υἱοῦ τοῦ Δούκα, τοῦ λεγομένου Παραπίνακος.

Κοσμᾶς ὁ Ἱεροσολυμίτης, ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ Μιχαὴλ τοῦ Δούκα, καὶ ἐπὶ τοῦ Βοτανειάτου Νικηφόρου, καὶ ἐπὶ τοῦ Κομνηνοῦ Ἀλεξίου ὀλίγον καὶ παρῃτήσατο, ἔτη εʹ, ἥμισυ.

Εὐστράτιος εὐνοῦχος ὁ Γαρίδας, ἐπὶ τοῦ Κομνηνοῦ Ἀλεξίου, ἔτη γʹ.

Νικόλαος ὁ Γραμματικὸς, ὁ ἐν τῷ Λοφαδίῳ ὁ θεοπρόβλητος, ἔτη κζʹ, μῆνας . . . . ἡμέρας ιʹ, ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ.

Ἰωάννης Ἱερομνήμων ὁ τῆς Χαλκηδόνος ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ ἔτη κγʹ· Ἔφθασε καὶ μέχρι Ἰωάννου τοῦ Κομνηνοῦ.

Λέων ὁ Στυπῆς ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ Ἰωάννου τοῦ Κομνηνοῦ, ἔτη ηʹ, ἥμισυ.

Μιχαὴλ μοναχὸς ὁ ἀσκητικώτατος Ὀξείτης, καὶ τοὐπίκλην Κουρκούας, ἐπὶ τοῦ Κομνηνοῦ κυροῦ Μιχαὴλ τοῦ πορφυρογεννήτου ἔτη βʹ, μῆνας ηʹ, καὶ παρῃτήσατο.

Κοσμᾶς ὁ Ἀττικὸς ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ, μῆνας ιʹ, καὶ ἐξεβλήθη.

Νικόλαος μοναχὸς ὁ Μουζάλων ἀρχιεπίσκοπος γεγονὼς Κύπρου, παραιτησάμενος ὡς πολλοὶ μὲν ἔλεγον τὴν ἀρχιερωσύνην αὐτήν· πολλοὶ δὲ μόνην τὴν τῶν πραγμάτων διοίκησιν, καὶ ἐπὶ λζʹ ἔτεσι σχολάσας, ὕστερον ἐπὶ τοῦ βασιλέως Μανουὴλ ἐπεσκόπησεν ἐν Κωνσταντινουπόλει ἔτη γʹ, μῆνας δʹ· καὶ ἀμφιβόλως παραιτησάμενος, ἐκ βίας τῶν ἀπο-

A Polyeuctus sub eodem Constantino et Romano juniore, Nicephoro Phoca, usque ad inaugurationem Joannis Tzimiscæ annis 14.

Basilius Scamandrenus sub Joanne Tzimisce annis 4.

Antonius Studii abbas sub Basilio Bulgaricida et Constantino fratre ejus annis 6.

Nicolaus Chrysoberges sub iisdem imperatoribus Ecclesiam rexit annis 4, et dimidio, cum sedes prius vacasset annis 12, mensibus 8.

Sisinnius magister iisdem imperantibus, annis 7.

Sergius abbas monasterii Manuelis iisdem imperantibus, annis 20.

B Eustathius primus presbyterorum ædis aulicæ annis 4.

Alexius ecclesiarchus monasterii Studii, sub imperio Constantini Porphyrogeniti solius, Romani Argyropuli, Michaelis Paphlagonis, et Michaelis Cæsaris Calaphati, ac usque ad initium Constantini Monomachi, annis 18.

Michael Cerularius sub Monomacho, Theodori et Michaele sene, atque etiam sub domno Isaacio Comneno, et Constantino Duca, annis 15.

Joannes Xiphilinus Trapezuntius, anno 13, et dimidio. Is erat sub domna Eudocia et Romano Diogene, et sub Michaele Ducæ filio, cognomento

C Parapinace.

Cosmas Hierosolymitanus, sub eodem Michaele Duca, sub Nicephoro Botaniate, et tantillum sub Alexio Comneno, et abdicavit, cum sedisset annis 5, et dimidio.

Eustratius eunuchus cognomine Garidas, sub Alexio Comneno, annis 3.

Nicolaus Grammaticus in Lophadio, a Deo cooptatus annis 27, mensibus . . . diebus 10, eodem imperante.

Joannes Hieromnemon Chalcedonensis, eodem imperatore, annis 23, et pervenit usque ad Joannem Comnenum.

Leo Stypes, sub eodem Joanne Comneno, annis

D 8, et dimidio.

Michael monachus ascesi deditissimus Oxeites, cognomento, Curcuas, sub domno Manuele Comneno Porphyrogenito, annis 2, mensibus 8, et abdicavit.

Cosmas Atticus eodem imperante, mensibus 10, et ejectus est.

Nicolaus Muzalon monachus, qui fuerat archiepiscopus Cypri, cum ipsum archiepiscopatum, ut quidam narrabant, abdicasset, vel ut alii dicebant, solam rerum administrationem, et per annos 37, vacasset, demum sub imperatore Manuele. Constantinopolitanam sedem tenuit annis 3, mensibus 4: et cum ambigue abdicasset, ex violentia episcopo-

rum, qui schisma adversus eum effecerant, ex quorum numero quidam ab eo ordinati fuerant, ejectus est.

Theodotus monachus et abbas monasterii Sanctæ Christi Resurrectionis, sub imperatore Manuele annis 2.

Constantinus Chliarenus diaconus et sacellarius Magnæ Ecclesiæ annis 2, eodem imperante.

Lucas monachus Chrysoberges, sub eodem Manuele, annis 15, mensibus 3.

Michael diaconus et sacellarius Magnæ Ecclesiæ, Anchialinus et supremus philosophorum eodem imperante, annis 8, mensibus 2.

Chariton monachus nobilissimus abbas Manganorum mensibus 11.

Theodosius Borrhadiotes sub eodem imperatore et Andronico Comneno annis 6, et abdicavit ob imperatoris [iram.]

Basilius diaconus et chartophylax Magnæ Ecclesiæ, cognomento Camaterus et Phylacopulus, sub Andronico patriarcha fuit, et ab Isaacio Angelo expulsus est, ne alium coronaret, qui se coronaverat. Occasio autem depositionis fuit, quod projectis in caput mulieris (pannis) benedictionem fecisset. Patriarchatum vero tenuit annis 2, et dimidio

Nicetas Muntanes diaconus, magnus sacellarius Magnæ Ecclesiæ, eodem imperante Isaacio, annis 3, diebus 10. Expulsus autem est, accusatus quod sacra faciens in bemate minxisset.

Dositheus Hierosolymorum patriarcha, diebus 9, et statim expulsus est episcoporum et clericorum opera, eodem Isaacio imperante, et inducitur.

Leontius, Theotocites dictus, abbas sanctorum Apostolorum in colle S. Auxentii, de quo dicebat imperator, Deiparam illum sibi noctu ostendisse. Sedem tenuit mensibus 9, et abdicatione facta depositus est, dicente iterum Isaacio imperatore: Deipara ita jubet. Et in thronum ascendit.

Dositheus primum patriarcha Hierosolymorum, qui episcopatum tenuit anno uno et dimidio. Sed schismate illius causa magis ac magis prævalente, iterum deponitur, et Hierosolymam concedit, atque rursus utrumque thronum abdicavit.

Georgius Xiphilinus diaconus et magnus vasorum custos, eodem imperante, annis 6, mensibus 9, diebus 27, et detonsus est in monasterio Phryganorum, quod exstruxerat, sub imperio Alexii Angeli, fratris Isaacii.

Joannes diaconus et chartophylax Camaterus sub eodem Alexio, usque ad captam Constantinopolin, annis 5, mensibus 8, diebus 7. Vixit autem Hadrianopoli post captam urbem annis duobus, mensibus 2, diebus 14, et obsidentibus Latinis ex aquæ penuria obiit, cum antea, postulantibus iis qui Nicææ erant et Theodoro Lascari, abdicasset.

A σχισάντων αὐτὸν, πολλῶν ὄντων ἀρχιερέων, ἐξ ὧν καὶ αὐτὸς τινὰς ἐχειροτόνησε, ἐξεβλήθη.

Θεόδοτος μοναχὸς καὶ καθηγούμενος τῆς ἁγίας μονῆς τῆς ἁγίας τοῦ Χριστοῦ Ἀναστάσεως, ἐπὶ τοῦ βασιλέως Μανουὴλ, ἔτη β'.

Κωνσταντῖνος διάκονος καὶ σακελλάριος τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας ὁ Χλιαρηνὸς ἔτη β', ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ βασιλέως.

Λουκᾶς μοναχὸς καὶ Χρυσοβέργης ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ Μανουὴλ, ἔτη ιε', μῆνας γ'.

Μιχαὴλ διάκονος καὶ σακελλάριος τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας ὁ τοῦ Ἀγχιάλου καὶ τῶν φιλοσόφων ὕπατος ἐπὶ τῆς αὐτῆς βασιλείας ἔτη η', μῆνας β'.

Χαρίτων μοναχὸς ὁ εὐγενιώτατος ἡγούμενος τῶν Μαγγάνων μῆνας ια'.

B Θεοδόσιος ὁ Βορραδιώτης ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ καὶ Ἀνδρονίκου τοῦ Κομνηνοῦ, ἔτη ς'· καὶ παρῃτήσατο διὰ τὴν βασιλέως . . . . .

Βασίλειος διάκονος καὶ χαρτοφύλαξ τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας ὁ . . . Καματηρὸς ὁ καὶ Φυλακόπουλος γέγονεν ἐπὶ Ἀνδρονίκου. Κατεβιβάσθη δὲ ὑπὸ Ἰσαακίου τοῦ Ἀγγέλου, μήπως ἕτερον στέψῃ ὅς καὶ αὐτὸν ἔστεψε. Ἡ δὲ πρόφασις αὐτοῦ, ὅτι εἰς κεφαλὴν γυναικὸς ῥίψας [τὰ ῥάκη] . . . . . εὐλογίαν ἐποίησε. Ἱεράτευσε δὲ ἔτη β', ἥμισυ.

Νικήτας γέρων διάκονος ὁ μέγας σακελλάριος τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας ὁ Μοντάνης ἐπὶ τῆς αὐτοῦ βασιλείας Ἰσαακίου ἔτη γ', καὶ ἡμέρας ι'. Κατεβιβάσθη διαβληθεὶς ὅτι οὔρησε λειτουργῶν ἔνδον τοῦ
C βήματος.

Δοσίθεος ὁ ἀπὸ Ἱεροσολύμων πατριάρχης ἡμέρας θ', καὶ κατεβιβάσθη εὐθὺς διὰ τὸ μέσον τῶν ἀρχιερέων καὶ τῶν κληρικῶν ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ Ἰσαακίου, καὶ ἀνάγεται

Λεόντιος, ὁ λεγόμενος Θεοτοκίτης ἡγούμενος τῶν ἁγίων Ἀποστόλων ἐν τῷ βουνῷ τοῦ ἁγίου Αὐξεντίου. Περὶ οὗ [ἔφασκεν] ὁ βασιλεὺς ὅτι ἡ Θεοτόκος νυκτὸς αὐτὸν τῷ βασιλεῖ ἔδειξε, μῆνας ἑπτὰ, καὶ ἐξεβλήθη παραίτησιν δοὺς, πάλιν εἰπόντος τοῦ βασιλέως Ἰσαακίου, Ἡ Θεοτόκος οὕτω κελεύει. Καὶ ἄνεισι τὸν θρόνον.

Ὁ Δοσίθεος ὁ πρωτοπατριάρχης Ἱεροσολύμων, καὶ ἐπεσκόπησεν ἔτος α' ἥμισυ. Τοῦ δὲ σχίσματος
D . . . . δι' αὐτὸν αὐξάνοντος, πάλιν κατεβιβάσθη καὶ εἰς Ἱεροσόλυμα γέγονε, καὶ πάλιν ἀμφοτέρους τοὺς θρόνους παρῃτήσατο.

Γεώργιος διάκονος καὶ μέγας σκευοφύλαξ ὁ Ξιφιλῖνος, ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ, ἔτη ς', μῆνας θ', ἡμέρας κζ'· καὶ ἀπεκάρη ἐν τῇ μονῇ τῶν Φρυγανῶν ἣν ᾠκοδόμησεν ἐπὶ τῆς βασιλείας τοῦ Ἀγγέλου Ἀλεξίου τοῦ ἀδελφοῦ Ἰσαακίου.

Ἰωάννης διάκονος ὁ χαρτοφύλαξ ὁ Καματηρὸς ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ Ἀλεξίου μέχρι ἁλώσεως Κωνσταντινουπόλεως ἔτη ε', μῆνας η', ἡμέρας ζ'. Ἔζησε δὲ καὶ μετὰ τὴν ἅλωσιν τῆς πόλεως ἔτη β', ἐν Ἀδριανουπόλει μῆνας β', ἡμέρας ιδ', καὶ ἐνδείᾳ ὕδατος ἀπὸ τῆς ἐπιθέσεως τῶν Λατίνων τελευτᾷ. Πρότερον δὲ ζητηθεὶς ὑπὸ τῶν ἐν Νικαίᾳ καὶ τοῦ βασιλέως Θεοδώρου τοῦ Λάσκαρι παρῃτήσατο.

Γέγονε δὲ ἡ τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἅλωσις A παρὰ τῶν Λατίνων ἐν τῷ ,ϛψιβ' ἔτει, μηνὶ Ἀπριλλίῳ ιβ', ἡμέρᾳ ζ', ἰνδ. ζ', τῇ ϛ' ἑβδομάδι των νηστειῶν.

Μετὰ δὲ τὴν τῆς πόλεως ἅλωσιν ἐν Νικαίᾳ πρῶτος γίνεται παρὰ τοῦ βασιλέως Θεοδώρου τοῦ Λάσκαρι κατὰ τὴν κ' τοῦ Μαρτίου μηνὸς τῆς θ' ἰνδ. ὁ μέγας τῆς Ἐκκλησίας σακελλάριος Μιχαὴλ ὁ Αὐτωρειανὸς, καὶ ἀρχιερατεύσας ἔτη ϛ', μῆνας ε', καὶ ἡμέρας ϛ' ἐτελεύτησεν.

Καὶ ἐχήρευσεν ὁ θρόνος μῆνας ι' ἥμισυ, διὰ τὸ ἀποδημεῖν τὸν βασιλέα εἰς τὸ Θρακήσιον· καὶ κατὰ τὴν κη' τοῦ Σεπτεμβρίου τῆς β' ἰνδ. ἡμέρᾳ α' προεβλήθη ὁ ὕπατος τῶν φιλοσόφων καὶ χαρτοφύλαξ τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας Θεόδωρος ὁ Εἰρηνικὸς λεγόμενος Κωπᾶς. Καὶ τελευτᾷ ἐπισκοπήσας ἔτος α', B μῆνας . . . . ἡμέρας γ'.

Καὶ ὄντος τοῦ βασιλέως Λάσκαρι ἐν τῷ θέματι Θρακησίῳ, ὥρισαν οἱ ἄρχοντες τῆς Ἐκκλησίας καὶ οἱ ἀρχιερεῖς ἐγγράφως γνωμοδοτῆσαι, καὶ προεβλήθη διὰ προστάγματος ὁ καθηγούμενος τῆς μονῆς τῶν Ἀκοιμήτων Μάξιμος. Καὶ ἐλθόντος τοῦ βασιλέως πάλιν καὶ παρ' αὐτοῦ ὡς ἔθος προεβλήθη κατὰ τὴν γ' τοῦ Ἰουνίου μηνός. Ἦν δὲ ἀμαθὴς λόγων περὶ τὴν γυναικωνῖτιν ἐσχολακὼς, φυγὰς γενόμενος πρότερον ἐκ τῆς πόλεως καὶ πνευματικὸς χρηματισθεὶς τοῦ βασιλέως. Ἱεράτευσε δὲ μῆνας ϛ', καὶ θνήσκει. Οὗτος κατὰ τῶν Νικαέων διήγειρε τὸν βασιλέα.

Μανουὴλ διάκονος ὁ Σαραντηνὸς ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ C βασιλέως, ὁ λεγόμενος Φιλόσοφος, ἔτη ε', μῆνας ζ'.

Γερμανὸς ὁ σοφώτατος καὶ ἁγιώτατος ἐκ τοῦ Ἀνάπλου ὁρμώμενος, ἁλιέως, ὥς φασι, παῖς, διάκονος μὲν πρότερον τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας γενόμενος, μετὰ δὲ τὴν τῆς πόλεως ἅλωσιν εἰς μονάζοντα καρεὶς ἐν τῇ κατὰ τὴν Ἀχυράνην μονῇ τοῦ ἁγίου Γεωργίου τοῦ Πανευμόρφου. Τοῦτον Ἰωάννης ὁ Δούκας Βατάτζης ἀνάγει. Καλῶς δὲ τὴν Ἐκκλησίαν καὶ ὁσίως ἐποίμανε, κατὰ Λατίνων γράψας, καὶ λόγους ἑτέρους. Μετεκλήθη δὲ θνήσκων Γεώργιος μοναχός. Ἱεράτευσε δὲ χρόνους ιη', καὶ θάπτεται ἐν Νικαίας τῇ μονῇ τῆς Κυριωτίσσης, πολλὰ θαύματα ἐργαζόμενος.

Μεθόδιος ἡγούμενος τῆς τοῦ Ὑακίνθου μονῆς ἐπὶ D τοῦ αὐτοῦ βασιλέως Ἰωάννου Δούκα μῆνας γ', καὶ θανὼν ἐν τῇ μονῇ αὐτοῦ θάπτεται τοῦ Ὑακίνθου. Οὗτος πολλὰ εἰδέναι οἰόμενος, ὀλίγων ἦν ἴδρις.

Θανόντος τούτου ὁ θρόνος ἐπὶ χρόνοις ἱκανοῖς ἔρημος ποιμένος ἐγένετο.

Μανουὴλ ἕτερος ὁ τοῦ αὐτοῦ βασιλέως Ἰωάννου πρωτοπάππας ἐκ βίου διηνεκῶς παιδείας ἔχων τῆς ἔξωθεν, ἔτη ια', καὶ ἐτελεύτησε.

Ἀρσένιος μοναχὸς ὁ Αὐθωριανὸς ἐν Ἀπολλωνιάσι τῇ λίμνῃ ἀσκούμενος· εἶτα ἐπὶ Θεοδώρου τοῦ Λασκάρι ἐγκυκλίων γραμμάτων ἱκανῶς ἔμπειρος, ὃς προβληθεὶς ἀναγνώστης καὶ διάκονος καὶ ἱερεὺς

Capta autem a Latinis fuit Constantinopolis anno 6712 (id est, Christi 1204), mense Aprili, Feria septima, indictione 7, sexta hebdomade jejuniorum.

Post captam urbem Nicææ primus creatur ab Imperatore Theodoro Lascari 20 mensis Martii, indictione 9, magnus Ecclesiæ sacellarius Michael Autorianus, qui cum sedisset annis 6, mensibus 5, diebus 6, obiit.

Vacavit autem thronus mensibus 10 et dimidio, quia imperator absens in themate Thracesio erat: et 28 Septembris, indictione 2, feria 1, cooptatus est supremus philosophorum et chartophylax Magnæ Ecclesiæ Theodorus Irenicus, dictus Copas, qui postquam episcopatum gesserat anno uno, mensibus . . , diebus 3, mortuus est.

Cum autem imperator Lascaris esset in Thracesio themate, principes Ecclesiæ et episcopi statuerunt sententiam et vota sua scripto mittere ad imperatorem, cujus jussu promotus est cathegumenus monasterii Acœmetarum Maximus. Cum autem venisset imperator, ab eo de more constitutus est tertia die Junii mensis. Erat autem illitteratus, qui in gynæceo solum versatus, ex urbe profugus antea fuerat, et deinde spiritualis sive confessarius imperatoris nuncupatus est. Præfuit autem mensibus 6, et defunctus est. Hic imperatorem contra Nicænos concivit.

Manuel diaconus Sarantenus, cognomento Philosophus, eodem imperatore, annis 5, mensibus 7.

Germanus sapientissimus et sanctissimus ex Anaplo profectus, piscatoris, ut ferebatur, filius, diaconus primo Magnæ Ecclesiæ: et post captam urbem in monachum detonsus in Achyranæ monasterio S. Georgii Paneumorphi dicto. Hunc Joannes Ducas Batatzes promovit: qui Ecclesiam recte sancteque administravit, ac contra Latinos scripsit aliosque libros. In obitu vero mutato nomine vocatus est Georgius monachus. Rexit autem Ecclesiam annis 18, et sepultus est Nicææ in monasterio Cyriotissæ, multa operatus miracula.

Methodius abbas monasterii Hyacinthi eodem imperante Joanne Duca, mensibus 3, et defunctus in eodem Hyacinthi monasterio sepultus est. Is cum se multa scire putaret, pauca revera sciebat.

Illo defuncto thronus per multos annos vacavit.

Manuel alter ejusdem imperatoris Joannis archipresbyter palatinus ex assiduo studio exterorum disciplinam edoctus, annis 11, et defunctus est.

Arsenius monachus Autorianus in lacu Apollonio in ascetica vita exercitatus. Deinde sub Theodoro Lascari, omnigena eruditione instructus, creatus lector, diaconus et sacerdos, deinde pa-

triarcha ordinatur, singulis diebus singulos ordines accipiens, quoniam imperator profectum maturabat, statim eum coronavit. Sedit annis 5, et expulsus est ab imperatore Michaele Palæologo, qui Joannem puerum imperatorem despectui habuit, nec ad imperium evexit, ut juramento pollicitus erat.

Deinde Nicephorus antea Ephesi episcopus thronum accipit, et cum anno uno sedisset, obiit.

Capta vero Constantinopoli rursum præfuit Arsenius sacer annis 2. Mortuo autem Joanne puero, rursum exagitatur. Michael autem imperator inauguratur, a quo in Prœconnesum relegatus est, ubi mortem obiit. Hic Michaelem imperatorem bis coronavit, primo Nicææ, deinde Constantinopoli. Capta est urbs a Romanis anno 6765 (Christi 1257), 25 Julii, feria secunda, anno secundo imperii Michaelis Palæologi.

Joseph Galesii abbas, primo clericus imperatoris Joannis, qui conjugatus fuerat. Sedit annis 8, et quod cum Latinis junctus esset, ejicitur ab imperatore Michaele.

Joannes Beccus diaconus et chartophylax Magnæ Ecclesiæ, annis 8. Hic cum Latinis unionem habuit imperante Michaele Palæologo, et depositus a piissimo imperatore Andronico Palæologo, in exsilium mittitur; rursumque inducitur

Confessor Joseph, qui sedit menses 4. Illo defuncto,

Gregorius Cyprius lector et protoapostolarius cooptatur, et præfuit annis 16. Ob quamdam vero offensionem cujusdam libri quem contra Beccum scripserat, per dispensationem ejicitur.

Creatur autem Athanasius ex Macedonia, qui cum vehementius sese rebus immisceret, a populo ejicitur, postquam annis 4 sacris præfuisset sub Andronico imperatore.

Joannes monachus et presbyter, abbas Pammacaristæ et confessarius imperatoris, Sozopolitanus, qui prius Cosmas vocabatur, homo admodum pacificus et mansuetissimus vere vir Dei, præfuit annis 9, et cum abdicasset, sub eodem imperatore ejectus est, ac rursum inducitur Athanasius.

Sciendum est, quod a sancto apostolo Andrea episcopi . . . Byzantii usque ad Constantinum Magnum viginti sint numero. A Constantino Magno, sive a sancto Metrophane usque ad pacificum et mansuetum Joannem centum undecim. Simul ab apostolo Andrea usque ad prædictum Joannem sint patriarchœ 130, anno 6800 [Christi 1292].

A εἶτα πατριάρχης χειροτονεῖται καθ' ἑκάστην ἡμέραν τάγμα λαμβάνων, ἐν τῷ σπεύδειν ἐξιέναι τὸν βασιλέα . . . . αὐτίκα στέφει. Ἱεράτευσε δὲ χρόνους ε', καὶ ἐξεβλήθη παρὰ τοῦ βασιλέως Μιχαὴλ τοῦ Παλαιολόγου, διὰ τὸ τὸν νέον βασιλέα Ἰωάννην παροραθῆναι, καὶ μὴ πρᾶξαι αὐτὸν βασιλέα ὡς ἡ τῶν ὅρκων εἶχεν ὑπόσχεσις.

Εἶτα Νικηφόρος ὁ πρώην Ἐφέσου τὸν θρόνον λαμβάνει, καὶ ἱερατεύσας ἔτος α', τελευτᾷ.

Ἁλούσης δὲ τῆς Κωνσταντινουπόλεως πάλιν ἄρχεται Ἀρσένιος ὁ ἱερὸς ἔτη β'. Τελευτήσαντος δὲ παιδὸς Ἰωάννου πάλιν διοχλεῖται, βασιλεὺς Μιχαὴλ γίνεται καὶ ἐξωρίσθη ἐν Προικοννήσῳ, κἀκεῖ τελευτᾷ. Οὗτος δεύτερον στέφει τὸν Παλαιολόγον Μιχαὴλ ἐν B Νικαίᾳ πρότερον, καὶ ἐν Κωνσταντινουπόλει τὸ δεύτερον. Ἑάλω ἡ πόλις παρὰ Ῥωμαίων ἔτει ,ςψξε', Ἰουλίου κε', ἡμέρᾳ Δευτέρᾳ, τῷ δευτέρῳ ἔτει τῆς βασιλείας Μιχαὴλ τοῦ Παλαιολόγου.

Ἰωσὴφ ὁ Γαλησίου ἡγούμενος, πρότερον κληρικὸς τοῦ βασιλέως Ἰωάννου ὑπάρχων, καὶ γυναικὶ ὁμιλήσας ἔτη η', καὶ διὰ τὴν ἕνωσιν τῶν Λατίνων ἐκβάλλεται παρὰ τοῦ βασιλέως Μιχαήλ.

Ἰωάννης διάκονος καὶ χαρτοφύλαξ τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας ὁ Βέκκος, ἔτη η'. Οὗτος μετὰ τῶν Λατίνων ἐποίησε τὴν ἕνωσιν ἐπὶ τοῦ βασιλέως Μιχαὴλ τοῦ Παλαιολόγου, καὶ καταβληθεὶς παρὰ τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως Ἀνδρονίκου τοῦ Παλαιολόγου ὑπερορίζεται· καὶ ἀνάγεται

C Ὁ ὁμολογητὴς Ἰωσὴφ τὸ δεύτερον μῆνας δ'. Θανόντος δὲ,

Γρηγόριος ὁ Κύπριος ἀναγνώστης καὶ πρωτοαποστολάριος ἀνάγεται, καὶ ἱεράτευσε ἔτη ς'. Διά τινα σκάνδαλα τοῦ τόμου αὐτοῦ ὃν κατὰ τοῦ Βέκκου ἔγραψεν οἰκονομικῶς ἐξάγεται.

Καὶ ἀνάγεται Ἀθανάσιος ἐκ Μακεδονίας, καὶ σφοδρότερον τῶν πραγμάτων ἁπτόμενος παρὰ τοῦ λαοῦ ἐκβάλλεται, δ' ἔτη ἱερατεύσας ἐπὶ τοῦ [Ἀνδρονίκου] βασιλέως.

Ἰωάννης μοναχὸς καὶ πρεσβύτερος, ἡγούμενος τῆς Παμμακαρίστης καὶ πνευματικὸς τοῦ βασιλέως ὁ ἀπὸ Σωζοπόλεως πρότερον Κοσμᾶς ὀνομαζόμενος, εἰρηνικώτατος καὶ πραότατος καὶ ὅλος [τοῦ Θεοῦ] ἄνθρωπος ἔτη θ'. Καὶ παραιτησάμενος ἐπὶ τοῦ αὐD τοῦ βασιλέως κατεβλήθη, καὶ ἀνάγεται πάλιν ὁ Ἀθανάσιος.

Ἰστέον ὅτι ἀπὸ τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Ἀνδρέου εἰσὶν ἐπίσκοποι . . . . Βυζαντίου μέχρι τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου κ', ἀπὸ δὲ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου, ἤτοι ἀπὸ τοῦ ἐν ἁγίοις Μητροφάνους μέχρι τοῦ εἰρηνικωτάτου καὶ πράου Ἰωάννου ρια', καὶ ὁμοῦ ἀπὸ τοῦ ἀποστόλου Ἀνδρέου μέχρι τοῦ αὐτοῦ Ἰωάννου πατριάρχαι ρλ', ἔτει ,ςω'.

ANSELMI BANDURII

AD

NICEPHORI CALLISTI CATALOGUM

OBSERVATIONES ET NOTÆ.

Col 449 *Ἀνδρέας ὁ ἁγιώτατος*. Complures ex episcopis Byzantinis, qui a Græculis numerantur, usque ad Metrophanem fictitios esse censeo. Rem autem ita manifestam auctoritate scriptorum comprobare neque necessarium esse existimamus, neque modo per varias occupationes licet; sufficiat tantum hic monere, tres episcopos Constantinopolitanos ante Metrophanem, nominibus aliis, referri a Cedreno qui pag. 256, scribit, primum Byzantii episcopum fuisse Philadelphum, imperante Antonino Caracalla: Ἐπὶ τούτου πρῶτος ἐπίσκοπος κατέστη Βυζαντίου Φιλάδελφος, ἔτη τρία· πρώην γὰρ προΐστατο τῆς Ἐκκλησίας ἔτη η' πρεσβύτερός τις. *Eo tempore primus Byzantii episcopus constitutus est Philadelphus, et annos tres præfuit; ante enim per octennium Ecclesiæ præfuit quidam presbyter.* Eadem habet et Symeon magister ac logotheta in Chronico ms. qui præterea tradit, tertio anno Gordiani creatum fuisse secundum episcopum Byzantii Eugenium qui illam sedem administravit annis viginti quinque: Τὸ δὲ τρίτον ἔτος Γορδιανοῦ δεύτερος ἐπίσκοπος Βυζαντίου γέγονεν Εὐγένιος ἔτη κε'. Ubi Cedrenus pag. 257 sic habet tantum: Καὶ Εὐγένιος γέγονεν ἐπίσκοπος Βυζαντίου ἔτη κε. Deinde de Rufino tertio Byzantii episcopo sic tradit laudatus logotheta: Εἶτα βασιλεύει Νουμεριανὸς δοὺξ τυγχάνων Μυσίας. Ἐπὶ τούτου μαρτυρεῖ ὁ ἅγιος Γεώργιος, καὶ ὁ ἅγιος Βαβύλας ἐν Ἀντιοχείᾳ. Τῆς δὲ ἐν Βυζαντίῳ Ἐκκλησίας προΐσταται Ῥουφῖνος, ἔτη θ'. *Deinde imperat Numerianus dux Mysiæ. Sub eo sanctus Georgius ac sanctus Babylas martyrium passi sunt* Antiochiæ. *Rufinus autem præfuit Ecclesiæ Byzantinæ annis novem.* Eadem habet et Cedrenus pag. 264, nisi quod Rufini nullam mentionem facit. At quod scribunt de martyrio sancti Babylæ falsa sunt, siquidem sanctus Babylas sub Decio martyrium ante obierat.

Col. 452 C. *Κυριλλιανός*. Scribitur supra rubris litteris Κυριακός.

Ibid. *Μητροφάνης*. Quæ scribit hic Nicephorus Callisti de Metrophane, nimirum eum in episcopatu vixisse annos decem, synodo Nicænæ interfuisse, ac primum patriarcham Constantinopolitanum exstitisse, admodum sunt controversa. Reverendissimus Petrus de Marca lib. v. *De concordia*, cap. 3, et ibidem doctissimus Baluzius in Observatione quam subjungit, Metrophanem Nicænæ synodi tempore adhuc in vivis fuisse conantur ostendere; idque Eusebii auctoritate, qui lib. III *De vita Constantini*, cap. 7, recensens provincias, ex quibus episcopi ad eam synodum venere, inquit: Ἀλλ' ὧν τε Σπανῶν ὁ πάνυ βοώμενος, εἷς ἦν τοῖς πολλοῖς ἅμα συνεδρεύων· τῆς δέ γε βασιλευούσης πόλεως, ὁ μὲν προεστὼς ὑστέρει διὰ γῆρας· πρεσβύτεροι δ' αὐτοῦ παρόντες τὴν αὐτοῦ τάξιν ἐπλήρουν. *Ab ipsa quoque Hispania vir ille multo omnium sermone celebratus, una cum reliquis aliis consedit. Aberat quidem regiæ urbis antistes ob senilem ætatem; sed præsto erant presbyteri, qui vices ejus im-*

A *plerent*. Hunc Eusebii locum iisdem omnino verbis citat Socrates lib. I, cap 5. Verba autem illa Eusebii: Τῆς δέ γε βασιλευούσης πόλεως ὁ μὲν προεστὼς ὑστέρει διὰ γῆρας. *Aberat quidem regiæ urbis antistes ob senilem ætatem* non intelligenda esse de Romano pontifice, qui tum erat sanctus Silvester, asserunt; idque conantur demonstrare ex actis concilii Nicæni collectis a Gelasio Cyziceno, quæ habentur edita tom. II *Conc.*, qui quidem scriptor, se istæc ex tertio libro Eusebii *De vita Constantini* ad verbum exscripsisse fatetur: *Ipse ex Hispanis valde celebratus Osius, obtinens locum magnæ Romæ episcopi Silvestri, cum presbyteris Romæ Vitone et Vincentio et cum plurimis aliis considebat. Urbis autem illius quæ nunc imperat, episcopus, Metrophanes nomine, propter senectutem non adfuit; ipsius vero presbyteri qui aderant, locum ejus supplevere; quorum unus erat Alexander, qui urbis episcopatum post Metrophanem adeptus est.*

B Eadem hæc Acta synodi Nicænæ a Gelasio Cyziceno interpolata se perlegisse testatur Photius in Bibliotheca codice 88, ubi nonnulla ex iis excerpta habentur; quæ quidem eadem astruunt: Ἀλέξανδρον δὲ, inquit, ὃς τοῦ πρεσβυτέρου ἀξίωμα εἶχεν, εἰς πρόσωπον αὐτοῦ τοῦ Κωνσταντινουπόλεως Μητροφάνους παρεῖναι. Ἐκεῖνος γὰρ ἐκωλύετο βαθυτάτῳ γήρᾳ, ἐπεὶ αὐτῷ ὁ χρόνος τοῦ βίου ὑπὲρ τὰ ἑκατὸν ἐξέτεινεν ἔτη. Excerpta Vitarum Metrophanis et Alexandri patriarcharum CP. quæ habentur apud Photium in Bibliotheca, codice 256, id ipsum affirmant. At non solum prædicti scriptores laudata Eusebii verba ad episcopum Constantinopolitanum referunt, cum idem sentiant Nicetas Choniates in Panoplia et Epiphanius scholasticus. Hinc factum est ut reverendissimus Petrus de Marca, Baluzius ac Pagius verba illa Eusebii ad episcopum Byzantinum spectare crederent; licet Valesius in notis Eusebianis laudatos scriptores redarguat, inquiens

C id nullo modo intelligi posse de episcopo Byzantino, cum nondum tempore synodi Nicænæ dedicata esset Constantinopolis, ac regiæ urbis vocabulo decorata. Sed huic argumento præsto occurrit Baluzius inquiens, Eusebium libros illos *De vita Constantini* non scripsisse, nisi post hujus imperatoris mortem, adeoque diu post dedicatam Constantinopolim, quæ ideo post Constantini obitum urbis regiæ vocabulo decorari potuit, habita ratione, non ipsius rei, sed temporis, quo ista scribebat Eusebius. Nam, inquit Baluzius, Eusebius non loquitur simpliciter de urbe Regia, sed de urbe quæ tunc regnabat, βασιλευούσης, ad differentiam Romæ, quæ infra lib. IV *De vita Constantini* cap. 69, βασιλίδα πόλιν constanter vocat in duobus locis, nunquam βασιλεύουσαν. Quare ut verus et genuinus Eusebii sensus retineatur, sic Latine verti debet hic locus: *Episcopus urbis illius, penes quam imperium est.* Sic Baluzius respondet ad Valesii Eusebianas notas. Atqui Eusebius in *Vita Constantini* Romam veterem passim appellat πο̣ ι. βα-

σιλεύουσαν; sic, lib. I, cap. 26, ubi loquitur de urbe Roma vindicata a Maxentii tyrannide, τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς βασιλεύουσαν πόλιν: cap. 33, ubi loquitur de tyrannide quam Romæ Maxentius exercebat: Καὶ γὰρ δὴ πολὺς ἦν ὁ ταύτῃ προαρπάσας τὴν βασιλεύουσαν πόλιν: cap. 39, loquens de adventu Constantini in urbem Romam, εἰσήλαυνεν ἐπὶ τὴν βασιλεύουσαν πόλιν. Et cap. 4, ubi narrat, Constantinum Magnum in media urbe Roma erexisse crucis tropæum, μέσῃ τῇ βασιλευούσῃ πόλει. Verum non hæc tantum argumenta afferunt, qui verba illa Eusebii ad Romanum pontificem spectare putant; nam doctissimus nostrique amantissimus abbas de Longuerue in eruditissimis epistolis, quas ad Pagium scripsit, primum in dubium revocare videtur Acta illa synodi Nicæna a Gelasio Cyziceno collecta, necnon Excerpta Vitarum Metrophanis et Alexandri patriarcharum CP. quæ habentur apud Photium codice 256, quæ profecto idem astruunt; deinde vero ad comprobandum verba illa Eusebii spectare ad Romanum pontificem, laudat idem vir doctissimus Sozomenum, qui eadem verba intellexit de pontifice Romano, nisi quod perperam ille loco sancti Silvestri Julium reposuit: Theodoretum item qui lib. I cap. 8 verba Eusebii de Romano pontifice intelligit, Ὁ δὲ τῆς Ῥώμης διὰ γῆρας ἀπελείφθη βαθύ: et paulo post Silvestrum Romæ tunc sedisse ait; et cap. 4 ejusdem libri refert Theodoretus epistolam quam scripsit Alexander Alexandrinus ad Alexandrum Constantinopolitanum episcopum de nascente hæresi Ariana, et Ario quem nuper communione privaverat, hoc titulo: Τῷ τιμιωτάτῳ ἀδελφῷ καὶ ὁμοψύχῳ Ἀλεξάνδρῳ Ἀλέξανδρος ἐν Κυρίῳ χαίρειν. Et ut nemo dubitet hanc Epistolam Alexandri Alexandrini episcopi scriptam fuisse ad Alexandrum Constantinopolitanum, seu potius Byzantinum episcopum, idem Theodoretus, cap. 3 ejusdem libri, tradit, ante concilium Nicænum, imo cum primum suam hæresim Arius divulgare cœpit, sedisse Romæ Silvestrum, Vitalem et Philogonium Antiochiæ, Macarium Hierosolymis, Alexandrum Constantinopoli, et Alexandrum Alexandriæ: Τῆς δὲ Κωνσταντίνου πόλεως κατὰ τοῦτον αὐτὸν τὸν καιρὸν Ἀλέξανδρος τῆς ἱερατικῆς ἠξιοῦτο λειτουργίας, ἀποστολικοῖς χαρίσμασι λαμπρυνόμενος. Τότε τοίνυν ὁ τῆς Ἀλεξανδρέων Ἀλέξανδρος, etc. Quæ vero hac de re habet Pagius parvi omnino momenti sunt; nam ille ad confirmandam suam sententiam unum tantum Theodoreti locum laudat, nimirum epistolam Alexandri episcopi Alexandrini ad Alexandrum episcopum. Et hunc quidem Alexandrum episcopum ad quem scripta fuit epistola, frustra conatur asserere, non esse Constantinopolitanum antistitem, uti ex iis quæ paulo superius diximus facile est cuilibet cognoscere. Vide quid de Metrophane scribit eminentissimus cardinalis Baronius, qui tempora ipsius sedis intra triennium coarctat.

Col. 452 D. *Ἀλέξανδρος*. Alexandrum annos 23 in episcopatu Constantinopolitano sedisse tradunt Socrates, Sozomenus, Theophanes, uterque Nicephorus et Zonaras; mortem vero obiisse anno Christi 340 affirmat em. Baronius; at si vera sunt, quæ superius ex Theodoreto diximus, plusquam 25 annis sedem CP. administravit Alexander, vel certe annus ipsius obitus non bene a Baronio consignatus.

Ibid. *Παῦλος*. Paulus in episcopatu Constantinopolitano Alexandro successit, tempore Constantii Augusti, non vero Constantini Magni, ut frustra conatur ostendere Valesius in Observat. Ecclesiast. ad Socratem et Sozomenum. Ante episcopalem dignitatem acceptam a Constantino in exsilium pellitur Paulus. Vide Pagium ad annum Christi 340, XI et seq. Sed annus quo Paulus Alexandro in episcopatu CP. successerit perperam mihi videtur consignatus cum a Baronio tum a Pagio.

Ibid. *Τούτου ἐξωσθέντος*. Ita sane Paulum episcopatu tantum dejectum a Constantio prima vice, non vero in exsilium missum testatur et Socrates, lib. II, cap. 7. Sed Baronius confundit exsilium a Constantino Magno Paulo irrogatum, quod illi accidit ante episcopalem dignitatem acceptam, cum ejus depositione ab episcopatu, quæ Constantio imperante accidit.

Ibid. *Εὐσέβιος ὁ Ἀρειανός*, etc., *ἔτη ιβ'*. Vide quid de hujus episcopatus annis scribunt Baronius et Pagius.

Col. 453 A. *Πάλιν ὁ Παῦλος*, etc. Post Eusebii mortem catholici Paulum restituunt, Eusebiani vero Macedonium eligunt. Quæ quidem res ingentem tumultum in urbe regia excitavit, ut prodit Socrates; quippe Hermogenis magistri militum ab imperatore missi, ut Paulum expelleret, domus incensa, ipseque pedibus tractus ac misere trucidatus; in mare a populo præcipitatur. Cujus quidem facinoris nuntium cum ad Constantium Augustum delatum esset, statim ille Constantinopolim venit, ut scribit Libanius in Basilico. Et sontes quidem ab illo castigatos esse ait, neminem tamen morte affectum, cum senatus urbis CP. pro reis apud ipsum intercessisset. Tunc etiam Singaram relegatum fuisse a Constantio Paulum, et aliquanto post inde Emesam translatum, scribit Athanasius.

Ibid. *Ἐκεῖσέ τε ὑπὸ τῶν Ἀρειανῶν ἀναιρεῖται*. De morte Pauli vide Sulpicium, cap. 2: Socratem, lib. II, cap. 21; Theodoretum, lib. II, cap. 5; Sozomenum, lib. IV, cap. 2. Mors autem S. Pauli cujus festum Græci die 6 Septembris colunt, Latini die VII Junii, a Baronio consignatur anno Ch. 351.

Ibid. *Μακεδόνιος*, etc., *ἔτη ε'*. Anni quinque quos in episcopatu CP. sedisse Macedonium scribit Nicephorus, nescio unde numerandi, nimirum an a quo primum post Eusebii mortem occupaverit illam sedem, an vero a morte Pauli; quippe scriptor Chronici Alexandrini Macedonium propter multa crimina exauctoratum fuisse ait, coss. Constantio Augusto XII et Juliano Cæsare III, anno Christi 360: Τούτῳ τῷ ἔτει, μηνὶ Περιτίῳ, ιε', καθιερώθη ἡ Μεγάλη Ἐκκλησία Κωνσταντινουπόλεως. Μακεδόνιος Κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοπος καθῃρέθη ἐπὶ πολλοῖς ἰδίοις αὐτοῦ ἐγκλήμασι, καὶ κατέστη ἀντ' αὐτοῦ Εὐδόξιος τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας ἐπίσκοπος, etc.: *Hoc anno, mense Peritio, die 15, Magna Ecclesia Constantinopoleos dedicata est. Macedonius episcopus Constantinopolitanus propter multa ipsius propria crimina exauctoratus est, et in locum ejus subrogatus Eudoxius*, etc. Ex quo quidem Chronici Alexandrini loco apparet Macedonium plusquam quinque annos episcopatum CP. occupasse.

Ibid. *Εὐδόξιος*, etc. *ἔτη ζ'*. Scribitur hic supra rubris litteris, ἐπὶ Ἰουλιανοῦ. Eudoxius autem plus fortassis quam septem annos sedem CP. rexit; verum non annos *novemdecim*, ut legitur apud Socratem; quod quidem mendum librarii esse, docet Valesius in Notis ad eumdem. Alioquin Socrates secum ipse pugnaret; quippe idem scriptor lib. II, cap. 42, Eudoxium in concilio CP. anno 359 inchoato, sequentique continuato, substitutum fuisse in locum Macedonii depositi scribit, mortem vero obiisse coss. Valentiniano Aug. III, et Valente Aug. III, tradit idem Socrates lib. IV, cap. 14, necnon Philostorgius lib. IX, cap. 8. Sozomenus vero lib. VI, cap. 13, Eudoxium obiisse ait, quando Valens Antiochiam tendens, paululum Nicomediæ substitit. Cæterum Theophanes annis decem obtinuisse Eudoxium sedem CP. scribit.

Ibid. *Δημόφιλος*, etc., *ἔτη ιβ'*, *μῆνας ε'*. Il

est, *Demophilus*, etc., *sedit annis* 12, *mensibus* 5. Et ita legendum supra in versione, ubi librarii incuria legitur *sub Valente;* quod quidem in scriptis nostris ad marginem tantum reperitur, et in ms. legitur supra rubris litteris, ἐπὶ Ἰοβιανοῦ, et infra, ἐπὶ Οὐάλεντος. Cæterum de Demophilo ab Arianis in locum Eudoxii subrogato legendus est Philostorgius lib. IX, cap. 10 et 14.

Col. 453 B. *Εὐάγριος ὀρθόδοξος*, etc, *ἔτη ς'*. Theophanes ad annum V Valentiniani Augusti Evagrium statim post Eudoxii mortem a parva manu Orthodoxorum electum fuisse scribit; quo quidem tempore Ariani sibi Demophilum præfecerunt: verum Evagrius statim a Valente sede pellitur, Demophilus vero in ea confirmatur, ut narrat ibidem laudatus scriptor.

Ibid. *Γρηγόριος ὁ Ναζιανζοῦ*, etc., *ἔτη ιβ'*. Ita habent S. Nicephori catalogus, Menæa die 30 Januarii in memoria trium sanctorum Ecclesiæ doctorum; Amphilochius, in Vita sancti Basilii de Gregorio Nazianzeno loquens; et Gregorius presbyter in Encomio, quo texit Vitam Gregorii. At Theophanes sanctum Gregorium Nazianzenum duobus tantum annis sedem CP. administrasse scribit: Cedrenus Gregorium decennium et paulo amplius Constantinopoli moratum esse tradit. Certum tamen est Gregorium non amplius quam triennio Constantinopoli commoratum, et episcopatum Constantinopolitanum paucis tantum hebdomadis administrasse; in eadem quippe synodo et renuntiatus fuit episcopus et exauctoratus; et anno Christi 381, III Kalend. Aug. quo Theodosius dedit legem 3 Codicis Theodosiani *De fide catholica* jam Nectarius episcopus Constantinopolitanus erat, et concilium Constantinopolitanum jam finitum, uti patet ex eadem lege.

Ibid. *Ἰωάννης πρεσβύτερος Ἀντιοχείας*, etc., *ἔτη ε', μῆνας ς'*. . . . S. Joannes Chrysostomus bis e throno pellitur; primum in synodo ad Quercum, anno Christi 403, deinde in synodo Constantinopolitana anno 404, quod quidem accidit festo Paschæ die appropinquante, et post duos menses in exsilium pellitur Chrysostomus. Vide Socratem lib. VI, cap. 18. Cæterum multa de sancto Joanne Chrysostomo ac ejus episcopatu dicenda essent, nisi sedulo omnia examinasset Pagius; unde eo lectorem remittere est animus.

Ibid. C. *Ἀρσάκιος*, etc., *ἔτη β'*. Duobus annis sedisse in episcopatu Constantinopolitano Arsacium scribit et Theophanes. Verum Arsacius ordinatus fuit die 26 mensis Junii, in quem Dominica incidebat; quo quidem die ordinationes episcoporum Constantinopolitanorum fieri solitæ erant. Quare in Chronico Alexandrino, ut docet Pagius, loco ἡμέρᾳ δευτέρᾳ legendum ἡμέρᾳ πρώτῃ, id est, *feria prima*, quæ hoc anno cum die 26 Junii concurrit. Arsacius vero moritur anno sequenti Christi 405, die tertio Idus Novembris, ut scribit Socrates, lib. VI, cap. 20. Unde, si Socrates non fallitur, Arsacius sedisse videtur annum unum, menses quatuor, dies septemdecim. Verum Palladius, cui potior fides adhibenda quam Socrati, utpote tunc viventi et de rebus Chrysostomi optime educto, scribit in Dialogo Arsacium sedisse annum et menses duos, διακρατήσας δὲ τὸ ζῆν ἑαυτοῦ δεκατέσσαρας μῆνας ἀποθνήσκει, *ille cum ad quatuordecim menses vitam suam protendisset mortuus est.*

Ibid. *Ἀττικός*, etc., *ἔτη κ'*. Atticus coss. Arcadio Aug. VI et Anicio Probo Christi anno 405 electus fuit in Arsacii locum, ut scribit Socrates lib. VI, cap. 20. Sozomenus vero lib. VIII, cap. 17, quarto post Arsacii mortem mense ordinatum fuisse Atticum tradit. Verum error irrepsit in numerum illum apud Socratem lib. VII, cap. 25, ubi ait, Atticum anno episcopatus sui primo et vicesimo, die sexto Idus Octobris, mortem obiisse coss. Theodosio XI, et Valentiniano Cæsare I. nam horum consulatus hic annus cadit in annum Christi 425, unde si Atticus, ut ait Socrates superius citato loco, ordinatus est anno Christi 406, vicesimum certe sedis annum non absolvit.

Ibid. *Σισίννιος*, etc., *ἔτος α', μῆνας ι'*. In Chronographia compendiaria sancti Nicephori patriarchæ Constantinopolitani et in Tabulis Theophanis anni duo Sisinnio attribuuntur. At Socrates lib. VII, cap. 26, asserit, ordinatum fuisse Sisinnium pridie Kalendas Martii, consulatu proxime sequente, qui fuit Theodosii XII, et Valentiniani Junioris Aug. II. Quo quidem anno dies ultimus Februarii in Dominicam incidebat, qua ordinationes episcoporum fieri solitæ erant. Mortem autem obiit Sisinnius, ut narrat idem Socrates paulo superius laudato loco, coss. Hierio et Ardaburio anno Christi 427, die IX Kal. Januarii.

Ibid. *Νεστόριος*, etc., *ἔτη γ, μῆνας β'*. Nestorius ordinatur episcopus Constantinopolitanus coss. Felice et Tauro anno Christi 428, quarto Idus Aprilis, ut scribit Socrates, lib. VII, cap. 29. At Liberatus Diaconus, cap. 4 sui Breviarii ordinationem Nestorii peractam fuisse ait Kalendis Aprilis. Quod quidem verosimilius est, nam dies Dominica hujus anni, qua ordinationes episcoporum Constantinopolitanorum fieri solitæ erant, incidebat in Kalendas Aprilis, seu diem primam ejusdem mensis, uti optime docet Pagius contra Baronium et Garnerium, qui Socratis errori astipulantur. Nestorius deponitur anno Christi 431, et in ejus locum Maximianus consecratur, ut infra videre est.

Ibid. *Μαξιμιανός*, etc. *ἔτη β', ἡμέρας ε'*. Sanctus Nicephorus Constantinopolitanus Maximianum sedisse scribit ἔτη β', μῆνας ε', *annis* 2, *mensibus* 5. Ita habet et Socrates lib. VII, cap. 40. At videtur secum ipse pugnare Socrates; nam Maximianus electus fuit episcopus elapso quatuor mensium spatio a Nestorii depositione, ut ait idem scriptor lib. VII, cap. 35: Τετραμηνιαίου δὲ διαδραμόντος χρόνου μετὰ τὴν Νεστορίου καθαίρεσιν, προχειρίζεται πρὸς τὴν ἐπισκοπὴν Μαξιμιανὸς ὄνομα, ἀνὴρ ἀσκητικὸς μὲν τὸν βίον· ἐν τοῖς πρεσβυτέροις δὲ καὶ αὐτὸς ἐτέτακτο. *Elapso igitur quatuor mensium spatio a depositione Nestorii, Maximianus eligitur episcopus, vir monasticam quidem vitam degens: in presbyterorum tamen ordinem ipse quoque cooptatus.* Quod quidem accidit die 25 Octobris, coss. Basso et Antiocho, anno Christi 431, ut narrat laudatus Scriptor, cap. 37 ejusdem libri: Μαξιμιανοῦ τοίνυν προχειρισθέντος εἰς τὴν ἐπισκοπὴν ἐν ὑπατείᾳ Βάσσου καὶ Ἀντιόχου, περὶ τὴν εἰκάδα πέμπτην τοῦ Ὀκτωβρίου μηνός, τὰ τῶν ἐκκλησιῶν ἡσύχαζε πράγματα· *Cum Maximianus ad episcopatum Constantinopolitanum evectus fuisset, Basso et Antiocho consulibus, die octavo Kalendas Novembris, Ecclesiarum tumultus quievere.* Moritur autem Maximianus coss. Areobindo et Aspare anno Christi 434, pridie Idus Aprilis, etc., ut prodit idem Socrates cap. 40 ejusdem libri. Unde apparet Maximianum in episcopatu Constantinopolitano vixisse annis duobus, mensibus quinque, et aliquot etiam diebus; quod quidem non animadvertit Valesius in Notis ad eumdem Socratem, neque Pagius qui rem ex professo, ut aiunt, tractat.

Ibid. *Πρόκλος*, etc., *ἔτη ιβ', μῆνας γ'*. Proclus antequam Maximiani corpus sepulturæ mandaretur, ab episcopis qui aderant jussu Theodosii Junioris in episcopali throno collocatur, ut narrat Socrates, lib. VII, cap. 40, loquens de morte Maximiani, ubi etiam hujus præproperæ electionis causam exponit. Hoc quidem accidit, ut tradit idem scriptor paulo superius citato loco, Areobindo et

Aspare coss. anno Christi 434, pridie Idus Aprilis. Moritur autem Proclus die 24 Octobris ut habetur in Menologio Græcorum ad eumdem diem; anno Christi 446, ut nemo dubitat. Igitur sedit in episcopatu Constantinopolitano Proclus, non annos tantum 12, et menses tres, seu annos undecim, ut idem Nicephorus Callisti scribit in *Hist.* lib. XIV, cap. 47, sed annos tredecim et menses aliquot, ut certum est ex prædictis.

Col. 453 D. Ἐν τῷ ἱερατείῳ. *In sacris adytis* interpretatus sum. At ἱερατεῖον quænam pars fuerit ecclesiæ omnino incertum est, ut ait Ducangius. Dionysius Areopag. *De hierarch.* cap. 3, diserte distinguit θυσιαστήριον ἀπὸ τοῦ ἱερατείου, ita ut θυσιαστήριον sit quod Græci vulgo βῆμα, Latini *presbyterium*, vocant: ἱερατεῖον vero, *navis ecclesiæ*, nam prima sæcula *chorum*, qualis est hodie, non agnovere; ut observavimus, inquit Ducangius, in nostra *Constantinop. Christ.* lib. III, n. 77. Dionysius igitur loco laudato, ubi duos statuit demortuorum ordines, sic ait: Συναγαγὼν ὁ θεῖος ἱεράρχης τὸν ἱερὸν χορὸν, εἰ μὲν ἱερατικῆς ἐγεγόνει τάξεως ὁ κεκοιμημένος, ἔμπροσθεν τοῦ θείου θυσιαστηρίου κατακλίνας αὐτὸν, ἀπάρχεται τῆς πρὸς Θεὸν εὐχῆς καὶ εὐχαριστίας· εἰ δὲ τοῖς εὐαγέσι μοναχοῖς, ἢ τῷ ἱερῷ λαῷ κατετέτακτο, παρὰ τὸ τίμιον ἱερατεῖον αὐτὸν κατακλίνει πρὸ τῆς ἱερᾶς εἰσελεύσεως. Quæ postrema verba de portis templi intelligenda sunt. Nam Pachymeres in Paraphrasi non omnino sensum Dionysii percepit, ut nec Allatius in Dissert. de Narthece: is enim est, ut dicat cadaver Monachi aut Fidelis in inferiori ναοῦ parte versus portas templi collocari: ut presbyteri ante portas bematis. Ea notione forte ἱερατεῖον usurpavit Theophanes anno 14 Zenonis: Οἱ δὲ τοῦ Δίου μοναχοὶ τῇ Κυριακῇ εἰς τὸ ἱερατεῖον ἐπέδωκαν Ἀκακίῳ τὴν ἐπιστολήν. Tametsi fatendum ἱερατεῖον interdum pro ipso bemate accipi. Cum igitur ἱερατεῖον sic proprie vocetur ipse, in quo ἱερὸς λαὸς consistebat, inde ἱερατεῖον, dicta *plebs*, seu *populus episcopo subditus*, qui scilicet ἐν ἱερατείῳ ecclesiæ consistit, etc.

Ibid. Φλαβιανός, etc., ἔτος α', μῆνας ς'. Ita habent sanctus Nicephorus in sua Chronographia necnon Menæa ad diem 16 Februarii, quo Græci sancti Flaviani Procli successoris memoriam celebrant. Theophanis tabulæ, et Zonaras in Theodosio Juniore, per biennium sedisse Flavianum in episcopatu Constantinopolitano ostendunt. At cum Flavianus in exsilium missus sit anno Christi 449, quo et mortuus est, ut scribit Marcellinus, putat Pagius Flavianum non ante annum Christi 447, sedem Constantinopolitanam obtinuisse. Vide laudatum Pagium ad annum Christi 446, n. 8 et seqq., et ad an. Christi 449, num. 14.

Ibid. Ἀνατόλιος, etc., ἔτη η', μῆνας η'. De Anatolio vide Baronium ad annum Christi 458, num. 31 et seqq., necnon Pagium ad eumdem annum num. 8 et seqq.

Col. 455 A. Γεννάδιος, etc. ἔτη ... μῆνας γ'. S. Nicephorus in Chronographia Gennadium sedisse in episcopatu Constantinopolitano scribit ἔτη ιγ', μῆνας β', *annos tredecim, menses duos*. Unde numerus annorum supplendus est, qui in catalogo Nicephori Callisti a blattis et tineis exesus comparet. Tabulæ Theophanis et Zonaras Gennadio numero rotundo annos 13 ascribunt. Optime igitur mors Gennadii, qui Anatolio in episcopatu Constantinopolitano anno Christi 458 successerat, assignatur a Baronio anno Christi 471.

Ibid. Ἀκάκιος, etc. ἔτη ... μῆνας ... Perperam Acacius in hoc catalogo Nicephori Callisti bis repetitus est, nimirum ante et post Phravitam, ut apparet ex Chronographia S. Nicephori CP. et ex Tabulis Theophanis; necnon ex aliis scriptoribus. Sed id scribæ inscitia factum puto, qui pro uno Acacio duos effingit; Acacius siquidem post Gennadium ad Constantinopolitanum thronum

A evectus fuit anno Christi 471, in episcopatu vixit annis 17, mensibus 9, ut habet uterque Nicephorus. Moritur Acacius, ut scribit Theophanes, anno Incarn. secundum Alex. 481, qui Kalend. Septemb. anni Christi 489 inchoatur. His astipulatur Victor Tunnensis qui Acacii obitum Eusebio consule contigisse scribit, nimirum anno Christi 489. *Acacius*, inquit laudatus scriptor, *Constantinopolitanus episcopus sub damnatione moritur, et pro eo Flavianus episcopus ordinatur, cui tertio promotionis suæ mense mortuo Euphemius synodi Chalcedonensis decretorum custos in episcopatu succedit.* Sed quem *Flavianum* Tunnensis appellat, Nicephorus *Fravitam* vocat. Cæterum Acacius depositus fuit primum a synodo Ephesina quæ Basilisco imperante coacta fuit; deinde a Felice papa. Damnatus autem fuit non ut hæreticus, sed ut hæreticorum fautor.

Ibid. Φραΐτας, etc., μῆνας γ', ἡμέρας ιζ'. *Phraitam* hunc appellat et sanctus Nicephorus in
B Chronographia, atque eum tres menses et dies 17 in Constantinopolitano throno sedisse ait. Theophanes *Phravitam* vocat, eique menses tres episcopatus CP. attribuit. *Flavitam* eum nuncupat Nicephorus Callisti, lib. VI, cap. 13. Ita habet et Zonaras qui ei menses tres cum semisse attribuit. Victor vero Tunnensis paulo superius citato loco *Flavianum* eum appellat, atque eum *tertio promotionis suæ mense* mortem obiisse narrat. Quod quidem accidit, ut habet idem scriptor, Eusebio consule anno Christi 489.

Ibid Εὐφήμιος, etc., ἔτη ς', ἥμισυ. Theophanis Tabulæ Euphemium annos septem in throno Constantinopolitano sedisse ostendunt. Neque enim, ut secum pugnans ait Pagius, Euphemius episcopatum CP. suscepit anno Christi 490, sed 489, ut patet ex paulo superius laudato Victoris Tunnensis loco. In exsilium vero pellitur ab Athanasio imperatore Euphemius anno 6 ejus-
C dem Augusti, Christi 496, ut tradit Theophanes, non vero anno 5 imperii Anastasii ut habet Cedrenus. Rem pluribus refert idem Theophanes citato loco.

Ibid. Μακεδόνιος, etc., ἔτη ις', μῆνας ζ'. Macedonius anno 6 imperii Anastasii, Christi 496 sedem CP. suscepit; pellitur vero in exsilium ab eodem Augusto coss. Secundino et Felice, anno Christi 511, ut scribit Marcellinus in Chronico, unde fallitur hic Nicephorus Callisti dum ei annos sexdecim et menses septem attribuit; melius Theophanes in Tabulis qui ei annos sexdecim utrinque incompletos ascribit. Quod vero dicitur in Chronographia sancti Nicephori Macedonium sex tantum annos Ecclesiam Constantinopolitanam rexisse, id factum puto scribæ incuria qui numerum denarium omisit.

Ibid. B. Τιμόθεος, etc., ἔτη ς', ἥμισυ, ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ τοῦ Μεγάλου. Theophanes sex tan-
D tum annos Timotheo attribuit, quemadmodum et sanctus Nicephorus in Chronographia. Timotheus siquidem, ejecto Macedonio, invasit episcopatum Constantinopolitanum sub finem anni Christi 511, uti supra monuimus. Moritur autem Timotheus, ut scribit Theophanes, anno Incarnat. secundum Alex. 510, qui Kalend. Septemb. anni Christi 517 inchoatur. Victor Tunnensis hujus mortem contigisse tradit die quinta mensis Aprilis: *Timotheus*, inquit, *Constantinopolitanus episcopus obtrectator synodi Chalcedonensis 5 die mensis Aprilis occubuit, et Joanni Cappadoci in cella propria, atque presbytero episcopatum tradidit.* Sic legendum, non vero *Joannes Cappadox*. Cæterum fallitur hic Nicephorus Callisti, dum Timotheum suo Justiniano Magno vixisse ait; nam Anastasio adhuc regnante obiit Timotheus.

Ibid Ἰωάννης ὁ Καππαδόκης, etc., ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ ἔτος α', μῆνας ς'. Ita habet et sanctus Nicephorus in Chronographia ex editione R. P.

Goar. At in nostra Joanni Cappadoci anni quatuor, et menses decem attribuuntur. Tabulæ Theophanis Joannem Cappadocem sedisse in episcopatu Constantinopolitano annis 2 ostendunt. Verum Joannes sedit annum unum menses decem, et aliquot dies, quos Nicephorus neglexit; nam ordinatur episcopus Constantinopolitanus Joannes anno Christi 518, non vero 517, ut ex Victore Tunnensi scribit Baronius: idque accidit die 17 mensis Aprilis. Moritur autem Joannes anno Christi 520, et in ejus locum Epiphanius ejusdem Ecclesiæ presbyter et syncellus ordinatur die 25 mensis Februarii. Quod quidem accidit anno Justini Thracis tertio, non vero secundo, ut habet Theophanes, Christi scilicet 520. Perperam igitur hic Nicephorus Callisti Joannem sub Justiniano vixisse scribit. Fallitur et Baronius qui Joanni Cappadoci annos tres attribuit. Cæterum Joannes hic Cappadox primus fuit, ut aiunt, qui titulum patriarchæ œcumenici ausus est usurpare.

Col. 456 B. *Ἐπιφάνιος*, etc., *ἔτη ις'*, *μῆνας γ'*. Sic etiam sanctus Nicephorus in Chronographia et Theophanes Epiphanio episcopo Constantinopolitano annos sexdecim menses tres attribuunt. Hæc laudatus Theophanes anno 10 Justiniani, Christi 536: Τούτῳ τῷ ἔτει Ἐπιφανίου ἐπισκόπου τελευτήσαντος μηνὶ Ἰουνίῳ ε', ἰνδ. ιε', ἐπισκοπήσαντος ἔτη ις', καὶ μῆνας γ', Ἄνθιμος αἱρετικὸς ἐπίσκοπος Τραπεζουντίων μετετέθη ἐν ΚΠ. *Hoc anno Epiphanio præsule, mensis Junii die quinto, indictione decima quinta, post episcopatus annos sexdecim, et menses tres vivis erepto, hæreticus Anthimus Trapezuntinus episcopus in sedem Constantinopolitanam translatus est.* At Theophanes secum ipse pugnare videtur, nam anno 2 Justini Thracis Epiphanium thronum Constantinopolitanum conscendisse scribit die 25 Februarii anni Christi 520, unde non annos 16, sed 17, et menses tres Epiphanium sedisse dicendum erit. Verum Pagius mendi arguit Theophanem ex aliis monumentis, et sic Epiphanii obitum contigisse ait anno Christi 535, mensis Junii die 5, indictione 13 post episcopatus annos 15, et menses 3. Vide Pagium eodem anno num. 9.

Ibid. *Ἄνθιμος* etc., *μῆνας ι'*. Sanctus item Nicephorus in Chronographia et Theophanes anno 10 imperii Justiniani Anthimo menses decem assignant: qui quidem scriptor secundus Anthimum hæreticum ab Agapeto papa, dum Constantinopoli esset, e sede dejectum scribit. Fallitur autem laudatus Theophanes, ut monet Pagius, dum hæc anno 10 Justiniani narrat; nam Anthimus sedem Constantinopolitanam occupat mense Junio anni Christi 535, deponitur vero mense Martio anni sequentis; unde decem illi menses sedis Anthimi utrinque incompleti fuere.

Ibid. *Μηνᾶς*, etc., *ἔτη ις'*, *μῆνας ς'*. Menas ordinatus est episcopus Constantinopolitanus die 13 mensis Martii anni Christi 536. Moritur autem mense Augusto anni Christi 552, uti pluribus ostendit Pagius num. 17 eodem loco; unde menses illi sex utrinque incompleti fuere.

Ibid. C. *Ἐν τῷ ἱερατείῳ*. Ita habet et Theophanes, ubi ipsius interpres vertit *in sacris adytis*; quomodo et nos supra n. 553, hanc vocem interpretati sumus; sed quid ἱερατεῖον significet pluribus ibi exposuimus.

Ibid. *Εὐτύχιος*, etc., *ἔτη ιβ'*, *μῆνας ε'*. Eutychio Tabulæ Theophanis ante depositionem annos tredecim assignant; sanctus Nicephorus in Chronographia annos duodecim et menses duos eidem attribuit; Eustathius vero in hujus sancti patriarchæ Vita cap. 4, annos tantum duodecim eidem ascribit. Verum Eutychius mense Augusto anni Christi 552, non vero anni 553, ut perperam credidit Baronius, ordinatus fuit episcopus Constantinopolitanus, ut aperte ostendit Theophanes, qui Eutychium eo ipso die quo Menæ cadaver in sacris adytis expositum jaceret, in ejus locum suffectum fuisse scribit. Pellitur vero e sede Eutychius a Justiniano, quod ejus impio edicto subscribere nollet die 22 Januarii anni 565, ut scribit laudatus Eustathius; unde optime scribit Nicephorus Callisti Eutychium ante persecutionem sedisse annos 12 et menses quinque. Fallitur autem Baronius, uti observat Pagius, dum edictum illud Justiniani anno Christi 563 consignat, et exsilium Eutychii in annum sequentem congerit. Nam edictum Justiniani, ut scribit Pagius, initio anni 565, emissum esse ex Theophane cum Eustathio collato magis confirmatur. Hic enim cap. 5, testatur Eutychium e palatio in monasterium quoddam ab Hetherio deportatum fuisse: quo in loco postquam diem unum moratus esset, collocarunt eum in alio monasterio prope Chalcedonem. Post diem octavum conventus episcoporum convocatus, et Eutychius ad causam dicendam citatus; cumque comparere recusasset, in insulam Principis dictam, quæ in Astaceno sinu Propontidis sita, translatus est, ubi tres hebdomadas sub militari custodia egit, indeque Amaseam Helenoponti metropolim, in quo primum monachus, ac dein archimandrita fuerat. Vide Theophanem ad annum 38 imperii Justiniani.

Ibid. *Ἰωάννης Σχολαστικός*, etc., *μεθ' ἡμέρας γ'*, *ἔτη ιβ'*, *μῆνας ς'*. Joannes Scholasticus ordinatur episcopus Constantinopolitanus, ut scribit Theophanes ad annum 38 Justiniani, die 12 mensis Aprilis, in quam anno Christi 565 Dominica cadebat: nam ibi laudatus Theophanes loquitur de depositione Eutychii (quæ, ut paulo superius diximus ex Eustathio, contigit die 22 Januarii ejusdem anni) occasione ordinationis Joannis. Moritur autem Joannes, ut scribit idem Theophanes, die tricesimo primo mensis Augusti, indictione decima, hoc est, anni Christi 577, ex quibus apparet Joannem sedisse annos 12 et menses quinque, utrinque incompletos. Cæterum in Tabulis Theophanis recte Joanni anni 12 assignantur, neglectis scilicet mensibus.

Ibid. *Εὐτύχιος ἔτη δ'*, *μῆνας ς'*. Eutychius patriarcha haud diu post Joannis Scholastici mortem in sedem Constantinopolitanam restituitur, hoc est, die tertia mensis Octobris, ut scribit Eustathius in hujus sancti patriarchæ Vita, anni Christi 577, non vero 578, ut putat Baronius. Quod confirmatur ex Theophane, qui anno Incarnat. secundum Alex. 570, qui kalendis Septembris anni Christi 577 inchoatur, ait: Τούτῳ τῷ ἔτει μηνὶ Ὀκτωβρίῳ, ἰνδικτιῶνι ια', Εὐτύχιος ἀπέλαβε πάλιν τὸν θρόνον Κωνσταντινουπόλεως. *Hoc anno mense Octobri, indictione undecima, Eutychius thronum Constantinopolitanum secundo accepit.* Moritur autem Eutychius die sexta mensis Aprilis anni Christi 582, ut scribit idem Theophanes anno Incarnat. secundum Alex. 574 kalendis Septembris superioris Christi anno inchoato: Τούτῳ τῷ ἔτει μηνὶ Ἀπριλίῳ ς', ἰνδικτιῶνι ιε', ἐτελεύτησεν Εὐτύχιος ὁ πατριάρχης, καὶ ἐχειροτονήθη μετὰ ἓξ ἡμέρας Ἰωάννης διάκονος τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας, ὁ Νηστευτής. *Hoc anno, die sexto Aprilis, indictione decima quinta, Eutychius patriarcha diem ultimum obiit: et post dies sex Joannes Magnæ Ecclesiæ diaconus, qui Jejunator dictus, consecratus est.* Quod patet etiam ex Eustathio in ejus Vita cap. 10. Unde apparet Eutychium secundo Ecclesiam Constantinopolitanam rexisse annis quatuor, mensibus sex, et diebus aliquot.

Ibid. D. *Ἰωάννης διάκονος*, etc., *ὁ Νηστευτὴς ἐπὶ Μαυρικίου ἔτη ιγ'*, *μῆνας ε'*. Joannes Jejunator consecratus est episcopus Constantinopolitanus post dies sex a morte Eutychii, quæ accidit die sexta mensis Aprilis anni Christi 582, ut scribit Theophanes paulo superius citato loco; igitur ordinatio Joannis accidit die duodecima Aprilis ejusdem anni, in quam illo anno Dominica inci-

debat. Moritur autem Joannes anno Christi 595, ut patet tum ex utroque Nicephoro qui eidem annos tredecim et menses quinque assignant, tum etiam ex Menologio Basilii imp. ad diem secundum mensis Septembris, cujus pars in tomo VI Italiæ sacræ exstat; ubi eidem Joanni anni quoque tredecim, et menses quinque attribuuntur. Cur autem hujus patriarchæ mortem Baronius anno sequenti consignaverit pluribus docet Pagius, qui, ut mihi videtur, nodum egregie solvit. Cæterum non abs re patriarcha iste a pluribus reprehenditur tanquam ambitiosus, eo quod synodum Constantinopoli celebraverit, ut œcumenici titulum synodali judicio sibi confirmaret.

Col 456 D. *Ἐχειροτονήθη μεθ' ἡμέρας . . . ἐπὶ τῆς βασιλείας Τιβερίου.* Sic locus hic mutilus ex Theophanis paulo superius citato loco restituendus est: Ἐχειροτονήθη μεθ' ἡμέρας ἕξ, etc., nimirum Joannes *consecratus est post dies sex* a morte Eutychii.

Ibid. *Τελευτᾷ δὲ τῷ ιδ' ἔτει τῆς Μαυρικίου βασιλείας.* Hinc manifesto liquet Joannem mortem obiisse anno Christi 595, cum annus quartus decimus imperii Mauricii huic anno Christi respondeat.

Ibid. *Κυριακὸς*, etc., *ἔτη ια'.* Cyriaco patriarchæ undecim etiam annos assignant Theophanes et sanctus Nicephorus in Chronographia; electus enim ille fuit episcopus Constantinopolitanus anno Christi 595, non vero anno 594, nempe sub indictione 12, ut perperam tradit scriptor Chronici Alexandrini: qui tamen scriptor optime Cyriaci mortem consignat anno 4, post consulatum Phocæ Aug. II, indictione 9, hoc est, anno Christi 606. Τούτῳ, inquit, τῷ ἔτει, τελευτᾷ Κυριακὸς πατριάρχης Κωνσταντινουπόλεως, μηνὶ Ὑπερβερεταίῳ, κατὰ Ῥωμαίους Ὀκτωβρίῳ κθ', ἡμέρᾳ ζ', καὶ κηδεύεται τῇ τριακοστῇ τοῦ αὐτοῦ μηνὸς, ἡμέρᾳ πρώτῃ, καὶ ἀπετέθη τὸ αὐτοῦ λείψανον πρὸς συνήθειαν εἰς τοὺς ἁγίους Ἀποστόλους. *Hoc anno, Cyriacus patriarcha Constantinopolitanus moritur mense Hyperveretæo, secundum Romanos Octobri die 29, feria 7; illiusque funus curatum est 30 ejusdem mensis. feria 1, et depositum est corpus illius juxta morem receptum in æde sanctorum Apostolorum.* Quod vero hic ait scriptor Chronici Alexandrini, Cyriaci corpus depositum fuisse juxta morem receptum in æde sanctorum Apostolorum, id verum esse ostendit Evagrius lib. IV, cap. 30, ubi loquitur de æde sanctorum Apostolorum condita vel instaurata a Justiniano: Ἐν ᾧ οἵ τε βασιλεῖς, οἵ τε ἱερώμενοι νενομισμένης ταφῆς τυγχάνουσι, in qua et imperatores et pontifices debitam sepulturam consequuntur. Hujus autem consuetudinis seu potius sanctionis hanc causam reddit Sozomenus, lib. II, cap. ult.: Ἀπὸ τούτου δὲ, ὡς ἐκ τινος ἔθους γενομένου καὶ οἱ μετὰ ταῦτα τελευτήσαντες ἐν Κωνσταντινουπόλει βασιλεῖς Χριστιανοὶ κεῖνται, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐπίσκοποι, ὡς καὶ τῆς ἱερωσύνης ὁμοτίμου τῇ βασιλείᾳ οὔσης, μᾶλλον μὲν οὖν ἐν τοῖς ἱεροῖς τόποις καὶ τὰ πρῶτα ἐχούσης· *Ab eo igitur tanquam ex hujus rei auctore consuetudine ducta, imperatores Christiani post mortem Constantinopoli sepeliuntur, atque etiam ipsi episcopi: quippe cum dignitas sacerdotalis imperii dignitati par sit, imo vero in locis sacris primas partes obtineat.* Id autem factum esse a tempore Constantini Magni docet Socrates, lib. II, cap. 26, de Constantino: Ἀποτεθεὶς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τῇ ἐπωνύμῳ τῶν Ἀποστόλων, ἣν δι' αὐτὸ τοῦτο πεποιήκει, ὅπως ἂν οἱ βασιλεῖς τε καὶ ἱερεῖς τῶν ἀποστολικῶν λειψάνων μὴ ἀπολιμπάνοιντο. *In ecclesia Apostolorum deponitur, quam idcirco ædificaverat, ut et imperatores et pontifices apostolicis non destituerentur reliquiis.* Postmodum vero patriarchas Constantinopolitanos passim humatos fuisse in æde sanctorum Apostolorum legimus. Reliquos autem quos aut patriarchalis, aut

A Augustalis dignitas non ornasset, in laudata æde sanctorum Apostolorum sepeliri vetant Gratianus, Valentinianus, et Theodosius Augusti in l. 6, Cod. Th. *De sepulcris violatis.* Sed vide quæ lib. VI de sepulcris imperatorum annotavimus.

Ibid. *Θωμᾶς διάκονος*, etc., *ἔτη γ', μῆνας β'.* Item Nicephorus Callisti, lib. XVIII, cap. 44, huic patriarchæ annos tres et menses duos attribuit. Huic consentiunt Menologium Basilii imperatoris; vetustum Synaxarium ms. Collegii Parisiensis Ludovici Magni, et Menæa excusa, ac mss. ut videre est apud Bollandum ad diem 20 Martii, quo sancti Thomæ festum occurrit. At sanctus Nicephorus in Chronographia Thomæ annos tres et menses quinque assignat; sed perperam; quippe Thomas ordinatus fuit episcopus Constantinopolitanus die 23 Januarii anni Christi 607, ut habetur in Chronico Alexandrino: Τούτῳ τῷ ἔτει, μηνὶ Αὐδυναίῳ, κατὰ Ῥωμαίους κγ' Ἰανουαρίου, γέγονε

B πατριάρχης ἐν Κωνσταντινουπόλει Θωμᾶς ἀπὸ διακόνων τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας, καὶ σακελλάριος τοῦ πατριάρχου, καὶ ἐπάνω τῶν χειροτονιῶν. *Hoc anno, mense Audynæo, secundum Romanos 23 Januarii, dictus est patriarcha Constantinopolitanus Thomas ex-diacono Magnæ Ecclesiæ, et sacellarius patriarchæ, ac ordinationibus præpositus*; unde fallitur Theophanes, qui anno Incarnat. secundum Alex. 598 kalendis Septembris superioris Christi anni inchoato, prodit Thomam mensis Octobris die undecimo in locum Cyriaci suffectum esse. Moritur autem Thomas indictione XIII, anno scilicet Christi 610, die 20 mensis Martii, qui incidebat in feriam sextam, et die 22 ejusdem mensis, quæ erat Dominica sepelitur, ut narrat idem scriptor Chronici Alexandrini: Τούτῳ τῷ ἔτει, μηνὶ Δύστρῳ, κατὰ Ῥωμαίους, Μαρτίῳ κ', ἡμέρᾳ ς', τελευτᾷ Θωμᾶς πατριάρχης Κωνσταντινουπόλεως, καὶ κηδεύεται τῇ κβ' τοῦ αὐτοῦ μηνὸς, ἡμέρᾳ α'. Cæterum ab hoc

C Thoma exstructum fuisse Triclinium illud, quod Thomaites dicebatur, auctor est Nicephorus Callisti lib. XVIII, cap. 44. Sed vide quæ de hoc Triclinio habet Ducangius, lib. II, n. 8.

Ibid. *Σέργιος διάκονος*, etc., *τῶν ἐν . . . καὶ φιάλῃ τῶν λιμένων πτωχείων*, etc., *ἔτη κη', μῆνας ζ'.* Locus hic mutilus suppleri aliquo modo potest ex Chronico Alexandrino, ubi sic de Sergio habetur: Σέργιος διάκονος τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας Κωνσταντινουπόλεως, καὶ πτωχοτρόφος, φρουρὸς λιμένος. Quod sic interpretatur Ducangius: *Sergius, Magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ diaconus, et ptochiorum præfectus, custos portus.* Sed perperam ibi in notis monet laudatus Ducangius: *Alius, ni fallor, a Sergio, quem diaconum duntaxat indigitant scriptores.* Sergius autem hic licet esset Magnæ Ecclesiæ diaconus, tamen a Syris et Jacobitis generis originem traxit, ut testatur idem Nicephorus Callisti, lib. XVIII, cap. 44. Quid vero significet πτωχεῖον, vide Ducangii Gloss. Græc. eodem v.

D Quod autem attinet ad hujus sedis tempus, cum sedisse in episcopatu Constantinopolitano annis 29, ostendunt Tabulæ Theophanis; sanctus vero Nicephorus in Chronographia ex editione doctissimi P. Goar eidem assignat annos 21, dies 21, ex nostra editione annos 28, menses 7, dies 21. Certum tamen est ex Chronico Alexandrino, Sergium successisse S. Thomæ die octavo Aprilis, indictione XIII, hoc est, anno Christi 610, qui dies illo anno in Sabbatum sanctum incidebat. Sed ibi in eodem Chronico pro die octavo Aprilis scribendum esse die 18 docet Petavius in Notis ad Nicephorum, ubi de morte Sergii agitur; cujus quidem integra verba, quæ ad hujus patriarchæ sedis annos spectant, hic exscribere post verba s. Nicephori libet: Κατὰ δὲ τὴν δωδεκάτην ἰνδικτιῶνα τελευτᾷ Σέργιος ὁ τοῦ Βυζαντίου πρόεδρος, etc. *Indictione duodecima Sergius Constantinopolitanus patriarcha moritur.* Ubi istæc monet Petavius;

Indictio hæc a. 638 inchoata est, Heraclii 29. Quare a 639 ejus obitus notatur in Magnis Annalibus, cum sed sset a. 28, dies 21, ut est in Chronico Nicephori : sed falso. Nam ab eo constat Heraclium esse coronatum. Ergo ejus initium in Annalibus notatur a. C. 608, indict. 11, Phocæ 6, adeo ut 32 annos ei Ecclesiæ præfuerit. Verum Theophanes 29 sedisse tantum asserit. Qua ratione anno Christi 610 episcopatum iniit, Phocæ imperatoris ultimo. Ultimus vero ejus annus incurrit in 638, indict. 11, Heraclii 28. Alexandrinum Chronicon, pag. 875, annum illum, quo Sergius patriarcha creatus est, multiplici charactere designat. Siquidem Martii 20, feria 6, mortuum refert Thomam illius antecessorem : qui 22 mensis ejusdem sepultus est, Dominica die. Postea vero Aprilis 8, indict. 13, Sabbato magno Sergium creatum pontificem. Subjicit et alium feriæ characterem, Octobris 3, indict. 14, Sabbatum fuisse, de quo supra disputatum est. Annus ille procul dubio Christi est 610, cyclo solis 3, l.t. Dom. D. Ideo Martii 20, feria 6, et 22, Dominica. Cyclus lunæ 3, terminus Paschalis 13 Aprilis, Cyclus solis Constantinopolitanus 26, concurrentes, sive epactæ solis 3, quæ cum regularibus diei dant feriam 2. Quare Pascha Aprilis 19, et Sabbatum magnum 18 ejusdem. Unde in Chronico pro 8 rescribendum 18. Ex hac observatione superiorum patriarcharum seriem iisdem in Annalibus corrigas. Veluti cum Thomæ primus annus comparatur cum a. 606, Phocæ 4. In quo suffragatores quidem, quod ad Phocæ annum attinet, habent Theophanem ac Cedrenum, sed utrumque errore lapsum. Nam cum Theophanes Thomæ tres annos tribuat, et a. 4 Phocæ primum illius numeret, Sergii primum duobus annis accommodat, 7 et 8. Longe melius in Alexandrino Chronico Cyriacus e vivis excessisse dicitur Octobris 29 die Sabbati, curatumque illius funus postridie Domin. Fuit hic annus 607, cyc. solis 27, lit. Dom. B, indict. 10, Phocæ 4 pene absoluto. Sequenti a. 607, Phocæ 5, indict. 10, post Cos. Phocæ a. 4 Januarii 23 creatus est Thomas. Sedit itaque a. 3. Niceph. in Chron. tribuit a. 3, m. 3. Sed interregni spatium complexus est. At vero corrigendum rursus Chronicon, dum Phocæ 5, quo creatus est Thomas indict. 10 notat post consulatum Phocæ 3. Siquidem Phocæ primus inchoatur, ex eodem Chronico, indict. 6 Novemb. 25 Dominica, cum die 23, feria 6 inauguratus esset a Cyriaco. Annus est Christi 602, cyclo solis 23, lit. Dom. G. Anno 603, ind.ct. 6, Phocas consulatum iniit. Ergo anno 604, Phocæ 2, indict. 8, numerari cœpit post ejus consulatum I, anno deinde 605, Phocæ 3, indict. 8, annus fuit post consulatum II. Itaque a. 606 Phocæ 4, indict. 9, est ab ejus consulatu III. Annus vero 607 Phocæ 5, indict. 10, post ejus consulatum ordine IV est. Male igitur in Græco, indict. 9 et 10 bis iteratur τὸ γ'. Hac paulo accuratius a nobis excussa sunt, ut et illorum temporum historiæ, et luculentissimo Chronico aliqua ex parte consuleretur. Sic Petavius. Unde apparet optime S. Nicephorum Sergio tribuisse annos 28, menses 7, dies 21. Vide quid post Petavium habet Pagius ad annum Christi 639, n. 8.

Col. 456 D. *Πύῤῥος πρεσβύτερος*, etc., *ἔτη β', μῆνας θ' ἡμέρας θ'*. Idem temporis spatium Pyrrho assignat et sanctus Nicephorus in Chronographia. At vero Theophanes annos tres eidem attribuit. Certum est enim Pyrrhum Sergio successisse anno Heraclii 30, Christi 639, mense Januario, sed qua die non liquet. Pellitur autem e sede Pyrrhus anno ab Heraclii morte altero, ac in ejus locum Paulus instituitur mense Octobri, indictione 15, ut habent Theophanes et Cedrenus : quibus astipulatur et sanctus Nicephorus in Breviario historico. Igitur anno Christi 641, eodem quo Heracleonas obiit,

A ejectus est Pyrrhus, non vero anno 642, ut perperam habetur in Annalibus; siquidem indictio 15 iniit anno 641 mense Septembri. Vide Petavii eruditissimas notas ad sancti Nicephori Breviarium historicum; quas sæpe Pagius ad verbum, ut aiunt, exscripsit. Cæterum quod ait hic Nicephorus Callisti, Pyrrhum a Philippico et Gordia constitutum fuisse temporis ratio non admittit.

Col. 457 A. *Παῦλος πρεσβύτερος*, etc., *καὶ ἐπὶ τῶν φυλακῶν, ἔτη β', ἡμέρας κς'*. Totidem annos totidemque dies Paulo attribuit et sanctus Nicephorus in Chronographia. Verum Zonaras et Theophanes tam in Chronico quam in tabulis eidem insertis Paulo annos duodecim assignant. Sic idem Theophanes in Chronico : ΚΠ. ἐπίσκοπος Παῦλος ἔτη ιβ', *Episcopatum Constantinopolitanum annos duodecim Paulus obtinuit*. At cum Paulus iste ordinatus sit mense Octobri indictione 15, hoc est, anno Christi 641, uti supra demonstravimus,

B obieritque inter diem decimum nonum mensis Decembris anni sexcentesimi quinquagesimi quarti, et diem 13 mensis Martii anni insequentis, necesse est, eum sedisse annos tredecim, et menses aliquot, uti pluribus docet Pagius ad annum Christi 651. Cæterum ἐπὶ τῶν φυλακῶν interpretatus sum *super custodias* secutus veterem interpretem concilii Constantinopolitani sub Mena, Act. 3. Ἰωάννης ὁ θεοφιλέστατος πρεσβύτερος ἐκκλησιέκδικος, καὶ ἐπὶ τῶν φυλακῶν, εἶπε. Ubi vetus interpres : *Ecclesiæ advocatus, et super custodias*. Unde apparet φυλακαῖς seu *carceribus* præfuisse Ecclesiæ officialem, qui ἐπὶ τῶν φυλακῶν dicebatur.

Ibid. *Πύῤῥος ἀποκατέστη*, etc. *μῆνας δ', ἡμέρας κγ'*. Pyrrho postquam restitutus est in sedem CP. menses item quatuor ac dies 23 attribuit et sanctus Nicephorus in Chronographia, necnon Theophanes in Chronico ad annum Incarnat. secundum Alex. 644, qui Kalend. Septemb. anni

C Christi 652 inchoatur. Quare Pyrrhi mortem bienno anticipat, quemadmodum Baronius triennio. Ex dictis, inquit Pagius, liquet mortem Pyrrhi contigisse anno sexcentesimo quinquagesimo quinto.

Ibid. *Τὰ ὅλα ἔτη αὐτοῦ*, etc., *ἔτη γ', μὴν εἷς, ἡμέραι β'*. Fallitur hic Nicephorus in computandis annis totius temporis episcopatus Pyrrhi, nisi librarius loco ἡμέραι λβ', qui numerus optime quadrat, per errorem scripserit ἡμέραι β', omisso λ.

Ibid. *Πέτρος διάκονος*, etc., *καὶ περιοδευτὴς Θρᾳκης, καὶ γηροκόμος τοῦ ἁγίου Κλήμεντος ἔτη ιβ', μῆνας δ'*. Petrus hic qui eadem hæresi infectus fuit, substituitur in locum Pyrrhi eodem anno Christi 655. Hunc mortem obiisse scribit Zonaras post annos sedis duodecim; totidemque anni in Tabulis Theophani insertis eidem tribuuntur. In Chronographia sancti Nicephori

D perperam ei anni duo et menses septem assignantur. Hinc etiam deceptus Baronius annos duos eidem tribuit. At Pagius Petrum ultra annos undecim et menses septem vitam in episcopatu Constantinopolitano protrahere non potuisse scribit; diemque ultimum obiisse anno Christi 666. Tarasius quippe in actione 2 sextæ synodi generalis de Monothelitarum hæresi loquens : *A Petro*, inquit, *usque ad sextam synodum non plures anni transierant quam quindecim; quinque intermedio eo tempore pontifices fuerunt, Thomas, et Joannes, et Constantinus a prædictis hæreticis fuerant ordinati: nec propterea reprobati sunt*. Quare cum prædicta synodus sexta anno Christi 680 celebrata fuerit, et ex annis quibus Petri successores usque ad sextam synodum, prout ipsemet S. Nicephorus scribit, sederunt, manifesto constat Petrum non ante annum sexcentesimum sexagesimum sextum exstinctum fuisse. Cæterum περιοδευτής, hoc est,

visitator, lustrator, circitor seu ut Ducangius, circator, dignitas est hodie in majoribus ecclesiis, cujus munus describit Catalogus Allatianus : Ὁ περιοδευτὴς περιπατῶν καὶ παιδευόμενος τοὺς θέλοντας βαπτισθῆναι τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει. Ea dignitas est ex ordine presbyterorum, ut scribit Joannes episcopus Citri in Responsis ad Cabasilam pag. 328. Εἰσὶ δὲ καὶ ἕτερα ὀφφίκια, ἅπερ μάλιστα τοῖς ἱερεῦσιν ἁρμόζουσιν· ὁ ἐπὶ τῶν κατηχήσεων, ὁ ὀρφανοτρόφος, οἱ τέσσαρες ἔκδικοι, ὁ ἄρχων τῶν φώτων, ὁ νομοδότης καὶ ὁ περιοδευτής. Vide quæ de hac dignitate habent Ducangius et Meursius in Gloss. Græc. eodem v.

Col. 457 B. *Θωμᾶς διάκονος*, etc , *ἔτη β'*, *μῆνας ζ'*. Postquam igitur Ecclesia Constantinopolitana orbata esset pastore mensibus sex, diebus sedecim, in locum Petri defuncti eligitur Thomas ; sed cum mensis, quo obierat Petrus a scriptoribus non indicetur, num Thomas electus fuerit anno Christi 666, quo Petrus defunctus dicitur, vel sequenti, nescitur. Thomam vero e vivis excessisse putat Pagius anno tantum sexcentesimo sexagesimo octavo, vel sequenti. Huic annos tres assignant Theophani insertæ Tabulæ. Zonaras in Constante Aug. et sanctus Nicephorus in Chronographia idem temporis spatium eidem attribuunt, quod Nicephorus Callisti. Cæterum Thomæ apologiam contra Baronium adornare conatus est Pagius.

Ibid. *Ἰωάννης πρεσβύτερος καὶ πρωτέκδικος*, etc , *ἔτη δ'*, *μῆνας*. . . . . Sanctus Nicephorus in Chronographia huic Joanni annos quinque et menses novem assignat. Tabulæ insertæ Theophani iidem annos sex attribuunt. At Joannes, ut putat Pagius, successit Thomæ in episcopatu Constantinopolitano anno Christi 668, vel sequenti. Moritur, ut idem scribit, anno Christi 674, aut circiter. Cæterum πρωτέκδικος dicitur *primus defensor Ecclesiæ*. Vide Ducangii *Gloss. Græc.* v. Ἔκδικος.

Ibid. *Κωνσταντῖνος καγκελλάριος*, etc., *ἔτη η'*, *μῆνας ια'*, *ἡμέρας ζ'*. Perperam hic Nicephorus Callisti huic Constantino annos octo, menses undecim, et dies septem ascribit ; nam in Tabulis Theophani insertis eidem assignantur anni duo. Sanctus Nicephorus in Chronographia ex editione R. P. Goar eidem attribuit annum unum, menses octo, et dies septem : Constantinus quippe sedem Constantinopolitanam anno Christi 674 accepit : moritur vero anno 676, ut pluribus docet Pagius.

Ibid. *Θεόδωρος πρεσβύτερος*, etc., *ἔτη β'*. Huic Theodoro in Tabulis Theophanis anni duo assignantur, quemadmodum et in Chronographia sancti Nicephori, nisi quod ibidem menses insuper tres eidem attribuuntur. At Baronius, qui annos decem Petro uni e decessoribus Theodori ademerat, loco *annos duos*, *annos duodecim* legendum contendit, et sic annos duodecim sedisse Theodorum asserit ; sed falli hac in re doctissimum cardinalem ostendit Pagius : qui etiam scribit Theodorum thronum Constantinopolitanum nactum fuisse anno Christi 676, et ab eadem sede dejectum anno 678. Cæterum qua de causa Theodorus patriarchatu spoliatus fuerit, non satis liquet, licet Baronius id factum putet ob hæresis causam.

Ibid. C. *Γεώργιος πρεσβύτερος*, etc. *ἔτη ς'*, *μῆνας γ'*. Perperam huic Theodoro tribuuntur anni tres totidemque menses in Chronographia sancti Nicephori ex editione R. P. Goar, et in nostra anni duo, menses tres. Potior fides habenda hac in re Theophani qui ad annum 17 Constantini Pogonati loquens de Georgio ait, annum patriarchatus ejus tertium numeratum fuisse, cum ageretur sancta œcumenica synodus, additque eidem post synodum alios tres in dignitate exactos esse : Πατριαρχοῦντος ἐν τῇ ἁγίᾳ οἰκουμενικῇ συνόδῳ Κωνσταντινουπόλεως Γεωργίου ἔτος ἄγοντος τῆς πατριαρχίας γ', καὶ μετὰ τὴν σύνοδον πατριαρχήσαντος ἄλλα ἔτη γ'. *Patriarcham nimirum agente in sancta œcumenica synodo Georgio, cujus patriarchatus annus tertius numerabatur : cuique post synodum alii tres in dignitate exacti sunt.* In Tabulis Theophani insertis anni etiam sex Georgio attribuuntur. Georgius igitur anno Christi 678 patriarchatum suscepit. Moritur autem, seu, ut scribit hic Nicephorus Callisti, e sede pellitur, anno 683.

Ibid. *Καὶ ὁ Θεόδωρος πάλιν*, etc., *ἔτος α'*, *μῆνας ι'*. Theodoro restituto Nicephorus in Chronographia tam ex editione Scaligeriana quam R. P. Goar annum unum et menses tres assignat ; at in nostra editione annus unus et menses decem eidem attribuuntur ; et ita habuit exemplar, quo usus est Baronius. Verum hac in re potior fides habenda Theophani qui cum in Tabulis tum ad 17 Constantini Pogonati Theodoro restituto annos tres ascribit. Igitur Theodorus restitutus fuit post Georgium anno Christi 683, et pervenit usque ad annum 686. Fallitur itaque hic Nicephorus Callisti dum Theodori totum episcopatus tempus annis tribus et mensibus aliquot coarctat, ut ex prædictis liquet.

Ibid. *Παῦλος ἀπὸ λαϊκῶν*, etc., *ἔτη ς'*, *μῆνας η'*. Totidem anni totidemque menses Paulo attribuuntur et in Chronographia sancti Nicephori. At Theophanes cum in Tabulis, tum ad annum 17 Constantini Pogonati eidem annos septem assignat. Igitur Paulus qui Theodoro successit anno Christi 686, mortem obiit anno 693. Cæterum quod dicitur Paulus ex laico a secretis electus, id etiam confirmat Agatho in sua Peroratione, ubi scribit, se cum eodem Paulo tum laico et imperatori a secretis, universa in sexta synodo mota, quæsitaque ordine assectatum esse, seque Actorum sextæ synodi scribam exstitisse.

Ibid. *Καλλίνικος πρεσβύτερος*, etc., *ἔτη ιβ'*. Huic patriarchæ tam Nicephorus in Chronographia, quam Theophanes in Tabulis annos duodecim assignat. Successit quippe Paulo anno 9, Justiniani 2, Christi 693. Pellitur e sede Callinicus ac orbatus oculis Romam relegatur anno 1 Justiniani Rhinotmeti secundo imperantis, hoc est, anno Christi 705. Cæterum non Callinicus patriarcha, ut putavit Baronius, sed Paulus synodo Trullanæ præfuit, uti pluribus ostendit Pagius.

Ibid. D. *Κῦρος πρεσβύτερος*, etc., *ἔτη ς'*. Theophanes anno 1 Justiniani Rhinotmeti secundo imperantis, nimirum Christi 705, Cyrum in locum Callinici suffectum fuisse scribit: Καὶ ἀντ' αὐτοῦ Κῦρον ἐν τῇ νήσῳ Ἀμάστριδος ἔγκλειστον ὄντα, ὡς προσημάναντα αὐτῷ τὴν τῆς δευτέρας βασιλείας ἀποκατάστασιν προεβάλετο. *Et in ejus locum Cyrum quemdam in Amastri insula monachum inclusum, quod imperii secundo gerendi vaticinium edidisset, suffecit.* Huic patriarchæ tam in Chronographia sancti Nicephori, quam in Tabulis Theophanis anni sex assignantur. At perperam idem Theophanes ad annum 11 Constantini Pogonati annos duos eidem patriarchæ attribuit. Pellitur autem a Philippico e sede Cyrus statim primo imperii ipsius anno ; cujus quidem initium alii numerant a die 15 Augusti, alii a mense Decembri anni Christi 711. Cæterum Baronius huic patriarchæ titulum confessionis ascribit, et Bollandus ad diem 8 Januarii eum inter sanctos collocat, quod Græci eodem die in Menæis eum celebrent tanquam religionis causa extorrem.

Ibid. *Ἰωάννης διάκονος*, etc., *ἔτη δ'*, *μῆνας*. . . . Huic patriarchæ tam in Chronographia sancti Nicephori quam in Tabulis Theophani insertis anni tantum tres assignantur. Idem habet laudatus Theophanes in Chronico ad annum 17 Constantini Pogonati, ubi sic legitur : Μετὰ δὲ ἔτη

γ'. τελευτήσαντος Ἰωάννου, μετατεθῆναι Γερμανὸν ἀπὸ Κυζίκου, etc. *Post annos tres vero mortuo Joanne, Germanus Cyzico translatus est*, etc. At si initium primi anni imperii Philippici sumendum est a die 15 Augusti anni Christi 711, ut nonnulli putant, anni quatuor optime videntur attribui huic patriarchæ a Nicephoro Callisti; siquidem Philippicus, uti supra diximus, ipso sui imperii initio, dejecto e sede Cyro, Joannem quemdam, ut scribit Theophanes, improbitatis ac pravæ opinionis consortem in ejus locum substituit: Κῦρον δὲ τὸν πατριάρχην ἐξώθησεν τῆς Ἐκκλησίας, καὶ Ἰωάννην τὸν αὐτοῦ συμμύστην καὶ συναιρετικὸν προεβάλετο. *Cyro vero patriarchæ sede ab eo dejecto, Joannem quemdam improbitatis et pravæ opinionis consortem in ejus locum promovit.* Germanus e Cyzicena metropoli transfertur atque in locum Joannis substituitur anno 2 Artemii, indictione decima tertia, mensis Augusti die undecimo, hoc est, anno Christi 715, ut tradit laudatus Theophanes ad eumdem Artemii annum: Τῷ δ' αὐτῷ δευτέρῳ ἔτει τῆς βασιλείας Ἀρτεμίου, τοῦ καὶ Ἀναστασίου, ιγ' ἰνδικτ., μηνὶ Αὐγούστῳ ια', μετετέθη Γερμανὸς ἀπὸ τῆς μητροπόλεως Κυζίκου εἰς ΚΠ. *Eodem porro secundo anno imperii Artemii, qui etiam Anastasius, indictione decima tertia, mensis Augusti die undecimo, e Cyzicena metropoli CP. Germanus translatus est.* Cæterum fallitur Baronius, uti optime monet et Pagius, dum Joannem hunc depositum fuisse ait, teste Theophane, cum Theophanes contraria scribat ad annum 17 Constantini Pogonati; quem quidem Theophanis locum paulo superius proponimus. Zonaras Joannem post triennium exauctoratum fuisse narrat; verum cum nemo alius, quod sciam, hujus depositionis meminerit, potior procul dubio hac in re fides habenda Theophani.

Col. 457 D. *Γερμανὸς ὁ μέγας*, etc. *ἔτη ιε'.* Theophanes ad annum 17 Constantini Pogonati et in Tabulis Germano patriarchæ annos quindecim assignat. At idem Theophanes ad annum 13 Leonis Isauri eidem annos quatuordecim, menses quinque, et dies tres attribuit. De hujus patriarchæ sedis tempore sic scribit Pagius: Quare cum episcopus Constantinopolitanus die 11 mensis Augusti anni Christi 715 consecratus fuerit Germanus, ut patet ex Theophanis capite præcedenti laudato loco, liquet Baronium sancti Germani ordinationem in annum 714 perperam contulisse; sic enim non annos quatuordecim, sed quindecim integros cum aliquot mensium appendice pontificatum tenuisset. Liquet secundo, loco horum verborum, *dies tres*, legendum esse cum Anastasio, auctore Miscellæ, et Cedreno, *dies septem*. Sic Pagius. At perperam; nam melius legendum *dies tres*: siquidem a die 11 mensis Augusti, anni Christi 715, quo Germanus consecratus fuit episcopus Constantinopolitanus ad diem 22, anni Christi 730, quo Anastasius in ejus locum suffectus est, intercedunt anni quatuordecim quinque et dies tres.

Ibid. *Ἀναστάσιος πρεσβύτερος*, etc., *ἔτη κδ'.* Huic impiissimo Anastasio annos viginti quatuor assignat et Theophanes non solum in Tabulis, sed etiam ad annum 17 Constantini Pogonati. Eumdem annorum numerum ipsi attribuit sanctus Nicephorus in Chronographia ex nostra editione; at ex editione R. P. Goar anni 21 perperam eidem ascribuntur; siquidem Anastasius die vicesima secunda mensis Januarii anni Christi 730, in locum Germani depositi substituitur, ut scribit Theophanes ad annum 13 Leonis Isauri: Τῇ δὲ κβ' τοῦ αὐτοῦ Ἰανουαρίου μηνὸς χειροτονοῦσιν Ἀναστάσιον τὸν ψευδώνυμον μαθητὴν καὶ σύγκελλον τοῦ αὐτοῦ μακαρίου Γερμανοῦ συνθέμενον τῇ Λέοντος ἀσεβείᾳ διὰ φιλαρχίαν κοσμικὴν προχειρισθεὶς ΚΠ. ψευδεπίσκοπος. *Die autem vicesima secunda ejusdem mensis Januarii Anastasium falsi nominis virum, justus beati Germani discipulum, et syncellum in ejus locum suffecerunt, qui videlicet dominii sæcularis ambitione motus, cum Leonis impietati assentiret, falsus Constantinopolitanus episcopus est.* Et quidem legendum esse, τῇ δὲ κβ', non vero ut in textu editionis Regiæ habetur, τῇ δὲ ζ' suadent codex Barberinus, Miscella et Anastasius: et quidem dies vicesima secunda mensis Januarii hoc anno cum Dominica concurrebat, qua ordinationes episcoporum fieri solitæ erant, ut supra sæpe monuimus. Moritur sacrilegus Anastasius anno 13 imperii Constantini Copronymi, Christi 753, ut narrat Theophanes eodem loco. De morte Anastasii vide Breviarium historicum sancti Nicephori patriarchæ CP. ex editione Petaviana pag. 205.

Ibid. *Κωνσταντῖνος μοναχὸς*, etc. *ἔτη ιβ'.* Huic patriarchæ annos duodecim assignant sanctus Nicephorus in Chronographia, et Theophanes cum in Tabulis, tum ad annum 17 Constantini Pogonati. Verum Pagius qui existimavit statim post mortem Anastasii suffectum fuisse in ejus locum Constantinum, hoc est, anno Christi 753, nec animadvertit post mortem Anastasii aliquot mensibus Ecclesiam Constantinopolitanam orbatam fuisse pastore, hoc modo ratiocinatur: Constantinus monachus et episcopus Silæi patriarcha Constantinopolitanus ab imperatore renuntiatus fuerat anno Christi 753. Mensis vero Augusti die tricesimo indictione quarta, hoc est, anno 766, imperatorem, ut scribit Theophanes, Constantino patriarchæ ejusdem sententiæ consorti accusatores subornasse, ipsum postea in exsilium misisse, et in ejus locum mensis Novembris die decimo sexto quintæ indictionis Nicetam consecratum fuisse; ideoque Constantinus sedit annos 13, non vero 12, ut legitur in Chronico Nicephori et in Tabulis Theophanis. At si Pagius non tantum Theophanis versionem, sed ipsum textum Græcum legisset, animadvertisset proculdubio interpretem omisisse in versione numerum indictionis, qui sane in textu Græco septenarius reperitur; insuper ex eodem Theophanis loco, nimirum ad annum 13 Constantini Copronymi intelligere facile potuit Pagius, et Anastasium obiisse hoc ipso anno, et conciliabulum indictum fuisse, ac celebrari cœptum a mensis Februarii die decimo, indictione septima, hoc est, anno Christi 754, et sub finem illius conciliabuli die octavo mensis Augusti ejusdem anni, Constantinum hunc renuntiatum fuisse ab imperatore patriarcham: sic ibi laudatus Theophanes, postquam de Anastasii morte locutus esset, subjungit: Τῷ δ' αὐτῷ ἔτει Κωνσταντῖνος ὁ δυσσεβὴς κατὰ τῶν ἁγίων καὶ σεπτῶν εἰκόνων παράνομον συνέδριον τλη' ἐπισκόπων συνέλεξεν ἐν τῷ τῆς Ἱερείας παλατίῳ, ὧν ἐξῆρχεν Θεοδόσιος ὁ Ἐφέσου, υἱὸς Ἀψιμάρου, καὶ Παστιλλᾶς ὁ Πέργης· οἳ καὶ ἑαυτοὺς τὰ δόξαντα δογματίσαντες μηδενὸς παρόντος τῶν καθολικῶν θρόνων, Ῥώμης φημὶ, Ἀλεξανδρείας, καὶ Ἀντιοχείας, καὶ Ἱεροσολύμων, ἀπὸ δεκάτην τοῦ Φεβρουαρίου μηνὸς ἀρξάμενοι, διήρκεσαν ἕως η' Αὐγούστου τῆς αὐτῆς ζ' ἰνδικτιῶνος· καθ' ἣν ἐν Βλαχέρναις ἐλθόντες οἱ τῆς Θεοτόκου πολέμιοι, ἀνῆλθεν Κωνσταντῖνος ἐν τῷ ἄμβωνι κρατῶν Κωνσταντῖνον μοναχὸν ἐπίσκοπον γενόμενον τοῦ Συλαίου, καὶ ἐπευξάμενος ἔφη μεγάλῃ τῇ φωνῇ· Κωνσταντίνου οἰκουμενικοῦ πατριάρχου πολλὰ τὰ ἔτη. Καὶ τῇ κζ' τοῦ αὐτοῦ μηνὸς ἀνῆλθεν ὁ βασιλεὺς ἐν τῷ φόρῳ σὺν Κωνσταντίνῳ τῷ ἀνιέρῳ καὶ τοῖς λοιποῖς ἐπισκόποις, καὶ ἐξεφώνησαν τὴν ἑαυτῶν κακόδοξον αἵρεσιν ἐνώπιον παντὸς τοῦ λαοῦ, ἀναθεματίσαντες Γερμανὸν τὸν ἁγιώτατον, καὶ Γεώργιον τὸν Κύπριον, καὶ Ἰωάννην τὸν Χρυσοῤῥόαν Δαμασκηνὸν τὸν Μανσοὺρ, ἄνδρας ἁγίους καὶ αἰδεσίμους διδασκάλους. *Eodem etiam anno impius Constantinus adversus sanctas et venerandas imagines illegitimum trecentorum triginta et octo episcoporum in Hieriæ palatio coegit conciliabulum, cujus præses exstitit Theodo-*

sius Ephesi episcopus Apsimari filius, et Pastillas Pergensis antistes. Isti privatas suas sententias privata auctoritate sancientes, nullo catholicarum sedium, Romæ, dico, Alexandriæ, Antiochiæ et Hierosolymorum præsente a mensis Februarii die decimo facto initio ad Augusti diem octavum cœptis institerunt eadem indictione septima; qua ad Blachernas convenientibus istis Deiparæ adversariis; Constantinus Constantinum monachum, qui Sylæi episcopus fuerat, manu tenens, conscendit ambonem, et clara elataque voce votis conceptis bene precatus: Constantino, inquit, œcumenico patriarchæ multi anni. Et vicesimo septimo mensis Augusti, imperator in forum progressus cum sacrilego Constantino et reliquis episcopis, qui omnes pravam suam hæresim coram universo populo promulgaverunt, et sanctissimum Germanum, Georgium Cyprium, Joannem Chrysorrhoam Damascenum Mansuris filium, viros sanctos, et venerandos doctores, anathemate ferire ausi sunt. Eadem fere narrat et sanctus Nicephorus in Breviario historico, postquam de morte Anastasii patriarchæ disseruisset pag. 203 editionis Petavianæ. At idem Nicephorus in Opere ms. cui titulus: *Liber Antirrheticus, cujus duæ partes. Prima: Refutatio et eversio decreti illegitimi et pseudonymi, quod promulgatum est ab iis qui catholicam et apostolicam Ecclesiam deseruerunt, et alienæ sententiæ se accommodarunt ad evertendam divini Verbi incarnationem. Pars altera: Refutatio testimoniorum quæ Iconomachi contra imagines protulerunt.* Hoc, inquam, in opere parte prima cap. 2, laudatus Nicephorus expresse tradit, concilium Copronymianum acephalum fuisse; habitum enim esse Constantinopolitana sede vacante, nec creatum esse novum patriarcham nisi sub finem concilii. Sic ibi ille loquens de episcopis qui illi conciliabulo interfuere, de Constantino Copronymo, necnon de concilio Copronymiano: Οὗτοι δὴ οὖν οἱ τῶν ἱερῶν χώρων καὶ παντὸς ἱερατικοῦ καὶ Χριστιανικοῦ λόγου μακρὰν τὴν κατὰ τῶν ἁγίων φέρουσι ψῆφον, ἡγεμόνα καὶ διδάσκαλον τῆς ἀσεβείας ἔχοντες τὸν ἐπ' ἀσεβείᾳ βεβοημένον μετὰ τῆς ἐνδοθείσης αὐτῷ παροράσει Θεοῦ ἐξουσίας. Τοῦτο τοίνυν τὸ ἄθεον ἐργαστήριον ἀκέφαλον ταῖς ἀληθείαις καὶ ἄχρηστον καὶ ἀπαράδοτον, ἵνα τοῖς αὐτοῖς ἐκείνων λόγοις χρησώμεθα, δικαίως ἂν καλοῖτο. Ἐπεὶ καὶ ὁ τῆς βασιλευούσης θρόνος ἀρχιερέως ἔρημος τὸ τηνικάδε ἐτύγχανε. Καὶ γὰρ ἐπὶ τέλει τῶν παρ' αὐτοῖς σκευωρηθέντων ἀναγορεύει καὶ προχειρίζεται ὁ Μαμωνᾶς, τὸν ὁμώνυμον Κωνσταντῖνον, τὸν δύστηνον ὄντως καὶ τρισάθλιον, ἀθύσμως καὶ ἀνιέρως, ἐπὶ ὀλέθρῳ τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος, τῆς βασιλίδος ἐπίσκοπον· ὅθεν καὶ τοῦ τῶν Ῥωμαίων ἱερομύστου πλείστας ὅσας ὕβρεις κατέχεε· πολλάκις παρ' αὐτοῦ ἐπὶ τῇ κακοδοξίᾳ ἐλεγχόμενος. *Hi igitur a sacris locis omnique sacerdotali ac Christiano statu procul dissiti, in sanctos sententiam ferunt, impietatis suæ ducem ac magistrum nacti impietate celebrem, post quam permittente Deo imperium adeptus est. Itaque impia hæc officina vere capitis expers, inutilis ac traditione destituta (ut ipsorum verbis utamur) merito vocaretur. Quandoquidem et sedes Constantinopolitana tunc temporis vacavit. Nam sub finem eorum quæ ipsi impie moliti sunt, Mamonas, cognominem sibi Constantinum, infelicem sane ac miserrimum, nefarie ac impie episcopum Constantinopolitanum renuntiat ac creat, in animæ ac corporis sui exitium. Unde et a Romano antistite plurimas contumelias retulit: sæpenumero ab ipso ob pravam doctrinam reprehensus.* Sic sanctus Nicephorus in laudato opere ms., ubi quamplurima alia ignota habentur spectantia ad concilium Copronymianum. Sed quia propediem prædictum opus sancti Nicephori patriarchæ Constantinopolitani, una cum aliis omnibus ejusdem sancti operibus tum editis cum ineditis typis mandabimus, duobus in folio tomis, ideo hic plura exscribere necessarium esse

A non duximus. Satis quidem superque quispiam ex propositis intelliget, per plures menses vacasse tunc sedem Constantinopolitanam, et non nisi sub finem concilii Copronymiani Constantinum ab imperatore Copronymo nuntiatum fuisse patriarcham. Quod quidem accidit, ut scribit Theophanes, die octavo mensis Augusti, indictione septima, nimirum anno Christi 754, uti paulo superius demonstravimus, non vero anno 753, ut perperam Pagius existimavit. Restat modo ut videamus quo anno Constantinus e sede dejectus fuerit; quod quidem ipse Theophanes facile præstabit dum scribit ad annum 25 Constantini Copronymi, die tricesimo mensis Augusti, indictione quarta, hoc est, anno Christi 766, imperatorem Constantino patriarchæ ejusdem sententiæ consorti accusatores subornasse, ipsum primum in Hieriam, tum in Principum insulam exsulem deportari sanxisse. Unde liquet Constantinum sedem Constantinopolitanam
B obtinuisse annis duodecim, et diebus octo. Cæterum de hujus sacrilegi Constantini miserrima morte legendus Theophanes ad annum 27 ejusdem Augusti.

Col. 460 A. *Νικήτας Θλαδίας εὐνοῦχος*, etc., . . . *μῆνας δ'*. Hic pro Θλαδίας, cum sit repetitio omnino inutilis, legendum puto Σκλάβος vel Σθλάβος, aut ὁ ἀπὸ Σκλάβων, ut habetur apud Theophanem, vel ὁ ἀπὸ Σθλάβων, ut legitur in aliis Catalogis Patr. Constantinop.; nam Nicetas iste eunuchus a Sclavis originem ducebat. Numerus autem annorum sedis hujus patriarchæ, cum locus sit mutilus in codice regio, supplendus est ex Chronographia sancti Nicephori, et ex Theophane. Huic porro patriarchæ laudatus Theophanes cum in Tabulis, tum ad annum 17 Constantini Pogonati annos quatuordecim assignat. Sanctus vero Nicephorus editione R. P. Goar annos quindecim eidem ascribit; ex nostra vero editione annos tredecim
C et menses quatuor. At certum est ex Theophane anno 27 Constantini Copronymi Nicetam eunuchum consecratum fuisse patriarcham Constantinopolitanum die decimo sexto mensis Novembris, indictione quinta, hoc est, anno Christi 766. Τῇ δὲ ἑκκαιδεκάτῃ Νοεμβρίου μηνὸς τῆς πέμπτης ἰνδικτιῶνος ψήφῳ τοῦ βασιλέως χειροτονεῖται Νικήτας ὁ ἀπὸ Σκλάβων εὐνοῦχος ἀθέσμως πατριάρχης Κωνσταντινουπόλεως: *Cæterum mensis Novembris die decimo sexto ejusdem quintæ indictionis Nicetas a Sclavis originem ducens eunuchus præter fas canonum Constantinopolitanus patriarcha imperatoris suffragio consecratur.* Fallitur ergo sanctus Nicephorus dum ait in Breviario historico, pag. 230 editionis Petavianæ, et Constantini depositionem, et Nicetæ electionem contigisse Augusto mense, indictione quarta; quippe Constantinus deponitur, uti supra ex Theophane diximus, die tricesimo mensis Augusti, indictione quarta; Nicetas vero
D consecratur, uti hic demonstravimus, die decimo sexto mensis Novembris, indictione quinta. Moritur autem Nicetas eunuchus, ut scribit Theophanes ad annum 5 Leonis, die sexto Dominico mensis Februarii, indictione tertia, nimirum anni Christi 780. Τῇ δὲ ἕκτῃ τοῦ Φεβρουαρίου μηνὸς τῆς γ' ἰνδικτιῶνος, ἡμέρᾳ Κυριακῇ τῆς Τυροφάγου τέθνηκεν Νικήτας ὁ ἀπὸ Σκλάβων εὐνοῦχος πατριάρχης Κπ. *Mensis autem Februarii die sexto, eoque Dominico, indictione tertia, die Dominico, quo ante Quadragesimam ultima caseum comedendi fit potestas, Nicetas genere Sclavus, eunuchus, Constantinopolitanus patriarcha diem extremum obiit.* Hinc igitur manifesto liquet Nicetam hunc Ecclesiam Constantinopolitanam rexisse annis tredecim mensibus quatuor, utrinque incompletis, ut habetur in Chronographia sancti Nicephori ex nostra editione, ubi eidem anni tredecim et menses quatuor assignantur. Perperam itaque in eadem Chronographia ex editione R. P. Goar huic anni quindecim attribuuntur.

Col. 460, A. *Παῦλος ὁ Κύπριος*, etc. *ἔτη ε'*. Huic patriarchæ annos quinque assignat et Theophanes cum in Tabulis, tum ad annum 17 Constantini Pogonati. Sanctus Nicephorus vero in Chronographia ex nostra editione annos quinque, menses sex eidem attribuit: ex editione R. P. Goar annos quinque et menses octo. Verum Pagius ibidem loco annos 5 legendum ait annos 4. A sexto enim, inquit, die Februarii anni Christi 780, quo ejus decessor vivere desiit, ad mensem Septembrem præsentis Christi anni, elapsi sunt anni quatuor, et menses octo, utrinque incompleti. Sic Pagius. Cæterum Theophanes ad annum 5 Leonis, postquam de morte Nicetæ eunuchi, quæ contigit die sexto mensis Februarii, indictione tertia, anno Christi 780, locutus esset, Secunda, inquit, jejuniorum Dominica Paulus Cyprius vel invitus patriarcha Constantinopolitanus instituitur: Καὶ τῇ δευτέρᾳ Κυριακῇ τῶν νηστειῶν Παῦλος ὁ τίμιος ἀναγνώστης ὑπάρχων Κύπριος τῷ γένει, λόγῳ καὶ πράξει διαλάμπων, μετὰ πολλὴν παραίτησιν διὰ τὴν κρατοῦσαν αἵρεσιν, βίᾳ πολλῇ, χειροτονεῖται πατριάρχης ΚΠ. *Secunda vero jejuniorum Dominica Paulus venerabilis lector, Cyprius natione, doctrina et virtute præstans, quamvis ob hæresim, quæ tunc obtinebat, multum reluctaret, imo vim omnino passus Constantinopolitanus patriarcha instituitur*. Idem Theophanes ad annum 4 Constantini filii Irenes Pauli mortem indicat inquiens die tricesimo primo mensis Augusti indictione septima, hoc est, anno Christi 784. Paulum Cyprium, cum in morbum incidisset, inscia Irene imperatrice, throno nuntium remisisse, et in Flori monasterio monasticum habitum assumpsisse, et haud diu post ad Deum migrasse.

Ibid. *Ταράσιος*, etc., *ἔτη κα'*. Tarasio patriarchæ annum unum et viginti assignat et Theophanes: sic etiam habet et sanctus Nicephorus in Chronographia, nisi quod eidem insuper dies duos attribuit. At Tarasium anno uno et viginti, mensibus duobus, non vero diebus administrasse Ecclesiam Constantinopolitanam colligitur ex eodem Theophane: quippe Tarasius renuntiatus fuit patriarcha Constantinopolitanus, ut scribit laudatus Theophanes ad annum 5 Constantini filii Irenes, die quinto supra vicesimum mensis Decembris, indictione octava, hoc est, anno Christi 784. Moritur autem Tarasius, ut tradit idem scriptor, ad annum 4 Nicephori, die vicesimo quinto mensis Februarii, indictione decima quarta, videlicet anno Christi 806. Ignatius item diaconus in Tarasii Vita, cap. 11 ait eum e vita migrasse hac ipsa die Februarii, postquam viginti et duos annos pontificalem cathedram decorasset.

Ibid. *Νικηφόρος*, etc., *ἔτη θ'*. Theophanes ad annum 17 Constantini Pogonati Nicephoro annos octo assignat; at in Tabulis ipsius anni novem eidem attribuuntur. Ignatius vero diaconus in Vita sancti Nicephori ei annos novem, uno mense dempto, adscribit: quem quidem numerum optime quadrare scribit Pagius ad annum Christi 814, siquidem, ut tradit Theophanes, ad annum 6 Nicephori imperatoris, sanctus Nicephorus electus fuit patriarcha Constantinopolitanus mensis Aprilis die duodecima magna Paschatis Dominica, indictione decima quarta, nimirum anno Christi 806. Dignitate autem motus est Nicephorus et in exsilium missus, ut scribunt Theophanes presbyter in Oratione de Translatione ejus reliquiarum et Ignatius diaconus in ipsius Vita, die 13 Martii anni Christi 815. Sed quia de hujus sancti patriarchæ annis ac scriptis pluribus acturi sumus in Præfatione ad ejusdem Opera, quæ propediem typis mandabimus et quorum conspectum paucis ab hinc annis edidimus, ideo hic pauca, quæ diximus, sufficient.

Ibid. B. *Θεόδοτος ὁ Μελισσηνὸς*, etc., *ἔτη ς'*. Statim ac ejectus fuit in exsilium sanctus Nicephorus, in ejus locum sufficitur Theodotus pseudo-patriarcha, ut scribit Ignatius diaconus in Vita sancti Nicephori num. 73. Hunc Cassiteram cognominatum ait Leo Grammaticus in Leone Armeno, pag. 446. Sed eum pluribus describit Anonymus continuator Theophanis, pag. 441, qui etiam tradit ordinationem ejus factam Paschatis festo; Pascha autem incidebat anno Christi 815, in diem primum mensis Aprilis. Moritur autem impius Theodotus anno Christi 821, ut apparet ex Symeone logotheta, qui in Michaele Balbo, pag. 412, antequam Theophili inaugurationem narrasset quæ contigit anno Christi 821, eo tempore, inquit, summum sacerdotium Antonius Sylæi tenebat. Igitur Zonaras, qui Theodoto annos sex optime assignat, perperam ejusdem mortem tardius differt.

Ibid. *Ἀντώνιος ἐπίσκοπος Συλαίου*, etc., *ἔτη ιγ'*. Huic patriarchæ annos tredecim et Zonaras ascribit. In Appendice ad Chronographiam sancti Nicephori anni duodecim eidem assignantur. Et hic quidem numerus optime quadrare videtur si anni duodecim utrinque incompleti dicantur; Antonius quippe, uti capite præcedenti diximus, pontificatum iniit anno Christi 821. Moritur autem anno 832, cum Joannes seu Jannes, qui ei in pontificatu successit, ordinatus fuerit mensis Aprilis vicesima prima, die Dominica, ut scribit continuator Constantini Porphyrogeniti, ejusdem anni. Cæterum falluntur Curopalata et Cedrenus qui Antonii patriarchæ nullam mentionem faciunt; cujus quidem præter alios scriptores meminit et Theophanes presbyter in oratione de Translatione reliquiarum sancti Nicephori; Nicetas item in Vita sancti Ignatii patriarchæ CP., ubi Antonium hunc cognominatum fuisse Byrsodepsam tradit.

Ibid. *Ἰωάννης ὁ καὶ Ἰαννῆς μάντις*, etc., *ἔτη η', μῆνας γ'*. Zonaras pag. 153 perperam Joanni annos tantum sex attribuit. Melius autem in Appendice ad Chronographiam sancti Nicephori huic patriarchæ anni novem assignantur. Joannes porro, ut tradit continuator Constantini Porphyrogeniti, ordinatus fuit mensis Aprilis vicesima prima, die Dominica, hoc est, anni Christi 832. Fallitur igitur Baronius qui initium pontificatus Joannis anno 835 consignat, uti optime monet Pagius. Pellitur autem e sede Joannes cum in hæresi esset obstinatus paulo post mortem Theophili, hoc est, anno Christi 842, uti apparet ex continuatore Constantini Porphyrogeniti, et ex infra dicendis; unde etiam liquet Joannem annos decem incompletos sedisse. Cæterum de hoc Joanne seu Janne patriarcha pluribus agit laudatus Scriptor anonymus pag. 96.

Ibid. *Μεθόδιος*, etc., *ἔτη δ', μῆνας β'*. In Appendice ad Chronographiam sancti Nicephori Methodio anni quatuor et menses tres assignantur; verum Pagius Methodium sedisse ait annis quatuor et viginti sex diebus, die emortuali excluso; quippe a die 12 Februarii in quam Dominica incidebat anno Christi 842, et qua Methodium ordinatum fuisse apparet ex continuatore Constantini Porphyrogeniti, ad diem 14 Junii, qua Methodius obiisse dicitur in Vita sancti Joannicii abbatis apud Surium ad diem 4 Novembris, hoc est, anno Christi 846, ut scribit laudatus Pagius, intercedunt anni quatuor, menses quatuor, et viginti sex dies, die emortuali excluso.

Ibid. C. *Ἰγνάτιος*, etc., *ἔτη ια'*. In Appendice ad Chronographiam sancti Nicephori Ignatio anni undecim et menses quinque assignantur. Auctor Libelli synodici, qui eo tempore vivebat, annos undecim, menses quatuor, dies viginti eidem attribuit. Nicolaus vero papa in epistola 2 ad imperatorem Michaelem ait, Ignatium per duodecim fere annos regiæ urbis innocue sacerdotium egisse. Certum tamen est,

ut scribit Pagius, Ignatium anno Christi 846, die quarto mensis Julii, in quam Dominica incidebat, ordinatum fuisse: et eumdem postmodum e sede pulsum anno 857 die vicesima tertia mensis Novembris. Unde liquet auctorem Libelli synodici optime Ignatio annos undecim, menses quatuor, et dies viginti assignasse; et eodem anno Theodoram ex aula, et Ignatium e sede Constantinopolitana ejectos fuisse, uti laudatus Pagius pluribus demonstrat.

Col. 460, C. *Φώτιος*, etc., *ἔτη θ'*. Photius, ut scribit Nicetas in Vita sancti Ignatii patriarchæ CP. hactenus laicus, ordinatus fuit a Gregorio Asbesta Syracusano archiepiscopo, qui ab aliquot annis a sancto Ignatio dignitate ob improbitatem motus erat; et quidem Photius hunc in modum, ut idem scribit, ordinatur: primo die monachus ex laico, altero lector, tertio subdiaconus, quarto diaconus, quinto presbyter, sexto denique, Decembris die 25, Natali Christi sacro, anni scilicet Christi 857, episcopus consecratur. Pellitur autem e sede Photius a Basilio Macedone et in monasterium Scepen relegatur postero die quam renuntiatus erat imperator idem Basilius, ut scribit laudatus Nicetas, hoc est, die vicesima quinta mensis Septembris anni Christi 867. Igitur Photius sedit annis novem et mensibus novem.

Ibid. *Ἰγνάτιος πάλιν ἔτη ια'*. S. Ignatius in sedem restituitur, ut scribit Nicetas Paphlago in ipsius Vita, die 23 mensis Novembris, anni scilicet Christi 867, cum per annos undecim utrinque incompletos absque episcopatu vixisset. Moritur autem Ignatius, ut scribit idem Nicetas, die 23 mensis Octobris, anni Christi scilicet 877, ut ait Pagius. Itaque Ignatius præfuit iterum Ecclesiæ Constantinopolitanæ annis novem mensibus undecim.

Ibid. *Φώτιος πάλιν ἐπὶ Λέοντος τοῦ Σοφοῦ ἔτη θ'*. Photius, mortuo Ignatio, iterum sedem Constantinopolitanam occupat, nondum toto triduo elapso a morte Ignatii, ut scribit Nicetas in ejus Vita, die scilicet vicesima sexta mensis Octobris anni Christi 877. Pellitur autem e sede Photius a Leone Philosopho, ut scribit Leo Grammaticus, et in Armeniacorum monasterium, Bordi dictum, relegatur anno Christi 886, ut constabit ex iis quæ dicturi sumus de Stephano, qui ei in patriarchatu successit.

Ibid. *Στέφανος ὁ ἀδελφὸς Λέοντος ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ ἔτη γ'*. Stephanus Basilii Macedonis filius post patris obitum, a Leone Philosopho fratre patriarcha renuntiatur, qui, ut scribit Leo Grammaticus, imminentibus Christi Natalitiis, patriarcha consecratus est a Theophane primæ post patriarcham sedis episcopo, anno scilicet Christi 886. Georgius item Monachus Stephanum ante Christi Natalem patriarcham ordinatum fuisse tradit. Perperam autem hujus patriarchæ sedis tempus intra triennium concludunt Nicephorus Callisti et Cedrenus; siquidem Stephanus thronum Constantinopolitanum tenuit annis sex, mensibus quinque; ut produnt Leo Grammaticus, continuator anonymus Theophanis, Symeon logotheta, et Georgius Monachus; qui sane mense Maio anni octingentesimi nonagesimi tertii ad Deum migravit, ut ostendit Pagius ad annum Christi 888, quo anno perperam Stephani mors a Baronio consignatur.

Ibid. *Ἀντώνιος ὁ Καυλέας ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ ἔτη β'*. Sanctum Antonium Cauleam renuntiatum fuisse patriarcham mense Maio anni Christi octingentesimi nonagesimi tertii; fatis vero functum anno 895, pluribus ostendit Pagius ad annum Christi 890. Cæterum hujus sancti patriarchæ memoria colitur cum a Græcis tum a Latinis die 12 mensis Februarii; et in Actis Bollandianis ad eamdem diem Februarii recitatur: *Nicephori, beatissimi philosophi et oratoris Oratio funebris, seu Vita encomio contextu, magni inter Dei pontifices et admirabilis inter patriarchas Antonii.* In hac quidem oratione Antonius ob egregias ipsius virtutes, præsertim liberalitatem in pauperes valde celebratur.

Ibid. *Νικόλαος ὁ ἀπὸ Μυστικῶν ἔτη ια'*. Huic patriarchæ annos undecim et Zonaras assignat; Nicolaus quippe mysticus ordinatur patriarcha Constantinopolitanus anno Christi 895, ut scribit Symeon logotheta, qui Antonii mortem et hujus ordinationem cum anno Leonis decimo copulat. Pellitur autem Nicolaus in exsilium a Leone quod ejus quartas nuptias improbaret, ac propterea eumdem Ecclesiæ liminibus excluderet, anno Christi 906, uti plurium scriptorum auctoritate docet Pagius.

Ibid. D. *Εὐθύμιος*, etc. *ἔτη ε', ἥμισυ*. Euthymius Syncellus, vir religiosus ac pius, eodem tempore quo in exsilium missus fuit Nicolaus, renuntiatur a Leone imperatore patriarcha Constantinopolitanus. Pellitur vero postmodum in exsilium Euthymius ab Alexandro ipso imperii ejus initio, anno scilicet Christi 911, uti ex dicendis patebit.

Ibid. *Νικόλαος αὖθις*, etc., *ἔτη ιγ'*. Alexander imperator ipso imperii initio, pulso e sede Constantinopolitana Euthymio, Nicolaum Mysticum in eamdem restituit anno Christi 911, ut scribunt incertus continuator Theophanis pag. 233, Symeon logotheta pag. 471, et Georgius Monachus pag. 563. Verum in epistola ad papam Romanum, quam Latine Baronius edidit ad annum 912, Nicolaus ipse testatur restitutum se fuisse ab ipsomet Leone: *Ille vero* (*Leo*) *antequam e vita migraret, agnovit flebiliter errorem suum, veniamque a Deo petiit, me inter primos hortatore et deprecatore* (*aderam enim tunc forte ab exsilio revocatus, ab eoque Ecclesiæ gubernationi restitutus*), etc. Sed huic difficultati præsto occurrit Pagius inquiens: Sed auctores isti cum Nicolao conciliari possunt, licet fatendum sit, eos subobscurius locutos. Georgius enim Monachus in Leone, num. 44, refert, hunc imperatorem cœliaco morbo ægrotantem, *Alexandrum fratrem suum imperii clavo* præfecisse. Quare, vivente adhuc Leone Alexandri opera Nicolaus ex exsilio revocatus est, et gubernationi Ecclesiæ Constantinop. restitutus. Georgius Monachus in Alexandro num. 1, de hoc imperatore scribit: *Mittens vero adduxit Nicolaum ex Galacrenis, dejecto Euthymio patriarcha; eumdemque Nicolaum in patriarchalem sedem denuo restituit. Habitoque in Manaura concilio, adductoque Euthymio e Steno, Agathique monasterio, sedens ipse Alexander cum Nicolao patriarcha, depositionem ipsius peregere.* Narratis injuriis tunc Euthymio illatis, subdit: *Rursusque ad Agathi relegatus est*, καὶ πάλιν εἰς τὰ Ἀγαθοῦ. Ex his verbis apparet, *Euthymium* bis in exsilium actum. Primo vivente Leone, quod Georgius manifeste supponit, cum ait mortuo Leone adductum esse Euthymium *ex Steno, Agathique monasterio*, et relata solemni ejus depositione subjungit, *rursusque ad Agathi relegatus est*. Sic Pagius; qui procul dubio egregie fallitur, dum ita locum Georgii monachi intelligit, cum ille omnino diversa dicat. Laudatus quippe scriptor mortuo Leone Nicolaum ex Galacrenis adductum esse tradit, non vero Euthymium ex Steno; cum tunc primum postquam restitutus fuit Nicolaus, Euthymius in Stenum relegatus fuerit; quem quidem postmodum coacto in Magnaura concilio ex Steno adductum coram omnibus deposuit, ac innumeris injuriis eidem illatis rursus ad Agathi monasterium ablegavit. Sic Georgius: Ἐβασίλευσεν Ἀλέξανδρος ὁ υἱὸς Βασιλείου ἔτος ἕν, ἡμέρας κθ', σὺν Κωνσταντίνῳ υἱῷ Λέοντος. Ἀποστείλας δὲ ἤγαγε Νικόλαον ἐκ Γαλακρηνῶν, καταγαγὼν Εὐθύμιον πατριάρχην, καὶ ἐνεθρόνισε τὸ δεύτερον τὸν αὐτὸν Νικόλαον πατριάρχην· ἐποίησε

δὲ σελέντιον καὶ σύνοδον Ἀλέξανδρος ἐν τῇ Μαναύρῃ, ἀγαγὼν Εὐθύμιον ἐκ τοῦ Στενοῦ ἀπὸ τοῦ Ἀγαθοῦ. Καὶ συγκαθίσας ἅμα Νικολάῳ πατριάρχῃ, ἐποιήσαντο τὴν κατ' αὐτοῦ καθαίρεσιν, ἀτίμως ἀποτίλλοντες τοῦ ἱεροπρεποῦς καὶ ἀξιαγάστου ἀνδρὸς τὴν τιμίαν αὐτοῦ γενειάδα, καὶ ἄλλας τινὰς ὕβρεις καὶ ποινὰς αὐτῷ ἐπιφέροντες, ἃς ἡσύχως καὶ πράως ὑπέμεινεν ὁ τίμιος καὶ ἱερὸς ἀνήρ. Καὶ ὑπερωρίσθη πάλιν εἰς τὰ Ἀγαθοῦ, ἔνθα καὶ τελευτήσας, κατατίθεται ἐν τῇ αὐτῇ μονῇ ἐν τῇ πόλει εἰς τὰ Ψαμαθίου. *Imperavit Alexander Basilii filius annum unum, dies viginti novem cum Constantino Leonis filio. Mittens vero adduxit Nicolaum ex Galacrenis, dejecto Euthymio patriarcha; eumdemque Nicolaum in patriarchalem sedem denuo restituit. Habitoque in Manaura concilio, adductoque Euthymio ex Steno, Agathique monasterio, sedens ipse Alexander cum Nicolao patriarcha, depositionem ipsius peregere, indignis modis vellentes sacri viri, ac decori, digneque suscipiendi, venerabilem barbam, aliasque quasdam injurias ac pœnas illi inferentes, quas vir venerabilis ac sacer sedato, ac silentio, placideque ferebat. Rursusque ad Agathi relegatus est; ubi et vita functus, deponitur in suo monasterio in urbe ad Psamathi ædes.* Ita et incertus continuator Theophanis pag. 233, necnon Symeon logotheta pag. 471, nisi quod hic secundus addit statim id factum ab Alexandro: Ὁ οὖν Ἀλέξανδρος ἀποστείλας εὐθὺς, etc., hoc est, statim post Leonis obitum, vel statim ac una cum Constantino post Leonis mortem imperare cœpit. Huic patriarchæ annos tredecim attribuunt etiam incertus continuator Theophanis, et Georgius monachus. At melius Symeon logotheta huic annos 14 assignat; quippe Nicolaus restitutus fuit in sedem ab Alexandro imperatore, anno Christi 911, uti supra demonstravimus; obiit autem idem patriarcha, ut ipsi scribunt, die quinta decima mensis Maii, indictione tertia decima, hoc est, anno Christi 925, unde annos 14, et non 13, eum sedisse necessario dicendum est. Cæterum scribæ incuria legitur in Symeone logotheta ἰνδικτιῶνος γ', pro ιγ'. Perperam et Baronius Nicolai patriarchæ mortem ad annum Christi 930 distulit, uti ex dictis liquet.

Col. 460, D. *Στέφανος μητροπολίτης*, etc., *ἔτη β', μῆνας ια'*. Huic patriarchæ annos duos et menses undecim assignant et incertus continuator Theophanis, Symeon logotheta, et Georgius monachus. Stephanus quippe, ut tradunt laudati scriptores, renuntiatus fuit patriarcha Constantinopolitanus Augusto mense indictione tertia decima, hoc est, anno Chris i 925. Moritur autem die quinta decima mensis Julii, ut ait incertus continuator Theophanis, seu die decima octava ejusdem mensis, ut scribit Georgius monachus, aut, ut tradit Symeon logotheta, die decima octava mensis Junii, indictione sexta;, at pro *sexta* legendum esse *prima*, hoc est, anno Christi 928, nemo non videt: nam a mense Augusto anni Christi 925, quo electus fuit Stephanus, ad mensem Julium anni 928, intercedunt anni duo et menses undecim. Cæterum numerus indictionum apud scriptores illius ævi passim corruptus deprehenditur: unde necessario supplendus est ex conjectura.

Ibid. *Τρύφων μοναχὸς*, etc., *ἔτη γ'*. Tryphon ordinatus fuit patriarcha Constantinopolitanus, ut tradunt sæpius laudati scriptores, post Theophanem, die quarta decima mensis Decembris, indictione prima, non vero sexta, ut apud eosdem legitur, hoc est, anno Christi 928. Tryphon vero per fraudem depositus indictione quarta, hoc est, anno Christi 931, ut scribit Symeon logotheta, pag. 489. Post hujus abdicationem Ecclesia Constantinopolitana viduata fuit pastore annum unum menses quinque, ut tradunt incertus continuator Theophanis, Symeon logotheta et Georgius Monachus. Igitur si a die secunda mensis Februarii anni Christi 933, qua Theophylactus ordinatus fuit patriarcha CP., retrocedas per annum unum, et menses quinque, quibus Ecclesia CP. pastore viduata mansit, pervenies procul dubio ad diem secundum mensis Septembris anni 931. Itaque anni tres, quibus Tryphon præfuisse dicitur, integri non fuere. Cæterum qua fraude Tryphon coactus fuit abdicare patriarchatum CP, et cur fraus ei structa, pluribus narrat Symeon logotheta pag. 487 et 488, quæ cum sint longiuscula hic non exscribo.

Ibid. *Θεοφύλακτος*, etc. *ἔτη κγ', ἡμέρας κε'*. Theophylactus ordinatur patriarcha Constantinopolitanus die secunda mensis Februarii indictione sexta, hoc est, anno Christi 933, ut scribunt incertus continuator Theophanis, Symeon logotheta, et Georgius monachus. Moritur patriarcha. Theophylactus, ut scribit Cedrenus, die 27 mensis Februarii indictione 14, nimirum anno Christi 956. Huic patriarchæ annos viginti tres, et dies viginti quinque assignat et laudatus Cedrenus; scriptores vero post Theophanem sæpe a nobis citati numero rotundo loquentes eidem annos viginti quatuor attribuunt. Cæterum hujus patriarchæ perditos mores pluribus laudati scriptores describunt.

Col. 461 A. *Πολύευκτος*, etc., *ἔτη ιδ'*. Sanctus Polyeuctus ordinatur patriarcha Constantinopolitanus die tertia mensis Aprilis indictione 14, ut scribit Cedrenus; quo quidem anno scilicet 956, feria quinta in Cœna Domini cum die tertia Aprilis concurrebat. Moritur sanctus Polyeuctus die tricesima quinta a quo acclamatus fuit imperator Joannes Zimisces, ut scribunt Cedrenus et Zonaras; quod quidem accidit die undecima mensis Decembris anni Christi 969. Igitur Polyeucti mors contigit circa diem 16 mensis Januarii anni 970, cum sedisset, ut ex dictis patet, annis tredecim, mensibus novem, et diebus tredecim.

Ibid. *Βασίλειος ὁ Σκαμανδρηνὸς*, etc., *ἔτη δ'*. Basilius Scamandrenus ordinatur patriarcha Constantinopolitanus Dominica Orthodoxiæ, ut scribit Leo diaconus in Historia ms. Festum autem Orthodoxiæ incidebat hoc anno nimirum Christi 970, in diem 13 Februarii, quæ Quadragesimæ Dominica prima fuit. Pellitur autem e sede Basilius et in exsilium mittitur anno Christi 974, ut scribit Pagius; qui hujus rei testem Leonem diaconum citat, qui de Basilii morte agit cum de iis quæ anno 974 gesta fuere, loquitur. Igitur si hoc anno e vivis Basilius excessit, anni quatuor qui eidem assignantur cum a Zonara, tum hic a Nicephoro Callisti, certe utrinque incompleti fuere.

Ibid. *Ἀντώνιος ἡγούμενος Στουδίου*, etc., *ἔτη ς'*. Antonio Studitæ annos sex attribuit et Zonaras: qui quidem anni utrinque fuerunt incompleti, ut patebit ex iis quæ dicturi sumus de ejus successore Nicolao ex Cedreno et Zonara: Antonius quippe ipso initio anni Christi 974, patriarcha CP. renuntiatus fuit; anno vero 979 ineunte patriarchatum abdicavit.

Ibid. *Νικόλαος ὁ Χρυσοβέργης*, etc. Totum hoc caput quod cum a librario, tum a typographo depravatum fuit, ita restituendum: Νικόλαος ὁ Χρυσοβέργης ἐπὶ τῶν αὐτῶν βασιλέων, τῆς Ἐκκλησίας ἐπὶ χρόνοις δ' καὶ ἥμισυ ἀποιμάντου μεινάσης, ἔτη ιβ', μῆνας η'. Quæ sic interpretamur: *Nicolaus Chrysoberges sub iisdem imperatoribus, cum Ecclesia pastore caruisset ad annos quatuor, et dimidium, præfuit annis duodecim mensibus octo.* Et ita legendum etiam supra in versione. Nam Antonius Studita, uti supra diximus, anno nongentesimo septuagesimo nono ineunte abdicavit patriarchatum: tum Ecclesia CP., ut scribit etiam Cedrenus, cum per annos quatuor et dimidium

vacasset, paulo post medium annum nongentesimum octogesimum tertium Nicolaus Chrysoberges patriarcha Constantinopolitanus ordinatur. Huic patriarchæ annos duodecim et menses octo attribuit et laudatus Cedrenus; verum idem scriptor perperam Nicolai mortem, et Sisinnii electionem contigisse tradit indictione octava, hoc est, anno Christi 995, uti monet Pagius, qui anno sequenti id necessario factum esse, ex numero annorum, qui Nicolao a scriptoribus assignantur, demonstrat, et Cedrenum ex ipsomet Cedreno corrigit.

Col. 461, A. *Σισίννιος μάγιστρος ἐπὶ τῆς αὐτῆς βασιλείας ἔτη ζ'.* Et sic legendum etiam supra in textu, ubi librarii incuria ἑαυτῆς pro αὐτῆς legitur. Verum fallitur hic Nicephorus Callisti dum Sisinnio annos septem assignat; melius quippe Cedrenus huic patriarchæ annos tres attribuit. Successit porro Sisinnius Nicolao anno Christi 996, uti paulo superius diximus. Obiit vero idem patriarcha, uti ex iis quæ infra dicturi sumus, patebit, anno 999.

Ibid. *Σέργιος*, etc., *ἔτη κ'.* Sergius hic, qui, ut scribit Cedrenus, genus a Photio patriarcha ducebat, suffectus fuit Sisinnio anno Christi 999, ut patet ex eodem Cedreno, qui eidem patriarchæ annos viginti assignat, ac ejusdem mortem contigisse tradit *indictione secunda: mense Julio, anno mundi* 6527 (Æræ nempe Constantinopolitanæ), anno nimirum Christi 1019. Cæterum Pagius, cui hac in re molestiam creabat Epistola Petri Antiocheni patriarchæ, quam scripserat ad Michaelem Cerularium patriarcham Constantinopolitanum, anno 1054 data, et a Baronio anno 1019, num. 9, recitata, ut solveret, inquam, Pagius nodum, Sergium hunc patriarcham binominem fuisse asserit; sed eum errasse hac in re ostendit doctissimus P. Lequien in dissertatione quam hic subjungimus. Sic ille: Baronius ad annum Christi 1019, n. 9, ubi ex Curopalata refert in Sergii patriarchæ Constantinopolitani locum suffectum fuisse *Eustathium primum presbyterorum qui erant in templo regiæ;* subjungit hanc observationem. Quod autem idem dicat Sergium sedisse viginti annos integros, subrogatum in locum Sisinnii defuncti, videtur prætermissus ab eo Joannes patriarcha, quem Petrus patriarcha Antiochenus in epistola quam scripsit ad Michaelem Cerularium Constantinopolitanum patriarcham, ponit sedisse ante Sergium, tenuisseque sedem illam vivente Joanne itidem nominato Romano pontifice, ejus nominis decimo nono. Sunt hic recitanda ejus verba, quibus plenissima fides astruitur. Sic se habent: *Et hac in re ego quidem testis fidus et alii multi Ecclesiæ proceres, quod tempore beatæ memoriæ patriarchæ domini Joannis, Romanus pontifex Joannes etiam nuncupatus, in sacris diptychis habebatur, et cum Constantinopolim quadraginta quinque adhinc annis venissem, inveni tempore beatæ memoriæ domini Sergii prædictum Joannem in sacra Missa una cum aliis sanctissimis relatum.* Hæc Petrus Antiochenus de rebus gestis suo tempore quas et vidit. Cum igitur hæc ita se habuisse noscantur, longe minor erat Sergii episcopatus numerus, totque annos sit necesse minui a sede Sergii, quot tenuerit eam idem Joannes. Hæc illustrissimi Annalium ecclesiasticorum parentis observatio crucem fixit clarissimo critico Antonio Pagi, cum non solum ex Curopalata, verum et ex aliis Byzantinæ scriptoribus, et omnibus, qui plurimi sunt, Constantinopolitanorum patriarcharum Indicibus et Catalogis pateat, nullum qui Joannes nominaretur, Regiæ hujus urbis sedem tenuisse. A quo negotio ut se expediret, hoc statuit vir pereruditus. Ex illis Petri Antiocheni verbis tantum sequitur, Sergium patriarcham Constantinopolitanum binominem fuisse, et Joannem etiam appellatum. Sergium enim annos viginti Ecclesiam Constantinopolitanam administrasse, non tantum Curopalates et Cedrenus, sed etiam Zonaras et auctor Catalogi episcoporum Byzantinorum lib. IV Juris Græco-Romani relati, fidem faciunt. Sic præstantissimus Pagius secare tentavit nodum, quem solvere facili negotio poterat ex accuratiori editione Græco-Latina epistolæ Petri ad Michaelem Cerularium, quam Joannes Cotelerius publici juris fecit t. II, *Monum. Eccl. Græc.* Ex ea siquidem compertum habemus Joannem illum patriarcham Antiochenum fuisse, non Byzantinum. Ἐπὶ δὲ τούτοις, inquit Petrus n. 5, κἀγὼ μάρτυς ἀπαράγραπτος, καὶ ἄλλοι σὺν ἐμοὶ τῶν τῆς Ἐκκλησίας ἐλλογίμων πολλοὶ, ὅτι ἐπὶ τῷ μακαρίτῃ πατριάρχῃ Ἀντιοχείας κυρῷ Ἰωάννῃ, ὁ πάππας τῆς Ῥώμης Ἰωάννης, καὶ αὐτὸς ἀκούων ἐν τοῖς διπτύχοις ἀνεφέρετο. Καὶ ἐν Κωνσταντινουπόλει δὲ πρὸ χρόνων τεσσαράκοντα καὶ πέντε εἰσελθὼν εὗρον ἐπὶ τοῦ μακαρίτου πατριάρχου κυροῦ Σεργίου τὸν δηλωθέντα πάππαν ἐν τῇ θείᾳ μυσταγωγίᾳ μετὰ τῶν ἄλλων πατριαρχῶν ἀναφερόμενον. *Ad hæc ego quoque testis sum omni exceptione major, aliique mecum plures eorum qui in Ecclesia clari sunt, quod sub beatæ memoriæ patriarchæ Antiochiæ domno Joanne, papa Romæ, ipse etiam Joannes nominatus, in sacris diptychis referretur. Constantinopolim præterea ante hos annos quadraginta et quinque cum venissem, reperi sub beatæ memoriæ patriarcha domno Sergio prædictum papam in sacra Missa cum aliis patriarchis referri.* Quamobrem Baronius subindeque Pagius ex imperfecta vitiosaque Metii translatione Epistolæ Petri Antiocheni decepti fuerunt.

Ibid. *Εὐστάθιος*, etc., *ἔτη ϛ'.* Sergio mortuo, in ejus locum sufficitur Eustathius, Palatinæ ædis presbyterorum princeps, anno mundi 6527, ut scribit Cedrenus, hoc est, anno Christi 1019. Eustathius moritur paucis diebus ante mortem Basilii Bulgaricidæ, quæ contigit, ut scribit Cedrenus, *mense Decembri, indictione nona, anno* 6534 (Æræ nempe Constantinopolitanæ, Kalendis Septemb. anni Christi 1025 inchoato). Igitur si Eustathius statim post mortem Sergii, quæ contigit, uti supra ex Cedreno diximus, mense Julio anni Christi 1019, patriarcha Constantinopolitanus renuntiatus fuit, certe Eustathio non anni quatuor, sed anni quinque, menses quatuor, et aliquot dies attribuendi sunt.

Ibid. *Ἀλέξιος*, etc., *ἔτη ιη'.* Alexius statim post mortem Eustathii ab imperatore Basilio Bulgaricida patriarcha Constantinopolitanus renuntiatur; et quidem ipso mense Decembri, anni Christi 1025, quo mortuus est idem Basilius Augustus, cum, ut scribit Cedrenus, Basilio ægrotante renuntiatus fuerit Alexius: Οὗ διάδοχον ὁ βασιλεὺς ἐποιήσατο Ἀλέξιον μοναχὸν, καὶ καθηγούμενον τῆς μονῆς τοῦ Στουδίου, εἰς ἐπίσκεψιν αὐτοῦ παραγεγονότα μετὰ τῆς τιμίας κεφαλῆς τοῦ Προδρόμου. Ὃν καὶ πέμψας ἐνθρονίζει διὰ τοῦ πρωτονοταρίου Ἰωάννου, ᾧ συνεργῷ ἐχρῆτο πρὸς τὴν τῶν κοινῶν διοίκησιν. Καὶ τῇ ἑσπέρᾳ ἐτελεύτησε, etc. *In cujus locum imperator substituit Alexium monachum, Studiani monasterii magistrum, qui ad ipsum invisendi causa venerat, afferens secum caput Joannis Baptistæ. Eum ergo cum per Joannem protonotarium, cujus opera in administrandis publicis negotiis utebatur, in solio patriarchæ collocasset, vespere exspiravit.* Moritur Alexius die vicesima mensis Februarii, indictione undecima, ut scribit Cedrenus, nimirum anno Christi 1043. Igitur anni decem et octo qui Alexio assignantur hic a Nicephoro Callisti et a Zonara, fuerunt omnino incompleti, quippe, ut patet ex iis quæ teste Cedreno diximus, Alexius sedit annis decem et septem, ac mensibus fortassis duobus; nam quo die mensis Decembris anni 1025, Alexius

r nuntiatus fuerit patriarcha non liquet ex scriptoribus, quod sciam.

Col. 451 B. *Μιχαὴλ ὁ Κηρουλάριος*, etc, *ἔτη ιε'*. Michael Cerularius schismatis Græcorum auctor sufficitur Alexio die Annuntiationis festo, indictione undecima, ut scribit Cedrenus, nimirum die vicesima quinta mensis Martii anni Christi 1043. Huic patriarchæ annos quindecim attribuunt et alii Catalogi patriarcharum CP., ideoque Baronius Michaelis Cerularii depositionem anno Christi 1058, collocavit. At Pagius Michaeli Cerulario annos sexdecim et menses tres assignat, eumque e sede pulsum fuisse ait anno Christi 1059, quippe Curopalates, inquit Pagius, asserit Cerularium die festo Archangelorum dignitate depositum esse, cui Zonaras suffragatur. Græci autem, ut in eorum Menologio videre est, festum Archangelorum ac sancti Michaelis bis in anno celebrant, die nempe octava Junii, et die sexta Septembris.

Ibid. *Κωνσταντῖνος ὁ Λειχούδης ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ κυροῦ Ἰσαακίου τοῦ Κομνηνοῦ, καὶ ἐπὶ κυροῦ Κωνσταντίνου τοῦ Δούκα*, *ἔτη δ', ἥμισυ*. Constantinum Lichudem quem Nicephorus Callisti, seu potius librarius omiserat, hic reponimus inter Michaelem Cerularium et Joannem Xiphilinum ex altero Catalogo patriarcharum CP. a nobis hic edito ex Jure Græco-Romano. Huic patriarchæ annos quatuor et sex menses attribuit et Zonaras. Constantinus creatus fuit patriarcha CP. anno Christi 1059, post diem octavum mensis Junii, ut scribit Pagius ex Curopalata; obiit vero circa initium mensis Januarii anni 1064, ut ex infra dicendis patebit.

Ibid. *Ἰωάννης ὁ Ξιφιλῖνος*, etc., *ἔτη ιγ', ἥμισυ*. Huic patriarchæ etiam alii Catalogi patriarcharum CP. annos tredecim et menses sex assignant. At melius Zonaras in Michaele Duca Joanni annos undecim et menses septem attribuit, ut patet ex Anna Comnena, quæ, pag. 75, Joannem Xiphilinum obiisse scribit die secunda mensis Augusti indictione tertia decima, hoc est, anno Christi 1075, unde etiam apparet Joannem ad eam dignitatem evectum fuisse mense Januario anni 1064.

Ibid. C. *Κοσμᾶς ὁ Ἱεροσολυμίτης*, etc., *ἔτη ε', ἥμισυ*. Cosmas successit in locum Joannis anno Christi 1075, ut patet ex paulo superius citato Annæ loco. Abdicavit autem patriarchatum Cosmas, ut scribit laudata Anna, pag. 79, post aliquot dies ab Irene coronata, ipsa memoria confessionis sancti Joannis Theologi, hoc est, die octava Maii; postquam patriarchalem dignitatem tenuisset annos quinque et menses novem: Ὁ μέντοι ἱεροπρεπὴς ἐκεῖνος καὶ πατριάρχης Κοσμᾶς, οὗ καὶ πρότερον διεμνημονεύσαμεν, μεθ' ἡμέρας τινὰς κατὰ τὴν μνήμην τοῦ ἱεράρχου Ἰωάννου τοῦ Θεολόγου τὴν ἱερουργίαν τελέσας, ἐν τῷ κατὰ τὸ Ἕβδομον ἐπ' ὀνόματι τοῦ ἤδη ῥηθέντος σηκῷ, τὸν ἀρχιερατικὸν θρόνον διαπρέψας ἔτη πέντε καὶ μῆνας ἐννέα, παραιτεῖται τὴν ἀρχιερωσύνην, καὶ ἄπεισιν εἰς τὴν τοῦ Καλλίου μονήν, etc. *Interim is cujus supertus meminimus patriarcha Cosmas post aliquot ab Irene coronata dies, ipsa memoria sacrorum antistitis Joannis Theologi, peracto sacro in templo ejusdem sancti Apostoli ad Hebdomum sito, patriarchalem dignitatem ultro abdicavit, postquam eam tenuisset annos quinque et menses novem, secessitque in monasterium Calliæ.* Coronata autem fuit Irene initio mensis Aprilis anni Christi 1081. Memoria vero confessionis sancti Joannis theologi occurrit die octava mensis Maii, qua Græci sancti Joannis Evangelistæ festum celebrant. Cæterum Annæ Comnenæ astipulatur et Zonaras, dum in Alexio imperatore scribit, Cosmam annos quinque et menses novem Ecclesiam CP. administrasse.

Ibid. *Εὐστράτιος εὐνοῦχος*, etc., *ἔτη γ'*.

A Eustratio Garidæ annos tres assignat et Zonaras in Alexio Comneno; qui sane scriptor insuper tradit Eustratium post triennium sui patriarchatus dejectum e sede fuisse ab Alexio Comneno ob causam non satis notam. Et quidem spatium trium annorum optime Eustratio convenit; nam, ut patet ex paulo superius citato Annæ loco, Eustratius pontificatum iniit die octava mensis Maii anni Christi 1081. At illam Ecclesiam ultra annum 1884, non rexit, ut patebit ex iis quæ de Nicolao Grammatico ipsius successore mox ex laudata Anna dicturi sumus.

Ibid. *Νικόλαος ὁ Γραμματικός*, etc., *ἔτη κγ', μῆνας. . . . ἡμέρας ι'*. Nicolao Grammatico in Catalogo patriarcharum CP. a nobis hic edito ex Jure Græco-Romano assignantur anni viginti septem et menses tres: Zonaras in Alexio imperatore eidem annos viginti septem attribuit; ideoque anno Christi millesimo centesimo undecimo e vita migravit Nicolaus, uti optime monet Pagius: B quippe thronum patriarchalem ascendit Nicolaus anno Christi 1084, ante mensem Septembrem, ut patet ex Anna Comnena, pag. 273. Καὶ αὐτοῦ δὴ τοῦ πατριάρχου Νικολάου παρόντος· ἔφθασε γὰρ εἰς τὸν πατριαρχικὸν ἀναβεβηκέναι θρόνον ἐπινεμήσεως παριππεούσης ἑβδόμης, ἔτους ,ςφϞβ', μετὰ τὴν Εὐστρατίου τοῦ Γαρίδα παραίτησιν. *Patriarcha ipso præsente Nicolao (nam in patriarchicum jam thronum ascenderat, indictione septima anni sexies millesimi quingentesimi nonagesimi secundi, post Eustratii Garidæ abdicationem) etc.*

Ibid. *Ἰωάννης Ἱερομνήμων*, etc., *ἔτη κγ'*. Joannes Hieromnemon qui, ut scribit Zonaras in Alexio imperatore, tum Chalcedonensi præerat Ecclesiæ, et in litteris cum profanis tum sacris ab ineunte ætate versatus, sufficitur in locum Nicolai, anno nimirum Christi 1111. Hic vero cum Ecclesiam Constantinopolitanam rexisset annis viginti tribus, obiit anno Christi 1134.

C *Ibid.* *Λέων ὁ Στουπῆς*, etc., *ἔτη, ἥμισυ*. Leo successit Joanni anno Christi 1134, qui cum rexisset Ecclesiam Constantinopolitanam annis octo et mensibus sex, ut scribit hic Nicephorus Callisti, moritur anno 1143, uti optime tradunt Baronius, et Onuphrius in Chron. Eccles.

Ibid. D. *Μιχαὴλ μοναχός*, *ἔτη η' β', μῆνας η'*. Michael hic antea præfectus monasterio in insula, quam ex situ Oxiam vocant, ut scribit Cinnamus, vir liberalibus disciplinis, humanioribusque litteris leviter quidem imbutus, at morum elegantia, rerumque divinarum scientia nemine inferior, teste eodem scriptore, sufficitur in locum Leonis a Manuele Comneno, non vero Michaele, ut perperam scribitur in textu Græco, anno scilicet Christi 1143. Hic cum rexisset Ecclesiam CP. annis duobus et mensibus octo, abdicavit patriarchatum anno Christi 1146, ut scribit Baronius.

D Ibid. *Κοσμᾶς ὁ Ἀττικὸς ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ, μῆνας ι', καὶ ἐξεβλήθη*. Additur in Catalogo patriarcharum CP. a nobis hic edito ex Jure Græco-Romano, καὶ Ἐκκλησία χηρεύουσα μῆνας ι', *et Ecclesia vidua mansit pastore mensibus decem*. Nimirum postquam ejectus fuit e sede Cosmas Atticus; qui sane successit Michaeli anno Christi 1146, et anno sequenti quod Bogomilorum hæresi infectus esset e sede pellitur, ut scribit Cinnamus, lib. II, num. 10, loquens de rebus quæ imperante Manuele gestæ sunt. Allatius lib. II, *De Consensu Eccles. Occident. et Orient.*, cap. 12, pag. 686, affert sententiam adversus Cosmam latam; quæ cum multa contineat ad illius ævi historiam spectantia, ideo hic a nobis integra proponitur. Σημείωμα τῆς καθαιρέσεως τοῦ γεγονότος πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως Κοσμᾶ τοῦ Ἀττικοῦ, ὁμόφρονος ἀποδειχθέντος τῷ Βογομήλῳ Νίφωνι. Ταῦτα παρεκβληθέντα καὶ συνήθως, πιστωθέντα ἐξεδόθη ἔξεις

,ϛχν%', μηνὶ καὶ ἰνδικτιῶνος τοῖς προγεγραμμένοις μηνὶ Φευρουαρίῳ κϛʹ, ἡμέρᾳ τετάρτῃ, ἰνδικτιῶνος δεκάτης, προκαθημένου ἐν τῷ παλατίῳ τῶν Βλαχερνῶν τοῦ κρατίστου καὶ θεοστέπτου ἁγίου ἡμῶν βασιλέως καὶ αὐτοκράτορος, κυρίου Μανουὴλ τοῦ Κομνηνοῦ, παρισταμένων τοῦ πανευτυχεστάτου Καίσαρος κυρίου Ἰωάννου τοῦ Ῥογερίου, τοῦ πανυπερσεβεστάτου κυρίου Στεφάνου τοῦ Κοντοστεφάνου τοῦ σεβαστοϋπερτάτου κυρίου Κωνσταντίνου τοῦ Ἀγγέλου, τῶν ἐξαδέλφων τοῦ κρατίστου, καὶ ἁγίου ἡμῶν βασιλέως, τοῦ κυρίου Ἀλεξίου τοῦ υἱοῦ τῆς πορφυρογεννήτου, καὶ Καισαρίσσης κυρίας Ἄννης, τοῦ κυρίου Ἀλεξίου, καὶ τοῦ κυρίου Ἀνδρονίκου, καὶ τῶν υἱῶν τῆς πορφυρογεννήτου κυρίας Μαρίας, καὶ αὐταδέλφης αὐτῆς, τοῦ πανσεβεστάτου Σεβαστοῦ, καὶ μεγάλου Δρουγγαρίου κυρίου Κωνσταντίνου τοῦ Κομνηνοῦ, τοῦ πανσεβεστάτου Σεβαστοῦ δικαιοδότου, καὶ ἐπάρχου κυρίου Ἰωάννου τοῦ παρωνιτοῦ, τοῦ μεγάλου ἐπιφανεστάτου Κοιαίστορος καὶ κριτοῦ τοῦ Βήλου, κυρίου Βασιλείου, τοῦ Πεκούλου, τοῦ κριτοῦ τοῦ Βήλου, Ἰωάννου τοῦ Ἀλωπᾶ, καὶ ἑτέρων οὐκ ὀλίγων τῆς συγκλήτου, καὶ τῶν πολιτικῶν δικαστῶν συμπαρισταμένων αὐτοῖς καὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἀρχόντων. Εἰ δὲ καὶ ἀνδρὶ παντὸς ἰσχυρὰ τὰ ἴδια χείλη, καὶ λόγοις οἰκείου στόματος ἁλίσκεται ἕκαστος, ὁ ἐπὶ βήματος καὶ ταῦτα βασιλικοῦ, παρισταμένης μὲν τῆς συγκλήτου, συμπαρισταμένης δὲ καὶ τῆς ἱερᾶς καὶ θείας συνόδου, οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ ἑτέρου πλήθους πολυαρίθμου, τὰ ἐφ' οἷς παρ' ἄλλων ᾐτιᾶτο, αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ καταθέμενος, καὶ οὕτως ἔχειν τὸ ἀληθὲς συνομολογήσας, ὡς οἱ ἀπαγγείλαντες τῷ κρατίστῳ καὶ ἁγίῳ ἡμῶν βασιλεῖ τὰ κατ' αὐτὸν διηγήσαντο, πῶς οὐχὶ καὶ ἀφυκτεύτως, τοῖς τε χείλεσι τοῖς οἰκείοις ἐμπεδοθήσεται, καὶ δικαίως τοῖς τούτων λόγοις, ὥς τισιν ἀῤῥήκτοις πέδαις περισφιγχθήσεται; Τοιοῦτο δὲ καὶ περὶ τὸν πατριάρχην τῆσδε τῆς βασιλίδος τῶν πόλεων Κοσμᾶν συμβέβηκε σήμερον. Τῶν τινες γὰρ ἱερωτάτων ἀρχιερέων οὐ μικρῶς ἐπὶ τούτῳ σκανδαλισθέντες ἐφ' οἷς ἑώρων αὐτὸν ἀνθρώπῳ πρὸ καιροῦ τινος συνοδικῶς ἀποβεβλημένῳ, ὡς ἑτερόφρονι, καὶ ἀλλοτρίῳ τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας ὑφηγουμένῳ τε καὶ διδάσκοντι, καθὼς τὰ ἐπὶ τούτῳ προβάντα συνοδικῶς διέξεισι σημειώματα, τῷ καταράτῳ δὴ τούτῳ, καὶ ἀμονάχῳ λέγομεν Νίφωνι· ὃν καὶ ἐς τοσοῦτον ἡ τηνικαῦτα συναχθεῖσα ἱερὰ ἀπεκήρυξε σύνοδος, ὡς καὶ ἀπρόσιτον εἶναι, καὶ πᾶσιν ἁπαξαπλῶς ἀκοινώνητον μέχρι λόγου ψιλοῦ, καὶ προσρήσεως. Περισσὸν γὰρ τὸ λέγειν περὶ συνεστιάσεως τε αὐτοῦ καὶ εὐχῆς, καὶ τῶν ἄλλων ἐφ' οἷς κοινωνεῖν ἀλλήλοις εἰώθαμεν. Διὰ γοῦν ταῦτα σκανδαλισθέντες, ὡς εἴπομεν, ὅτιπερ ἀπρὶξ ἑώρων αὐτοῦ τὸν τοιοῦτον ἀντιποιούμενον, καὶ οὐκ ἐν ὁμιλίαις μόνον, καὶ καθ' ἑαυτὸν συνελεύσεσιν, ἀλλὰ καὶ μυρίοις ἄλλοις συγκοινωνοῦντα αὐτῷ, προσῆλθόν τε τῷ κραταιῷ καὶ ἁγίῳ ἡμῶν βασιλεῖ, καὶ ὡς οὐ μικρῶς ἐπὶ τοῖς γινομένοις δεινοπαθοῦντες τῇ πανευσεβεῖ αὐτοῦ βασιλείᾳ τὰ τοιαῦτα πάντα ἀνήγγειλαν. Ὡς γοῦν οἷος οὗτος διάπυρος τῷ ὄντι καὶ ζηλωτὴς πρὸς εὐσέβειαν μὴ τοιοῦτον εἶναι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ὅλως ἀνεχόμενος σκάνδαλον, αὐτόν τε τὸν πατριάρχην, καὶ τοὺς ἐνδημοῦντας, πάντας ἡμᾶς συνεκαλέσατο σήμερον, καὶ ἤρξατο τάχα τὰ κατ' αὐτὸν εἰς τὸ μέσον λαλεῖσθαί τε καὶ ἐξετάζεσθαι, ὁ τῆς ἀληθείας Θεὸς, μεθ' ὅσης ἰδὼν ὡς ἔοικε, συντριβῆς τε ψυχῆ, καὶ πρὸς αὐτὸν παρακλήσεως ὁ θεοστεφὴς ἡμῶν αὐτοκράτωρ τὴν τοῦ παρόντος πεποίηται ζήτησιν αὐτὸν τοῦτον τῇ ἐντέχνῳ τούτου καὶ ἐπιστημοναρχικῇ σοφίᾳ ἐρωτηθέντα, ἐκκαλύψαι τὰ κατ' αὐτὸν, καὶ χωρίς τινος πεποίηκεν ἐξελέγχοντος. Ὡς γὰρ ἠρωτήθη παρὰ τοῦ βασιλέως αὐτοῦ ὁποῖον ἄρα ἔχειν τὸν Νίφωνα, ἀνερυθριάστως οὕτω καὶ γυμνῇ τῇ κεφαλῇ, ὅπερ λέγεται, μὴ αἱρετικὸν ἔχειν τοῦτον ἀπεστομάτισεν, ἀλλ' ὀρθόδοξον. Οὕτω γοῦν τοῦ κεφαλαίου δευτέρου τούτου ἐξελεγχθέντος, καὶ προφανῶς ἐναντίου τοῦ πατριάρχου τοῖς συνοδικῶς διεγνωσμένοι, ἀποδειχθέντος, πε-

A ριττὸν ἡμεῖς κρίναντες ἅμα καὶ αὐτῷ τῷ κρατίστῳ καὶ ἁγίῳ ἡμῶν βασιλεῖ, ὡς καὶ αὐτῷ συνδιαγνωμοῦντι ἡμῖν μετὰ καὶ αὐτῆς τῆς συγκλήτου τὸ περὶ αὐτοῦ πολυπραγμονεῖν, ὅπως τε τὰ συνοδικὰ σημειώματα ἡγεῖται ὡς οὐδὲν, καὶ τοῦ οἰκείου μόνου θελήματος ἀντέχεταί τε καὶ περιέχεται· καὶ ὅπως σήμερον εἰς κοινὸν ἁπάντων ἐπήκοον Λὼτ ἑαυτὸν ὄντα ἐν Σοδόμοις ὠνόμασε, πάντες ὁμοῦ κατέγνωμεν καὶ αὐτοῦ, ὡς ὁμοφρονοῦντος τῷ ἀποβλήτῳ καὶ Βογομήλῳ Νίφωνι. Καὶ κατ' αὐτὰ ἐκεῖνα τὰ σημειώματα ἀπόβλητον καὶ ἀνάξιον εἶναι τοῦτον τῆς ἀρχιερατικῆς ἀξίας ἀπεφηνάμεθα. Ταῦτα παρεκβληθέντα καὶ βεβαιωθέντα ταῖς ὑπογραφαῖς τῶν κάτωθεν δηλουμένων ἐξεδόθη, μηνὶ καὶ ἰνδικτιῶνος τοῖς προγεγραμμένοις, ἔτει ,ϛχνβʹ.

Αἱ ὑπογραφαί.

Κωνσταντῖνος ὁ εὐτελὴς ἀρχιεπίσκοπος τῆς μητροπόλεως Καισαρείας Καππαδοκίας ὑπέγραψα.

Ἰωάννης ἀρχιεπίσκοπος Ἐφέσου καὶ ἔξαρχος πάσης

B Ἀσίας ὁρίσας ὑπέγραψα.

Ὁ εὐτελὴς μητροπολίτης Κυζίκου Θεόφιλος ὁρίσας ὑπέγραψα.

Ὁ εὐτελὴς μητροπολίτης Νικομηδείας Ἰωάννης ὁρίσας ὑπέγραψα.

Ὁ μητροπολίτης Χαλκηδόνος Ἰωάννης ὁρίσας ὑπέγραψα.

Ὁ μητροπολίτης Κλαυδιουπόλεως Γρηγόριος ὁρίσας ὑπέγραψα.

Ὁ εὐτελὴς μητροπολίτης Λαοδικείας Βασίλειος ὁρίσας ὑπέγραψα.

Ὁ εὐτελὴς μητροπολίτης Μύρων Θεόδωρος ὁρίσας ὑπέγραψα.

Ὁ εὐτελὴς μητροπολίτης Λαρίσσης Γεώργιος ὁρίσας ὑπέγραψα.

Ὁ εὐτελὴς μητροπολίτης Ῥόδου Νικηφόρος ὁρίσας ὑπέγραψα.

Ὁ μητροπολίτης Κερασοῦντος Πέτρος ὁρίσας ὑπέγραψα.

C Ὁ εὐτελὴς μητροπολίτης Δρίστρας Λέων ὁρίσας ὑπέγραψα.

Κωνσταντῖνος ὁ εὐτελὴς μητροπολίτης Χριστιανουπόλεως ὁρίσας ὑπέγραψα.

Ὁ εὐτελὴς ἀρχιεπίσκοπος Βυζίης ὁρίσας ὑπέγραψα.

Λέων ὁ εὐτελὴς ἀρχιεπίσκοπος Παρίου ὁρίσας ὑπέγραψα.

Ὁ εὐτελὴς ἀρχιεπίσκοπος Καραβίζης Γρηγόριος ὁ Γαμαλᾶς ὁρίσας ὑπέγραψα.

Ὁ εὐτελὴς ἀρχιεπίσκοπος Γοτθίας Κωνσταντῖνος ὁρίσας ὑπέγραψα.

Ὁ εὐτελὴς μητροπολίτης Ἡρακλείας Πέτρος ὁρίσας ὑπέγραψα.

Ἰωάννης παραχωρήσει Θεοῦ μητροπολίτης τῶν Σάρδων ὁρίσας ὑπέγραψα.

Ὁ μητροπολίτης Νικαίας Λέων ὁρίσας ὑπέγραψα.

Βασίλειος ὁ εὐτελὴς μητροπολίτης Τυάνων Καπ-

D παδοκίας ὁρίσας ὑπέγραψα.

Ὁ Καισαρείας τῆς νέας Νικηφόρος ὁρίσας ὑπέγραψα τόνδε τὸν τόμον.

Ὁ εὐτελὴς μητροπολίτης Ἀντιοχείας τῆς Πισιδίας Μιχαὴλ ὁρίσας ὑπέγραψα.

Ὁ εὐτελὴς ἐπίσκοπος τῆς τῶν Νικοπολιτῶν ἐκκλησίας Νικόλαος ὁρίσας ὑπέγραψα.

Ὁ τῆς ἁγιωτάτης μητροπόλεως Τραϊανουπόλεως εὐτελὴς μητροπολίτης Νικηφόρος ὁρίσας ὑπέγραψα.

Ὁ εὐτελὴς μητροπολίτης Ἀμάστριδος Κωνσταντῖνος ὁρίσας ὑπέγραψα.

Ὁ εὐτελὴς μητροπολίτης Ἀπαμείας Γεώργιος ὁρίσας ὑπέγραψα.

Ὁ εὐτελὴς μητροπολίτης Μηθύμνης Γεώργιος ὁρίσας ὑπέγραψα.

Ὁ εὐτελὴς μητροπολίτης Μεσήνης Ἰωάννης ὁρίσας ὑπέγραψα.

Ὁ εὐτελὴς ἀρχιεπίσκοπος Ἀρκαδιουπόλεως Νικόλαος ὁρίσας ὑπέγραψα.

Γεώργιος εὐτελὴς ἀρχιεπίσκοπος Κίου ὁρίσας ὑπέγραψα.

Ὁ εὐτελὴς ἀρχιεπίσκοπος Χερσῶνος Θεοφάνης ὁρίσας ὑπέγραψα.

Sententia depositionis patriarchæ Constantinopolitani Cosmæ Attici, qui una cum Bogomilo Niphone sentire compertus est, extracta, et, ut moris est, corroborata, editaque anno 6652, mense et indictione sententiæ præfixis. Mensis Februarii 26 die 4 indictione 10, præsidente in palatio Blachernarum potentissimo et a Deo coronato, sancto nostro rege et imperatore domino Manuele Comneno; assistentibus fortunatissimo Cæsare domino Joanne Rogerio, panypersebasto Stephano Contostephano sebastoypertato domino Constantino Angelo, patruelibus potentissimi et sancti nostri imperatoris, domino Alexio filio Porphyrogennetæ, et Cæsarissæ dominæ Annæ, domino Alexio et domino Andronico, et filiis Porphyrogennetæ dominæ Mariæ, et germanæ sororis ejusdem, pansebestato sebasto; et magno drungario, domino Constantino Comneno, pansebestato sebasto dicæodota et præfecto, domino Joanne Paronita, magno et illustrissimo quæstore, et Beli judice, domino Basilio Peculio, judice Beli Joanne Alopa, et aliis non paucis senatoribus, et civilibus judicibus, simul assistentibus, et ecclesiasticis præsidibus. Si homini laqueus sunt validus propria labia, et proprii oris sermonibus singuli capiuntur, qui in suggestu est, eoque imperiali, assistente senatu, assistente etiam divina ac sacra synodo et alia innumera multitudine, de quibus ab aliis in judicium vocabatur, ea ipse per se deponens et ita rem se habere dicens, ut qui ea retulerunt, potentissimo et sancto nostro imperatori narraverunt, quanam ratione propriis labiis, veluti inevitabili lege, non compeditur, jureque merito eorum sermonibus, quasi infragilibus compedibus non adstringetur? Tale quid et patriarchæ reginæ hujus urbium Cosmæ hodie accidit. Namque, cum nonnulli sanctissimi antistites illi offensi, quod eum conspicerent hominem paucos ante annos synodo coacta rejectum, tanquam alia sentientem, et a catholica Ecclesia diversa suggerentem edocentemque, ut sententiæ de eo in plena synodo latæ tradunt; hunc, inquam, scelestum et monachum ementitum Niphonem, quem tum celebrata sacra synodus ita condemnavit, ut nulli accessus ad ipsum concederetur, et a communione omnium, etiam verbulo et salutatione, arceretur; supervacaneum enim erit dicere de convictu illius, et oratione, aliisque quibus mutuo consuescere solemus. Propter hæc itaque offensi, ut diximus, quod viderent patiarcham, hunc hominem mordicus propugnantem, nec in colloquiis tantum et cum ipso conventibus, sed et innumeris aliis illi communicantem, accesserunt ad potentem et sacrum nostrum imperatorem, et pro iis maximum in modum tristes, condolentes, piissimæ illius majestati cuncta nuntiarunt. Ut itaque is est vere inflammatus et zelo ad pietatem succensus, non sustinens simile in Ecclesia offendiculum, patriarcham ipsum, omnesque nos in urbe immorantes, hodie coegit et jum patriarchæ res in medium afferri examinarique cœpta erat: testis veritatis Deus: cum omni animi dejectione, et submissis ad Deum precibus, a Deo coronatus noster imperator de eo quæstionem habens sua artificiosa atque epistemonarchica sapientia, patriarcham interrogavit; qui sua edixit omnia, absque eo quod ullus redargueret. Ab ipso enim imperatore interrogatus, qualem censeret Niphonem esse, impudenter nimis, et aperto capite, quod dicunt, Niphonem non hæreticum, sed orthodoxum se existimare, affirmavit. Hac itaque ratione hoc secundo capite comperto, et palam patriarcham synodicis decretis adversari, supervacaneum rati, quod ipse quoque potentissimus et sanctus noster imperator, qui una nobiscum sententiam ferebat, et A *ipse senatus senserunt, de eo exactius inquirendum esse, et quomodo synodalia edicta nihili faciat, sed proprio tantum arbitrio adhæreat, illique obsecundet, et quomodo hodie omnibus, audientibus, semet ipsum solum Lot inter Sodomos nuncupavit; omnes simul eum condemnamus, tanquam una sentientem cum ejecto Bogomiloque Niphone, et secundum edictorum tenorem dejicimus, et indignum archieratica dignitate declaramus. Hæc extracta, et inferioribus inscriptionibus corroborata, publicata sunt, mense et indictione supra scriptis, anno 6652.*

Subscriptiones.

Constantinus humilis archiepiscopus metropolis Cæsareæ Cappadociæ subscripsi.

Joannes archiepiscopus Ephesi; et exarchus totius Asiæ, determinans subscripsi.

Humilis metropolita Cyzici Theophilus determinans subscripsi.

B *Humilis metropolita Nicomediæ Joannes determinans subscripsi.*

Metropolita Chalcedonis Joannes determinans subscripsi.

Metropolita Claudiopolis Gregorius determinans subscripsi.

Humilis metropolita Laodiceæ Basilius determinans subscripsi.

Humilis metropolita Myrorum Theodorus determinans subscripsi.

Humilis metropolita Larissæ Georgius determinans subscripsi.

Humilis metropolita Rhodi Nicephorus determinans subscripsi.

Metropolita Cerasuntis Petrus determinans subscripsi.

Humilis metropolita Dristræ Leo determinans subscripsi.

Constantinus humilis metropolita Christianupoleos determinans subscripsi.

C *Humilis archiepiscopus Buziæ determinans subscripsi.*

Leo humilis archiepiscopus Parii determinans subscripsi.

Humilis archiepiscopus Carabizæ Gregorius Gamalas determinans subscripsi.

Humilis archiepiscopus Gotthiæ Constantinus determinans subscripsi.

Humilis metropolita Heracleæ Petrus determinans subscripsi.

Joannes permissione divina metropolita Sardorum determinans subscripsi.

Metropolita Nicææ Leo determinans suscripsi.

Basilius humilis metropolita Tyanorum Cappadociæ determinans subscripsi.

Cæsareæ Novæ Nicephorus determinans subscripsi hunc tomum.

Humilis metropolita Antiochiæ Pisidiæ Michael determinans subscripsi.

D *Humilis episcopus Ecclesiæ Nicopolitarum Nicolaus determinans subscripsi.*

Sanctissimæ metropoleos Amastridis Constantinus determinans subscripsi.

Humilis metropolita Apameæ Georgius determinans subscripsi.

Humilis metropolita Methymnæ Georgius determinans subscripsi.

Humilis metropolita Messanæ Joannes determinans subscripsi.

Humilis archiepiscopus Arcadiupoleos Nicolaus determinans subscripsi.

Georgius humilis archiepiscopus Cii determinans subscripsi.

Humilis archiepiscopus Chersonis Theophanes determinans subscripsi.

Verum supra annus mundi secundum æram Constantinopolitanam a Septembri incipientem cor-

rnitus est, legendumque, ut scribit Pagius, anno 6655, qui mense Februario sequentis anni concurrit cum indictione 10 quo feria 4 incidit in diem 26 Februarii. Cæterum Nicetas Choniates lib. II, ubi Cosmæ patriarchæ virtutes describit, et præcipue pietatem ac benignitatem in pauperes, aliam ejus depositionis causam, non hæresim fuisse scribit : Cosmæ, inquit, æmuli ad Manuelem eum calumniantur, quasi Isaacio fratri regnum conciliare studeret; hinc Manuel, Cosmam deturbare cupiens, eum cum Niphone, quo et in mensa et in ædibus utebatur, sentire perperam, fingit, ideoque ut sectatorem ac suffragatorem damnati a synodo hominis, eumdem quoque condemnari jubet; quod quidem et factum fuit; verum in vindictam injustæ depositionis imperatricem nullos mares peperisse, ut ei Cosmas imprecatus fuerat, etc.

Col. 462. D. *Νικόλαος μοναχὸς ὁ Μουζάλων*, etc., *ἐπεσκόπησεν ἐν Κωνσταντινουπόλει ἔτη γ', μῆνας δ'*. Ex iis quæ capite præcedenti diximus liquet Nicolaum Musalonem in locum Cosmæ Attici suffectum fuisse die vicesima sexta mensis Decembris anni Christi 1147, cum sedes Constantinopolitana vacasset post depositionem Cosmæ per menses decem, nimirum a die 26 mensis Februarii ejusdem anni. Hic autem abdicato Cypri archiepiscopatu in monasterium Cosmidii se contulit, cui aliquot annos præfuit, ut habetur in Jure Græc.-Rom. lib. IV, cap. 4, ubi de translationibus episcoporum. Quod vero in hoc capite, et apud Nicephorum Callisti legitur, cum antea fuisse Cypri archiepiscopum, confirmatur ex Cinnamo pag. 47, qui rem totam pluribus tradit hisce verbis : Ὁ δὲ βασιλεὺς Νικόλαόν τινα, ᾧ Μουσάλων ἐπίκλησις ἦν, ἐς τὸν ἀρχιερατικὸν θρόνον ἀνάγει· ὃς εἰς τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς μὲν πρότερον καταλόγους ἐτέλει, τὸν δὲ τῆς Κυπρίων Ἐκκλησίας θρόνον λαχὼν, εἶτα ἐθελοντὴς ἐκεῖθεν ἀφίσταται. Ἀλλ' ἅμα τε ἐπὶ τῶν πραγμάτων ἐγένετο, καὶ ἅμα πᾶν κατ' αὐτοῦ κεκίνηται στόμα, παρανόμως αὐτὸν ἐπιπηδῆσαι λεγόντων τῷ θρόνῳ, ἅτε σὺν τῇ λαχούσῃ τοῦτον Ἐκκλησίᾳ καὶ τὴν ἱερωσύνην ἤδη προσαποθέμενον. Ὁ δὲ τὸ μὲν πρῶτον ἰσχυρογνώμων τις ἦν, καὶ τοῦ θρόνου μεθίεσθαι οὐδαμῇ ἤθελεν. Ὡς δέ ποτε βασιλέως τῷ πράγματι διαιτήσοντος, τὴν ἥττονα ἔγνω κληρούμενος, οὐχὶ καὶ εἰσαῦθις ἀνακριθήσεσθαι ἀνασχόμενος, ἀφίστα τότε τοῦ θρόνου, καὶ καθ' ἑαυτὸν αὖθις ἰδίου. *Imperator Nicolaum quemdam, cognomine Musalonem, ad patriarchalem sedem provehit, qui in ecclesiasticis primum dignitatibus versatus, Ecclesiamque Cypriorum adeptus, ultro postmodum inde recesserat. Verum ut res administrare cœpit, omnium statim ora in eum commota sunt, injuste occupatum ab illo thronum clamitantium, ut qui cum Ecclesia, quam nactus fuerat, sacerdotium quoque deposuisset. Sed is obstinatus primo, throno se deturbari hauduaquam passus : ubi autem re ad imperatoris examen delata, male sibi cessurum agnovit, abdicta ultro dignitate, ad vitam rursus privatam rediit.* Nicolaus autem cum rexisset Ecclesiam Constantinopolitanam annis tribus, mensibus quatuor, ut habetur cum in hoc Catalogo Nicephori Callisti, tum in aliis, abdicare coactus fuit patriarchatum circa mensem Aprilem anni Christi 1151. Vide quæ de hoc Nicolao Musalone habet Theodorus Balsamon in Epist. Basil. ad Amphilochium, cap. 69. Cæterum Baronii aliorumque errata quæ in hac re frequentissima occurrunt, longum omnino foret hic recensere.

Col. 463, A. *Θεόδοτος μοναχὸς*, etc., *ἔτη δ'*. Nicolao Musaloni successit Theodotus, vir monasticis institutis apprime instructus, ut scribit Cinnamus pag. 47. Quod quidem accidit circa mensem Aprilem anni Christi 1151, uti supra diximus. Obiit autem Theodotus circa mensem Aprilem anni 1153, cum rexisset Ecclesiam Constantinopolitanam annis duobus, ut scribit hic Nicephorus Callisti.

Ibid. *Νεόφυτος ἔγκλειστος, ὁ ἀπὸ τῆς μονῆς τῆς Εὐεργέτιδος ἔτη*.... Inter Theodotum laudatum et Constantinum Chliarenum recensetur Neophytus cum in Catalogo hic a nobis edito ex jure Græco-Romano, tum in aliis Catalogis; sed quonam hic anno obierit non liquet, cum sedis ejus numerus annorum in laudatis Catalogis non compareat, fortassis temporis injuria deletus. Verum ipse puto hunc Neophytum patriarcham. cum nemo alius ex scriptoribus quod sciam hujus meminerit, commentitium esse, uti ex iis quæ infra dicturi sumus facile videre est. Unde apparebit quanti faciendus sit Catalogus hic Nicephori Callisti, absque cujus subsidio Baronius, Pagius aliique sæpe in errorem prolapsi sunt, ut cuilibet videre licet.

Ibid. *Κωνσταντῖνος*, etc., *ὁ Χλιαρηνὸς ἔτη β'*. Theodoto fatis functo, ut scribit hic Nicephorus Callisti, successit Constantinus Chliarenus, anno nimirum Christi 1153, circa mensem Aprilem : obiit autem laudatus patriarcha Constantinus anno 1155, cum Ecclesiam Constantinopolitanam rexisset annis duobus, ut tradit idem Nicephorus. Huic patriarchæ in aliis Catalogis numerus annorum non assignatur.

Ibid. B. *Λουκᾶς μοναχὸς καὶ Χρυσοβέργης*, etc., *ἔτη ιε', μῆνας γ'*. Lucas Chrysoberges sufficitur in locum Constantini anno Christi 1155. Qui cum rexisset Ecclesiam Constantinopolitanam annis quindecim, mensibus tribus, ut scribit hic Nicephorus, non ante annum 1169 e vivis excessit. Unde corrigendi sunt Baronius, Pagius, Leunclavius aliique qui ejus mortem prædicto anno non consignant.

Ibid. *Μιχαὴλ διάκονος καὶ σακελλάριος*, etc., *ἔτη η', μῆνας β'*. Michael diaconus et sacellarius Magnæ Ecclesiæ successit Lucæ Chrysobergi sub finem anni Christi 1169. Hic cum sedisset annis octo et duobus mensibus, ut scribit Nicephorus, obiit anno Christi 1177.

Ibid. *Χαρίτων μοναχὸς*, etc., *μῆνας ια'*. Chariton initio anni Christi 1177, thronum Constantinopolitanum conscendit, ut patet ex annis quæ ipsius decessoribus assignat Nicephorus, et ex iis quæ dicturi sumus de ejus successore. Huic patriarchæ catalogus Onuphrii in Chron. Eccles. perperam annum unum, menses duos, et dies..... assignat. Moritur autem Chariton sub finem hujusce anni, ut infra videre est.

Ibid. B. *Θεοδόσιος ὁ Βορραδιώτης*, etc., *ἔτη ς'*. Theodosius Borrhadiotes successit Charitoni postremis diebus anni Christi 1177, vel ipso initio anni sequentis. De Theodosio autem patriarcha pluribus agit Nicetas Choniates in Alexio Manuelis Comneni filio; qui sane scriptor tradit Theodosium a protosebasto dejectum fuisse e sede, sed haud diu post imperatricis, Cæsarissæ et aliorum imperatoris consanguineorum auctoritate in eamdem restitutum fuisse; quod quidem accidit, ut ait idem Nicetas, indictione 15 nimirum anno Christi 1182. Anno autem sequenti cum Andronicus filiam Irenen, ex consobrina Theodora Comnena contra leges susceptam Alexio, Manuelis ex incesto concubitu Theodoræ filio, despondere vellet, Theodosius patriarcha una cum paucis ex ordine pontificum et sacerdotum, et ex Patribus conscriptis fortiter adversatur, ac nuptias istas, utpote incestas, procedere nequaquam patiebatur. Verum postmodum ubi animadvertit patriarcha se nihil proficere, et mala manifeste ingruere, ac partem meliorem a majore vinci, e sacro palatio in insulam Terebinthum, ubi sibi diversorium et sepulcrum struxerat, discedit; ut habet laudatus Nicetas paulo superius citato loco; unde etiam

suppleri potest locus Nicephori mutilus, ubi habet, καὶ παρῃτήσατο διὰ τὴν βασιλέως.....

Col. 464. B. *Βασίλειος διάκονος*, etc., *ἔτη β', ἥμισυ*.... Andronicus imperator in locum Theodosii suffecit Basilium Camaterum, hominem suæ factionis; quem quidem hisce verbis describit Nicetas Choniates in Alexio Manuelis Comneni filio, pag. 169 : Καὶ περὶ τοῦ τὸν πατριαρχικὸν θρόνον διαδεξομένου, καὶ αὐτῷ πληρώσοντος τὰ κατὰ ἔφεσιν διασκέπτεται, καὶ ἐπικρίνεται Ἀνδρονίκῳ εἰς τὴν οἰκουμενικὴν προεδρίαν ὁ Καματηρὸς Βασίλειος, ἢ τὸ ἔμπαλιν, ὡς ἐλέγετο, αὐτὸς Ἀνδρόνικον ἐφειλκύσατο πρὸς τὴν τοιαύτην ἐπιλογήν, οἷς μονώτατος ἐξ ἁπάντων Ἀνδρονίκῳ ἐγγράφως συνέθετο, ἐκεῖνα ἐν τῷ ἀρχιερατεύειν διαπράττεσθαι, ὅσα φιλητὰ Ἀνδρονίκῳ, κἂν εἴησαν παναθέμιτα, κἀκεῖνα πάλιν ἀποστυγεῖν ὁπόσα οὐχ ἥδυνει Ἀνδρόνικον. *Cum de successore suæ factionis patriarchæ dando deliberaret, Camatero Basilio œcumenicum pontificatum defert : aut potius illius syngrapha impulsus vendit, qua is promiserat, se quidquid cordi esset Andronico, quantumvis illicitum, facturum, et ea declinaturum quæ illi displicerent.* Basilius autem renuntiatus fuit patriarcha CP. anno Christi 1183, uti capite præcedenti ex eodem Niceta monuimus. Huic patriarchæ annos sex et menses sex perperam assignat Baronius; quemadmodum et Onuphrius in Chron. Eccles. annos tres et menses sex; quippe in omnibus aliis Catalogis eidem anni duo, et menses sex attribuuntur. Igitur Basilius pulsus fuit e sede ab Isaacio Angelo imperatore anno Christi 1186. Causam autem hujus depositionis narrat laudatus Nicetas in eodem Isaacio; unde corrigi ac suppleri possunt ea quæ de Basilio scribit hic Nicephorus Callisti.

Ibid. *Νικήτας*, etc., *ὁ Μουντάνης ἐπὶ τῆς αὐτοῦ βασιλείας Ἰσαακίου ἔτη γ' καὶ ἡμέρας ι'*. Dejecto e sede Basilio Camatero, in ejus locum suffecit Isaacius imperator Nicetam Muntanum, anno Christi 1186. Sed ne hunc quidem in sacra sede mori passus, invitum expulit, senium et delirium et levitatem causatus, ut scribit Nicetas Choniates in eodem Augusto pag. 259, ubi postquam de Basilio Camatero locutus esset, sic prosequitur : Προβαλλόμενος δ' ἀντ' αὐτοῦ πατριάρχην τὸν Μουντάνην Νικήταν, τῆς Μεγίστης Ἐκκλησίας ὄντα σακελλάριον, οὐδὲ τὸν τριγέροντα τουτονὶ τῷ θρόνῳ παρῆκεν ἐναποψύξαι, ἀλλ' ἀφέλειαν καὶ κουφότητα καταγνοὺς τοῦ ἀνδρὸς, καὶ γῆρας ἐπεγκαλέσας ἀνέγκλητον, καὶ ἄκοντα τοῦ θρόνου ἀπεσφενδόνησε. *Nicetam Muntanum pro eo patriarcham designavit, Ecclesiæ maximæ sacellarium, sed ne hunc quidem, hominem natu maximum, in sacra sede exspirare passus, invitum expulit, senium et delirium et levitatem causatus.* At ex hisce Nicetæ verbis non sequitur, Nicetam Muntanum statim e patriarchatu pulsum, ut perperam existimavit Baronius; siquidem illa verba denotant tantum hunc patriarcham, etsi senex esset, ante mortem suam dignitate motum fuisse. Huic autem patriarchæ anni sex et menses sex assignantur in Catalogis Philippi Cyprii et Matthæi Cigalà; et ita legebatur in Catalogo quo usus fuerat Onuphrius in Chron. Eccles., unde Onuphrius initium Nicetæ Muntani cum anno 1186 connectit, et eumdem non ante annum 1192 e sede pulsum scribit. Verum ipse Nicephori Callisti Catalogum secutus Nicetæ depositionem cum anno Christi 1190 connecto. Cæterum Nicetæ Muntano annum unum assignat Methodius monachus; cujus quidem scriptoris locum capite sequenti citabimus.

Ibid. *Δοσίθεος ὁ ἀπὸ Ἱεροσολύμων πατριάρχης ἡμέρας θ'*. Nemo alius, quod sciam, præterquam Nicephorus Callisti, Nicetæ successorem assignat Dositheum; nam in aliis Catalogis, post Nicetam recensetur Leontius; quod quidem videtur confirmare Nicetas Choniates in Isaacio

A Angelo, pag. 259; cujus verba licet sint longiuscula, cum ad historiam et seriem horum patriarcharum pernecessaria sint, hic integra describere libet : Φροντιστικώτερον δὲ διατεθεὶς, περὶ τοῦ τὸν κυβερνήσοντα τὴν Ἐκκλησίαν εὑρεῖν προχειρίζεται μέγαν ποιμένα Λεόντιόν τινα μοναχὸν, διαβεβαιούμενος ἐπὶ συλλόγων, καὶ διομνύμενος ἐπὶ τοῦ βασιλικοῦ βήματος καὶ ὁμηγύρεων, ὡς οὐκ ᾔδει τὸν ἄνδρα πρότερον· νυκτὸς δὲ ἡ Θεομήτωρ τοῦτον αὐτῷ καθυπέδειξε, τὸ εἶδος καὶ τὴν ἀρετὴν ὑπογράψασα, ἀλλὰ καὶ τὸν τόπον διασαφήσασα, καθ' ὃν τὴν οἴκησιν ἔλαχεν· ἀλλ' οὔπω ἐνιαυτὸς ἐξίκετο, καὶ καταστρέφει καὶ τὸν Θεοτοκὶ την τοῦτον ἐκ τοῦ πατριαρχικοῦ ὑψώματος, μηδένα λόγον θέμενος ἢ ἐντραπεὶς εἰς ὅσους ἐπαίνους ἔλεγε περὶ αὐτοῦ, καὶ ἐδόξαζε τοῦτον ὡς θεῖον ἄνθρωπον. Ἀποσκορακισθέντος δ' οὕτω καὶ Λεοντίου, ἔγνω δραματουργῆσαι μετάθεσιν, καὶ εἰς τὴν οἰκουμενικὴν ἐπᾶραι προεδρευσιν τὸν τῶν Ἱεροσολύμων Δοσίθεον. Εἰδὼς δὲ τοὺς κα-
B νόνας τοῦτο μὴ συγχωροῦντας, μέτεισιν ὑπούλως τὸν διέποντα τὸν θρόνον τῆς Θεοῦ πόλεως μεγάλης Ἀντιοχείας Θεόδωρον τὸν Βαλσαμὼν, ἄνδρα ὑπὲρ τοὺς τότε πάντας ὄντα νομοτριβῆ. Καὶ δὴ κατὰ μόνας αὐτῷ συγγενόμενος, σχηματίζεται τὸν ἀσχάλλοντα, εἰ οὕτως ἀνδρῶν φιλοθέων καὶ λογίων ἡ Ἐκκλησία σπανίζεται, καὶ ἡ μοναχικὴ διέρριπται καὶ ἠφάντωται ἀρετὴ, ὡς μὴ πρότερον εἶναι τὸν ἡμέριον τουτονὶ λαμπτῆρα τὸν ἀεικίνητον ἥλιον, ἢ τὸν ἐπὶ τῶν κεροιάκων τοῦ ἱεροῦ καθιζησόμενον θρόνου, καὶ ἀρίστως τὸ τῶν πιστῶν διιθυνοῦντα πλήρωμα, καὶ τοιαῦθ' ἕτερα σχετλιαστικῶς προαναβαλόμενος, ἐπήγαγε πάλαι μὲν βούλεσθαι μετενεγκεῖν αὐτὸν ἐκ τῆς Ἀντιοχέων Ἐκκλησίας εἰς τὴν οἰκουμενικὴν περιωπὴν, ὡς λύχνον ταῖς τῶν νόμων τηλαυγείαις πάμφωτον, ὑποστέλλεσθαι δὲ τὴν μετάθεσιν ὡς πάλαι τοῖς κανόσιν ἀπειρημένην, καὶ τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς ἀπᾴδουσαν θεσμοῖς. Εἰ δ' αὐτὸς σχοίη ἂν ὡς νόμους καὶ κανόνας ἀκριβωσάμενος χώραν ἔχουσαν ἀποδεδειχέναι, καθά
C ποτε καὶ νῦν τὴν μετάθεσιν, καὶ τὰς τῶν πολλῶν εἰς τοῦτο μεθαρμόσειε γνώμας, ἕρμαιον ὄντως ἡγήσεται τὸ πραχθὲν, καὶ οὐκ ἀναβαλεῖται τὸ πέρας, ἀνεύθυνον ποιοῦν τὴν προχείρισιν. Καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς οὕτως μετῆλθε τὸν Ἀντιοχείας Θεόδωρον, ὁ δὲ πάντα ἐκτελῆ γενέσθαι κατέθετο. Σύλλογοι οὖν μετ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν ἀρχιερέων ἀνὰ τὰ ἀρχεῖα τὰ ἱερὰ, καὶ σύνοδοι καὶ συζήτησις περὶ μεταθέσεως, καὶ παρὰ πόδας ἐκχώρησις, καὶ τόμος ἐπὶ βασιλικοῦ συμπληρούμενος βήματος, καὶ ὁ μὲν Ἀντιοχεία, πάλιν Ἀντιοχείας ἐώμενος, καὶ ὁ Δοσίθεος ἀπὸ τοῦ τῶν Ἱεροσολύμων θώκου εἰς τὸν τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἀναγόμενος, καὶ ἡ προπομπὴ ὡς λαμπροτάτη καὶ πολυανθρωποτάτη τῶν πώποτε, ὡς εἶναι καὶ θριάμβοις βασιλέων ἀμφήριστος, καὶ ὀχανεῖς ἐπὶ τούτῳ οἱ φενακισθέντες ἀρχιερεῖς, καὶ τοὺς κανόνας εἰκῇ κατανωτισάμενοι, ἀμέλει τοι καὶ μὴ ἐπὶ πολὺν χρόνον ἐνεγκεῖν τὸν γέλωτα ἔχοντες, παρασυναγωγὰς ποιοῦσι καὶ ὀχλαγώγια οἱ λογάδες τοῦ βήματος, καὶ τῶν ἀρχιερέων ὁπόσον εἶχε τὴν
D γλῶτταν πρὸς λόγων ἰσχὺν ἐπίσημον· οὐκοῦν ἐπιβάτης Ἐκκλησίας ἀλλοτρίας ἀκούει Δοσίθεος, καὶ ἀναλυομένην ἔσχε τὴν δευτέραν τιμὴν, καὶ τοῦ θρόνου κατάγεται. Τὴν δ' ἧτταν μὴ φέρειν ἔχων ὁ βασιλεὺς, ἀναμαχόμενος ἦν, καὶ παντοίως σπεύδων ἰσχύειν τὴν κυρωθεῖσαν μετάθεσιν· καὶ μετὰ βραχύν τινα χρόνον ἀναλύσας τὰ ἐπιγινόμενα, αὖθις ἐστήριξε τὸν Δοσίθεον· ὅτε καὶ διὰ τῶν πελεκυφόρων αὐτοῦ δορυφόρων, καὶ τῶν τοῦ παλατίου ἐκκρίτων, προὔπεμψεν αὐτὸν εἰς τὸ μέγιστον τέμενος, δεδιὼς μὴ τὸ πλῆθος νεωτερίσειεν· ἦν γὰρ διὰ μίσους ἅπασιν ὡς φιλόθρονος ὁ Δοσίθεος, καὶ τὸ τοῦ κρατοῦντος ἐπὶ μὴ καιρίοις πράγμασιν ἐνστατικὸν τε καὶ φίλαυτον οὐκ ἐπαινετόν· ἀλλὰ καὶ πάλιν τοῦ θρόνου ἀποδιοπομπεῖται Δοσίθεος, καὶ πέπονθεν ἀτεχνῶς τὸ τῆς Αἰσωπείας κυνὸς, ἧς τε διεῖπεν ἀποπεσὼν ἱερᾶς ἀρχῆς (ἕτερος γὰρ Ἱεροσολύμων κεχειροτόνητο) καὶ τοῦ μείζονος θρόνου καθαιρεθείς. Καὶ τοῦτο μὲν ἐς ἐ... Καὶ προχειρίζεται

πατριάρχης, μέγας ὢν σκευοφύλαξ ὁ Ξιφιλῖνος Γεώργιος. *Cum autem diligentius de gubernatore Ecclesiæ cogitaret, Leontium monachum quemdam, magnum pastorem designat: in populi frequentia pro tribunali jurejurando testatus, eum virum prius ignotum sibi a Dei Genitrice noctu esse demonstratum, non forma et virtute ejus duntaxat descripta, sed loco etiam ostenso in quo habitaret. Verum eo quoque Dei Genitricio, priusquam annus elaberetur, repudiato, nihil verecundatus, quod coram tam multis eum ut divinum hominem laudibus extulisset, mutationem instituit, Hierosolymitanum Dositheum ad œcumenicum patriarchatum evecturus. Quod cum canones non permittere sciret, Theodorum Balsamum, magnæ Antiochiæ episcopum, virum ea ætate jurisconsultissimum, astu circumvenit, et in privato colloquio indignationem simulat, quod Ecclesia piis et doctis viris ita destituatur, et monastica virtus ita obsoleverit atque evanuerit, ut nemo sit qui universalem sedem, non secus ac solis irrequietus circuitus orbem terrarum, illustret, cœtumque fidelium quam optime gubernet. Hæc et id genus alia non sine dolore præfatus, subjunxit olim fuisse sibi in animo, illum ex Antiochena sede in œcumenicam, ut illustrem legalis puritatis lucernam transferre. Sed ab ea mutatione veterum canonum et ecclesiasticarum sanctionum interdicto deterreri. Si vero ipse, ut legum et canonum peritissimus, translationem, ut olim, ita nunc quoque habere locum, demonstrare, ac vulgo persuadere possit: se omnino id in lucro deputaturum, eumque (modo liceat) incunctanter designaturum. Hoc modo tractatus Theodorus, omnia rata fore affirmavit. Postridie concilio pontificum in æde sacra indicto, et quæstione illa agitata, translatio statim concessa, et litteris imperatoriis confirmata est. Ac Antiochenus ut ante fuerat, ita mansit Antiochenus. Dositheus vero a sede Hierosolymitana Constantinopolim est translatus, cum tam frequenti et splendido comitatu, ut haud dubie regium triumphum æquaret. At primarii sacerdotes, cæterique facundia insignes, qui se canonibus temere violatis deceptos videbant, obstupefacti, cum risum diutius perferre non possent, extraordinaria conciliabula et plebis conventicula instituunt, alienæ Ecclesiæ occupator audit Dositheus, secundo honore abrogato e sede educitur. Imperator vero, ignominiam illam non ferens, omnibus modis adversatur, ac nihil non facit, ut approbata illa translatio valeat; nec multo post, abrogatione sublata Dositheumque denuo confirmatum, per bipenniferos satellites, et palatinos proceres in sacram ædem deducit, populi motum veritus. Erat enim Dositheus ob ambitionem et imp. intempestivam pertinaciam, et parum laudatum sui studium, omnibus invisus. Cæterum rursus sede ejicitur, eodemque modo quo canis Æsopicus, et ponticulum quem tenuerat, amittit (nam alius Hierosolymis electus erat) et majori sede excidit, magno pusorum custode Xiphilino Georgio patriarcha designato.* De hac autem translatione Dosithei loquitur et ipse Nicephorus Callisti lib. XIV, cap. 29. Quæ cum sint nonnihil diversa ab iis quæ de Dositheo refert laudatus Nicetas, ideo hic describere placet: Τοῦ δ' ἐξ Ἀγγέλων Ἰσαακίου τὸν τῆς βασιλείας πρυτανεύοντος θρόνον, ὁ Ἱεροσολύμων Δοσίθεος εἰς τὸν τῆς Κωνσταντίνου θρόνον μετάγεται, ἐκεῖσε δὲ Μάρκος ὁ κατὰ Φλῶρον προάγεται. Εἶτα πάλιν Δοσίθεος τὴν Κωνσταντίνου λιπὼν, εἰς τὸν τῆς Αἰλίας θρόνον ἐπάνεισι, τοῦ κατὰ Φλῶρον ἐκεῖθεν παρὰ πᾶσαν δίκην ἀπελαθέντος. Ἐς ὕστερον δὲ καὶ ἄμφω τοὺς θρόνους τῆς τ' Αἰλίας καὶ Κωνσταντίνου παρῃτεῖτο Δοσίθεος· καὶ καθ' αὑτὸν γενόμενος ἐτελεύτα. *Isaacio Angelo imperante Dositheus Hierosolymitanus Constantinopolim est translatus: cum Hierosolyma inde Marcus, qui et Florus dictus est, transiisset. Deinde Dositheus rursum Constantinopoli relicta, in Æliæ thronum reversus est, eo qui Florus nominatus est, inde præter jus et æquum omne expulso. Postea vero utraque et Æliensi et Constantinopolitana sede posthabita, Dositheus privatus vixit, et decessit.* Methodius monachus apud Allatium in exercitatione contra Creygtonum, pag. 330, loquens de Isaacio Angelo ait, eumdem imperatorem spatio novem annorum, quibus imperium tenuit, quinque patriarchas Constantinopolitanos creasse. Sic ille: Τί δὲ καὶ Ἰσαάκιος ὁ Ἄγγελος οὐ χωρὶς πάσης αἰτίας εὐλόγου, καὶ κανονικῆς αἰτία: τὸν Καματηρὸν τοῦ θρόνου παρακινήσας, Νικήταν τὸν σακελλάριον ἔθετο; Οὐχὶ τοῦτον αὖθις ὡς ἀφελῆ μετ' ἐνιαυτὸν ἕνα καταγαγὼν, τὸν Θεοτοκίτην Λεόντιον πατριάρχην πεποίηκεν, ὃν καὶ Θεοτοκίτην ἐκάλεσε, διαβεβαιούμενος τὴν Θεοτόκον ἐμφανισθῆναί οἱ, καὶ προστάξαι Νικήταν μὲν καθελεῖν, Λεόντιον δὲ ἀντ' αὐτοῦ τῷ θρόνῳ ἐγκαταστῆσαι; Οὐχὶ αὖθις τὸν μὲν Λεόντιον τοῦ θρόνου ἐξέωσε τῆς Θεοτόκου αὐτῷ καὶ πάλιν τοῦτο ποιῆσαι διαταξαμένης ἰσχυριζόμενος, τὸν Ἱεροσολύμων δὲ Δοσίθεον τῆς Κωνσταντίνου ἱεράρχην ἀπέδειξεν; Ἐπεὶ δὲ ὁ γογγυσμὸς πολὺς περὶ τούτου γεγένηται, οὐχὶ Δοσίθεος τούτου ἕνεκα τοῦ θρόνου ἀποπεσὼν, ἕτερος προεβλήθη; Πέντε γοῦν οὕτω πατριάρχας τῆς Κωνσταντίνου ὁ Ἰσαάκιος ἐγκατέστησεν ἐν χρόνοις ἐννέα, οὓς καὶ ἦν βασιλεύσας αὐτὸς, λόγῳ μὲν καὶ κανονικοῖς ἐγκλήμασιν οὐδαμῶς, ἁπλῶς δὲ οἰκείῳ θελήματι καὶ ὀρέξει τὸν μὲν κατάγων, τὸν δὲ ἀνάγων. Καὶ ὅμως οὐδεὶς τούτων, ἢ τῶν δι' αὐτῶν χειροτονηθέντων ἄδεκτος τῇ Ἐκκλησίᾳ γεγένηται. Τὸ δὲ δὴ ἀστειότερον, μᾶλλον δὲ ἀτιμώτερον, ὅτι πάντες ἔζων ἐν ταῖς ἡμέραις Ἰσαακίου διὰ τὸ ὀλιγοχρόνιον τάχα ἐν τῇ ἀρχῇ αὐτοῦ γεγενῆσθαι. *Annon præterea Isaacius Angelus absque ulla rationabili causa, et decreto canonico Camatero e solio pulso, Nicetam sacellarium substituit, et hoc rursus anno exacto, uti oneri parum idoneo, submoto, Theotocitem Leontium, quem Theotocitem nuncupavit, asserens Deiparam sibi apparuisse, mandasseque, Niceta deposito, Leontium loco illius in throno substituere? Annon postmodum Leontium de throno ejecit, Deiparam, ut id etiam perageret, demandasse contendens, et Hierosolymitanum Dositheum hierarcham CP. declaravit? Cum ergo de eo murmuratio querula invalesceret, annon propterea Dositheo de throno excidente, alius electus est? Hunc in modum itaque quinque patriarchas Constantinopolitanos Isaacius spatio novem annorum, quibus imperium tenuit, creavit, nulla ratione motus, aut criminum adversus canones reos, sed simpliciter et proprio arbitrio; et appetitu hunc quidem deprimens, illum vero exaltans. Et nihilominus ex his nemo, aut ex illis, qui ab ipsis ordinati sunt, rejectus ab Ecclesia est. Quod vero festivius est, vel ut verius dicam, tanta dignitate indignius, omnes hi sub ejusdem Isaacii imperio vitam ducebant: quod illius dominatus exiguo tempore perduravit.* Ex iis autem, quæ in hanc rem ex Niceta Choniate, ex Nicephori Callisti Historia, et ex Methodio monacho protulimus, apparet, Nicetæ Muntano non Dositheum Hierosolymitanum, sed Leontium Theotocitem successisse; unde vero mutuatus sit idem Nicephorus ea quæ in Catalogo expressit, nescitur: nisi quis credat ideo a laudatis scriptoribus nullam mentionem fieri post Nicetam Dosithei, quod ille prima vice novem tantum diebus illam sedem tenuerit. At vero similius videtur id quod de Dositheo in hoc Catalogo dicitur a scriba additum fuisse; et Dositheum non nisi post Leontii depositionem ad thronum Constantinopolitanum evectum: quod quidem necessario concludi debet ex Niceta, dum narrat quod astu Isaacius imperator Theodorum Balsamum deluserit; cujus quidem Nicetæ auctoritas omnino præferenda est Nicephoro; quippe Nicetas initio tertii decimi sæculi floruit, Nicephorus vero initio sæculi subsequentis. Cæterum vide quæ de Dosithei patriarchatu post Leontium monemus infra.

Col. 464 C. *Λεόντιος ὁ λεγόμενος Θεοτοκί-*

της, etc., *μῆνας ἑπτὰ*, etc. Nimirum *mensibus septem*, et ita legendum supra in versione, ubi librarii incuria legitur *novem* pro *septem*. Nicetæ igitur Muntano e sede pulso successit Leontius Theotocites anno Christi 1190, qui cum sedisset mensibus septem, pellitur ab Isaacio eodem astu, quo institutus fuit, ut patet ex iis quæ ex Niceta Choniate, et ex Methodio monacho capite præcedenti protulimus. Cæterum hujus depositio accidit hoc ipso anno.

Col. 464 C. *Ὁ Δοσίθεος ὁ πρωτοπατριάρχης Ἱεροσολύμων*, etc., *ἔτος α'*, *ἥμισυ*. Pluribus de Dositheo egimus paulo superius, ideo hic tantum monere sufficiet, eum renuntiatum fuisse patriarcham CP. post Leontium ad finem anni Christi 1190, vel initio anni sequentis; qui cum sedisset annum unum et dimidium, non ante annum 1192 a sede pulsus fuit.

Ibid D. *Γεώργιος διάκονος*, etc., *ὁ Ξιφιλῖνος, ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ, ἔτη ς'*, *μῆνας θ'*, *ἡμέρας κζ'*. Dositheo e sede pulso ab Isaacio Comneno successit Georgius Xiphilinus anno Christi 1192, qui cum sedisset annis sex, mensibus novem, diebus viginti septem, patriarchatum abdicavit, ac in monasterio Phryganorum, quod exstruxerat sub imperio Alexii Angeli, fratris Isaacii, detonsus est, ut videtur hic innuere Nicephorus Callisti; quod quidem accidit anno Christi 1198. Cæterum hujus patriarchæ meminit Nicetas Choniates in Alexio Comneno, pag. 332, eique annos septem assignat.

Ibid. *Ἰωάννης διάκονος ὁ χαρτοφύλαξ ὁ Καματηρὸς*, etc. Mortuo Gregorio Xiphilino, ut habetur in Catalogo a nobis hic edito ex Jure Græco-Romano, quoniam aberat peregre Alexius imperator in expeditione Occidentali, caruit thronus suo patriarcha mensibus duobus; postmodum in ejus locum sufficitur Joannes Camaterus anno Christi 1198; qui rexit Ecclesiam CP. usque ad captam Constantinopolim annis quinque, mensibus octo, diebus septem. Capta autem fuit Constantinopolis anno Christi 1204, ut ex infra dicendis patebit. Loquitur autem de Joannis Camateri morte Nicetas Choniates in Balduino pag. 407, ubi postquam de obsidione Didymotichi subjungit: Τότε δὲ μαλακῷ θανάτῳ τὸν βίον προήκατο καὶ ὁ πατριάρχης Ἰωάννης ὁ Καματηρὸς, καταλελυκὼς πλάνης καὶ ἄποικος εἰς τὸ Διδυμότειχον. *Tunc Joannes Camaterus patriarcha, qui post exsilium Didymotichi inquilinum agebat, vitam cum levi morte commutavit.* Sed pluribus de Camatero loquitur Georgius Acropolita, pag. 6, ubi de Theodoro Lascari agit: Δύο γοῦν παραδραμόντων ἐνιαυτῶν, καὶ ὡς δεσπότου παρὰ πάντων φημιζομένου τοῦ Λασκάριος, ἐπεὶ συνδρομὴ γέγονε κατὰ Νίκαιαν ἀπὸ περιφανῶν ἀνδρῶν καὶ τῶν λογάδων τῆς Ἐκκλησίας, σκέψις τούτων ἐγένετο, ὅπως βασιλεὺς φημισθείη ὁ δεσπότης Θεόδωρος. Πατριάρχου δὲ μὴ παρόντος ἐκεῖσε, ὁ γὰρ Καματηρὸς Ἰωάννης, ὃς τὸν πατριαρχικὸν ἐκόσμει θρόνον, ἡνίκα τῆς Κωνσταντίνου ἐκράτησαν Ἰταλοὶ, περὶ Διδυμότοιχον ἀπῆρε, κἀκεῖσε τὰς διατριβὰς ἐπεποίητο, καὶ διαμηνυθεὶς παρά τε τοῦ Λασκάριος καὶ τῶν λοιπῶν, ἀπηνήνατο τὴν πρὸς αὐτοὺς ἄφιξιν, ἔγγραφον τὴν παραίτησιν ποιησάμενος. *Duobus itaque annis integris cum omnibus uti despota Lascaris agnosceretur, conventusque ex viris celeberrimis, ac Ecclesiæ primatibus Nicæam concurrentibus haberetur, illud inter eos agitatum est, qua ratione Theodorus ad illa usque tempora despota imperator acclamaretur. Patriarcha non aderat, Joannes quippe Camaterus, qui patriarchale solium, Italis Byzantium expugnantibus, honestabat, Didymotæchum abierat, ibique commorabatur: accersitus a Lascari, aliisque scripto etiam patriarchatui renuntians noluit accedere.* Ex iis Acropolitæ verbis illustrantur illa quæ de Camatero tradit hic Nicephorus.

Col. 465 A. *Γέγονε δὲ ἡ τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἅλωσις*. Caput hoc a scriba corruptum sic Græce ac Latine restituendum est: Γέγονε δὲ ἡ τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἅλωσις παρὰ τῶν Λατίνων ἐν τῷ ,ςψιβ'. ἔτει, μηνὶ Ἀπριλίῳ ιβ', ἡμέρᾳ β', Ἰνδ. ζ, τῇ ς' ἑβδομάδι τῶν νηστειῶν. *Capta autem a Latinis fuit Constantinopolis anno* 6712 (id est Christi 1204) *mensis Aprilis die* 12, *feria secunda, indictione* 7, *sexta hebdomade jejuniorum.* Georgius Acropolita scribit captam fuisse a Latinis Constantinopolim anno vulgari Græcorum currenti 6711: Τεσσαράκοντα γοῦν παρῆλθον ἡμέραι, καὶ ἑάλω παρὰ τούτων ἡ Κωνσταντίνου, ἔτους μὲν ὄντος ἀπὸ γενέσεως κόσμου ,ςψια', ιβ' τοῦ Ἀπριλλίου ἄγοντος. Τῷ γὰρ ι' ἔτει Μαΐου ὄντος τῇ πόλει προσώρμησαν, ἐν ἑνδεκάτῳ δὲ μησὶ συνέβη γενέσθαι τὴν πόρθησιν. Καὶ ἡ μεγίστη καὶ περιφανεστάτη πόλις ἑάλω, ἑνὸς, ὥς φασιν, ἢ καὶ δύο ἐπιπηδησάντων τῷ τείχει ἀπὸ κλίμακος εἰς ἱστὸν κειμένης μεγίστης κοίλης νηός. *Post quadraginta itaque dies exactos Constantinopolis ab istis expugnatur anno ab orbe condito 6711, duodecimo mensis Aprilis. Decimo namque anno mense Maio ad urbem applicant, et mense undecimo diripiunt. Sicque maxima ac urbium celeberrima capta est, uno aut altero, ut rumor increbuit, e scala malo navis maximæ adnexa, in muros insilientibus.*

Ibid. *Μιχαὴλ ὁ Αὐτωρειανὸς*, etc., *ἔτη ς'*, *μῆνας ε'*, *καὶ ἡμέρας ς'*. Michael Autorianus substituitur, ut scribit Nicephorus, Joanni Camatero die vicesimo mensis Martii indictione nona, hoc est anno Christi 1206. His consona habet Georgius Acropolita loco paulo superius citato, ubi post duos annos a capta urbe Theodorum Lascarim coronatum fuisse ab hoc patriarcha scribit, cum paulo ante Joannes Camaterus patriarchatum abdicasset; sic ille de Michaele Autoriano ibi subjungit: Ψηφίζεται γοῦν πατριάρχης Μιχαὴλ ὁ Αὐτωρειανὸς, λόγιος τυγχάνων, καὶ πάσης γραφῆς ἔμπειρος τῆς τε ἡμετέρας καὶ θύραθεν, ὃς καὶ τὸν δεσπότην Θεόδωρον τῷ βασιλικῷ διαδήματι ἐταινίωσεν. *Ideo in ejus locum Michael Autorianus sufficitur, vir disertus, litterarumque non nostrarum solum, sed exterarum etiam peritissimus. Is despotam Theodorum imperatorio diademate coronavit.* Igitur cum Michael Autorianus seu Saurianus, ut alii eum vocant, renuntiatus esset patriarcha CP. die vicesima mensis Martii anni Christi 1206, et vixisset in patriarchatu annis sex, mensibus quinque et diebus sex, ipsius mors contigit procul dubio die vicesima quinta mensis Augusti anni Christi 1212.

Ibid. *Θεόδωρος ὁ Εἰρηνικὸς λεγόμενος Κωπᾶς*, etc., *ἔτος α'*, *μῆνας..*, *ἡμέρας γ'*. Numerus mensium, qui in Catalogo Nicephori Callisti exesus est, facile suppleri potest ex altero Catalogo, quem ex Jure Græco-Romano hic edidimus, ubi Theodoro Irenico assignatur *annus unus, menses quatuor, et dies tres*. Et ita habetur in Catalogo Philippi Cyprii; in Catalogo vero Matthæi Cigalæ dies tres omittuntur. Huic patriarchæ annos sex attribuit Georgius Acropolita cum in Historia pag. 17, tum in Chronico Compendiario, ubi sic habet: Μετὰ γὰρ τὴν τελευτὴν τοῦ πατριάρχου Μιχαὴλ, ὁ Εἰρηνικὸς Θεόδωρος τῷ πατριαρχικῷ ἐνιδρύεται θρόνῳ, ὃς καὶ Κωπᾶς ἐκαλεῖτο. Τούτου δὲ μετ' ἐνιαυτοὺς ἓξ ἀπολιπόντος, μοναχὸς Μάξιμος εἰς τὸν πατριαρχικὸν ἀνάγεται θρόνον, etc. *Namque post Michaelis patriarchæ excessum Irenicus Theodorus, qui et Copa dicebatur, in patriarcham eligitur. Post annos sex eo demortuo Maximus monachus patriarchale solium ascendit*, etc. At ipse Nicephori Callisti Chronologiam sequor, utpote qui hanc rem hic ex professo, ut aiunt, tractat. Theodorus itaque Irenicus, ut scribit hic Nicephorus, renuntiatus fuit patriarcha CP. die vicesimo octavo Septembris, indictione secunda, feria prima, hoc est

anno Christi 1213, cum post mortem Michaelis Autoriani thronus vacasset mensibus decem et dimidio, quod imperator absens in themate Thracesio esset, ut tradit idem Nicephorus. At, ut patet ex iis quæ supra de morte Michaelis Autoriani diximus, necessario dicendum est, vel thronum vacasse plusquam decem mensibus et dimidio, vel Theodorum aliquot mensibus ante renuntiatum fuisse patriarcham, et die vicesima octava Septembris consecratum fuisse : quod quidem videtur innuere idem Nicephorus dum ait illo anno cum die 28 Septembris concurrere Dominicam, qua consecrationes episcoporum solitas fieri, alibi indicavimus. Theodorus autem cum sedisset anno uno, mensibus quatuor et diebus tribus, moritur die ultima mensis Januarii anni Christi 1215.

Col. 465 B. *Μάξιμος*, etc., *μῆνας ς'*. Catalogus patriarcharum CP. a nobis hic editus ex Jure Græco-Romano huic patriarchæ menses octo assignat; Genebrardus vero menses septem. At Georgius Acropolita, menses sex, ut Nicephorus Callisti eidem attribuit; qui sane scriptor, pag. 17, sic ejus mores describit : Μετὰ δὲ ἐνιαυτοῦ; ἐξ ἐκείνου τὸν βίον ἀπολιπόντος, ὁ μοναχὸς Μάξιμος εἰς τὸν πατριαρχικὸν ἀνάγεται θρόνον, θεραπεύων τὴν γυναικωνῖτιδα, καὶ ὑπ' ταύτης ἀντιθεραπευόμενος. Οὐδὲν γὰρ ἄλλο ἦν τὸ εἰς ταύτην ἀναβιβάσαν αὐτὸν τὴν περιωπήν. Ἐπιβιοὺς δὲ μῆνας ἓξ τελευτᾷ, etc. *Post annos sex eo demortuo, Maximus Monachus patriarchale solium ascendit, Gynæceio palpans, ac supparasitans, et vice versa ex eo assentationes et blanditias aucupans : neque enim aliud eum in tam sublime culmen evexerat, sed post menses sex moritur.* Maximus itaque constituitur ab imperatore in locum Theodori Irenici (cujus mors contigerat, uti supra monuimus, die ultima mensis Januarii anni Christi 1215) die tertia mensis Junii, ut scribit Nicephorus, nimirum ejusdem anni. Hic cum sedisset mensibus sex, fatis functus est die tertia mensis Decembris ejusdem anni 1215.

Ibid. *Μανουὴλ ὁ ἄκορος ὁ Σαραντηνὸς ἔτη ε', μῆνας ζ'.* Maximo patriarcha fatis functo, successit in ejus locum Manuel Sarantenus cognomento Philosophus, nimirum initio anni Christi 1216, qui cum sedisset annis quinque, mensibus septem, mortem obiit circa finem mensis Augusti anni Christi 1221. Hujus patriarchæ meminit Georgius Acropolita cum in Historia, tum in Chronico Compendiario, ubi seriem patriarcharum Constantinopolitanorum qui Nicææ sederunt recenset, nimirum a Michaele Autoriano, qui primus post captam a Latinis Constantinopolim, electus fuit Nicææ patriarcha Constantinopolitanus ad hunc Manuelem, quem Philosophum appellat. Sic igitur Acropolita, pag. 17 Historiæ : Καθὼς γοῦν εἰρήκειν, μετὰ τὴν τελευτὴν αὐτοῦ ἐπιλαμβάνεται τῶν Ῥωμαϊκῶν σκήπτρων Ἰωάννης ὁ Δούκας, ὁ γαμβρὸς αὐτοῦ, στεφθεὶς παρὰ πατριάρχου Μανουήλ, ὃς τὸν Μάξιμον διεδέξατο. Μετὰ γὰρ τοῦ πατριάρχου τὴν τελευτὴν Μιχαὴλ, ὁ Εἰρηνικὸς Θεόδωρος τῷ πατριαρχικῷ ἐνίδρυται θρόνῳ, ὃς καὶ Κωπᾶς ὑπὸ τῶν πολλῶν ἐκαλεῖτο· μετὰ δὲ ἐνιαυτοῦ; ἐξ ἐκείνου τὸν βίον ἀπολιπόντος, ὁ μοναχὸς Μάξιμος εἰς τὸν πατριαρχικὸν ἀνάγεται θρόνον, θεραπεύων τὴν γυναικωνῖτιδα, καὶ ὑπὸ ταύτης ἀντιθεραπευόμενος. Οὐδὲν γὰρ ἄλλο ἦν τὸ εἰς ταύτην ἀναβιβάσαν αὐτὸν περιωπήν. Ἐπιβιοὺς δὲ μῆνας ἓξ τελευτᾷ, καὶ ὁ Μανουὴλ εἰς τὸν πατριαρχικὸν ἀνάγεται θρόνον, Φιλόσοφος, ὡς ἐδόκει ὤν, καὶ ὑπὸ πολλῶν κατονομαζόμενος. *Quemadmodum ergo dixi, post illius obitum Romani imperii gubernacula Joannes Ducas, gener illius suscepit, a Manuele patriarcha, qui Maximo successerat, coronatus. Namque post patriarchæ Michaelis excessum Irenicus Theodorus, cui a plerisque Copæ nomen inditum fuerat, in patriarcham eligitur; post annos sex eo demortuo Maximus Monachus patriarchale solium ascendit, Gynæceio palpans, ac supparasitans, et vice versa ex eo assentationes et blanditias aucupans; neque enim aliud eum in tam sublime culmen evexerat, sed post menses sex moritur. Et Manuel in patriarchali solio collocatur, vere vir philosophus, ut apparebat, et a multis eo nomine honestatus.*

Ibid. C. *Γερμανὸς ὁ σοφώτατος καὶ ἁγιώτατος*, etc., *χρόνους ιη'.* Fatis functo Manuele Saranteno circa finem mensis Augusti 1221, uti paulo superius diximus, in ejus locum sufficitur Germanus circa finem hujus anni, qui cum sedisset annis decem et octo, ut scribit Nicephorus, fatis functus est circa finem anni 1239. De Germano autem patriarcha sic loquitur Georgius Acropolita, pag. 59 : Ἔτυχε μὲν πρὸ καιροῦ τὸν πατριάρχην Γερμανὸν τὰ τῇδε καταλιπόντα πρὸς τὰς θείας ἀπᾶραι σκηνάς, καλῶς καὶ ὁσίως βιώσαντα, καὶ καλῶς τὴν αὐτοῦ ποιμάναντα ποίμνην. *Ante hæc tempora Germanus patriarcha rebus terrenis dimissis, in beatorum sedes avocatur, postquam probe sancteque vixisset, probeque suas oves pavisset.* De hujus Germani patriarchæ scriptis consulendi Labbeus et Casimirus Oudin; sed hic secundus fallitur dum Germano patriarchæ annos viginti septem assignat.

Ibid. D. *Μεθόδιος ἡγούμενος τῆς τοῦ Ὑακίνθου μονῆς*, etc., *μῆνας γ'.* Methodius abbas monasterii Hyacinthi sufficitur in locum Germani circa initium anni Christi 1240, qui post tres menses obiit, ut scribit Nicephorus. Eadem habet et Georgius Acropolita, pag. 59, ubi postquam de Germano patriarcha locutus esset, subjungit : Ἐγένετο δὲ μετ' αὐτὸν Μεθόδιός τις καλούμενος μοναχὸς, ἡγούμενος ὢν τῆς κατὰ Νίκαιαν Ὑακίνθου μονῆς, ἀνὴρ αὐχῶν μὲν εἰδέναι πολλά, ὀλίγων δὲ ἴδρις ὤν. Ἀλλ' οὗτος τρεῖς καὶ μόνους μῆνας ἐναπολαύσας τοῦ θρόνου τετελεύτηκεν. Ἐστέρητο γοῦν ἀρχιερέως ἡ Ἐκκλησία. Ὁ γὰρ βασιλεὺς Ἰωάννης ἐν τοῖς τοιούτοις μὴ πρόχειρος ὤν, οὐκ εὐχερῶς εἶχεν ἐκ τοῦ προχείρου τὸν ἄξιον ἐφευρεῖν, ἢ μᾶλλον τὸν ἐκείνῳ ἀρέσοντα. Μάλιστα γὰρ οἱ κρατοῦντες τοὺς πρὸς ἀρέσκειαν ἐν τούτοις προσίενται, ὡς ἂν μή τινας ἔχοιεν ἀντερίζοντας τοῖς βουλήμασι. Παρεῤῥύη γοῦν χρόνος συχνὸς, καὶ οὐκ ἦν ὁ διεξάγων τὸ ποίμνιον. *Post eum monachus quidam Methodius nomine, Hyacinthi, quod Nicææ est, monasterii, præses, vir quidem dicto suo tenus cautus, ac sapiens, revera tamen paucorum sciens, tres tantum menses throno potitus, obiit, et Ecclesia vidua pontifice suo carebat. Cum enim Joannes imperator in his expediendis non esset admodum promptus, non ita facile poterat e re nata dignum tali solio, vel potius qui illi probaretur, invenire. Principes enim in hæc munera, viros, qui quod illis placitum est, faciant, nec suis desideriis adversentur, asciscunt. Igitur multum præterierat tempus, nec aderat qui oves gubernaret.* Ex his Acropolitæ verbis liquet Methodium tribus tantum mensibus sedisse, ac ipso fatis functo Ecclesiam Constantinopolitanam diu caruisse pastore; quin etiam Methodium in locum patriarchæ Germani suffectum fuisse, non vero Arsenium, ut perperam scribit Gregoras. Cæterum monere hic non abs re erit seriem patriarcharum CP., præcipue illorum qui Nicææ sederunt, corruptam esse ac depravatam in tribus sequentibus Catalogis quos hic edidimus; quod quidem non solum apparet ex Catalogo hoc Nicephori Callisti, sed etiam ex Georgio Acropolita, cujus verba suis locis inseruimus; idque etiam confirmatur ex Chronologia Ephræmii; ubi habetur series integra patriarcharum Constantinopolitanorum, qui Nicææ sederunt, nimirum a Joanne Camatero, sub quo capta fuit a Latinis Constantinopolis, ad Arsenium secundo patriarcham, qui primus, post recuperatam Constantinopolim, in eo throno sedit.

Col 466 D. *Μανουὴλ ἕτερος*, etc., *ἔτη ια'*. Huic Manueli patriarchæ annos quatuordecim assignat Genebrardus, sed fallitur: nam mortuo Methodio patriarcha anno Christi 1240, uti paulo superius diximus, Ecclesia Constantinopolitana per aliquot annos viduata fuit pastore, ut patet non solum ex hoc Nicephori Catalogo, verum etiam ex Acropolitæ verbis capite præcedenti citatis, ubi de Methodio patriarcha loquitur. Manuel autem, ut liquebit ex iis quæ dicturi sumus de annis ipsius successorum, circa finem anni Christi 1243, ad patriarchalem thronum evectus fuit, cum Ecclesia Constantinopolitana annis tribus, et mensibus circiter septem orbata mansisset pastore. Hic cum sedisset annis undecim, fatis functus est circa finem anni Christi 1254. Quod etiam confirmatur ex Georgio Acropolita, qui pag. 57 ait Manuelem patriarcham obiisse, antequam Joannes Ducas imperator moreretur, cujus quidem mors accidit anno Christi 1255. Cæterum hujus patriarchæ in litteris ignorantiam prædicat idem scriptor, pag. 54, hisce verbis: Στέλλει τοῦτον πρὸς τὸν πατριάρχην. Ὁ Μανουὴλ ἦν τότε τὰ τῆς πατριαρχίας διιθύνων πηδάλια, ἀνὴρ εὐλαβοῦς καὶ βίου, καὶ πολιτείας σεμνῆς, εἰ καὶ γυναικὶ συνεζύγη, ἄλλως δὲ οὐ πεπειραμένος γραμμάτων, οὐδὲ ὧν ἀνεγίνωσκεν ἀνελίττων τὴν ἔννοιαν. *Mittit eum ad Manuelem, qui ea tempestate patriarchatus gubernaculis assidebat, virum pietate insignem, et vitæ instituto, licet uxorem duxisset, venerandum, litteras tamen haud doctum, cum nec eorum sententiam, quæ ipse percurrerat, caperet.*

Ibid. *Ἀρσένιος μοναχὸς ὁ Αὐτωριανὸς*, etc., *χρόνους ε'*. Arsenius Autorianus monachus successit in Manuelis locum anno Christi 1255, post obitum Joannis Ducæ imperatoris, qui contigit hoc ipso anno; sed quo die ac mense, non liquet ex scriptoribus; neque Possini conjecturas admittimus. Sic Georgius Acropolita, pag. 57, cujus in hanc rem integra verba hic describere libet, cum hic Nicephorus subobscure loquatur et locus sit mutilus: Ἐπεὶ δὲ ἐχήρευε τοῦ πατριαρχοῦντος ἡ Ἐκκλησία· πέφθακε γὰρ ὁ πατριάρχης Μανουὴλ μικρὸν τι τοῦ βασιλέως Ἰωάννου προτελευτῆσαι· ἔδει δὲ πρῶτον πατριάρχην προβληθῆναι, ἵν' ἐπὶ τῷ βασιλεῖ τὴν στεφηφορίαν ἐν τῷ ἱερῷ τελεσιουργήσῃ τεμένει, etc. *Sed cum patriarchæ orba Ecclesia foret; nam paulo antequam Joannes imperator moreretur, patriarcha Manuel vitam finierat, nec absque patriarcha imperatoris coronatio in sacro templo confici posset.* Et paulo infra idem scriptor, postquam de Nicephoro Blemida, in quem plurimorum suffragia respiciebant (quique patriarchatus dignitatem sibi oblatam, ut scribit Gregoras, recusasset), locutus esset, sic de Arsenii electione: Ὁ γοῦν βασιλεὺς Θεόδωρος διὰ ταῦτα μικράν τινα πεῖραν λαβὼν τοῦ ἀνδρὸς, ἐφ' ἑτέρους ἐτράπετο· καὶ ἐπεὶ δυσαρεστῶν ἐτύγχανεν ἐν πολλοῖς, μοναχόν τινα εἶναι μαθὼν ἐν τῇ τῆς Ἀπολλωνιάδος λίμνῃ, ὀλίγων γραμμάτων πεῖραν ἔχοντα (μόνον καὶ γὰρ ἐψηφάτο τῆς γραμματικῆς παιδείας), ἀνίερον τελοῦντα, καὶ Ἀρσένιον ὀνομαζόμενον, ὡ, εἶχε τάχους, στέλλει τοὺς αὐτὸν ἄξοντας· καὶ ὃς ἀφίκετο. Ἐπεὶ δὲ τὴν ἀπὸ τῆς Νικαίας ἔξοδον ἔσπευδε, διὰ τάχους τοῖς ἀρχιερεῦσι προστάττει χειροτονῆσαι πατριάρχην αὐτόν· ὁ βασιλεὺς, οἱ καὶ συνῳδοὶ διεπράξαντο, ἐν μιᾷ ἑβδομάδι διάκονον καὶ ἱερέα, καὶ πατριάρχην αὐτὸν ἐκτελέσαντες. *Propterea imperator Theodorus illius mente, sensuque leviter degustato ad alios se convertit, et cum plures non satisfacerent, monachum quemdam ex Apolloniadis lacu, præter paucas litteras cæterorum ignarum, solum enim rudimenta grammatices attigerat, nullis sacris ordinibus insignitum, Arsenium nomine accersitum, quam celerrime missis hominibus conducit, nec ille renuit. Et Nicææ exire festinans, præsulibus, ut quamprimum eum patriarcham efficerent, imperat, illi audientes per unam hebdomadam, diaconum, sacerdotem et patriarcham consecrant.* Ex quibus Acropolitæ verbis liquet, aliter locum illum Nicephori interpretandum, ubi Arsenius dicitur ἐγκυκλίων γραμμάτων ἱκανῶς ἔμπειρος, nimirum *liberalibus artibus sufficienter instructus*; et ita legendum supra in versione pro, *omnigena eruditione instructus*: qua etiam notione verba illa accipi possent, ni historici illius ævi aliud suaderent. Deinde locus ille mutilus, ἐν τῷ σπεύδειν ἐξιέναι τὸν βασιλέα .... αὐτίκα στέφει. Nimirum *quoniam imperator profectum maturabat, statim a patriarcha coronatur*, vel quid simile reponendum, ut apparet ex Acropolita. Denique verba illa, καὶ ἐξεβλήθη παρὰ τοῦ βασιλέως Μιχαὴλ τοῦ Παλαιολόγου, etc., satis explicantur ab Acropolita et Pachymere, qui narrant Arsenium patriarcham, cum videret Joannem Ducam Theodori filium a Michaele Palæologo contemni, et in eum machinas ac fraudes strui, patriarchatui valedixisse; quod quidem accidit initio anni Christi 1260, cum sedisset annis quinque, ut scribit Nicephorus, neglectis aliquot diebus, quibus supra annos quinque rexit illam Ecclesiam. Cæterum fallitur Gregoras dum Germano patriarchæ Constantinopolitano Arsenium proxime suffectum fuisse scribit; siquidem Arsenius Manueli successit, Manuel Methodio, Methodius Germano, ut ex supradictis palam est. Vide Pachymerem, lib. II, cap. 7, 8, 15 et 16; Acropolitam, pag. 77 et 98.

Col. 468 A. *Εἶτα Νικηφόρος*, etc., *ἔτος α'*. Arsenio Nicæa profugo, in ejus locum substituitur Nicephorus Ephesi episcopus initio anni Christi 1260. Moritur autem Nicephorus Nymphæi circa mensem Novembrem ejusdem anni 1260, cum nec integro anno patriarchatui præfuisset, ut scribunt Georgius Acropolita, pag. 97 et 98, et Pachymeres, lib. II, cap. 22. Post Nicephori autem mortem Ecclesia Constantinopolitana viduata mansit pastore mensibus circiter novem, ut ex infra dicendis facile patebit.

Ibid. *Ἀλούσης δὲ τῆς Κωνσταντινουπόλεως πάλιν ἄρχεται Ἀρσένιος ὁ ἱερὸς ἔτη β'*. Licet ex Georgio Acropolita, pag. 97 et 98, appareat Arsenium patriarcham ante recuperatam Constantinopolim in sedem restitutum fuisse a Michaele Palæologo imperatore precibus sebastocratoris Tornicii, attamen revera non ante recuperatam urbem Arsenius revocatus fuit, etsi credi potest, ad id dispositum fuisse imperatorem precibus laudati sebastocratoris etiam ante Constantinopolim recuperatam. Igitur optime hic Nicephorus scribit, capta Constantinopoli rursum præfuisse Arsenium; nam idem Acropolita, pag. 102 et 103, et Pachymeres, lib. III, cap. 2, adventum Arsenii in urbem accidisse aiunt post imperatoris ingressum, qui accidit die quinta decima mensis Augusti, ut narrat idem Acropolita, pag. 102, et ut habetur scriptum initio codicis Regii 1852, laudati a doctissimo Boivinio in Notis ad Gregoram, ubi notantur dies, mensis et annus hujus ingressus: Μηνὶ Αὐγούστῳ ιε', ἰνδικτιῶνος δ', τοῦ ἔτους ,ςψξθ', εἰσήχθημεν σὺν Θεῷ εἰς Κωνσταντινούπολιν. *Mensis Augusti die quinta decima anni* 6769 (Christi 1261) *introducti sumus Deo juvante in urbem Constantinopolim.* Arsenium autem circa finem hujus mensis restitutum fuisse in sedem, probabile omnino est; ita putat et Possinus in Observationibus ad Pachymerem, qui etiam credit coronationem Michaelis Palæologi sub initium Septembris celebratam esse, et Joannem Ducam excæcatum die Christi Natali ejusdem anni 1261. Sic Possinus; a quo sane mihi videtur recte initium secundi patriarchatus Arsenii consignatum; finis vero ejusdem patriarchatus a Possino transfertur ad annum Christi 1266: et sic Arsenio secundo patriarchæ anni circiter quatuor assignantur. At cum Arsenius secundo pa-

archa duobus annis, et aliquot mensibus, quos A supputare neglexerat Nicephorus, præfuisset Ecclesiæ Constantinopolitanæ, illius depositio contigit certe circa initium anni Christi 1264, ut ut dicat Possinus; in exsilium autem proficiscitur Arsenius circa finem mensis Maii ejusdem anni, ut scribit Pachymeres. Neque statim Arsenio successit Germanus, ob turbas quæ excitabantur ab Arsenianorum factione, ut colligi potest ex Gregora et Pachymere, sed id factum puto anno Christi 1267, ut colligitur ex Pachymere, qui l. IV, c. 13, Germ. num inauguratum fuisse scribit mense Junio ipsa die Pentecostes. Pentecostes autem festum. non occurrit mense Junio nisi anno 1264 (quo certe anno non contigit Germani electio, ut patet cum ex iis quæ paulo superius diximus, tum ex infra dicendis, ubi agemus de anno quo is patriarchatum abdicavit); et anno 1267, nam anno 1265, dies Paschæ in 5 Aprilis incidebat; et anno 1266, in 28 Martii. Itaque electio Germani necessario B cum anno Christi 1267 copulanda. Cæterum causa depositionis Arsenii fuit, uti pluribus referunt Pachymeres et Gregoras, quod Michaeli Palæologo ob Joannem Ducam excæcatum sacris interdixisset, neque eum veniam sceleris petentem audisset; unde cum indicto ab imperatore concilio, et in eo accusatus, se sistere nollet, damnatur ut contumax.

Col. 468, B. *Ἐάλω ἡ πόλις*, etc. Locus hic corruptus a scriba sic Græce ac Latine restituendus: Ἑάλω ἡ πόλις παρὰ Ῥωμαίων ἔτει ,ςψξθ', Ἰουλίου κε', ἡμέρᾳ δευτέρᾳ, τῷ γ' ἔτει τῆς βασιλείας Μιχαὴλ τοῦ Παλαιολόγου. *Capta est urbs a Romanis anno* 6769 (Christi 1261) *25 Julii, feria secunda, anno tertio imperii Michaelis Palæologi.* Et ita legendum supra in versione.

Ibid. *Ὁ Ἀδριανουπόλεως Γερμανὸς*, etc. Hic inter Arsenium et Josephum reponendus est Germanus antea episcopus Adrianopolitanus, qui in Catalogo Nicephori Callisti scribæ incuria omittitur. Hujus mentio occurrit non solum in Catalogis a nobis hic editis, sed etiam apud scriptores, C qui res illius ævi memoriæ prodiderunt, nimirum apud Pachymerem, Gregoram, Georgium Phranzam, etc. Huic patriarchæ annus unus assignatur in Catalogis. Verum cum Germanus die Pentecostes, quæ anno Christi 1267 concurrebat cum die quinta mensis Junii, creatus sit patriarcha Constantinopolitanus, ut ex Pachymere paulo superius demonstravimus, et patriarchatum abdicaverit die quarta decima mensis Septembris ejusdem anni, ut scribit idem Pachymeres, lib. IV, cap. 21, certe ille mensibus tribus et diebus novem et non amplius Ecclesiam illam administravit. Fallitur autem Possinus, qui eum quatuor mensibus cum dimidio sedisse ait. Quod vero Germanus hoc ipso anno patriarchatum abdicaverit satis ostendit Gregoras, dum circa illud tempus contigisse deliquium solare scribit, nimirum hoc ipso anno die 23 mensis Maii. Cæterum quibus mediis usus fuit imperator ad D persuadendum patriarchæ Germano, ut patriarchatui valediceret, pluribus narrat laudatus Pachymeres, lib. IV.

Ibid. *Ἰωσὴφ ὁ Γαλησίου ἡγούμενος ἔτη η'.* Joseph Galesii abbas successit Germano in patriarchatu die vicesima octava mensis Decembris anni Christi 1267, et mox Kalendis Januariis ordinatus fuit, ut scribit Pachymeres, lib. IV, cap. 23: Τοῦ γοῦν τοιούτου καταδεξαμένου τὴν ψῆφον, ὁ βασιλεὺς εἰς πατριάρχην τοῦτον προσάλλεται μηνὸς Σκιροφοριῶνος εἰκοστῇ ὀγδόῃ, τῆς δεκάτης ἐπινεμήσεως τοῦ ,ςψοε' ἔτους, Ἑκατομβαιῶνος δὲ νουμηνίᾳ χειροτονηθεὶς, εἰς ἀρχιερέας τετέλεσται. *Hunc talem justo suffragiorum comprobatum numero ad patriarchatum imperator evexit, mensis Decembris die octava supra vicesimam, indictionis decimæ, anni* 6775, *mox Kalendis Januariis ordinationem idem episcopalem rite accepit.* Die autem secunda Februarii anni Christi 1268 solvitur imperator anathemate a Josepho, ut scribit idem Pachymeres, cap. 24 ejusdem libri. Postmodum vero cum Josepho patriarchæ persuasissent Schismatici, ut scripto publico declararet, jurejurando interposito, se nunquam in pacem ecclesiarum consensurum, ut narrat idem scriptor, lib. V, cap. 16, tum imperator cum patriarcha transigit, ut ipse patriarchali palatio excederet; quod quidem contigit die secunda mensis Januarii anni Christi 1274, ut scribit laudatus Pachymeres, cap. 17 ejusdem libri, ubi tota re pluribus exposita sic concludit: Ταῦτα πρὸς ἀλλήλους συνθεμένων, ὁ μὲν πατριάρχης κατελθὼν εἰς τὴν τῆς Περιβλέπτου μονὴν προσκαθίζει, ἐνδεκάτῃ μηνὸς Ἑκατομβαιῶνος, δευτέρας ἐπινεμήσεως τοῦ ,ςψπβ' ἔτους, κατέχων καὶ τὰ αὐτοῦ προνόμια ἀναφαίρετα· τὰ δὲ τῆς Ἐκκλησίας ἔτι ἐν γαλήνῃ ἦσαν, πλὴν τῶν τῆς Ἐκκλησίας τεταγμένων εἰς ἄρχοντας. *His inter ipsos conventis patriarcha in Periblepti monasterium migravit die secunda Januarii, secundæ indictionis, anni* 6782, *fruens ibi reditibus suis annuis sine diminutione; sic Ecclesiæ quidem corpus in quadam tranquillitate erat; non item qui ei præerant.* Joseph itaque cum renuntiatus sit patriarcha CP. sub finem anni Christi 1267 et depositus sit initio anni 1274, uti paulo superius ex Pachymere demonstravimus, anni octo, qui eidem a Nicephoro assignantur, fuerunt procul dubio utrinque incompleti. Fallitur ergo et Georgius Phranzes dum Josepho annos tredecim attribuit. Cæterum verba illa Nicephori: Καὶ διὰ τὴν ἕνωσιν τῶν Λατίνων ἐκβάλλεται παρὰ τοῦ βασιλέως Μιχαὴλ· sic interpretanda: *Et propter unionem cum Latinis ejicitur ab imperatore Michaele.* Et ita legendum etiam supra in versione.

Ibid. *Ἰωάννης*, etc., *ὁ Βέκκος ἔτη η'.* Deposito Josepho, in ejus locum sufficitur Joannes Beccus sive Veccus die vicesima sexta mensis Maii; secunda vero Junii, Dominica proxime secuta, illustri die Spiritus sancti, rite in patriarcham inauguratus est, nimirum anno Christi 1275, ut scribit Pachymeres, lib. V, cap. 24: Καὶ ὁ Βέκκος εἰκοστῇ μὲν καὶ ἕκτῃ Πυανεψιῶνος μηνὸς κατὰ τὴν ἑορτὴν τῶν ἁγίων Πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ πατριάρχης προβέβληται. Δευτέρᾳ δὲ Μαιμακτηριῶνος, τῇ ἐπιούσῃ Κυριακῇ, ἐν ἐπισήμῳ ἡμέρᾳ τοῦ Πνεύματος, τὰ τοῦ Πνεύματος δέχεται, καὶ τελειοῦται ἀρχιερεύς. *Veccus igitur sexta et vicesima mensis Maii, festo sanctorum Nicæensium Patrum patriarcha creatus est: secunda vero Junii, Dominica proxime secuta, illustri die Spiritus sancti, Spiritus ejusdem per sacram ordinationem particeps factus, rite inauguratus in patriarcham est.* Pellitur autem e sede Veccus ab Andronico imperatore die vicesima sexta mensis Decembris anni Christi 1282, ut scribit Pachymeres, lib. I, cap. 4, qui sane scriptor pluribus exponit ea quæ Vecco patriarcha gesta sunt uniendæ gratia Ecclesiæ Græcæ cum Latina. Gregoras ait Joannem Veccum etiam secessisse, seque Panachranti monasterio inclusisse. Huic patriarchæ anni septem assignantur in cod. ms. Bibliothecæ collegii Claromontani, quo usus est Philippus Labbeus; sed ipse perperam ibi legerat η' pro ζ'. Cæterum scribæ incuria legitur hic in textu Græco, ἐποίησε σε τὴν ἕνωσιν, etc. Lege igitur, ἐπόθησε τὴν ἕνωσιν, etc.

Ibid. C. *Ὁ ὁμολογητὴς Ἰωσὴφ τὸ δεύτερον μῆνας δ'.* Pulso e sede Vecco rursus inducitur Josephus die ultima mensis Decembris anni Christi 1282, ut scribit Pachymeres, lib. I, cap. 5. Is ineunte mense Martio anni 1283, morbo et senio consumptus obiit, ut refert idem scriptor cap. 13 ejusdem libri. Fallitur autem Georgius Phrantze, dum Joanni Vecco statim Athanasium successisse ait. Cæterum Josephum, cum esset in sedem patriarchalem restitutus, paulo post cessisse scribit Gregoras, lib. VI, cap. 1, idque ab eo factum du-

plici de causa; tum ut pace fruerentur ii qui propter ipsum vexabantur; tum quod patriarchæ munus obire nequiret, totius corporis viribus morbo et senio exhaustis: Ὡς ἐντεῦθεν ἀναγκασθῆναι μὲν τὸν Ἰωσὴφ τοῦ θρόνου τοῖς βουλομένοις παραχωρεῖν, δυοῖν ἕνεκα, τῆς τε εἰρήνης τῶν δι' αὐτὸν ὀχλουμένων, καὶ τοῦ μὴ δύνασθαι τὰ τῷ θρόνῳ προσήκοντα πράττειν, ὅλην ἀφῃρημένον ὑπὸ γήρως καὶ νόσου τὴν τοῦ σώματος δύναμιν. *Quamobrem Josephus sua sede cuilibet cedere coactus est duabus de causis; tum ut pace fruerentur ii qui propter ipsum vexabantur: tum quod patriarchæ munus obire nequibat, totius corporis viribus morbo et senio exhaustis.* Idem confirmat paulo infra sectione 5 laudatus scriptor, ubi ait Josephum paulo post quam patriarchatum reliquisset e vivis excessisse. Gregoræ astipulatur Andronicus imperator in λόγῳ χρυσοβούλλῳ, qui exstat inter opera mss. Nicephori Chumni, laudatus a Boivinio in Notis ad Gregoram, pag. 753. Cæterum Matthæus Cigala, et Philippus Cyprius qui hunc Josephum ab Joanne Palæologo Florentiam ad octavam synodum se contulisse, ibidemque obiisse scribunt, longe falluntur; quippe nemo, nisi Græculus penitus indoctus fuerit, ignorare potest, hunc patriarcham longo tempore ante octavam synodum floruisse, illum vero, qui concilio Florentino interfuit, penultimum patriarcham fuisse ante captam a Turcis Constantinopolim.

Ibid. *Γρηγόριος ὁ Κύπριος*, etc., ἔτη ς'. Nimirum, *Gregorius Cyprius lector protoapostolarius cooptatur, et præfuit annis sex.* Et ita legendum supra in versione, ubi scribæ incuria legitur annis 16, pro annis 6. Quid vero Πρωτοαποστολάριος, vide Ducangii *Gloss. Græc.*, v. Ἀπόστολος. Josepho autem fatis functo circa initium mensis Martii anni Christi 1283, uti supra ex Pachymere demonstravimus, successit Gregorius Cyprius, a quo initum fuisse patriarchatum ante medium mensis Aprilis ejusdem anni scribit Possinus ex Pachymere, quod idem scriptor, cap. 15, lib. I, referat, feria jam tum secunda majoris hebdomadæ fuisse Gregorium Cyprium in plena possessione patriarchalis potestatis. Fuit quippe illo anno Pascha die Aprilis 18, unde majoris hebdomadæ feria secunda diem Aprilis 12 insederit: quo anteriorem inaugurationem Gregorii fateri necesse est. Sic Possinus. At ipse Pachymeres clarius lib. I, cap. 14 Georgium Cyprium, qui induto monastico habitu Gregorius appellatus fuit, consecratum fuisse ait die Palmarum, qui dies anno Christi 1283 incidebat in diem 11 mensis Aprilis; ordinatus autem fuit patriarcha CP. a Germano Heracleensi, cooperante Cozylensi; idque peractum in templo Maximo, nimirum in Sancta Sophia, unde exclusi fuere, durante consecratione, quotquot Ecclesiarum paci consenserant, ut scribit laudatus scriptor paulo ante citato loco, et capite sequenti, ubi etiam narrat, cur non ab alio episcopo quam a Germano Gregorius consecratus sit, et eumdem Germanum Heracleensem paulo ante ordinatum fuisse episcopum in antiquæ Irenes templo. Sic Pachymeres cap. 14, cujus pauca verba, quæ ad ordinationem Gregorii et Germani spectant, hic exscribere lubet: Τὰ τῆς τελετῆς τοῦ πατριαρχεύοντος ἐγχειρίζουσιν, ὃ δὴ καὶ τοῦ αὐτοῦ Κρονίου μηνὸς παραλαβὼν ἐκεῖ, ὃς εἰσάγει τὴν τοῦ Προδρόμου τῆς Πέτρας μονὴν σὺν ὀλίγοις τισί, καὶ ναὸν εὑρόντες ἐπ' ἀμπελῶνος, ἀργὸν ὡς ἐδόκει κἀκεῖνος ὄντα, ἐκεῖσε τὰ εἰκότα τελέσας, μοναχὸν μὲν ἐκ λαϊκοῦ ἀποδείκνυσι, διάκονον δ' ἐξ ἀναγνώστου χειροτονεῖ. Τῆς δ' αὐτῆς ἡμέρας καὶ πατριάρχην ὁ βασιλεὺς ἐκεῖνον προβάλλεται. Ἐντεῦθεν ἐκεῖνος ἐκκεχωρημένον ἔχων διὰ προτροπῶν ἐνεργεῖν τά οἱ προσήκοντα, τὸν τοῦ Ἀκακίου, ἀνδρὸς εὐλαβοῦς, καὶ τὰ πολλὰ συντετηρημένου, καὶ ἐπὶ τοῖς χθὲς πραχθεῖσι δόξαντος ἀμφιγνωμονεῖν, μαθητὴν Γερμανὸν εὐλαβῆ γε κἀκεῖνον

A ἐσάπαν, καὶ τὸ ἦθος ἀπλοϊκόν, ὡς καὶ ἐν πνευματικοῖς ταχθέντα τῷ πατριαρχεύσαντι, ἅμα μὲν σὺν τῷ Κοζύλῃ πρόεδρον Ἡρακλείας τῆς κατὰ Θρᾴκην, καὶ χειροτονητὴν ἑαυτοῦ ψηφίζονται, ἅμα δὲ τῷ ἐπισκόπῳ προτρέπεται, οὕτω τοῦ καιροῦ σχεδάζοντος, εἰς μητροπολίτην χειροτονεῖν, καὶ ὁ τῆς παλαιᾶς Εἰρήνης θεῖος ναός, πολλὰ καταπλυνθείσης πρότερον τῆς ἱερᾶς καὶ μυστικῆς τραπέζης, καὶ τισιν ἁγιασθείσης εὐχαῖς, τὴν ἐκείνου εἶδε χειροτονίαν· αὐτὸς δ' αὖθις κἀκεῖνος πρῶτον μὲν ἱερέα, εἶτα δὲ κἀν τῇ λαμπρᾷ ἑορτῇ τῶν Βαΐων, ἀρχιερέα τὸν πατριάρχην χειροτονοῦσι. *Hic igitur commissam sibi designati patriarchæ ordinationem auspicaturus, mense Martio susceptum eum introducit cum paucis in monasterium a Prodromo et Petra nominatum, ubi templo in vinea reperto, in quo et ipso apparebat rem divinam ex longo fieri desiisse, in eo consuetis cæremoniis monachum ex laico instituit Cyprium; moxque diaconum ex lectore ordinat. Eadem porro* B *die eumdem imperator declarat patriarcham. Hinc jam patriarcha, qui multorum suasionibus inductus, certum, ac plane constitutum haberet, non alium adhibere ad sui consecrationem, quam eum, de quo inter omnes constaret, longe alienum esse ab omni specie piaculi, quale plerique antistitum contraxisse mutuis flagrantium factionum insimulationibus culpabantur, discipulum Germanum filium Acacii viri pii, et valde circumspecti, qui se in palam nuper actis quasi neutrum habuerat, assensum in partem utramvis sustinens, et utrique, quantum duntaxat satis erat ad securitatem, favens; hunc quoque ipsum multa religionis existimatione commendatum; prætere ita moribus simplicem, ut eum ille, qui patriarchatum nuper gesserat confessariis accensuisset; hunc, inquam, quasi de quo nulla esse posset cujusquam plausibilis exceptio, in sui ordinatorem præparavit; eligens eum, suffragante in id pariter Cozyleno, in præsulem Heracleæ Thraciæ. Post quod episcopo mandavit, ut eum confestim (res* C *enim moras non ferebat) in eam sedem rite metropolitam ordinaret. Isti functioni delectum est antiquæ Irenes divinum templum, cujus sacra et mystica mensa multis prius purgationibus expiata, et certis sanctificata precibus, Germani novi Heracleensis inaugurationem vidit. Hic porro vicissim promotorem suum Cyprium, primum quidem sacerdotio initiavit, deinde in celebri Palmarum festo, cooperante antistite Cozyles, patriarcham ordinavit.* Reliqua vero, quæ peracta sunt, dum consecraretur Gregorius Cyprius, pluribus exponit idem Pachymeres, cap. 15 ejusdem libri; quæ cum sint longiuscula, hic non exscribo. Verum priusquam de Gregorii patriarchatus annis loquamur (cum de ecclesia antiqua sanctæ Irenes mentionem fecerimus), libet hic nonnulla monere, quæ ad eamdem ædem spectant, et quæ libris præcedentibus, ubi de eadem pluribus locuti sumus, a nobis prætermissa sunt. Stephanus, diaconus Ecclesiæ Con- D stantinopolitanæ, auctor Vitæ sancti Stephani Junioris, qui sub impio Copronymo martyrium subiit, docet solus, quod sciam, secundum concilium generale, primum Constantinopolitanum habitum esse in æde Sanctæ Irenes; quod quidem intelligi non potest de alia æde Sanctæ Irenes, nisi de antiqua, cum Theodosio Magno imperante nulla alia sic nuncupata exstiterit Constantinopoli, quam hæc antiqua Sanctæ Irenes ecclesia, quæ a Constantino Magno condita fuit. Sic idem scriptor, pag. 482, loquens de sex conciliis generalibus: Οὐχὶ ἐν ἱεροῖς ναοῖς αἱ ἅγιαι ἓξ σύνοδοι συνηθροίσθησαν· ἥ τε πρώτη ἐν Νικαίᾳ, ἐν τῷ ναῷ τῆς Ἁγίας Σοφίας· ἡ δευτέρα ἐν Κωνσταντινουπόλει, ἐν τῷ ναῷ τῆς Ἁγίας Εἰρήνης· καὶ ἡ τρίτη ἐν Ἐφέσῳ, ἐν τῷ τοῦ Θεολόγου ναῷ· καὶ ἡ τετάρτη ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς Καλχηδονίων μητροπόλει, ἐν τῷ τῆς πανευφήμου σηκῷ· καὶ ἡ πέμπτη αὖθις ἐν Κωνσταντινουπόλει, καὶ ἡ ἕκτη, ἡ μὲν ἐν τῷ ναῷ τῆς Ἁγίας

Σοφίας, ἡ δὲ ἐν τῷ ἱερῷ παλατίῳ, ἔνθα ἐπιλέγεται ὁ Τροῦλλος, ὅπερ ἡμεῖς Ὠάτον καλοῦμεν. *An non in sacris templis sex sanctæ synodi congregatæ sunt? Prima Nicææ in templo Sanctæ Sophiæ: secunda Constantinopoli, in templo Sanctæ Irenes: tertia Ephesi, in templo Theologi: quarta in nostra Chalcedonensi metropoli, in templo celeberrimæ Euphemiæ: quinta iterum et sexta, Constantinopoli, illa in templo Sanctæ Sophiæ, hæc in sacro palatio, in ea parte quæ Trullus dicitur, quam nos Oatum vocamus.* Hujus autem synodi ordinem, quo dispositi erant antistites, quave in parte sederit Theodosius Magnus, qui eidem synodo interfuit, nobis repræsentat tabella, quæ exstat in codice ms. Bibliothecæ Regiæ, uncialibus litteris conscripto, sæculo nono. De hoc codice ms. sic loquitur doctissimus Montefalconius noster *Palæographiæ Græcæ*, lib. III, pag. 250. Codex, inquit, Regius, num. 1809, membranaceus, ingentis molis, pulchritudine et magnificentia nulli concedit. Auro fulget undique in Tabellis depictis, quas ad quadraginta quinque numeravi; in litteris item initialibus, maxime in titulis orationum. Continet autem Gregorii Nazianzeni Orationes: descriptusque fuit Basilio Macedone imperante, ut liquet et picturis, ubi Basilius ipse depingitur cum tota familia: ex carminibus item in fronte positis, ubi Basilius, quasi tum sceptra tenens compellatur: necnon ex elegantia codicis, qui vere imperatoriam præfert magnificentiam, ad usumque ipsius Basilii et domus Augustæ fuisse plane videtur. Præeunt quinque prægrandes tabellæ depictæ, quæ totam paginam occupant, longe ampliores specimine hic allato; nam in descriptis foliis perquam latæ margines undequaque vacuæ manent; in depictis vero, ad extremam usque oram, paginæ occupantur. Hæ prægrandes Tabulæ depictæ tribus in foliis continentur, quæ folia cum reliquis olim non hæsisse videntur: unde auguratur vir quidam doctus, et rei librariæ veteris peritissimus, codicem aliquantum vetustiorem hisce depictis Tabulis esse: et picturas istas Basilium Macedonem cum familia exhibentes, postmodum huic exemplari adjunctas fuisse, cum ad hujus imperatoris usum codex translatus est: quanquam fatetur et ipse codicem ejusdem circiter ætatis esse, et ad Basilii ævum ex characteris forma commode reduci posse. Ego vero libentius credam totum codicem cum præmissis Tabellis ad Basilii usum adornatum fuisse. Deinde vero priora illa tria folia a principio posita, vel ex diuturno usu, quia initio posita frequentius evolverentur, avulsa fuisse; vel fortasse ab aliquo male feriato homine, ob elegantiam abstracta, deinde vero restituta fuisse. Ut ut sit, codex noni prorsus sæculi videtur esse. De hoc codice Billius in Monito ad orationem 53 sic loquitur: *In reginæ tamen codice litteris capitalibus scripto, ac Gregorii nostri antiquitatem propemodum æquante, inter germana ipsius opera numeratur. Id quod tanti apud me momenti est, ut, quanquam reclamante stylo, vix tamen hanc lucubrationem inter ψευδεπίγραφα numerare auderem: nisi Hieronymus omnem dubitationis ansam nobis eximeret, atque hunc fetum vero suo parenti assereret.* Deinde affert locum Hieronymi, qui hoc opus sancto Gregorio Neocæsariensi sive Thaumaturgo ascribit. Jam ad picturas veniatur. In primi folii pagina secunda (prima quippe vacat) in fundo aureo Christus sedens, non ineleganter pro illa ætate repræsentatur, Evangeliorum librum apertum tenens ad hæc verba, Εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν, *Pacem meam do vobis*, etc., quæ spectant ad familiam Augustam in proxima Tabella e regione depictam. Hæc prima pictura multis in locis erasa in pulverem abiit. In secundi folii pagina prima, fundo aureo stat Augusta cum duobus hinc et inde filiis pariter stantibus. Supra caput Augustæ scribitur, Εὐδοκία Αὐγοῦστα, *Eudocia Augusta*. Qui stat a dextris filius ejus, inscribitur Ἀλέξανδρος δεσπότης, erasis pene postremæ vocis litteris; *Alexander despotes*; a sinistris Λέων δεσπότης, *Leo despotes*. Eudocia vero et filii sinistra singuli globulum tenent, in signum imperii. Circa Tabulam a quatuor partibus hi Iambi leguntur:

Εὐκληματοῦσαν ἄμπελόν σε τοῦ κράτους
Βότρυς φέρουσαν τοὺς γαληνοὺς δεσπότας;
Βασίλειος προῆξε Ῥωμαίων ἄναξ
Μαθὼν προλαμπεῖς Εὐδοκίας φωσφόρους.

Palmitibus ornatam imperii tui vitem
Uvas ferentem, serenissimos nempe despotas,
Basilius provexit Romanorum imperator,
Cum splendida Eudociæ lumina edidicisset.

At abrasis præ vetustate litteris dubitat idem ipse Montefalconius an in postremo versu legendum sit μεθ' ὧν pro μαθών. Hanc autem Tabellam, quæ Eudociam Augustam cum Leone et Alexandro filiis repræsentat, in ære incisam exhibuit Ducangius in familiis Byzantinis, pag. 139. De aliis vero Tabellis depictis quæ in laudato codice Regio habentur pluribus agit ipse Montefalconius paulo superius citato loco. Sed ut ad tabellam synodi Constantinopolitanæ formam ordinemque episcoporum exprimentem redeamus, in ima parte ejus tabellæ habetur Macedonius; ex altera vero parte nomen tantum Apollinaris hæresiarchæ scriptum cernitur, effigies non comparet, cum pars illa folii conscissa sit; qui quidem ambo in eadem secunda synodo cum suis erroribus proscripti fuere.

Sed ut redeamus ad patriarcham Gregorium, imprimis mira oscitantia Georgii Phranzæ animadvertenda est, qui in serie patriarcharum nullum hunc Gregorium ponit, neque Josephum restitutum post Veccum a t, sed scribit: *Veccum patriarcham, sua sede depulsum, monachus quidam, Athanasius nomine, excepit.* Verum scriptores omnes, qui res illius ævi memoriæ prodiderunt, asserunt post Veccum Josephum restitutum fuisse, uti supra diximus, et huic excepisse Gregorium Cyprium; sic de Josepho secundo patriarcha et Gregorio Cyprio refert Ephræmius Constantinopolitanus. Quod vero ait Ephræmius Gregorium Cyprium *a prima ætate patria paternaque domo fuisse extorrem*, lucem accipit ex Pachymere, qui lib. VII, cap. 34 refert, Gregorium apud Italos natum, et adultum, seseque postmodum inter Græcos conjecisse: Τί παθόντες ἔλεγεν (Veccus scilicet,) ἐμὲ τὸν παρὰ Ῥωμαίοις, καὶ ἐκ Ῥωμαίων γεννηθέντα καὶ τραφέντα συχναῖς περιβάλλοντες λοιδορίαις, ἔπειτα φεύγετε, ἄνδρα δὲ παρ' Ἰταλοῖς γεννηθέντα, καὶ τραφέντα, καὶ οὔπω ταῦτα, ἀλλὰ καὶ αὐταῖς στολαῖς, καὶ γλώττῃ πρὸς τὰ ἡμέτερα παρεισφρήσαντα εὐφημοῦντες δέχεσθαι. *Quid passi, dicebat* (Veccus), *me apud Græcos et ex Græcis natum et adultum, frequentibus onustum maledicentiis, fugitis, virum vero, apud Italos et natum, et adultum, prætereaque ipso habitu et lingua in Græcos intrusum, non sine laude accipitis?* Cætera vero, quæ ad Gregorium Cyprium spectant ac ejus patriarchatum, videri possunt apud Pachymerem et Gregoram, qui fuse de eo scripserunt; necnon apud alios scriptores, qui res illius ævi memoriæ prodiderunt. Restat nobis ut de hujus patriarchatus annis, ac ejus depositione aliqua dicamus. Gregorius Cyprius, uti supra ex Pachymere demonstravimus, renuntiatus fuit patriarcha mense Martio anni Christi 1283, et die Palmarum, qui illo anno incidebat in diem undecimum mensis Aprilis, consecratus fuit patriarcha CP. a Germano Heracleensi antistite. Hic cum sedisset annis sex, patriarchatum abdicavit circa mensem Junium anni Christi 1289. Cur autem Gregorius patriarchatui valedicere cogitur pluribus exponit Pachy-

meris, ex quo quidem auctore, et ex scriptis ejusdem Gregorii, necnon Joannis Chilæ metropolitæ Ephesii quæ hic subjiciemus, rerum quæ in hac causa gestæ sunt seriem adornavit doctissimus nostrique amantissimus Michael Lequien, nobisque pro more perhumaniter obtulit. Et sic habet: Nicephorus Gregoras perstringit paucis, nec satis enarrat, quæ causa fuerit, qua Georgius, seu Gregorius Cyprius, Byzantino patriarchatu cedere cogeretur. Cuncta vero fuse et ad longum Georgius Pachymeres recitat libro primo et secundo Historiæ Andronici Palæologi: quorum hæc summa est. Convocato propter quasdam de patriarcha Cyprio Joannis Becci expostulationes, episcoporum, clericorum, et monachorum, necnon procerum imperii, coram imperatore cœtu seu concilio, cui Gregorius ipse Constantinopolitanus et Athanasius Alexandrinus præerant, accersiti Beccus ejusque socii Constantinus Meliteniota et Georgius Metochita, de Spiritus sancti processione disputaverunt. Cumque præter quemdam Nysseni Gregorii locum, quo Spiritus διὰ τοῦ προσεχῶς, *per illum qui proxime et contigue est ex Patre procedere* dicitur, alteram ex Joanne Damasceno protulissent, quo asseritur Pater διὰ Λόγου προβολεὺς ἐκφαντορικοῦ Πνεύματος, *per Verbum esse manifestantis Spiritus productor*; hicque genuinus et sincerus esset agnitus, neque de processione alia quam de sempiterna intelligendus veniret, in miras ambages schismatici conclusi sunt. Conventu soluto ne Beccus cum suis vicisse videretur, patriarchæ Gregorio data provincia est libelli condendi, quo Damasceni dictum a Becci et Latinorum sententia alienum ostenderetur, conciliareturque cum istis aliis ejusdem Doctoris verbis, Ἐκ δὲ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα οὐ λέγομεν, *Ex Filio autem Spiritum non dicimus*. Scriptus a Cyprio tomus, in ecclesia lectus fuit, quem imperator, et ipse patriarcha, nonnullique alii subscriptionibus suis munierunt; multis tamen refragantibus, qui, nec minis, nec tormentis adduci potuerunt ut subscriberent. Quorum renitentiæ hæc causa erat, quod in tomo enuntiaretur, priore Damasceni loco significari Patrem esse Spiritus per Verbum productorem, non ut Spiritus per Verbum exsistat, sed ut per illud effulgeat. Verba quippe tomi hæc erant, quæ refert Leo Allatius in *Vindiciis Syn. Ephes.* cap. 60, ex orat. 4 Josephi Bryennii de Trinitate: Εἰ καὶ γὰρ διὰ τοῦ Υἱοῦ παρά τισι τῶν ἁγίων ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον εἴρηται, τὴν εἰς ἀΐδιον ἔκφανσιν ἡ λέξις ἐνταῦθα, οὐ τὴν εἰς τὸ εἶναι καθαρῶς σημαίνειν βούλεται. *Licet enim apud sanctos aliquos per Filium procedere Spiritum sanctum affirmetur, dictum hoc progressum in æternum effulsionem, non ad hoc ut sit, pure et proprie significat*: alia libelli ejusdem excerpta post Bryennium Allatius addit in eumdem sensum convenientia. Plura vero legi possunt apud Beccum, qui Cyprii tomum opusculis duobus confutavit, quæ exstant in secundo volumine *Græciæ orthodoxæ*. Qui patriarchæ tomum improbabant, non capiebant, inquit Pachymeres, quid tandem discriminis esset inter productionem Spiritus sancti ad exsistentiam, et processionem ad sempiternam exsplendescentiam; eo maxime quod Ecclesiæ doctores divinarum personarum Filii et Spiritus sancti emanationes ex Patre seu processiones ἐκφάνσεις, *effulgentias*, plerumque vocitarent: unde illi concludebant, datam a Gregorio expositionem Latinorum causæ favere magis, quam nocere. Editum igitur contra se tomum, ubi primum Beccus accepit, calamum adversus illum strinxit, ac, præter Byzantinorum spem, qui nihil nisi inconditas furentis animi voces ab eo præstolarentur, solidissima confutatione crucem adversariis fixit, tantamque patriarchæ schismatico conflavit invidiam, ut omnes illum in ipsius Joannis Becci, cujus olim socius fuerat, sententiam conspirasse arbitrarentur. Nec ab re quidem; quippe cum, præter illa quæ post Allatium attuli, alium sensum non reddant altera hæc tomi verba quæ apud Beccum leguntur oratione I: Ἀλλὰ δι' Υἱοῦ καὶ ἐξ Υἱοῦ φυσικῶς ὑπάρχειν, οὐ μενοῦν δι' Υἱοῦ καὶ ἐξ Υἱοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχειν οἱ εἰρηκότες Πατέρες τὸ Πνεῦμα ἔφησαν. *Patres dixerunt. Spiritum per Filium et ex Filio naturaliter exsistere: non item per Filium et ex Filio exsistentiam habere*. Quasi vero *per Filium et ex Filio exsistere*, non idem sonet, atque, *per Filium et ex Filio exsistentiam habere*, etc., vice versa. Quid distinctione ista stolidum magis excogitari possit? Legatur Beccus t. II *Græc. orthod.*, pag. 252. Alia vero rursum ex eodem tomo pessimæ doctrinæ plena strenuus iste rei catholicæ defensor et patronus carpit, quorum hoc præ cæteris minime prætermittendum censui. Scilicet aiebat Cyprius: Μηδὲν καινὸν εἶναι μηδὲ τῆς τῶν Γραφῶν συνηθείας ἀλλότριον, ἐὰν τὸ πνευματικὸν χάρισμα ἅγιον ὁμωνύμως Πνεῦμα καλεῖται· καὶ τὴν ἐνέργειαν ἔστιν ὅτε οἰκειοῦσθαι τὴν τοῦ ἐνεργοῦντος κλῆσιν, ὡς ἡ τοῦ ἡλίου λαμπηδὼν καὶ αὐγὴ πολλάκις τὴν τοῦ ἡλίου. *Nihil esse novi, neque a Scripturæ consuetudine alienum, ut spirituale donum Spiritus sanctus appelletur: quin imo actionem aliquando sibi nomen agentis asciscere, veluti splendor et radius sol sæpenumero nuncupatur*. Quibus verbis significabat æternam Dei actionem, sempiternum lumen divinum, quæ tribus personis communia sunt, *Spiritum sanctum* quandoque appellari. Id quod explicatius ipse declarat in fragmento alterius, ni fallor, operis *Contra Beccum*, quod mihi suppeditavit codex Regius 2953, et cujus magnam partem alibi recitavi in dissertatione critico-historica *De processione Spiritus sancti*. Atqui hæc præambulam Gregorii Palamæ impietatem continebat, divinam operationem, quam θεότητα, *Deitatem*, appellabat, re a Dei essentia distinctam, Deoque et personis tribus coæternam esse, ipsamque creaturis ratione præditis communicari contendentis. Quocirca Beccus æmuli sui erratum arguit allato capite integro Theodori Abucaræ quod inter edita vicesimum septimum est, et quo nihil disertius Palamiticæ insaniæ opponi possit. Hanc autem divini luminis et operationis a divina essentia distinctionem tunc primum, cum ante audita non fuisse, auctore Cyprio invectam fuisse his verbis Joannes Beccus testatur: Ὁ δὲ τῆς ἀληθείας, ὥς φησι, γενναῖος ἐκδικητὴς συκοφάντας ἡμᾶς καὶ τῶν ἁγίων ἀποστόλων ὑβριστὰς, τοὺς οὕτω τὴν θεολογικὴν μετιόντας ὁδὸν, τί ἂν παρ' ἡμῖν κληθείη αὐτὸς ὁ οἴκοθεν καὶ ἀπὸ κοιλίας νέας ἄρτι δογμάτων φωνὰς τῇ τοῦ Θεοῦ εἰσηγούμενος ἐκκλησίᾳ; *At veritatis, qualem se ipse dicit, præclarus vindex, qui calumniatores et sanctorum conviciatores nos vocat, qui hac ratione res theologicas tractamus, quinam a nobis ipse compellabitur, qui ex propriis suis, et nunc primum e ventre novellas placitorum voces in Ecclesia Dei proferre aggreditur?* Testimonium istud Becci obiter attuli, quo evincerem, nequaquam eum, dum patriarcha Constantinopolitanus esset, Palamam ejusque errores proscripsisse, tametsi id Combefisio nostro, quando secundam novissimi sui Auctarii partem edebat, persuasum fuit: quin potius Palamæ Cyprium prævisse, ejusque hæresim suis in scriptis contra Beccum præformasse. Quamobrem Joannes ille patriarcha, a quo Gregorium Palamam primum fuisse damnatum Cyparissiotus tradidit, aut Joannes Glycys fuit, aut potius Joannes Calecas Aprenus, Esaiæ successor, quod cum historiis Cantacuzeni et Nicephori Gregoræ consentaneum prorsus est. Joannis Becci adversus tomum lucubrationes animos adversariis Gregorii addiderunt, ut ardentioribus studiis contra illum insurgerent. Horum præcipui erant Joannes Chilas metropolita Ephesinus, Daniel Cyzicenus et Theoleptus Philadelphiensis, cum quibus se Manuel magnus logo-

theta adjunxit. Leo Allatius lib. II *De consens.*, cap. 11, col. 513, libellum Græce Latineque edidit, quem Chilas imperatori contra tomum obtulit. Quod in causa fuit ut Cyprius tomi sui expositionem scriberet, quæ nunc primum prodit ex cod. Reg. 3442. In ea expositione contendere pergit, aliam esse personæ divinæ Spiritus sancti processionem ad exsistendum, et aliam ad effulgendum : primam innui a Scriptura et Patribus, quando Spiritus dicitur a Patre procedere ; secundam, quando a Patre per Filium. Cæterum Joannem Beccum perjurii accusat, et libellum recitat, quem ille, ad efferatos adversum se plebeculæ animos placandos, Josepho patriarchæ dederat, subscripseratque, ceu Latinorum dogmati abrenuntiaret, et abdicationem suam approbaret. Qua vero mente Beccus id gessisset, ipsemet declaravit initio disceptationis suæ, quam in concilio coram imperatore ipsum habuisse narravi, quæque horum omnium motuum causa exstitit. Insuper vero Theoleptus Cyzicenus patriarchæ Gregorio objecit, in tomo vestigia reperiri impiæ doctrinæ Marci monachi, qui librum nuper evulgaverat, in quo nomen προβολεὺς *productor*, ambiguo perinde sensu usurpatum narrat Pachymeres, ὡς καὶ αὐτὸς ὁμωνυμίζει τὴν λέξιν προβολεύς. Hunc Marcum alienigenam fuisse, Græcum, idem historicus tradit, et quantum ex inscriptione confessionis Gregorii, de qua mox dicetur colligitur, ex Hebræo Christianus factus fuerat, ac subinde monachus. Ex quo revincitur amplius error viri illius alioqui doctissimi, qui Marcum hunc eumdem esse putavit ac Marcum Ephesium qui post centum et quinquaginta annos contra Latinos disputavit in synodo Florentina. Ejus quidem errori favere videtur, quod in indice Bibliothecæ Scoriacensi legatur, Γρηγορίου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Κυπρίου ἀπολογία εἰς τὴν ἐπιστολὴν Μάρκου τοῦ Ἐφέσου, *Gregorii patriarchæ Constantinopolitani Cyprii apologia in epistolam Marci Ephesii*. Verum librarii oscitantia vel imperitia factum est, ut vox τοῦ Κυπρίου *Cyprii*, interjecta sit : cum hoc opus reddendum sit Gregorio protosyncello, qui postremus Byzantinorum patriarcharum fuit, ante captam a Turcis civitatem : nisi tamen pro Μάρκου τοῦ Ἐφέσου scribendum fuerit, Ἰωάννου τοῦ Ἐφέσου *Joannis Ephesii*, Chilæ scilicet adversarii Gregorii Cyprii ; quod obiter a me dictum sit. Atqui Marcus ille monachus exiguum volumen quod scripserat, emendatum jactabat, et approbatum a patriarcha, quicum arctissima necessitudine jungebatur. Qua re factum est, ut statim atque Marci liber emissus in publicum fuit, Gregorius Cyprius ejus auctor censitus sit. Quam criminationem patriarcha ut repelleret, *Confessionem*, quam dixi, *fidei* condidit, qua Marci dogmata exsecratus est. Id quod etiam in altero supplice ad Andronicum imperatorem libello præstitit. Interim qui pro Gregorio stabant, Athanasium Alexandrinum imperatore annuente, compellant ut tomo subscribat : quod tamen ille facere noluit ; causatus sibi satis otii et facultatis non esse ad singulas ejus voces explorandas, eo maxime quod Constantinopolitanorum mores et sensus perspectos non haberet. His commotus imperator, ardens suum erga Cyprium studium temperare cœpit, eique colloquium publicum exoranti, in quo mentem planius suam explicaret, annuit primum, mox vero mutata sententia abnuit, veritus ne idem accideret quod in anteriore cum Becco disputatione, ex qua res Ecclesiæ nihilo pacatiores evaserant. Quin imo Andronicus misit, qui sedis abdicationem ab ipso poscerent. Jam enim Cyprius e patriarchali domo in Hodegorum monasterium migraverat, in quo scribendis pro sua defensione libris vacabat. Posthac autem, ne patriarcha inauditus damnaretur, publicum conventum imperator edixit, in quo lecta est illius *Confessio fidei*, et ab

A omni pravæ doctrinæ suspicione immunis judicata. Nihilominus Ephesinus metropolita et Cyzicenus palam protestati sunt, minime se in communionem posse venire cum homine qui certis de causis hæresis invidia aspersus esset. Cui sententiæ quia pertinaciter adhærescebant, nec imperatoris monitis et adhortationibus cesserant, in separatas custodias uterque missus est, e quibus non nisi post annos aliquot, et vix ægre educti sunt. At Theoleptus Philadelphiensis omnem offensionem hanc ex solo Marci libro acceptam prætexens, Gregorium rectæ fidei alumnum judicatum iri dixit, si Marci doctrinam detestaretur (disertius utique quam in confessione et in libello ad imperatorem. Quod quidem a Cyprio præstitum fuisse, Pachymeres non narrat : sed, cum hæc ille audisset, gratiis actis imperatori, postera die cessionis libellum dedisse. Rursum vero imperator, collectis iterum synodis, operam ponebat, ut tomus saltem

B emendaretur et exponeretur : id quod tamen selecti ad hoc operis viri conficere nullatenus potuerunt, cum de germano Damasceni sensu tradendo inter eos nequaquam conveniret. Τέλος, inquit sæpe laudatus Pachymeres, ἐπεὶ οὐκ ἦν συμφωνεῖν ἐπὶ τῇ τοῦ γράμματος διορθώσει, ὑπεξεῖλον τὸ λοιπὸν τὴν ἐξήγησιν, κρεῖττον ἡγησάμενοι μὴ ὅλως τὸ ῥητὸν ἐξηγεῖσθαι, ἢ ἐξηγουμένους ἀναῤῥίπτειν κίνδυνον. Ac consulto prorsus : nam præter Becci expositionem, qua sincerior altera non occurrebat, ut, positis præjudiciis, sentiunt omnes, qui in libris ejus legendis operam ponunt, Cyprius in apologia quam pro suo tomo iterum scripsit, illos adversarios refellit, utique schismaticos, nec a Joanne Ephesio, Daniele Cyziceno, et Theolepto Philadelphiensi diversos, qui Joannis Damasceni dictum προβολεὺς διὰ Λόγου ἐκφαντορικοῦ Πνεύματος, *manifestantis Spiritus per Verbum productor*, sic interpretarentur, ac si διὰ Λόγου, *per Verbum*, δι' Υἱοῦ, *per Filium*, apud sanctos Patres idem so-

C naret, atque σὺν τῷ Λόγῳ *cum Verbo*, μετὰ τοῦ Υἱοῦ, *cum Filio*, ἅμα τῷ Υἱῷ, *una cum Filio* : quam quidem postremam interpretationem tum Patrum sententiis, tum grammaticæ legibus et usui contrariam pluribus ostendit et evincit. Interim vero Joannes Beccus præter libros adversus Gregorii Cyprii tomum quos citavi, quatuor alios ad Constantinum, Melitiniotam utique, scripsit, quibus ejusdem tomi expositionem a Cyprio adornatam, confutavit. Hos etiam Leo Allatius cum aliis edidit t. II *Græciæ orthodoxæ*. Gregorii vero Cyprii opuscula, quæ in codicibus Regiis, ac præsertim 3442, reperi, hic subjicienda censui, quo rerum gestarum series melius a studioso lectore percipiatur. (Exstant jam edita in tomo nostro CXLII.)

Col. 468 C. Ἀθανάσιος ἐκ Μακεδονίας, etc. δ' ἔτη... Abdicato patriarchatu Gregorio Cyprio circa mensem Junium anni Christi 1289, uti paulo superius monuimus, in ejus locum sufficitur

D Athanasius monachus e Monte Gano ; cujus promotionem celebravit Andronicus ad magnum palatium in Triclinio Justinianeo congrua tali functioni magnificentia, sed cum sinistro augurio terræmotus, ut scribit Pachymeres, lib. II, cap. 15, et die quarta decima mensis Octobris ejusdem anni ordinatur Athanasius, ut tradit idem scriptor citato loco. Hic autem cum sese rebus temporalibus vehementius immisceret, a populo ejicitur, ut scribit hic Nicephorus Callisti ; quod quidem confirmatur ex Pachymere, qui pluribus res ab eo in patriarchatu gestas, ac ejus mores describit. Coactus autem fuit patriarchatum abdicare postquam quadriennium sedisset, nimirum die decima sexta mensis Octobris, ut tradit idem scriptor, cap. 24 : Τοῦτο δέ τις καὶ μόνον παρατηρήσειεν, ὅτι τέσσαρσιν ἐνιαυτοῖς τὴν Ἐκκλησίαν κατέχων, αὐτὴν σχεδὸν ἡμέραν εἶδε τῆς ἐκβολῆς, ἣν δὴ καὶ τῆς ἀναβάσεως ἔγνωκεν, ἥτις καὶ Ἐλαφηβολιῶνος ἐκκαιδε-

κάτω ἦν. *Unum tamen ad ea illud non de nihilo quis observans adjunxerit, sic exacte quadriennium in patriarchatu Athanasium explevisse, ut eamdem ferme initi relictique regiminis Ecclesiæ numeraverit diem sextum decimum Octobris.* Sic Pachymeres; ex quo quidem patet Athanasium patriarchatum abdicasse die decima sexta mensis Octobris anni Christi 1293, cum sedisset annis quatuor, et duobus præterea diebus, cum ejusdem consecratio contigerit, ut paulo superius ex Pachymere diximus, die quarta decima mensis Octobris anni 1289. Fallitur igitur Georgius Phranza qui Athanasio annos octo integros assignat. Quam vero fuerit Athanasius hominum regendorum ignarus, quamve sævus et inhumanus, facile quispiam cognoscere poterit, non solum ex Pachymere, qui plura de eo, (nam Gregoras schismaticorum hominum laudator in Athanasium valde propensus fuit), sed etiam ex ipsius Athanasii epistolis, quas ad imperatorem Andronicum, et ad alios complures conscripserat. Quarum quidem epistolarum habetur codex chartaceus in bibliotheca regia, quem huic donavit Ill. D. Carolus Mauritius Tellerius, archiepiscopus dux Rhemensis, ut scribit doctissimus Boivinius in notis ad Gregoram, ubi de hoc codice ac epistolis et aliis Opusculis Athanasii patriarchæ loquitur. Libet autem nobis (quoniam sex abhinc annis omnes Athanasii epistolas ac Opuscula ex laudato codice Regio exscripsimus et in Latinum vertimus) hic integrum indicem prædictorum operum exhibere, quem cum ex schedis Boivinii, tum etiam proprio labore adornavimus. (*Sequebatur Athanasii Epistolarum Index, quem jam edidimus in tomo* CXLII).

Col. 468 C. *Ἰωάννης μοναχὸς, ἔτη θ'.* Abdicato patriarchatu Athanasio die decima sexta mensis Octobris, anni Christi 1293, uti supra demonstravimus, in ejus locum sufficitur Joannes Sozopolitanus, qui prius Cosmas vocabatur; ejusque consecratio peracta est Kalendis Januarii anni 1294, ut scribit Pachymeres lib. II, cap. 28, ubi hujus viri ingenium ac mores describuntur. Hic autem patriarcha e sede pellitur ab Andronico, ut in ejus locum Athanasius restituatur, die vicesima tertia mensis Augusti anni Christi 1304, cum sedisset annis novem, mensibus septem, et diebus præterea viginti duobus, ut observat Possinus lib. III, Chronologico ad Pachymerem.

Ibid. D. *Καὶ ἀνάγεται πάλιν ὁ Ἀθανάσιος.* Ad Athanasium secundo patriarcham desinit Catalogus patriarcharum CP. a Nicephoro Callisti concinnatus, nimirum ad annum Christi 1304, quo quidem tempore Nicephorus florebat, uti in Præfatione monemus, ubi plura de ipso, ac ejus scriptis placuit dicere. Quod vero attinet ad tempus Athanasii secundo patriarchæ, illum restitutum fuisse in sedem die vicesima tertia mensis Augusti, anni Christi 1304, paulo superius ex Pachymere demonstravimus; qui rem totam pluribus narrat. Huic secundo patriarchæ annos sex, et totidem menses attribuunt Matthæus Cigala, et Philippus Cyprius; Georgius vero Phranza annos octo eidem secundo patriarchæ assignat. Sic Pontanus ex Phranza: *Iterumque Athanasius in eo est locatus. Hic postquam claves Ecclesiæ octo annos tenuit, rursum scandala emerserunt. Sic cui quies amica semper fuerat, sedem patriarchisam valere rursum jubet*, etc. Gregoras autem lib. VII, cap. 9, causam cur Athanasius secundo patriarchatum abdicaverit, pluribus narrat, ubi doctissimus Boivinius ad marginem monet, id factum anno Christi 1310, unde apparet Athanasium secundo patriarcham sedisse annis sex, et aliquot mensibus.

Ibid. Καὶ ὁμοῦ ἀπὸ τοῦ ἀποστόλου Ἀνδρέου μέχρι τοῦ αὐτοῦ Ἰωάννου πατριάρχαι ρλ', ἔτει ,ςω'. Numerus ab orbe condito hic appositus depravatus a scriba videtur; nam vel desinit

A in initium patriarchatus Joannis Sozopolitani, vel ad finem; si ad initium ita restituendus ἔτει ,ςωβ', *anno* 6802, Christi 1294 quo anno Joannem inauguratum fuisse, supra demonstravimus. Si vero numerus ille in finem desinat, ita restituendus, ἔτει ,ςωβ', *anno* 6812, Christi 1304, quo anno e sede pulsum fuisse Joannem supra monuimus. Cæterum cum Historiam imperatorum Constantinopolitanorum a Constantino Magno ad ultimum imperatorum Christianum texere sit animus, libet etiam huic catalogo Nicephori Callisti seriem integram patriarcharum Constantinopolitanorum subjungere, nimirum illorum qui post Athanasium secundo patriarcham sederunt, ad Gregorium qui ultimus fuit patriarcha ante captam a Turcis Constantinopolim. Hoc quidem præstabit catalogus patriarcharum CP. editus ab eruditissimo P. Labbeo ex codice ms. Bibliothecæ Claromontanæ; singulis autem locis, si opus fuerit, Notas, sed breviores, adjiciemus. Quam vero imperfecti sint catalogi B patriarcharum CP. editi a Matthæo Cigala et Philippo Cyprio, et maxime post Athanasium ad captam usque a Turcis urbem, facile quisque cognoscere poterit ex iis quæ infra dicturi sumus. Sic igitur habet Claromontanus codex :

Catalogus patriarcharum Cpolitanorum inde ab Athanasii præsulatu usque ad captam a Turcis urbem Regiam.

Νίφων ἔτη γ', μῆνας ι'. Nimirum, *Niphon annis* 3, *mensibus* 10. Abdicato secundo patriarchatu Athanasio anno Christi 1310, uti supra monuimus, Ecclesia Constantinopolitana per biennium vacavit; tandem Nipho Cyzici metropolitanus sedem illam occupat, initio anni 1312, ut scribit Nicephorus Gregoras, lib. VII, cap. 9, ubi hujus viri ingenium ac depravatos mores pluribus describit. Habentur et Athanasii patriarchæ CP duæ Epistolæ quæ ad Niphonem hunc spectant, nimirum, una ad imperatorem, C *de Domino Niphone Cyziceno episcopo, et de accusationibus contra eumdem ipsi oblatis;* altera ad magistrum libellorum supplicum, *de electione qua creatus patriarcha fuerat episcopus Cyzici.* (*Vide tom.* CXLII.)

Hic cum sedisset annis tribus, et decem mensibus, anno Christi 1315, e patriarchali sede pellitur ob multa et varia sacrilegia, ut scribit Nicephorus Gregoras cap. 11, paulo superius citati libri. Cæterum habetur in codice Regio n. 2964, fol. 199, verso, Oratio Nicephori Chumni, laudata a Boivinio in notis ad Gregoram, quæ sic inscribitur : Ἔλεγχος κατὰ τοῦ κακῶς τὰ πάντα πατριαρχεύσαντος Νίφωνος, ἀνενεχθεὶς παρὰ τοῦ Νικομηδείας καὶ τοῦ Μιτυλήνης πρὸς τὴν ἱερὰν σύνοδον.

Ἰωάννης ὁ Γλυκὺς ἔτη δ'. Nimirum, Joannes Glycys *annis quatuor.* Pulso e sede Niphone anno Christi 1315, et uno anno interjecto in ejus locum, sufficitur Joannes Glycys logotheta cursus publici, qui uxorem filiosque et filias habebat; sed ejus D uxor statim monasticum habitum induit; ille vero, quod certis anni intervallis articulorum doloribus afflictaretur, ipso indui non potuit; nam de medicorum sententia carnibus ei vescendum erat, ut scribit Gregoras, lib. VII, cap. 11, ubi hujus patriarchæ virtutes ac in litteris peritiam (1) pluribus prædicat idem scriptor; qui etiam ibidem testatur, se usum fuisse Joannis consuetudine ad stylum expoliendum. Hunc patriarchæ annos quatuor assignat et Gregoras lib. VIII, cap. 2, ubi ait Joannem, quod ejus morbus ingravesceret, abdicata dignitate, quarto anno patriarchatus, in Cyriotissæ monasterium se contulisse. Quod quidem accidit anno Christi 1320. Vide ibidem patriarchæ hujus testamentum, quod Gregoras ab eo tum accersitus conscripserat. Verum, ut optime monet doctissimus Boivinius in Notis ad Gregoram, non ibi Testamentum ipsum patriarchæ, sed Testamenti proœmium profert Gregoras, cujus sese auctorem

(1) Ejus librum *de vera Syntaxis ratione* edidit Jahnius Bernæ 1849, 8°.

manifestum prodit. Exstant, inquit idem Boivinius, in codice Regio 3229, opuscula duo, ejusdem ferme et argumenti et styli; quorum primum inscribitur, Τοῦ πατριάρχου κυροῦ Ἰωάννου τοῦ Γλυκέος ἡ παραίτησις τοῦ πατριάρχου, alterum, Τοῦ αὐτοῦ πατριάρχου ὑπομνηστικὸν εἰς τὸν βασιλέα τὸν ἅγιον.

Γεράσιμος ἔτος α'. Gerasimus anno uno. Joanni successit Gerasimus, sacerdos monachus e monasterio Manganorum, anno Christi 1320. Hic, ut scribit Gregoras, lib. VIII, cap. 2, erat vir simplici ingenio, et præ senio surdaster, litterarumque Græcarum omnino expers. Tales enim ab imperatoribus eligi consuevisse, ut dicto audientes eis sint, et nulla in re ipsis refragentur, tanquam mancipia, tradit idem scriptor laudato loco; et Georgius Phranzes ait, eum fuisse moribus nauci atque inutilem, et præfuisse Ecclesiæ Constantinopolitanæ exiguum tempus, eamque haud sponte dimisisse. Gregoras Gerasimi mortem accidisse scribit pridie quam Andronicus nepos urbem deseruerat; quæ quidem fuga Andronici contigit die vicesima mensis Aprilis anni 6229, Christi 1321, ut tradit idem scriptor. Igitur mors Gerasimi accidit ipso die Paschatis, quod illo anno incidebat in diem 19 Aprilis. Cantacuzenus vero Gerasimum obiisse refert ea ipsa nocte, qua Andronicus nepos urbem deseruerat.

Ἡσαΐας. . . . . Gerasimo fatis functo die 19 mensis Aprilis anni Christi 1321, uti paulo superius monuimus, sedes Constantinopolitana tribus ferme annis vacavit; denique Esaias monachus ex monte Atho septuagenario major, nulla sacerdotali dignitate præditus, idemque adeo imperitus ut nec prima quidem litterarum elementa perfecte posset conjungere, in urbem venit; eumque imperator ob nimiam morum simplicitatem in patriarchalem sedem tum temporis vacantem imposuit: quamvis multa crimina libere illi objecta et passim testata fuissent, propter quæ olim sæpe exclusus omni sacrorum ordinum gradu fuerat, ut scribit Gregoras lib. VIII, cap. 12. Renuntiatus autem fuit Esaias prid. Kal. Decemb. indictione septima, hoc est, anno Christi 1323, ut scribit Dorotheus in Synopsi. Perperam igitur Spondanus hoc factum ait anno 1322. Moritur autem Esaias, ut scribit Gregoras, et ut ex iis quæ mox dicturi sumus, patebit, anno Christi 1333, cum sedisset decem ferme annis.

Ἰωάννης ὁ Ἀπρηνός. . . . . . Mortuo Esaia anno Christi 1333, uti paulo superius diximus, in ejus locum sufficitur hoc ipso anno Joannes Apris oriundus, Calecas cognomine. Huic anni quatuordecim assignantur in codice Regio 3058, folio 98, ubi legitur, Ἰωάννης ἔνδοξος καὶ σοφὸς λίαν ὁ Καλέκας· ἔτη ιδ'. His consona habet Gregoras qui lib. XVI, cap. 4, ait, Joannem annis circiter quatuordecim patriarcham fuisse: Καὶ πρῶτον μὲν ἐκεῖθεν τὸν πατριάρχην ἐκβεβληκὼς Ἰωάννην, ἐν τοῖς Βυζαντίου ὀρχείοις δέσμιον ἐπεπόμφει φρουρεῖσθαι, ἵνα μὴ τοῖς ἐκεῖ νεωτερισμοῖς συναράμενος καὶ αὐτὸς, μεγίστης καὶ δυσεφίκτου τοῖς δημοσίοις γένηται πράγμασι βλάβης αἴτιος. Ὃς καὶ μικρὸν ἐπιβιοὺς, ἐνταῦθα ἐτελεύτησε, πέντε καὶ ἑξήκοντα γεγονὼς ἐγγὺς ἔτη· πατριαρχεύσας μὲν περί που τὰ τεσσαρακαίδεκα, ζήσας δὲ μετὰ τὴν καθαίρεσιν μῆνας δέκα. *Hinc autem ille ante omnia Joannem patriarcham ejecit, et Byzantium, ut in palatio vinctus custodiretur, misit; ne et ipse favens novis rebus, quæ illic ciebantur, maximum et intolerandum reipublicæ detrimentum afferret. At hic, non longum ex eo in vita commoratus, ibi decessit, quinque ferme et sexaginta annos natus, quatuordecim circiter patriarchica dignitate potitus, et decimo post exauguratonem mense mortuus.* Depositus fuit Joannes ineunte anno Christi 1347, ut tradunt Gregoras et Cantacuzenus: oportet itaque, ut scribit Boivinius in Notis ad Gregoram, Joannem creatum esse patriarcham anno Christi 1333, non vero anno 1331

A ut videtur tradere Cantacuzenus; nam præterquam quod ab anno 1333 ad annum 1347 anni numerentur quatuordecim, quibus eum sedisse supra demonstravimus, Gregoras et Cantacuzenus hujus depositionem in annum 1347 expresse conferunt. Hinc corrigendus est Spondanus qui hujus depositionem in annum Christi 1345 confert.

Ἰσίδωρος ἔτη β', μῆνας ζ', ἡμέρας ιε'. Pulso e sede Joanne Caleca anno Christi 1347, in ejus locum hoc ipso anno substituitur Isidorus; qui, ut scribit Gregoras lib. XV, cap. 10, antehac Monembasiæ electus fuerat episcopus, mox novorum Palamæ errorum cum et ipse convictus fuisset, dejectus dignitate fuerat, et a sacra communione segregatus. Eodem nunc patriarchatum obtinente, scissum est statim Ecclesiæ corpus. Sic Gregoras. Vide tomum Ignatii patriarchæ Antiocheni contra hunc Isidorum scriptum, qui tomus habetur apud Allatium (*De libris ecclesiasticis Græc.* dissert. 2), B Novembri mense promulgatus, indict. 13, hoc est anno Christi 1344 exeunte. Vide item Orationem Palamæ adversus Joannem Calecam patriarcham scriptam, in qua ipse suam et Isidori causam pluribus agit. Hæc habetur edita Græce tantum ex codice Regio in notis ad Gregoram. Mors autem Isidori refertur a Gregora lib. XVIII, cap. 1, quæ quidem accidit anno Christi 1349 exeunte.

Κάλλιστος ἔτη ιβ'. Callistus annis duodecim. Callistus monachus ex monte Atho, unus ex Palamæ amicis, in patriarcham eligitur anno Christi 1350, ut scribit Gregoras lib. XVIII, cap. 1, ubi hujus patriarchæ ingenium ac mores pluribus describuntur. Hic patriarchatum adeptus synodum celebravit, in qua Palamas orthodoxus declaratus fuit: eam Combefisius edidit parte secunda Auctarii novissimi. Hic dum legatione fungeretur apud Cralænam pro societate contra Barbaros in Thracia, moritur, ut scribit Cantacuzenus, lib. IV, cap. 50, C cujus quidem mors accidit sub finem anni Christi 1362, quod patet non solum ex eo quod huic patriarchæ anni duodecim assignantur, verum etiam ex iis quæ de successoribus infra dicturi sumus. Cæterum monere hic necessarium esse duximus Callistum patriarcham quod negaret Matthæum imperatorem designandum, ut scribit Cantacuzenus, e throno dejectum fuisse, et in ejus locum suffectum fuisse Philotheum, de quo infra dicemus. Tum Callistum Galatam, inde Tenedum ad Palæologum confugisse, ait laudatus scriptor. Hoc autem accidit circa annum quartum ejus patriarchatus, Christi 1354. Verum postmodum Joanne Cantacuzeno monastico habitu induto, et Palæologo Constantinopolim reverso anno 1355, initio anni sequentis patriarcha Callistus Tenedo reversus, ut scribit Cantacuzenus, ecclesiasticam potestatem recepit, cum contradicere nemo auderet: quin nec ipse episcoporum de restitutione sua suffragium expetebat. Sed indignissime non a Cantacuzeno D solum, verum etiam ab episcopis violatum se arbitratus, suo sibi suffragio reditionem confirmans, injuriæ auctores ad pœnam deposcebat. Sic de eo tradit idem scriptor.

Φιλόθεος ἔτη ιγ', μῆνας ς'. Philotheus annis tredecim, mensibus sex. Philotheus et ipse Palamita Heracleæ episcopus, uti supra diximus, anno Christi 1354 renuntiatus fuit patriarcha in locum dejecti e sede Callisti, verum post biennium circiter sedis hujus, rursus Callistus non episcoporum suffragio, a quibus deturbatus fuit, sed propria auctoritate in sedem, a qua injuste dejectum se credebat, rediit, ut scribit Cantacuzenus. Et hi duo anni, quibus prima vice rexerat Ecclesiam Constantinopolitanam Philotheus, ab auctore hujus catalogi non recensentur; fortassis quod tum Callisto legitimo patriarcha vivente, intrusi potius patriarchæ quam legitimi nomen mereretur; sed utut res habeat, Philotheus, mortuo Callisto sub finem anni

Christi 1362, uti supra monuimus, in ejus locum sufficitur, seu potius in sedem restituitur, ut scribit Cantacuzenus lib. IV, cap. 50, quod quidem factum est initio anni sequentis. Moritur vero Philotheus anno Christi 1376, cum sedisset annis tredecim et sex mensibus post Callistum. Hujus autem patriarchæ qui Palamiticæ factionis erat, plura supersunt scripta, et imprimis Antirrhetici pro defensione tomi Palamitici, quibus mortuum Gregoram refutare, Cantacuzeno hortante, conatus est. Habentur autem hi Antirrhetici contra Nicephorum Gregoram in bibliotheca Regis Christianissimi mss. et a doctissimo Joanne Boivinio passim laudantur in Notis ad Gregoram: iidem etiam asservantur mss. in bibliotheca Vaticana, necnon in bibliotheca Regis catholici. In bibliotheca vero serenissimi Bavariæ ducis, et in bibliotheca Regis catholici habentur ejusdem patriarchæ homiliæ mss. in Evangelia et Dominicas totius anni, et aliæ ex sancto Joanne Chrysostomo potissimum desumptæ. Item Philothei patriarchæ Anathematismorum sub Constantino Porphyrogenito, et duobus aliis imperatoribus latorum, eversio seu confutatio habetur ms. in bibliotheca Vaticana. Hujus autem patriarchæ *Sermo encomiasticus* in tres Hierarchas, nimirum sanctum Basilium, Gregorium Theologum, et sanctum Joannem Chrysostomum Latine et Græce editus fuit a Jacobo Pontano societatis Jesu, cum Dioptra Philippi solitarii, Ingolstadii anno Christi 1604. Hujus item *Homiliam de cruce* Græce et Latine edidit Jacobus Gretserus tom II operis *De cruce*. Vide quæ de aliis ejusdem patriarchæ Philothei scriptis tam editis quam ineditis habent Possevinus, Udinus ac reliqui scriptores. Cæterum de Philotheo patriarcha pleraque perhonorifice scripta reperiuntur apud Cantacuzenum; cui quidem hac in re nulla fides adhibenda est.

Μακάριος, ἔτη β', μῆνας ζ', ἡμέρας ιε'. Macarius annis duobus, mensibus septem, diebus quindecim. Philotheo fatis functo anno Christi 1376, in ejus locum substituitur Macarius hoc ipso anno. Hic cum sedisset annis duobus, mensibus septem, et diebus quindecim, obiit anno 1379.

Νεῖλος ἔτη η'· Nilus annis octo. Nilus successit Macario initio anni Christi 1380. Hic cum sedisset annis octo, obiit anno 1388 ineunte, uti ex iis quæ infra dicturi sumus de ejus successoribus facile patebit. Perperam igitur hujus mortem confert Spondanus in annum Christi 1398, et male huic annos viginti attribuit idem scriptor; sed longum omnino foret hujus scriptoris ac cæterorum, qui de patriarchis CP. scripsere, singula errata hic recensere, uti in Præfatione monemus.

Ἀντώνιος ἔτη η'. Antonius annis octo. Mortuo Nilo anno Christi 1388 ineunte, uti paulo superius diximus, in ejus locum sufficitur Antonius hoc ipso anno; qui cum sedisset annis octo, ut habetur in hoc catalogo, ejus mors necessario contigit anno Christi 1396. Quod quidem magis patebit ex iis quæ de annis Euthymii ac Josephi patriarcharum infra ex Georgio Phranza dicturi sumus. Perperam igitur hujus patriarchæ mors in annum Christi 1406 ab Onuphrio confertur.

Κάλλιστος μῆνας γ'. Callistus mensibus tribus. Callistus successit Antonio anno Christi 1396, qui cum sedisset mensibus tribus, obiit sub finem hujusce anni. Perperam Onuphrius Callisto huic secundo annos tredecim assignat; nam ipse nonnisi mensibus tribus sedit; Matthæus vero ejus successor annis tredecim, ut habetur in hoc catalogo Græco, cui potior fides habenda est, quam Onuphrio.

Ματθαῖος ἔτη ιγ'. Matthæus annis tredecim. Callisto fatis functo sub finem anni Christi 1396, anno sequenti in ejus locum substituitur Matthæus. Hic cum sedisset annis tredecim, obiit anno Christi 1410. Vide quæ de illo habent scriptores illius ævi.

Εὐθύμιος ἔτη ε', μῆνας ε'. Euthymius annis quinque, mensibus quinque. Euthymius successit Matthæo anno Christi 1410, qui cum sedisset annis quinque, mensibus quinque, obiit anno Christi 1416, quo etiam anno ejus mors consignatur a Georgio Phranza; qui sic habet: *Anno mundi 6924, Domini autem 1416, imperator Constantinopolim rediit, et cum eo procerum ordo universus. Quo mense post ejus adventum excessit e vivis patriarcha Euthymius.* Perperam itaque Onuphrius Euthymii patriarchatus initium in annum Christi 1419 confert, ut etiam ex dicendis constabit.

Ἰωσήφ. Joseph Ephesi metropolita renuntiatus fuit patriarcha Constantinopolitanus die vicesima prima mensis Maii anni Christi 1416, ut scribit Phranzes. Sic etiam Syropolus sect. 2, cap. 4, qui ipso die festo Constantini Magni, indictione nona, Josephum inauguratum fuisse scribit; Constantini Magni et Helenæ festum agunt Græci die vicesima prima mensis Maii. Hæc Syropulus: Τῶν δὲ ἀρχιερέων ψηφισάντων κατὰ τὸ ἔθος τρία πρόσωπα, παρόντος καὶ τοῦ Μηδείας, οὐ γὰρ παρῆν ἐν τοῖς προγεγονόσιν, ἐκλέγεται ὁ βασιλεὺς τὸν Ἐφέσου κῦρον Ἰωσήφ, καὶ εἰς πατριάρχην προβάλλεται. Ὃς καὶ εἰς τὸ πατριαρχεῖον ἀναχθεὶς κατ' αὐτὴν τὴν ἑορτάσιμον ἡμέραν τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου τὴν κατὰ τὴν ἐνάτην νέμεσιν τὴν θείαν ἐτέλεσε μυσταγωγίαν, καὶ τῷ τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης Ἐκκλησίας ἱερῷ ἐνεθρονίσθη συνθρόνῳ. Quæ sic verto. *Ad electionem patriarchæ cum præsules inter se suffragati, ut moris erat, tria nomina imperatori proposuissent, præsente etiam Mediensi, qui anteactis in synodo non interfuit, imperator Ephesi præsulem dominum Josephum eligit, ac patriarcham renuntiat. Qui confestim deductus in patriarchium, ipso die festo Constantini Magni, indictione nona, divini cultus officium celebravit, et in Magna Ecclesia collocatus est, in throno inaugurandis patriarchis destinato.* Moritur autem Joseph Florentiæ, ubi cum imperatore concilii causa reperiebatur, vespere diei 9 Junii anni Christi 1439, cum sedisset annis viginti tribus, diebus decem et octo circiter. Sepelitur Florentiæ in Ecclesia Sanctæ Mariæ Novæ nuncupata, FF. Prædicatorum; ad cujus sepulcrum legitur sequens Epitaphium; opus, ut aiunt, Maffei Vegii illius ævi poetæ Laudensis non ignobilis. Et sic habet:

Ecclesiæ antistes fueram qui magnus Eoæ,
Hic jaceo magnus religione Joseph.
Hoc unum optabam miro inflammatus amore,
Unus ut Europæ cultus, et una fides.
Italiam petii, fœdus percussimus unum;
Junctaque Romanæ est, me duce, Graia fides.
Nec mora, decubui: nunc me Florentia servat,
Quæ tunc concilium floruit urbe sacrum,
Felix, qui tanto donarer munere vivens;
Qui morerer voti compos et ipse mei.

De hoc Josepho patriarcha CP. qui concilio Florentino una cum imperatore interfuit, multa scriptores; nobis tamen hæc sufficiet dixisse. Cæterum in hoc patriarcha Josepho desinit catalogus patriarcharum Constantinopolitanorum a R. P. Labbeo editus ex codice Claromontano in *Apparatu Historiæ Byzantinæ*: ubi perperam subjungit Labbeus sic: « Josephus ille Florentiæ in concilio generali obiit: cui Græci subrogarunt Constantinopoli Gregorium quemdam cognomine Mammam, invitum et renitentem, qui expugnationem urbis paulo post futuram prædicens, se munere abdicavit: Phranzes Melissenum vocat, et diem Julii 26, anni 1445, ejus electioni assignat. » Fallitur, inquam, Labbeus hæc ex Phranza scribens; nam idem scriptor diversa omnino tradit, ut facile cuilibet patebit ex iis quæ dicturi sumus de Josephi successoribus ad captam usque a Turcis Constantinopolim; cum animus sit ad illud usque tempus seriem patriarcharum hic ex Phranza proponere. Sic igitur.

. Mortuo Josepho patriarcha vespere diei 9 Junii anni Christi 1439, uti paulo superius demonstravimus, in ejus locum sufficitur a synodo et imperatore Bessarion Nicææ episcopus, hoc ipso anno. Verum hunc, ut scribit Phranza, postea propter perturbationes rerum et scandala, nescio quæ, Constantinopolim non venientem, sed Romæ hærentem, princeps archiepiscopus (*papa Romanus*), cum pensionibus liberalissimis ad numerum et ordinem cardinalium ascripsit. Quænam autem fuerint perturbationes illæ ac scandala, propter quæ Bessarion renuntiatus patriarcha Constantinopolim non adiit, licet ea sileat Phranzes, satis ex anonymo Crusiano cognoscimus; dum scribit pag. 4, imperatore Constantinopolim reverso, eos qui illi remanserant clericos, monachos, ac cæteros recusasse cum iis, qui ex Italia redierant sacra celebrare, aut in precibus memoriam eorum facere; sed ab eis recessisse, tanquam qui pietatem abjecissent; magnamque inde divisionem consecutam esse: Οἱ δὲ ἐν τῇ πόλει κληρικοὶ, ἱερομόναχοι, ἱερεῖς, ἡγούμενοι, πνευματικοὶ, καὶ οἱ λοιποὶ, οὐκ ἤθελον συλλειτουργῆσαι τοῖς ἐλθοῦσιν, ἢ μνημονεῦσαι αὐτούς· ἀλλ' ἐχωρίζοντο αὐτῶν, ὡς ἀσεβῶν, εἰπεῖν. Πολλοὶ δὲ παρῃτήσαντο καὶ τὴν ἱερωσύνην· καὶ γέγονεν ἡ ἕνωσις διαίρεσις. *Qui vero in urbe degebant clerici, hieromonachi, sacerdotes, abbates, confessionibus audiendis præpositi (pneumatici dicti) ac cæteri: ii nolebant liturgias et sacra cum illis, qui venerant, celebrare; aut in precibus mentionem ipsorum facere; sed ab eis recedebant, tanquam qui pietatem (ut ita dicam) abjecissent. Multi sacerdotio etiam renuntiarunt. Denique unitatem divisio, concordiam discordia, consecuta est.* Sed perperam ibi subjungit laudatus scriptor anonymus, ad hunc modum jactato Ecclesiæ statu, cum patriarcha Josepho illic mortuo nullus esset; nemo etiam propter rerum confusionem se ad honorem patriarchatus promoveri pateretur; Bessarione enim Nicæno et Isidoro Russiæ antistite Romæ remanentibus: demum Gregorium quemdam cognomine Mammam Pneumaticum, vitæ sanctimonia præstantem, arreptum, patriarcham factum esse invitum: sed eum, cum serpere in dies longius dissidium cerneret, eo se munere abdicasse, prænuntiato prius imperii interitu, et urbis expugnatione. Perperam inquam isthæc Anonymus Crusianus; nam Georgio Phranzæ de rebus sui temporis scribenti potior fides habenda: hic enim scriptor tradit, mortuo Florentiæ Josepho, in ejus locum, uti paulo superius diximus, suffectum fuisse a synodo et imperatore Bessarionem; verum cum Bessario propter rerum perturbationes ac scandala Constantinopolim non venisset, sed Romæ hæreret, in patriarcham electum fuisse Metrophanem. Sic cum Phranza; verum quod idem scribit de electione Bessarionis in patriarcham post Josephum Florentiæ fatis functum, pugnare omnino videtur cum Actis concilii Florentini; quippe cum Eugenius papa a Græcis petiisset ut in locum Josephi defuncti patriarcham alium ordinarent, ante suum Florentia discessum, responderunt id fieri nequaquam posse: sed nec imperatorem quidpiam moturum adversus priscam consuetudinem, qua patriarcham a totius ditionis ejus episcopis eligi oportebat, ac in magno sanctæ Sophiæ templo consecrari: Πατριάρχης ἐνταῦθα οὐ γενήσεται, ὅτι ἔχομεν συνήθειαν ἐν Κωνσταντινουπόλει ὑπὸ πάσης τῆς ἐπαρχίας ἡμῶν ψηφισθῆναι, καὶ ἐν τῷ καθολικῷ ἡμῶν ναῷ χειροτονηθῆναι. Καὶ ὁ βασιλεὺς ἡμῶν ἄλλως πως οὐ ποιήσει, εἰδὼς τὴν συνήθειαν τῆς Ἐκκλησίας ἡμῶν. Sed de hac Bessarionis electione pluribus agit Allatius *De Ecclesiæ Occid. et Oriental. perpetua consensione* lib. III, cap. 3, ubi sic habet: His nihilominus non obstantibus, imperator cæterique, qui unionem propugnabant, patriarcham eligunt Bessarionem, si nos non fallit auctor, qui lingua Græcorum communi narrationem de synodo Florentina conscripsit; sed, cum sui dicti testem afferat Georgium Phranzam, hoc eodem dictum suum destruit. Phranza enim lib. II, cap. 17 ait, Bessarionem ab imperatore et synodo Florentiæ, post defunctum Josephum patriarcham creatum, qui cum aliis Græcis Constantinopolim non redierat, sed in Italia mansit. Non potuit ergo hoc auctore Bessario Byzantii patriarcha eligi a Græcis, qui Byzantii nullus erat; nisi velimus dicere, absentem electum fuisse; quod plane ridiculum videri poterit consideranti, quæ acta sunt Florentiæ pro electione novi patriarchæ post fato functum Josephum. Græci enim, licet enixe instaret summus pontifex, noluerunt patriarcham eligere, quod non esset moris eum eligere extra Constantinopolin. Et cum Phranza dicat, electum ab imperatore et synodo post defunctum Josephum, videtur, ni me fallunt conjecturæ, illius electionem ponere in Italia; quod Acta synodi omnino non tacuissent. Et falsum est, Bessarionem post concilium in Græciam non rediisse, cum id ipse asserat, epistola ad Alexium: Μετὰ τὴν γενομένην ἁγίαν σύνοδον, καὶ τὴν εἰς Κωνσταντινούπολιν ἡμῶν ἐπάνοδον. *Post celebratum sacrum concilium, et nostrum in urbem Constantinopolin reditum*, quod per breve tempus fuisse, certum est. Et forte tum præsens electus fuit, et noluit acceptare. Hoc tamen verbis Phranzæ non videtur respondere. Et quamvis idem Bessarion dicat in eadem epistola, inter Græcos se summos habuisse honores, non est intelligendus de patriarchatu, sed de iis honoribus, quibus ante synodum in ipsa Græcia fuerat ornatus, inter quos patriarchatus locum non habet. Quare non male opinantur illi, qui asserunt, eum titularem patriarcham Constantinopolitanum fuisse, quales post captam a Latinis Constantinopolin Romani pontifices nominabant, quemadmodum et aliarum patriarchalium sedium, idque nobis insinuare conatur Dorotheus Monembasiensis in Synopsi historiarum. Vide et alia quæ de Bessarione scribit idem Allatius paulo superius citato loco. Cæterum ut Phranzæ seriem persequamur.

Metrophanes ex metropolita Cyziceno Constantinopolitanus patriarcha renuntiatur vere anni Christi 1440, post imperatoris Constantinopolim adventum; sed quanto tempore Metrophanes in patriarchatu vixerit Phranzes non aperit. Metrophanes autem hic, ut ait Allatius loco superius a nobis citato, sextus ordine in synodo subscripserat: qui cum in sede collocatus esset, uti par erat, dissidentium machinas sedare conatur, turbulentos in officio continere, de contumacibus quoque pœnas sumere, quos, episcopatibus pulsos, exsilio multavit, et probos ac pios et morigeros in eorum loca, ut unio propagaretur, restituit. Dum reliqui patriarchæ reclamarent, neque remissis spiritibus arrogantiam sedarent, ex eorum etiam diœcesibus male feriatos ejicit, aliosque sibi audientes supponit: quod puto absque summi pontificis permissione hominem, Ecclesiæ Romanæ reverentissimum, nunquam ausum fuisse. Id reliqui patriarchæ ægre ferentes, Philotheus Alexandrinus, Dorotheus Antiochenus, et Joachimus Hierosolymitanus, licet synodo per legatos subscripsissent, ira perciti, ac furore præcipites, coacta synodo, Metrophanem et episcopos ab eo creatos, conviciis onerant, anathemati subjiciunt, et reliquos Christi fideles ab eorum obedientia avertunt. Tandem Joanni imperatori scribunt, hortanturque ut resipiscat; sin minus, excommunicationem minantur. Ut curam Metrophanis, et imperatoris studium in propaganda unione, et aliorum patriarcharum in convellenda, videas, non abs re fuerit, litteras synodales, non eu que obvias, hic inserere, inquit Allatius. Littera synodalis contra Metrophanem est: Τῶν πατριαρχῶν τῆς Συρίας. Ἐπειδὴ ἧκε καὶ ὁ πανιερώτατος μητρο-

πολίτης ἐνταῦθα τῆς ἁγιωτάτης μητροπόλεως Καισαρείας Καππαδοκίας ὁ καὶ πρωτόθρονός τε, καὶ ἔξαρχος πάσης Ἀνατολῆς ἅμα μὲν προσκυνῆσαι τὸν πάνσεπτον καὶ θεῖον τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τάφον, καὶ τοὺς ἱεροὺς ἐν Ἱεροσολύμοις ἱστορῆσαι τόπους οὓς τὰ παράδοξα ἐτελέσθησαν τῆς Χριστοῦ οἰκονομίας μυστήρια, ἅμα δὲ κοινώσασθαι πρὸς ἡμᾶς, καὶ τὸ τῆς ὀρθοδοξίας καὶ εὐσεβείας Χριστιανῶν μέγα μυστήριον, καὶ δηλοποιῆσαι τὰ ἐν Κωνσταντινουπόλει σκάνδαλα πάντα διὰ τὴν συναθροισθεῖσαν ἐν Φλωρεντίᾳ τῇ πρὸς Ἰταλίαν μιαρὰν σύνοδον, καὶ τὰ τῶν Λατίνων σὺν τῷ Εὐγενίῳ πάπτπᾳ δοξάσασαν ἅπερ οὐκ ἔξεστι, τινὰ προσθήκην δηλαδὴ ἐν τῷ τῆς πίστεως ἡμῶν θείῳ καὶ ἀμωμήτῳ συμβόλῳ ὑπογράψασαν, καὶ πεισθεῖσαν ὡς καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ θεῖον ἐκπορεύεται Πνεῦμα, τά τε ἄζυμα συγχωρήσασαν πρὸς ἡμᾶς θύεσθαι, καὶ μνημονεύειν διὰ τοῦτο τὸν πάππαν· ἔτι τε τὰ ἄλλα ὅσα παρὰ κανόνας ἄθεσμα ἐκείνων συγκατατεθεῖσαν, καὶ στέρξασαν· καὶ ὅπως ὁ Κυζίκου μητροφόνος B ληστρικῶς τὸν τῆς Κωνσταντινουπόλεως θρόνον ἥρπασε, συναινέσασαν τοῖς τε αἱρετικοῖς, καὶ τῷ εἰρημένῳ πάππᾳ, καὶ βασιλεῖ τῶν Ῥωμαίων Παλαιολόγῳ τῷ Λατινόφρονι, τοὺς μὲν πιστούς τε καὶ ὀρθοδόξους ἀπειλοῦντι, διώκοντι, τυραννοῦντι, καὶ ἐπιτιμῶντι, τοὺς δ' ἀπίστους καὶ κακοδόξους προσκαλοῦντι, τιμῶντι, καὶ ἀναβιβάζοντι, ὡς τῆς ἑαυτοῦ αἱρέσεως σύμφρονας, καὶ ὑπερεκπερισσοῦ μάλιστα προσποιουμένῳ τούτου κατὰ ἀντιπάθειαν τῆς ὀρθοδοξίας καὶ εὐσεβείας, ὡς ἐκ τούτου τοῦ τρόπου, καὶ μητροπολίδια βέβηλα, καὶ μιαρὰ ἐπισκοπίδια πανταχοῦ εἰς τοὺς θείους τῆς ἁγίας μεγάλης Ἐκκλησίας Κωνσταντινουπόλεως προτρέψας, ὡς ὑπὸ τῆς ἑαυτοῦ τάχα ἐνορίας ὑποκειμένους· ἔδειξαν ὅπως ὁ εἰρημένος πανιερώτατος μητροπολίτης κύριος Ἀρσένιος τῆς ἁγιωτάτης μητροπόλεως μεγάλης Καισαρείας Καππαδοκίας πρωτόθρονός τε καὶ ἔξαρχος πάσης Ἀνατολῆς, ὡς οὐ μόνον πρὸς τὰς ἄλλας ἐκκλησίας ὁ μητροφόνος πατριάρχης τὰς παρανόμους χειροτονίας προτρέψας Λατινοφρόνοις, ἀλλ' ἤ- C δη καὶ πρὸς τὰς τῆς ἐπαρχίας τῆς Ἀνατολῆς πάσης τέσσαρα ὁ ἀχειροτόνητος κεχειροτόνηκε μητροπολίδια, καὶ ἐπισκοπίδια, πρός τε τὴν Ἀμασίαν δηλονότι, Νεοκαισάρειάν τε, Τύανα, καὶ Μωκησσὸν τὰ τῶν Λατίνων πάντα φρονοῦντα, καὶ πράττοντα. Ἃ καὶ οὐ μόνον ἐντεῦθεν τὴν ἑαυτῶν ἀνεχόμενα φθορὰν καὶ ἀπώλειαν, ἀλλά γε μετὰ τὴν τοσαύτην τόλμαν, καὶ τοὺς ὑπὸ τὴν τοῦ Χριστοῦ ποίμνην ἅπαντας ἐκεῖσε Χριστιανοὺς οὕτως ἀπατῶντα, καὶ διαφθείροντα, καὶ πολλὰ τῇ ὀρθοδόξῳ Ἐκκλησίᾳ σκάνδαλα προξενοῦντα. Διὰ τοῦτο ὁ εὐσεβὴς καὶ πιστότατος καὶ τῆς ὀρθοδοξίας πάσης ὑπέρμαχός τε καὶ ζηλωτὴς οὑτοσὶ ὁ εἰρημένος μητροπολίτης Καισαρείας Καππαδοκίας μὴ ἀνεχόμενος τὴν τῆς Ἐκκλησίας Χριστοῦ καινοτομίαν καὶ λύμην τῶν ἑτεροδόξων πρὸς τὴν ὀρθοτάτην καὶ ὑγιαίνουσαν ἡμῖν πίστιν, ἠξίωσε συνοδικὴν λαβεῖν γνώμην παρ' ἡμῶν τῶν τριῶν ὀρθοδόξων ἀρχιερέων τῶν ἐν τῇ Συρίᾳ, τοῦ τε δηλονότι Φιλοθέου Ἀλεξανδρείας, Δωροθέου Ἀν- D τιοχείας, καὶ Ἰωακεὶμ Ἱεροσολύμων, ὅπως ἀποσοβήσῃ τοὺς μὴ ὀρθῶς φρονοῦντας ἐκ πάσης τῆς ἐπαρχίας αὐτοῦ, καὶ ὡ, ὅτι πρωτογενέστερος οὗτος καὶ ὀρθόδοξος. Ἔνθεν τι καὶ ὁρίζομεν ἡμεῖς συνοδικῶς ὁμοῦ ἐν τῷ ὀνόματι τῆς ὁμοουσίου ζωαρχικῆς τε καὶ ἀδιαιρέτου ἁγίας Τριάδος, τοὺς μὴ δι' ἀρετὴν καὶ εὐσέβειαν χειροτονηθέντας μητροπολίτας τε καὶ ἐπισκόπους πανταχοῦ, καὶ προσέτι ἡγουμένους ὁμοῦ καὶ πνευματικοὺς τάχα, ὡσαύτως τε ἱερεῖς καὶ διακόνους, καὶ πάσης ἐκκλησιαστικῆς ἁπλῶς ψήφου, ἄλλως βεβήλους ὄντας, καὶ ἀναξίους, τὸν δὲ τῆς αἱρέσεως καὶ διωγμοῦ τῆς ὀρθοδοξίας δραξαμένους καιρὸν, καὶ δραμόντα, ἀναξίως, κενοδοξίας μόνης καὶ αἱρέσεως τρόπῳ πρὸς ἐπισκοπάς τε καὶ μητροπόλεις, ὡς δῆθεν τάχα σωτῆρας ψυχῶν, ἵνα σὺν αὐτοῖς ἄλλους φθείρωσι καὶ τὸ τοῦ Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἅπαν ὀρθόδοξον ποίμνιον, μηδ' ὅλως φόβον Θεοῦ, καὶ δικαιοσύνης καὶ εὐσεβείας

A κεκτημένους καρπὸν, ἀλλὰ καταφρονητὰς, καὶ ἀναιδεῖς ὄντας πρὸς εὐσέβειαν πᾶσαν, τουτέστιν ὁρίζομεν ἀπὸ τῆς σήμερον ἀργοὺς καὶ ἀνιέρους εἶναι πάσης ἱεροπραξίας καὶ ἐκκλησιαστικῆς καταστάσεως, ἄχρις ἂν ἐξετασθῇ ἡ εὐσέβεια κοινῶς τε καὶ οἰκουμενικῶς. Οὕτω μὲν οὖν καταπεισθέντες ἔστωσαν ἀργοὶ καὶ ἀνίεροι. Ἀνταίροντες δὲ καὶ ἀνθιστάμενοι ληστρικῶς τε καὶ παρανόμως ἔστωσαν ἀφωρισμένοι, καὶ ἠλλοτριωμένοι τῆς ἁγίας καὶ ὑπερουσίου καὶ ὁμοουσίου Τριάδος, ὡς ἀπειθεῖς καὶ ἀντίλογοι. Ὡσαύτως δὲ καὶ οἱ τούτοις δεχόμενοι, καὶ συναινοῦντες ἐν τοῖς τοιούτοις, καὶ ὑπερασπίζοντες. Ἀποκαθιστῶμεν δ' ὅπως κήρυκα τῆς εὐσεβείας καὶ ὀρθοδοξίας τὸν ἄνωθεν εἰρημένον πανιερώτατον μητροπολίτην, τὸν καὶ ὑπέρτιμον, καὶ ἔξαρχον πάσης Ἀνατολῆς, κηρύξαι πανταχοῦ τὴν εὐσέβειαν, μὴ αἰδούμενον πρὸς ἀλήθειαν πρόσωπον βασιλέως, ἢ πατριάρχου τοῦ μὴ ὀρθῶς φρονοῦντος, καὶ πράττοντος, μηδὲ πλουσίου, καὶ ἄρχοντος ἀν- B θρώπου· ἀλλὰ παῤῥησίᾳ τὴν πίστιν καὶ ὀρθοδοξίαν κατέχοντα ἀφόβως καὶ ἀδιστάκτως, κατὰ τὴν ἐντολὴν, ἔχειν αὐτὸν ἄδειαν ἀπὸ τοῦ νῦν ἕνεκεν εὐσεβείας ἐλέγξαι, ἐπιτιμῆσαι, καὶ διορθῶσαι τοὺς μὴ ὀρθῶς φρονοῦντας ἐν παντὶ τόπῳ, ἐφ' ὅσον ἂν ἰσχύῃ ὁδεύειν, παρ' ἡμῶν αὐτῶν εἰληφότα τὴν συγγνώμην διὰ τῆς δοθείσης ἡμῖν χάριτος καὶ δυνάμεως τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ὃς καὶ ὀφείλει κατὰ τούτων τηρῆσαι ἀδωροκήτως τε καὶ ὀρθῶς τὴν εὐσέβειαν. Οὗ ἕνεκεν ἐπεδόθη αὐτῷ καὶ ἡ ἔγγραφος ἡμῶν γνώμη συνοδικῶς ἀπογραφεῖσα ἰδιοχείρως ἐν μηνὶ Ἀπριλλίῳ τοῦ ͵ϛϡμα' ἔτους τῆς νῦν τρεχούσης Ἰνδικτιῶνος ἕκτης, καὶ ἀπὸ Χριστοῦ ἔτει, αυμγ'.

Patriarcharum Syriæ. Cum venerit huc per omnia sanctissimus metropolita sanctissimæ metropolis Cæsareæ Cappadociæ, qui protothronus est, exarchusque totius Orientis, tum ut apprime venerandum divinumque Domini nostri Jesu Christi sepulcrum adoraret, sacraque quæ Hierosolymis sunt loca, in quibus maxime admiranda Christi dispensationis mysteria C *perfecta sunt, visitaret; tum ut una nobiscum rectæ fidei ac pietatis ingens arcanum communicaret, manisfestaretque scandala omnia Constantinopoli exorta propter exsecrandam synodum, quæ apud Florentiam Italiæ urbem coacta est, et Latinorum cum papa Eugenio, quod non licebat, dogmata approbavit, et additionem quamdam in fidei nostræ sacro inculpatoque Symbolo subscripsit, suasitque ex Filio divinum Spiritum procedere, concessitque azyma apud nos quoque in sacrificium offerre, et propterea commemorationem papæ facere; præterea alia multa illorum præter præscripta canonum illicita accepit et amplexata est: et quomodo matricida Metrophanes Cyzicenus, more prædonum Constantinopolitanam sedem invasit, quæ assensum præbuit hæreticis, et jam dicto papæ et imperatori Græcorum Palæologo, cum Latinis sentienti, fideles et sanæ fidei sectatores non absque minis persequenti, veluti tyranno opprimenti et redarguenti; infideles vero, et eos qui pravis* D *opinionibus sunt imbuti, accersenti, honoranti, et ad dignitates promoventi, tanquam suæ hæreseos assectas; et quod magis est, mirum in modum hos eosdem deosculanti propter eam, quam in se præfert adversus rectam fidem pietatemque repugnantiam: hinc factum est, ut profanos metropolitellos, et exsecrandos episcopillos, ubique in divinas et sanctas sedes sanctæ magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ, tanquam suæ diœcesi instruxerit. Dictus sanctissimus metropolita dominus Arsenius sanctissimæ metropolis magnæ Cæsareæ Cappadociæ, necnon protothronus et totius Orientis exarchus, ostendit, non solum in alias Ecclesias matricidam Metrophanem patriarcham contra canones ordinationes iis, qui cum Latinis sentiebant, commisisse, sed jam et ad Orientis universi diœceses quatuor inordinatum istum ordinasse metropolitellos et episcopillos, in Amasia nempe, Neocæsarea, Tyanis, et Mocesso, Latinorum omnia approbantes et exsequentes, qui non solam*

inde sibi subsecuturam ruinam atque excidium exspectant. verum quoque. post tantum facinus. omnes sub Christi grege ibi degentes Christianos fallunt. corrumpunt. multaque inter eos disseminant. quæ orthodoxæ Ecclesiæ scandala ministrant. Propterea pius. fidelissimus. et sanæ fidei universæ propugnator zelatorque jam laudatus metropolita Cæsareæ Cappadociæ, ægre ferens Ecclesiæ Christi innovationem et noxam. quæ ab aliena sentientibus in rectissimam sanamque nostram fidem intruduntur, petiit sibi exhiberi synodalem a nobis tribus orthodoxis antistitibus, qui in Syria sunt, Philotheo Alexandrino. Dorotheo Antiochena, et Joachimo Hierosolymitano, sententiam. ut omnes male sentientes ex universa sua diœcesi pellere possit, quod ipse antiquior sit et orthodoxus. Propterea nos, simul synodaliter congregati, præcipimus in nomine consubstantialis, vivificæ et individuæ sanctæ Trinitatis, metropolitas atque episcopos propter virtutem et pietatem haud promotos ad hæc, abbates simul et Patres spirituales, si qui fuerint, simul sacerdotes, diaconos, et in quocunque gradu ecclesiastico constitutos, profanos alias et indignos, qui hæresis occasione arrepta, dum recta fides in discrimen adducebatur, indigne cucurrere, inanis gloriæ et hæreseos modulo ad episcopatus et metropolitatus, quasi essent servatores animarum, ut cum se ipsis alios in exitium ducerent, et Christi veri Dei nostri universum orthodoxum gregem, penitus timore Dei necnon justitiæ et pietatis fructibus destitutos, quin imo despectores, et ad omnem pietatem inverecundos, hoc est, ab hoc die ita decernentes, spoliamus omni actione sacerdotali, et ecclesiastico ordine, donec eorumdem pietas communiter et universaliter examinetur. Hi si obedierint, ab omni munere sacro cessent; si contra se opponant, et prædonum more, contra ac canones sanciunt, adversantur, tanquam contumaces et contradictores, sint excommunicati, et abalienati a sancta et supersubstantiali et consubstantiali Trinitate; similiter et qui eos amplectuntur et in similibus assensum præbent et auxilium. Concedimus facultatem, tanquam pietatis orthodoxæque fidei præconi supra laudato sanctissimo metropolitæ. qui hypertimus est exarchusque totius Orientis. per loca omnia pietatem denuntiando. cum non revereatur ad veritatem astruendam. neque faciem imperatoris, neque patriarchæ, qui non recte sentiat et agat. neque divitis neque principis, sed palam ac libere fidem ac orthodoxiam possideat, sine ullo metu et hæsitatione, secundum præceptum sibi impositum: liceat itaque ipsi, ex hoc tempore, pietatis causa reprehendere, increpare. corrigere male sentientes in omni loco, quo potest accedere. data a nobis ipsi venia, propter datam nobis gratiam et potestatem Spiritus sancti; qui debet omnino in his integre atque incorrupte pietatem servare; proptereaque illi tradita est in scriptis nostra sententia plena synodo, et propriis manibus subscripta, mense Aprili 6941 anni. nunc currentis indictionis sextæ, et a Christo anno 1443.
Ad imperatorem vero hæc: Κράτιστε, καὶ ἡμερώτατε, καὶ γαληνότατέ μοι αὐθέντα, καὶ βασιλεῦ, εὐχὰς τυγχάνοιμι ποιῶν πρὸς Θεὸν ἀδιαλήπτως, ὅπως τηρηθείη σου τὸ κράτος ἀπὸ παντὸς ἐναντίου συναντήματος, καὶ εἰς ἡμετέραν πνευματικὴν εὐφροσύνην. Γνωστὸν ἔστω τῇ ἁγίᾳ βασιλείᾳ σου ὅπως ἡμεῖς ἐδεξάμεθα πρώτην, καὶ δευτέραν, καὶ τρίτην γραφὴν ἀπὸ τὸν πάππαν Εὐγένιον περὶ τῆς ἑνώσεως τῆς Ἐκκλησίας, ἵνα στέρξωμεν ταύτην ἀπαραιτήτως, καθὼς ἐγένετο, καὶ ἵνα μνημονεύσωμεν καὶ τὸν πάππαν. τοιαῦτα μὲν ἁπλῶς ὁ πάππας Εὐγένιος πρὸς ἡμᾶς γέγραφεν, οὐδὲν δὲ παρέδειξεν ἡμῖν, ὅπως ἡ πρᾶξις ἐγένετο. Ἐγὼ δὲ κατὰ τὴν προλαβοῦσαν γραφὴν πρὸς μὲ τοῦ ἁγιωτάτου μου τοῦ ἀδελφοῦ κυρίου Ἰωσὴφ τοῦ ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως νέας Ῥώμης, καὶ οἰκουμενικοῦ πατριάρχου, νῦν ἔμαθον ἀληθῶς, ὅτι ἐν Φλωρεντίᾳ σύνοδος, οὐκ ἐγένετο κατὰ τὰς συμβάσεις,

A ἃς εἶχον πρὸς Ῥωμαίους οἱ Λατῖνοι ἐνόρκως διὰ γραμμάτων, κανονικὴ καὶ ἀβίαστος, καὶ ἐλευθέρα κατὰ τὰς παραδόσεις τῶν ἁγίων ἀποστόλων καὶ τῶν ἁγίων ἑπτὰ καὶ οἰκουμενικῶν συνόδων, καὶ τῶν θείων Πατέρων. Ἀλλὰ ῥᾳδιουργίας μυρίας ἐπινοήσαντες οἱ Ἰταλοὶ τὰς μὲν συμβιβάσεις ἠθέτησαν, παρέβησαν δὲ τοὺς ἐγγράφους αὐτῶν ὅρκους. ἐβίασαν δὲ τὴν ἀλήθειαν, καὶ τέλος τυραννικῷ τρόπῳ τὰ ἄθεσμα αὐτῶν πάλιν ἐκύρωσαν δόγματα, καὶ εἴ τι ὂν ἄλλο παρὰ κανόνας ἐκράτησαν. Τὸ χεῖρον δὲ μᾶλλον, καὶ ἀσεβές, ὅτι μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τὴν ἐν τῷ κοινῷ τῆς πίστεως συμβόλῳ προσθήκην οὐ παρῃτήσαντο, ἀλλὰ καὶ ἐγγράφως παρέδωκαν, φεῦ! παρὰ πᾶσιν ὁμολογεῖσθαι. Διὰ τοῦτο ἀπελογήθην ἐγὼ πρὸς τὸν πάππαν τοιαῦτα, ὅτι, εἰ μὲν στέρξῃ τὰς παραδόσεις τῶν ἁγίων οἰκουμενικῶν συνόδων, καὶ ἀποκυρώσεις, καὶ εἴ τι κανονικὸν καὶ νόμιμον οἱ τοιοῦτοι θεῖοι Πατέρες ἐθέσπισαν, ἤδη καὶ τὴν ἐν Φλωρεντίᾳ σύνοδον καὶ αὐτὸς στέργω, καὶ τὸ τοῦ
B πάππα μνημόσυνον δέχομαι σωζομένου, ἵνα τὴν τοιαύτην ὁμολογίαν πρὸς ἡμᾶς ἐγγράφως στείλῃ ὁ πάππας κατὰ τὴν νόμιμον καὶ ἀρχαίαν παράδοσιν καὶ συνήθειαν. Χωρὶς δὲ τούτου ἀλλοτρόπως οὔτε τὴν σύνοδον παραδέχομαι τὴν ἐν Φλωρεντίᾳ οὐδ' ὅλως, οὔτε τοῦ πάππα μνημόσυνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐξ ἡμῶν συγκατατιθεμένους πρὸς τὰ τοιαῦτα, πρός τε τὴν ἐν Φλωρεντίᾳ σύνοδον δηλονότι, καὶ τὸ τοῦ πάππα μνημόσυνον χωρὶς τῆς ὑγιαινούσης εἰρημένης ὁμολογίας ἐκείνου. εἰ μὲν τοῦ κλήρου ὦσιν, ἀργοὺς αὐτοὺς καὶ ἀνιέρους ἀπὸ τοῦ νῦν πάσης ἱεροπραξίας ἔχομεν· εἰ δὲ τῆς συγκλήτου, ἀφορισμένους καὶ ἀκοινωνήτους κατὰ τοὺς θεοκηρύκων κανόνας, καὶ μαθητῶν τοῦ Χριστοῦ, καὶ τῶν θείων καὶ οἰκουμενικῶν ἑπτὰ συνόδων ἀποκυρώσεις καὶ παραδόσεις. Ταῦτα μὲν ἡμεῖς πρὸς ἐκεῖνον ἐγράψαμεν. Νῦν καὶ πρὸς τὴν σὴν βασιλείαν γνωρίζομεν τάδε· ὅτι, εἰ μὲν προσέδραμεν, ὡς τοῦ ἡμετέρου γένους παντελῶς ἐξησθενηκότος, καὶ διὰ τοῦτο καταναγκαζόμενος
C παντοιοτρόπως, ὅπως λήψῃ βοήθειαν, καί τινα ἴσην ἄλλην οἰκονομίαν νενόηκας, εἴτε τῆς καὶ πρὸς τὰ τῶν Λατίνων ἐνέπεσας, καὶ τὴν προσθήκην ἐδέξω κατὰ ἀνάγκην, εἶθ' οὕτως ἀποτρεψάμενος νῦν τὰ ἐκείνων τερατολογήματα τε καὶ ἀσεβήματα, καὶ τὴν ὑγιαίνουσαν ἐν τῷ θείῳ συμβόλῳ παράδοσιν κατὰ τὰς θείας πάσας Γραφὰς ὁμολογεῖς ἀδιστάκτως τε, στέργεις, καὶ πείθῃ, ὡς οἱ πρὸ σοῦ ἅπαντες εὐσεβεῖς αὐτοκράτορες βασιλεῖς, ἤδη καὶ ἡμεῖς οὐ μόνον τὸ προσφιλὲς μνημόσυνον τῆς βασιλείας ἐπιτελεῖν ἔχομεν, ἀλλὰ καὶ διηνεχῆ. καὶ ἀέναον ἱκεσίαν πρὸς Θεὸν ἐκπληροῦν μέλλομεν τοῦ σοῦ κράτους ἕνεκα, καὶ ὑπὲρ ψυχῆς μάλιστα, δι' ὧν ἐξιλεούμενοι καθ' ἑκάστην τὸ Θεῖον συγκοινωνῆσαί τέ σοι, καὶ τὰ ἀμπλακήματα ἐν γνώσει καὶ ἀγνοίᾳ πραχθέντα. Οὕτω μὲν οὖν ἔσται σοι ἔλεος τῶν πλημμελημάτων, οὕτως δὲ ἄφεσις τῶν ἀγνοημάτων, εἰ μὲν τὰς θείας οὐκ ἀθετεῖς παραδόσεις. Εἰ δὲ περιμένεις, καὶ ἀνέχῃ τὰ τῶν ἑτεροδόξων, ὥσπερ ἀλλότρια ὄντα πάσης κανονικῆς παραδόσεως καὶ συνοδικῆς, οὐ μόνον ἐκ-
D κόψομεν τὸ τοῦ σοῦ κράτους μνημόσυνον, ἀλλὰ τὰ τοῦ βάρους προσθήσομεν ἐπιτίμια, ἵνα μὴ τῇ τοῦ Χριστοῦ Ἐκκλησίᾳ διαφέρῃ ἡ λύμη τοῦ ἀλλοτρίου καὶ βλαβεροῦ δόγματος, καθότι ποιμένες τῆς εὐσεβείας ἐκλήθημεν, καὶ ὡμολογήσαμεν οὕτως ἐγγράφως ἐνώπιον Θεοῦ καὶ ἁγίων ἀγγέλων. Οὐκοῦν οὐ κατὰ μισθωτοὺς ἀνεχόμεθα ποιμαίνειν τὴν τῆς εὐσεβείας Ἐκκλησίαν, οὐδὲ φειδόμεθα μᾶλλον ψυχῆς τε καὶ αἵματος, ἀλλ' ἕνεκεν Χριστοῦ, καὶ τοῦ Εὐαγγελίου ἑτοίμως ἔχομεν δοῦναι ψυχήν, καὶ σάρκα, καὶ αἷμα, καὶ τἄλλα ὅσα ἐπὶ τῆς γῆς κτώμεθα. Ἂν δὲ τῷ τυραννικῷ τρόπῳ παρανόμως βιάζῃ καὶ πειθανολογεῖς τὴν ἐλευθέραν καὶ ἀδούλωτον Χριστοῦ Ἐκκλησίαν, γίνωσκε οὕτως, ὅτι παραιτησόμεθα μὲν ἡμεῖς τὴν εὐσέβειαν ὅλως, οὐκ ἀνεξόμεθα δὲ σιωπῶν ἐφεξῆς, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἐντολὴν ἀφόβως ἐλέγξαι, καὶ ἐπιτιμῆσαι μέλλομεν τοῦτον. Διόπερ καὶ στέλλομεν πρὸς τὴν ἁγίαν σου βασιλείαν ταῦτα μετὰ τοῦ ἐν ἱερομονάχοις καὶ πνευματικοῖς, τιμιωτάτου

κυρίου Μακαρίου, καὶ υἱοῦ τῆς ἡμῶν μετριότητος, ὃς καὶ ἀναγγελεῖ πρὸς τὴν σὴν βασιλείαν τὰ περὶ τῆς συνόδου, ἅπερ αὐτῷ ἀνεθήκαμεν. Σφόδρα γὰρ ἡμεῖς, πίστευσον, ὡς οὐδεὶς τῶν ἀνθρώπων ἐπιποθοῦμεν τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης καὶ τῶν Ἰταλῶν πάντων ἑνώσεως, σωζομένου εἰ πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἔλθωσιν. Εἰ δὲ συστῆσαι τὸ ψεῦδος φιλονεικοῦσιν, οὐ δυνάμεθα συγκοινωνῆσαι αὐτοῖς, οὐδ' ἂν πάντας ἡμᾶς διὰ μίαν ἡμέραν ἀπεκεφάλισαν. Κρεῖττον εὐσεβῶς καιρὸν πρὸς καιρὸν, ὅπερ τέλος ἀποθανεῖν μέλλομεν. Πείσθητι τοιγαροῦν καὶ αὐτὸς, ὦ βασιλεῦ γαληνότατε καὶ θειότατε, τοὺς θείους θεσμοὺς, καὶ νόμους Χριστοῦ, καὶ τὰς παραδόσεις τῶν θεοκηρύκων αὐτοῦ μαθητῶν, καθότι εὐσεβῶς ἔζησας ἄχρι τοῦ νῦν, ὡς οἱ σοῦ πατέρες ὁμολογοῦσιν ἔργῳ εὐσεβῶς καὶ ὁσίως τεθνήξαντες. Οὐδὲν γάρ ἐστι τῆς ἡμετέρας εὐσεβείας ἀμφίβολον, ὅπως πρὸς ἀπορίαν ἐμπέσῃς, καὶ δισταγμὸν ἐν τοῖς Χριστιανικοῖς δόγμασιν. Ἀλλ' ὅμως οὐδὲ ἓν γένος τοσαύτην ἀκρίβειαν καὶ ἔρευναν πεποίηκε περὶ πίστεως, ὅσην Πατέρες ἐν B Χριστοῦ πίστει πεποιήκασιν. Ὅθεν καὶ τὰς ἀπὸ κτίσεως κόσμου μαρτυρίας εὑρόντες κατὰ διαφόρους καιροὺς παρὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος διὰ τῶν ἁγίων προφητῶν προκηρυχθείσας, ἔστερξαν μὲν ταῦτα βεβαίως ἐν πρώτοις· ὕστερον δὲ τῆς σκιᾶς παρελθούσης διὰ τῆς χάριτος παρουσίας τὸ τῆς οἰκονομίας ὅλον ἐτελειώθη σωτηριῶδες μυστήριον, καὶ οὕτως τῆς ὑπερλάμπρου καὶ ζωοποιοῦ ἀναστάσεως πληρωθείσης, οἱ τῆς αὐτῆς θεωρίας μύσται καὶ μαθηταὶ διὰ Πνεύματος ἁγίου σαφῶς τὸ μυστήριον τοῦτο τρανώσαντες πᾶσιν ἐκήρυξαν, ἵν' ἐφεξῆς ἑπόμενοι πάντες ὀρθῶς οὐκ ἀστοχήσωμεν ὅλως τὴν τῆς ἀπεράντου βασιλείας ἐκεῖθεν ἀπόλαυσιν, ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν. Ἀμήν. Μηνὶ Δεκεμβρίῳ, ἰνδικτιῶνος ἕκτης.

Potentissime, humanissime, et serenissime domine et imperator, supplices continue Deum exoramus, ut majestas tua atque imperium ab omni adversa fortuna immune conservetur ad nostram spiritualem lætitiam. Notum sit tuæ sacræ Majestati, nos accepisse tres a papa Eugenio de unione Ecclesiæ litteras, ut eam, remotis arbitris, amplecteremur uti gesta est, faceremusque papæ commemorationem. Et hæc quidem nude papa Eugenius ad nos perscripsit; at non edocuit quanam ratione res illa transacta sit. Verumtamen ipse per antecedentes ad me litteras sanctissimi fratris domini Josephi archiepiscopi Constantinopolis novæ Romæ, et œcumenici patriarchæ, plane vereque cognovi, synodum Florentinam non fuisse, uti Græci et Latini cum juramento per scripta convenerant, canonicam et liberam secundum traditiones apostolorum, et sanctarum septem et œcumenicarum synodorum, et divorum Patrum, sed infinitas fraudes comminiscentes Italos, pacta quidem violasse, scripta jurejurando confirmata pervertisse, et tandem, tyrannorum instar, impia sua dogmata rursus stabilivisse, et cætera contra canones obtinuisse; et quod pejus est ac magis impium, cum multis aliis additionem illam in communi fidei Symbolo non neglexisse, sed scripto etiam tradidisse, heu miseros! ab omnibus enuntiari. Quapropter ipse papæ respondi: Si illi traditiones sanctarum universalium synodorum, et determinationes, et quidquid canonicum ac legitimum hi sancti Patres decreverunt, susceperit, jam et ipse Florentinam synodum amplector, et papæ commemorationem non recuso: dummodo similem professionem ad nos in scriptis papa miserit, ut legitima et antiqua traditio et consuetudo præscribit. Quod si id non fiet, neque Florentinam ipse synodum suscipio, neque papæ commemorationem. Quin et ex nostris, qui similibus assensum præbuerunt, Florentiæ scilicet synodo, et papæ commemorationi, sine jam dicta recta illius confessione, si ex clero sunt, eos depositos, omni sacro munere et sacerdotali ministerio privamus; si ex senatu, excommunicamus, et a consortio fidelium segregamus, secundum Dei præconum canones, et discipulorum A *Christi, et sanctarum ac universalium septem synodorum præscripta atque traditiones. Et hæc quidem nos ad illum scripsimus; tuæ vero Majestati hæc nota facimus. Si similibus locum dedit, nationis nostræ penitus afflictæ, et tantum non emortuæ causa, modis omnibus coactus, ut auxilia tibi comparares, vel forte alia providentia suffultus in Latinorum sententiam ivisti, vique aliqua additionem amplexatus es, et nunc, eorum absurdis atque impietatibus semotis, sanam in divino symbolo traditionem secundum omnes divinas Scripturas indubitanter confiteris et amplecteris, illique credis, quemadmodum qui ante te imperio potiti sunt, jam et nos non tantum amicam majestatis tuæ faciemus commemorationem, sed continuis inexhaustisque precibus Deum pro tuo imperio, potissimum pro anima, exorabimus, quibus quotidie Deum tibi propitius reddemus, ut delictis tuis, tum dedita opera tum ignoranter commissis, veniam concedat. Et hac ratione misericordiam peccatorum, et ignorantiarum remissionem consequeris,* B *si divinas traditiones non improbas. Quod si pertinax perstiteris, et aliena sentientium dogmata sustines, cum ea aliena sint ab omni canonica et synodali traditione; non tantum tuæ Majestatis commemorationem excidemus, sed pœnas etiam aggravabimus; ne, in Christi Ecclesia, alieni et noxii dogmatis pernicies vires sumat; dum pietatis pastores vocamur, scriptoque ita professi sumus ante Deum et sanctos angelos. Quare non uti mercenarii pietatis Ecclesiam pascimus, neque carior est nobis sanguis et anima, sed pro Christo illiusque Evangelio prompti sumus, animam et carnem et sanguinem, et quidquid aliud super terram possidemus, profundere. Quod si, tyranni instar, nefarie vim infers, et seducere contendis liberam jugique impatientem Ecclesiam, scito, nos nunquam pietatem deserturos, nec taciturnitatem æquo animo laturos, sed secundum præceptum absque metu reprehensuros, et additis etiam minis increpaturos. Ideoque hæc ad Majestatem tuam mittimus* C *cum hieromonacho, et spirituali Patre, præstantissimo domino Macario, et nostræ mediocritatis filio, qui et Majestati tuæ de synodo, quæ ipsi commendavimus, nuntiabit. Ardenter enim nos, mihi crede, et ut quivis alius, senioris Romæ et Italorum omnium unionem concupiscimus, dummodo illi veritati manus dent. Quod si mendacium constabilire contendunt, non possumus cum illis communicare, etiamsi uno die omnium cervicibus caput abscindant: optimum est, pie quacunque hora vitam ponere, si semel tandem moriendum est. Amplectere itaque et tu, o imperator serenissime et divinissime, sacras sanctiones, et leges Christi, et traditiones Dei præconum, et Christi discipulorum, qui ad hæc usque tempora pie vixisti, quod tibi tui parentes contestantur, pie probeque fato functi. Nihil enim est in nostra pietate ambiguum, quod ad hæsitationem atque dubitationem in Christianis dogmatibus trahi possit. Sed enim nulla natio tantam disquisitionem, et accuratum examen in rebus* D *fidei posuit, quantum ipsi Patres nostri in Christi fide, ideoque ab orbe condito testimonia recollecta diversis temporibus a Spiritu sancto per sacros vates prævaticinata firmiter illis et ante alia fidem præstiterunt: postea prætergressa umbra, gratiæ accessu, dispensationis universum et salutare absolutum mysterium est. Et sic splendidissima ac vivifica resurrectione absoluta, illius mystæ et discipuli per Spiritum sanctum plane mysterium declarantes omnibus denuntiarunt, ut posteri omnes, recte eos sequentes, semper duraturi regni participes evadamus, cujus utinam compotes fieri contingat in Christo Jesu Domino nostro. Amen. Mense Decembri, indictionis sextæ.*

Gregorius Melissenus, Pater spiritualis seu confessarius imperatoris, mortuo Metrophane, sive patriarchatu abdicato, in ejus locum sufficitur in æstate anni Christi 1445, ut scribit Phranza. Hic autem Gregorius dictus Phranzæ Melissenus non diversus videtur a Gregorio Mammа cognominato

ab anonymo Crusiano; quem patriarchatu postmodum cessisse, quod dissidium in dies longius serpere cerneret, tradit idem scriptor. Neque sane dubito quin Gregorius iste idem sit qui Georgius Phranzæ dictus lib. III, cap. 3, quem quidem ait, mense Augusto anni Christi 1451, instar exsulis ab urbe discessisse. Sic enim et Gregorius Cyprius passim Georgius appellatur, quod sumpto habitu monastico ex Georgio Gregorius vocatus sit. Quæ cum ita sint, Gregorius seu Georgius iste sedit annis circiter sex, et ut quieti propriæ consuleret Constantinopolim reliquit, ac Romam, tanquam A ad portum salutis et fidei asylum, confugit; ubi susceptum semel patriarchatus titulum, quoad vixit, retinuit; nemine alio inter Latinos, neque etiam inter Græcos usque ad captam per Turcas Constantinopolim, in ejus locum suffecto. Neque ante captam a Turcis Constantinopolim diem obiit, ut videtur innuere Phranzes, lib. III, cap. 19, cum in Comment. Pii II, lib. II, ejus mors ad annum Christi 1459 consignetur. Sedes autem Constantinopolitana vacavit ab anno Christi 1451, ad Georgium Scholarium, qui primus patriarcha fuit post captam Constantinopolim.

ΤΟΥ ΣΟΦΩΤΑΤΟΥ ΚΑΙ ΛΟΓΙΩΤΑΤΟΥ ΚΥΡΟΥ

ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΚΑΛΛΙΣΤΟΥ

ΤΟΥ ΞΑΝΘΟΠΟΥΛΟΥ

ΛΟΓΟΣ

ΕΙΣ ΤΗΝ ΑΓΙΑΝ ΚΑΙ ΙΣΑΠΟΣΤΟΛΟΝ ΜΥΡΟΦΟΡΟΝ

ΜΑΡΙΑΝ ΤΗΝ ΜΑΓΔΑΛΗΝΗΝ.

SAPIENTISSIMI ET ELOQUENTISSIMI DOMINI

NICEPHORI CALLISTI

XANTHOPULI

SERMO

IN SANCTAM ET APOSTOLIS ÆQUALEM UNGUENTIFERAM

MARIAM MAGDALENAM

(BANDINI, Catalog. Biblioth. Laurent.-Medic., tom. I, p. 416.)

I. Quandoquidem alioquin quid conveniebat sermone exsecuti sumus, id ipsum nunc quoque facturi sumus beatæ Magdalenæ certamina delineaturi ejusque historiam adumbraturi atque æmulationi proposituri. Verbi enim æterni auxiliatrix haud inutilis doctrinæ ipsa inserviit, et pro sua parte non parum ad Evangelii propagationem contribuit. Quæ omnia considerantibus nobis necessarium ac peculiare negotium visum est de beata hac femina verba facere, siquidem de nulla e Domini discipulabus sermo aptior institui aut ejusmodi rerum studiosis præsentari poterit. Qui enim rebus cœlestibus ipse initiari et alios initiare et fidei verba mundo communicare voluerit, S. Magdalenam omni honore dignam judicabit; et proprio animo satisfaciens, gaudium non parvum iis quoque exhibebit qui istius feminæ laudes in medium

Α'. Εἴπερ ἄλλοτε καὶ λόγῳ τὸ προσῆκον πρᾶξαι B συμβέβηκε, τοῦτ' αὐτὸ καὶ νῦν δοκῶ μοι πράξειν ἐκ προφανοῦς, ἑαυτὸν καθεῖναι τοῖς τῆς μακαρίας Μαγδαληνῆς ἀγῶσιν ἐγκαθορμήσαντι, καὶ ταύτην προθεῖναι τῆς νῦν ὑποθέσεως ἀφορμὴν, σπουδῆς ἔργον προστησαμένῳ· ἣ δὴ τῷ μὲν ὑπὲρ λόγον ἐνυποστάτῳ Λόγῳ οὐκ ἀσυντελὴς ὅσα καὶ ἐς μαθητείαν ἐτέλεσε, λόγοις δὲ ζῶσι τοῖς τοῦ κηρύγματος οὐ μικρὰν τό γε αὐτῆς μέρος εἰσήνεγκε δύναμιν. Ἡμῖν δὲ πανταχόθεν σκοπουμένοις ἀναγκαῖος καὶ οἰκεῖος ὁ περὶ ταύτης λόγος εἶναι δοκεῖ· οὐ γὰρ ἂν ἐπ' ἄλλῳ τῶν ἁπάντων διατεθείη, ἢ λόγοις ὡς ἐνδον τὰ ταύτης διεξιοῦσι, καὶ παρατιθεῖσιν ἀκοαῖς φιλολόγων διήγημα. Ἢ γὰρ ὑπῆρξε λόγῳ μυηθῆναι καὶ μυῆσαι τὰ ἐπουράνια, σπουδή τε πᾶσα τὸν τῆς πίστεως λόγον δ αξιοῦναι τοῖς πέρασι, πάντως ἂν αὕτη λόγοις, ὡς εἰκὸς, τιμωμένη, καὶ ἡδυνθείη τῷ πνεύματι, καὶ

χάριν οὐμενοῦν οὐ μικρὰν τοῖς γε τῷ περὶ ταύτης λόγῳ θαρσήσασιν οἶδ' ὅτι παρέξειεν. Ὅτῳ γὰρ ἂν ἕκαστος ἔργῳ ἔτι τῷ ζῆν περιὼν, ἑαυτὸν ἐπιδιδοίη καὶ ἥδοιτο, τούτῳ δὴ καὶ τῶν ἐνθένδε μεταχωρήσας, εἴ τινι τῶν ἁπάντων ὁρῷτο τιμώμενος, γάννυται ἐπὶ μᾶλλον, καὶ ἀνεκλαλήτῳ χαίρει χαρᾷ. Διά τοι ταῦτα προσῆκον καὶ οἰκεῖον τῇ τοῦ Λόγου μαθητρίᾳ τὸ ἐκ λόγων ἐγκώμιον. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ καθ' ἕτερόν γε τρόπον ἀναγκαῖος ἡμῖν ὁ περὶ ταύτης λόγος ἐστίν· ἀνδρὶ γὰρ ἐξέτι νέου λόγους ἀσκήσαντι, καὶ τούτοις ὡς μάλιστα συντραφέντι, δεύτερά τε τούτων τιθεμένῳ τὰ πάντα, καὶ χρεὼν γε ὂν Θεῷ ἀνατιθέναι τῶν λόγων τὰς ἀπαρχὰς, τί ποτ' ἂν μᾶλλον ἐκείνῳ γε ἥδιον εἴη ἢ λόγος ὁ περὶ Λόγου, καὶ ἡ περὶ τῶν λόγῳ πίστεως διαδραμόντων τὴν οἰκουμένην διήγησις; Καὶ τρίτον ἀλογίστων, μᾶλλον δὲ ἀχαρίστων ἀνδρῶν ἔγωγε κρίνω, προγόνοις μὲν τοῖς ἐξ αἵματος χάριν ἐκτίνειν ἐθέλειν ὅσηπερ ἐστὶ δυναμένοις, τοῖς δὲ τοῦ κρείττονος ἡμῖν ἀρχηγοῖς καὶ αἰτίοις τὴν πνευματικὴν ἀναγέννησιν μηδ' ὁπωσοῦν προθυμεῖσθαι τὰ εἰκότα χαρίζεσθαι. Οὐκ ἄδηλον δὲ πάντως ὡς ἀρχηγὸς καὶ αὕτη τῶν ἀναγεννωμένων τῷ πνεύματι ἡ μακαρία Μαγδαληνὴ ἀναμφιβόλως λελόγισται. Εἰ γὰρ τὰ τῶν παίδων τῷ πατρὶ λογίζεσθαι τῶν ἐννομωτάτων τε καὶ δικαιοτάτων, καθὼς ἄρα δῆτα καὶ ἔστι καὶ λέγεται, πάντως καὶ τὰ τῶν μαθητῶν τῷ διδασκάλῳ δοίη τις ἄν· διδάσκαλον δ' ἄλλον τῶν ἀποστόλων μετά γε Χριστὸν εἴ τις ἕτερον τιθέναι ἐθέλοι τοῦ λόγου τὴν μακαρίαν ὑπεξελὼν, ἐς Χριστιανοὺς δοκῶν τελεῖν τε καὶ ὀνομάζεσθαι, οὐκ ἔγωγε οἶμαι ἐκ τοῦ ῥᾴστου τοῦτον εὑρεῖν, ὥστε καὶ τὰ τῶν ἀποστόλων ἔν γε τῷ παρόντι ταύτης λογίζεσθαι, οὔ μοι ἄπο τρόπου εἰρήσεται, καὶ τῷ λόγῳ τὴν πίστιν ἐξ αὐτῶν δῆτα προσηκόντως παράσχοιμεν. Εἰ γὰρ χρὴ τῷ θεσπεσίῳ πείθεσθαι Παύλῳ τοῖς ἐν Κορίνθῳ γράφοντι· « Εἰ δὲ νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται, οὐδὲ Χριστὸς ἐγήγερται· εἰ δὲ Χριστὸς οὐκ ἐγήγερται, ματαία ἡ πίστις ἡμῶν.[1] » Ταύτῃ δ' ὑπῆρξε πρώτῃ ἀναστάντα κατιδεῖν τὸν Χριστὸν, καὶ τὴν ἀνάστασιν τοῖς ἀποστόλοις εὐαγγελίσασθαι, κἂν λῆρος τὰ ταύτης ὤφθησαν ῥήματα· ταύτῃ δοτέον πάντως καὶ τὰ τῶν ἀποστόλων, εἴπερ τῷ πρώτως εὑρόντι τὰ τῆς εὑρέσεως παρὰ τοῖς εὖ φρονοῦσι λελόγισται. Τὸ δ' ἐντεῦθεν τῷ λόγῳ ἀναβαλέσθαι τὰ τοῦ ἀγῶνος ἄμεινον ξυμβαίνει εἶναι, ἥκιστα λογιζομένῳ δέον ἀπαρασκεύῳ νηῒ μέγα πέλαγος διαπλεῖν, ἐλαχίστῳ δὲ ἀκατίῳ μέγα κῦμα διαπερᾷν, ταυτὸ δ' εἰπεῖν βραχεῖ τε καὶ φαυλοτάτῳ λόγῳ τὰ τῆς μακαρίας ταύτης διεξιέναι μεγαλουργήματα, ἑτέροις δὲ τοῦ ἔργου τοῦδε καὶ τῆς ἐντεῦθεν φιλοτιμίας παραχωρῆσαι, οἷς δύναμίς τε λόγων ἀρκοῦσα τυγχάνει οὖσα, καὶ δυνατά ἐστιν ἐκείνοις τοσοῦτον ἀγῶνα διαχειρίσασθαι. Πλὴν ἀλλ' ἐπείπερ ἀναδῦναι οὐκ ἔνι, οὐδ' ἀποφυγεῖν τὸ ἐγχείρημα, οὑτωσί πως κατατολμήσαντι· πῶς γὰρ ἂν οὐ καὶ τῷ μώμῳ καθ' ἡμῶν αὐτῶν νεανιεύεσθαι δοίημεν, εὐαγγελικῶς οὕτως ἐπ' ἀρότρῳ χεῖρα βαλοῦσι, καὶ πρὸς τοὐναντίον μεταχωρήσασιν; ἔργῳ χεῖρα ἐπιβαλόντι συνοίσει

[1] I Cor. xv, 16.

A proferre præsument. Qui enim labori alicui indulget lætitia afficitur, et si honorem inde assequitur, maximo gaudio perfunditur. Nemo igitur infitias ibit, Verbi discipulæ laudem particularem deberi. Sed ob aliam quoque causam de illa sermo nobis opportunus videtur. Quid etenim viro rhetorico, qui ejusmodi studia omnibus aliis præponit, et qui sermonum primitias ad Deum refert, quid, inquam, magis jucundum erit quam sermo de Verbo ac de iis qui verbum fidei per orbem universum circumferunt? Porro imprudentiæ ac socordiæ signum esse judico, majoribus ex carne, quamvis potentibus, gratias referre, iis autem qui regenerationis spiritualis nobis auctores exstiterunt, grates debitas non habere. Sine dubio autem beata Magdalena B eorum qui spiritualiter regenerati sunt, præcipua sospitatrix habetur. Si enim filiorum legitimitatem ac justitiam patri attribuere fas est, certe discipulorum quoque merita ad præceptorem referre oportet. Magdalenam autem secundum Christum apostolis primam nuntiam fuisse negari sine injuria non posse constat inter Christianos; quare ab apostolis eam separare non licet, quibuscum fidem communem habebat; si beato Paulo fidem habere decet ad Corinthios scribenti: « Nam si mortui non resurgunt, neque Christus resurrexit. Quod si Christus non resurrexit, vana est fides vestra [1]. » Magdalenæ autem primæ obtigit, Christum resuscitatum videre, et resurrectionem ejus apostolis annuntiare, C quamvis verba illius vana esse viderentur. Quod igitur apostolis obvenit, ad Magdalenam referri debet, siquidem omne inventum ad eum qui primus invenit ab omnibus qui mentis sanæ sunt refertur. Nunquam enim navem male constructam mari alto committendam, aut undam decumanam exiguo navigio tentandam esse aliquis asseruerit. Sic hujus beatæ feminæ præclare facta brevi et exiguo verbo memorare aliisve attribuere, iniquum fuerit, qui eloquentiæ vi pollent ad ejusmodi certamen aggrediendum. Non enim licet rem intactam relinquere. Quomodo enim homini petulanti resistemus puerili nos jactantia aggredienti? Ergo sicut Evangelium jubet, manum aratro imponamus, contrarium faciendo. Melius enim erit et utilius, D rem inchoatam ad finem perducere, quam re infecta abscedere. Quando autem votum debitum sermone absolvemus, nisi Patribus hisce obtemperemus, qui quotidie nos adhortantur, nec patiuntur ut quiescamus antequam beatæ Magdalenæ laudibus efferendæ officium præstiterimus? Hac cum ita se habeant, auxilio ejus invocato rem aggrediamur et omnem metum ac socordiam excutiamus. Sermonis igitur fundamentum atque initium sit dicere quæ ejus fuerit origo, quibus parentibus sit prognata. Dein dicemus quomodo Christo appropinquarit, quomodo Evangelii participem fieri ei contigerit, et qua ratione ad ejus promulgationem contribuerit.

μᾶλλον καὶ εἰς τέλος ἀφῖχθαι, ἢ ἀτελὲς καταλιπόντι ὀπίσω ἰέναι. Πότε δ' ἂν καὶ λέγῳ καὶ λόγοις εὐλόγως τὰ προσήκοντα ἀφοσιωσώμεθα, ἢ τοῖς ἐμοῖς δὴ Πατράσι τούτοις τὸ δέον ἀποχαρισαίμεθα, διελκουσί τε καθεκάστην ἡμᾶς, ὡς εἰπεῖν, καὶ σπαράττουσι, καὶ οὐκ ἀνήσειν διισχυριζομένοις τὰ μάλιστα, ἕως ἂν τοῖς τῆς μακαρίας λόγοις ἐμαυτὸν ἐπιδοίην; Ἐπεὶ τοίνυν ταῦθ' οὕτω, φέρε δὴ τὴν τῆς ταύτης βοήθειαν ἐπικαλεσάμενοι, τοῦ ἐγχειρήματος ἐφαψώμεθα, πάντα φόβον καὶ δειλίαν ἀποσεισάμενοι. Εἴη δ' ἂν τῷ λόγῳ κρηπὶς, ὅπως τε καὶ ὅθεν, καὶ τίνα ἔσχε τοῦ γένους ἀρχήν· εἶτ' ἐφεξῆς προσθεῖναι, πῶς τε Χριστῷ προσέλθοι, καὶ πῶς αὐτῇ γένοιτο τῷ Εὐαγγελίῳ καὶ τὸν ταύτης φθόγγον συνεξακούεσθαι.

30. Scriptum est : « Fili hominis, cum pondere panem tuum manducabis ; et cum mensura aquam tuam bibes ; ut per hæc, sufficienter nutritus vivat, qui secundum Deum vult pugnare. » Nisi enim dederis, ut dicitur, sanguinem, spiritum non accipies. Dicit autem et magnus Paulus : « Castigo corpus meum, et in servitutem redigo, ne forte postquam aliis prædicaverim, ipse reprobus efficiar [94]. » Et divus David : « Genua mea infirmata sunt a jejunio, et caro mea immutata est propter oleum [95]. » Et Theologus : « Nulla alia re, ut malorum sufferentia, Deus colitur, et lacrymis ejus misericordia refunditur. » Et sanctus Isaac : « Quemadmodum mater filium curat, ita Christus corpus afflictum curat, et huic corpori perpetuo proximus adest. » Et rursum : « In ventre saturato, non est mysteriorum Dei cognitio. » Et : « Quemadmodum iis qui in lacrymis seminant, exsultationis manipuli oriuntur ; ita lætitia sequitur eam quæ secundum Deum est corporis afflictionem. » Et Macarius : « Qui elongat se ab omnibus deliciis, quæ eum separant a suo Creatore. » Et rursum : « Multis temporibus a dextris et a sinistris tentatur, et duobus his modis me ipsum probans, et accipiens ab inimico plagas innumeras, et dignus abscondite effectus magnis remunerationibus, ex multorum annorum longo tempore mihi expertus sum, et in probatione et Dei gratia, hæc didici : Nempe fundamentum omnium bonorum et animæ ex captivitate inimici liberationem et viam ad lumen ferentem et ad vitam duas illas rationes esse : se in unum locum colligere, et semper jejunare, id est : se ipsum in ventris temperantia stabilire, sapienter ac prudenter, in immobili sede, incessanti tranquillitate ac Dei meditatione. Inde enim oritur sensuum subjectio ; inde mentis vigilantia ; inde furentes cupiditates coercentur, quæ in corpore agitantur ; inde ratiociniorum dulcedo ; inde cogitationis lucidi motus ; inde ad divina opera virtutis ardor, inde excelsæ cogitationes et delicatæ ; inde indesinentes lacrymæ, quæ perpetuo fluunt ; inde mortis memoria ; inde sapientia pura quæ ab omni phantasia removetur cogitationem impedienti ; inde visus acumen et eorum quæ longe sunt cognitionis vigor. Inde profundissimi illi mystici sensus, quos cogitatio comprehendit, in divinorum oraculorum virtutes ; et interiores motus qui in anima producuntur, et discrepantia ac discretio spirituum ac sanctarum potentiarum et veræ visionis ac vanarum imaginationum ; inde timor viarum ac semi-

[94] I Cor. IX, 27. [95] Psal. CVIII, 24.

A ἀνάβασις νοῦ πρὸς Θεόν. Ἔτι· Προσευχή ἐστιν ὁμιλία νοῦ πρὸς Θεόν. Ἔτι· Ὥσπερ ὁ ἄρτος τροφή ἐστι τῷ σώματι, καὶ ἡ ἀρετὴ τῇ ψυχῇ, οὕτω καὶ τοῦ νοῦ ἡ πνευματικὴ προσευχὴ τροφὴ ὑπάρχει. » Καὶ ταῦτα μὲν οὕτως, εὔκαιρον δὲ νῦν καὶ περὶ τῆς σωματικῆς διαίτης, κατά γε σταθμὸν, ποσότητά τε καὶ ποιότητα ταύτης, ἐκθέσθαι ὡς ἐν βραχεῖ τὸ κατὰ δύναμιν.

Περὶ τῆς σωματικῆς διαίτης· ἤως [ἴσ. οἵως] πῶς δεῖ τρέφεσθαι τὸν ἡσυχάζοντα.

Λ'. Γέγραπται· « Υἱὲ ἀνθρώπου, σταθμῷ τὸν ἄρτον σου φάγεσαι· καὶ μέτρῳ τὸ ὕδωρ σου πίεσαι· » ὡς διὰ τούτων, ἱκανῶς ἔχοντος τοῦ κατὰ Θεὸν ἀγωνιζομένου, διαζῆν. Ἂν γὰρ μὴ δῷς, κατὰ τὸν λέγοντα, αἷμα, οὐκ ἂν λάβοις πνεῦμα. Λέγει δὲ καὶ ὁ μέγας Παῦλος· « Ὑπωπιάζω μου τὸ σῶμα, καὶ δουλαγωγῶ, μή πως ἄλλοις κηρύξας, αὐτὸς ἀδόκιμος γένωμαι. » Καὶ ὁ θεῖος Δαβίδ· « Τὰ γόνατά μου B ἠσθένησαν ἀπὸ νηστείας, καὶ ἡ σάρξ μου ἠλλοιώθη δι' ἔλαιον. » Καὶ ὁ Θεολόγος· « Οὐδενὶ οὕτω τῶν πάντων, ὡς κακοπαθείᾳ, Θεὸς θεραπεύεται, καὶ δάκρυσι τὸ φιλάνθρωπον ἀντιδίδοται. » Καὶ ὁ ἅγιος Ἰσαάκ· « Ὥσπερ μήτηρ κήδεται τέκνου, οὕτω Χριστὸς κήδεται σώματος κακοπαθοῦντος, καὶ πλησίον ἐστὶ τοῦ σώματος αὐτοῦ διαπαντός. » Καὶ αὖθις· « Ἐν γαστρὶ πεπληρωμένῃ γνῶσις Θεοῦ μυστηρίων οὐκ ἔστι. » Καί· « Ὥσπερ ἕπεται τοῖς ἐν δάκρυσι σπείρουσι τὰ δράγματα τῆς ἀγαλλιάσεως, οὕτως ἀκολουθεῖ ἡ χαρὰ τῇ διὰ Θεὸν κακοπαθείᾳ. » Καὶ Μακάριος· « Ὁ ἀποστομίσας ἑαυτὸν ἀπὸ πάσης ἡδυπαθείας, τῆς χωριζούσης αὐτὸν ἀπὸ τοῦ κτίσαντος αὐτόν. » Καὶ πάλιν· « Ἐν πολλῷ καιρῷ πειραζόμενος ἐν τοῖς δεξιοῖς καὶ ἀριστεροῖς, καὶ ἐμαυτὸν δοκιμάσας ἐν τοῖς δυσὶ τρό- C ποις τούτοις πολλάκις, καὶ δεξάμενος ἐκ τοῦ ἐναντίου πληγὰς ἀναριθμήτους καὶ ἀξιωθεὶς μεγάλων ἀντιλήψεων κρυπτῶς, ἐκομισάμην ἐμαυτῷ πεῖραν ἐκ τῶν μακρῶν χρόνων τῶν ἐτῶν, καὶ ἐν δοκιμασίᾳ, καὶ Θεοῦ χάριτι, ταῦτα ἔμαθον· ὅτι ὁ θεμέλιος πάντων τῶν ἀγαθῶν, καὶ ἡ ἀνάκλησις τῆς ψυχῆς ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας τοῦ ἐχθροῦ, καὶ ἡ ὁδὸς ἡ πρὸς τὸ φῶς καὶ τὴν ζωὴν φέρουσα, οὗτοι οἱ δύο τρόποι εἰσί· τὸ συνάξαι ἑαυτὸν εἰς ἕνα τόπον· καὶ τὸ ἀεὶ νηστεῦσαι· τουτέστι, τὸ κανονίσαι ἑαυτὸν ἐν ἐγκρατείᾳ γαστρὸς, σοφῶς καὶ φρονίμως, ἐν ἀκινήτῳ καθέδρᾳ, καὶ ἀδιαλείπτῳ σχολῇ, καὶ μελέτῃ Θεοῦ. Ἐντεῦθεν γὰρ ἡ τῶν αἰσθήσεων ὑποταγή· ἐντεῦθεν ἡ τοῦ νοῦ νῆψις· ἐντεῦθεν τὰ ἄγρια πάθη ἡμεροῦνται, τὰ ἐν D τῷ σώματι κινούμενα· ἐντεῦθεν ἡ πραότης τῶν λογισμῶν· ἐντεῦθεν αἱ τῆς διανοίας φωτειναὶ κινήσεις· ἐντεῦθεν ἡ πρὸς τὰ θεῖα ἔργα τῆς ἀρετῆς σπουδή· ἐντεῦθεν τὰ ὑψηλὰ νοήματα, καὶ λεπτά· ἐντεῦθεν τὰ ἄμετρα δάκρυα, τὰ ἐν παντὶ καιρῷ γινόμενα, καὶ τοῦ θανάτου ἡ μνήμη· ἐντεῦθεν ἡ σωφροσύνη ἡ καθαρὰ, ἡ τελείως ἀπέχουσα ἐκ πάσης φαντασίας, τῆς τὴν διάνοιαν πειραζούσης· ἐντεῦθεν ἡ ὀξυδερκία, καὶ ἡ ὀξύτης τῆς γνώσεως τῶν μακρὰν ὄντων· ἐντεῦθεν τὰ βαθύτερα τῶν μυστικῶν νοημάτων, ἅπερ ἡ διάνοια καταλαμβάνει, ἐν τῇ δυνάμει τῶν θείων λογίων, καὶ αἱ ἐσώτεραι κινήσεις αἱ ἐν τῇ ψυχῇ γινόμεναι, καὶ ἡ διαφορὰ καὶ ἡ διάκρισις

τῶν πνευμάτων ἐκ τῶν ἁγίων δυνάμεων, καὶ τῶν A ἀληθινῶν ὁράσεων ἐκ τῶν ματαίων φαντασιῶν· ἐντεῦθεν ὁ φόβος τῶν ὁδῶν καὶ τῶν τρίβων τῶν ἐν τῷ πελάγει τῆς διανοίας, ὁ κόπτων τὴν ῥᾳθυμίαν καὶ τὴν ἀμέλειαν, καὶ ἡ φλὸξ τοῦ ζήλου ἡ καταπατοῦσα πάντα κίνδυνον καὶ διαβαίνουσα πάντα φόβον, καὶ ἡ θέρμη ἡ καταφρονοῦσα πάσης ἐπιθυμίας καὶ ἐκ τῆς διανοίας ἐξαλείφουσα ταύτην, καὶ λήθην ἐμποιοῦσα πάσης μνήμης τῶν παρερχομένων μετὰ τῶν ἄλλων· καὶ ἵνα συντόμως εἴπω, ἡ ἐλευθερία τοῦ ἀνθρώπου τοῦ ἀληθινοῦ, καὶ ἡ χαρὰ τῆς ψυχῆς, καὶ ἡ ἀνάστασις, καὶ ἡ μετὰ τοῦ Χριστοῦ ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν ἀνάπαυσις ἐντεῦθεν. Εἴ τις δὲ ἀμελήσει ἐν τοῖς δυσὶ τούτοις, γνώτω ὅτι οὐ μόνον ἐκ πάντων τῶν προειρημένων τούτων ζημιοῖ ἑαυτὸν, ἀλλὰ καὶ τὸν θεμέλιον πασῶν τῶν ἀρετῶν διασείει, B ἐν τῇ καταφρονήσει τῶν δύο τούτων ἀρετῶν. Καὶ ὥσπερ εἰσὶν αὗται ἐν τῇ ψυχῇ, ἀρχὴ καὶ κεφαλὴ τῆς θείας ἐργασίας, καὶ θύρα, καὶ ὁδὸς ἡ πρὸς τὸν Χριστὸν, ἐάν τις κρατήσῃ αὐτὰς, καὶ ἐν αὐταῖς ὑπομείνῃ, οὕτω καὶ ἐάν τις ἀναχωρήσῃ ἐξ αὐτῶν, καὶ ἀποπηδήσῃ ἀπ' αὐτῶν, πρὸς ταῦτα τὰ δύο τὰ ἐναντία τούτων καταντᾷ· λέγω δὴ, τὸ μετεωρισθῆναι τῷ σώματι, καὶ γαστριμαργεῖν ἀθέσμως.» καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ ἐν ἄλλοις· «Καὶ οἱ μὲν ἐν ταῖς ἀρχαῖς αὐτῶν ῥᾴθυμοι καὶ χαῦνοι ὑπάρχοντες, οὐ μόνον ἐκ τῶν ἀγώνων τούτων καὶ τῶν τοιούτων, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ ἤχου φύλλων δένδρου δειλιῶσι καὶ ταράττονται· καὶ ἀπὸ μικρᾶς ἀνάγκης τῆς ἀπὸ τῆς χρείας τοῦ λιμοῦ, καὶ ἀπὸ μικρᾶς ἀσθενείας νικῶνται, C καὶ ἀπαρνοῦνται, καὶ εἰς τὰ ὀπίσω στρέφονται. Οἱ δὲ ἀληθινοὶ καὶ δόκιμοι, οὐδὲ ἐκ τοῦ χόρτου τῶν λαχάνων χορτάζονται· οὐδὲ διατιθέμενοι ῥίζαις βοτάνων ξηρῶν, πρὸ τῆς νενομισμένης ὥρας τῆς τροφῆς, καταδέχονταί τινος γεύσασθαι· ἀλλὰ καὶ χαμευνοῦσιν, ἐν ἀτονίᾳ ὄντες καὶ ἀγωνίᾳ τοῦ σώματος· καὶ ἀμβλυωποῦσιν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν, ἐκ τῆς ἄγαν κενώσεως τοῦ σώματος· κἂν δὲ ἐκ τῆς ἀνάγκης ἐγγίσωσιν ἐξελθεῖν ἐκ τοῦ σώματος, οὐδὲ οὕτω χεῖρα διδοῦσιν ἡττηθῆναι καὶ πεσεῖν, ἐκ τῆς ἐῤῥωμένης αὐτῶν προαιρέσεως. Ποθοῦσι γὰρ καὶ ἐφίενται τοῦ βιάσασθαι ἑαυτοὺς διὰ τὴν ἀγάπην τοῦ Θεοῦ· καὶ κοπιᾷν ὑπὲρ τῆς ἀρετῆς αἱροῦνται, ἢ τὴν πρόσκαιρον ζωὴν ἔχειν, καὶ πᾶσαν ἀνάπαυσιν τὴν ἐν αὐτῇ. Καὶ ὅταν ἐπέλθωσιν αὐτοῖς οἱ πειρασμοὶ, μᾶλλον D εὐφραίνονται ὅτι ἐν αὐτοῖς τελειοῦνται, ἤτοι τέλειοι γίνονται. Ἀλλ' οὐδὲ ἐκ τῶν μοχθηρῶν κόπων τῶν γινομένων ἐν αὐτοῖς διστάζουσιν ἐν τῇ ἀγάπῃ τοῦ Θεοῦ· ἀλλ' ἕως ἂν ἐκλείψωσιν ἐκ τῆς ζωῆς, προθυμοῦνται δέξασθαι γενναίως τὰς ἐπηρείας, καὶ οὐκ ἀναχωροῦσιν, ὅτι ἐν αὐτοῖς τέλειοι γίνονται.» Τούτοις καὶ τοῖς τοιούτοις τοιγαροῦν καὶ ἡμεῖς στοιχοῦντες, ναὶ μὴν καὶ τῷ κελεύοντι, Ὁδῷ βασιλικῇ πορεύου, μὴ ἐκκλίνῃς δεξιὰ ἢ ἀριστερὰ, πειθαρχοῦντες, καὶ τύπον ἐκτιθέμεθά σοι, καὶ κανόνα μεσότητος, ὅστις δῆτα καὶ τοῦτον ἔχει τὸν ὅρον.

larum quæ in cogitationis pelago versantur, qui timor ignaviam et negligentiam infringit, et zeli flamma quæ omne periculum transcendit et omnem metum transgreditur; et ardor qui omnem cupiditatem despicit eamque ex cogitatione abstergit, et oblivionem inserit eorum quæ cum aliis prætereunt; et ut uno verbo dicam, sinceri hominis libertas, animæ lætitia et resurrectio, et in regno cœlorum cum Christo requies inde proveniunt. Si quis autem in hisce duobus negligens fuerit, sciat fore ut non modo omnibus prædictis seipsum privet, sed et omnium virtutum fundamenta concutiat, in duarum illarum virtutum contemptu. Et quemadmodum eæ sunt in anima principium et caput divinæ operationis ac janua et via ad Christum, si quis eas occupaverit et in iis remanserit, ita et si quis ex iis se receperit et resilierit, duobus earum contrariis occurret; nempe corpore fulcietur et gulæ ardenter indulgebit. » Et cætera. Et in aliis: « Et alii quidem ab initio ignavi et negligentes, non solum ex his ac talibus pugnis, sed ex arboris foliorum strepitu tremunt ac turbantur; et parva ea quæ ex famis incommodo oritur, necessitate et parva infirmitate superantur et dejiciuntur et retro vertuntur. Sinceri autem et probati, ne olerum quidem fœno satiantur; neque, siccarum herbarum radicibus nutriti, ante statutam cibi horam, aliquam earum audent gustare. Sed humi recumbunt in infirmitate et debilitate corporis; et hebatum visum habent eorum oculi, eo quod eorum corpus nimis vacuum est. Et si ex necessitate in eo sunt ut e corpore exeant, ne tunc quidem dant manus ut superentur ac succumbant, adeo valida est eorum voluntas. Cupiunt enim ac volunt sibi vim inferre propter Dei amorem; et torqueri pro virtute malunt quam fluxam vitam habere et omnem suam requiem in ea ponere. Et quando superveniunt illis tentationes, magis lætantur quod per eas perficiantur, et perfecti fiant. Sed neque ex duris quas in seipsis experiuntur, molestiis, in Dei dilectione dubitant. Sed donec ex vita egressi sint, cupiunt labores generose suscipere neque cedunt, quia fiunt in iis perfecti. » Iis igitur ac talibus inhærentes et nos, et ei obedientes qui dixit: « Regia via incede, ne declines a dextris et a sinistris; » et exemplar exponimus tibi, et regulam quæ medium tenet; quæ quidem hos limites habet.

Ὅπως δεῖ κατὰ δευτέραν, καὶ τετάρτην, καὶ ἕκτην, τρέφεσθαι τὸν ἀγωνιζόμενον.

λα. Κατά γε τὰς τρεῖς ἡμέρας τῆς ἑβδομάδος, ἤγουν δευτέραν, τετάρτην, καὶ ἕκτην, ποίει διηνεκῶς ἐννάτας, ἤτοι ἔσθιε ἅπαξ τῆς ἡμέρας, μεταλαμβάνων ἄρτους οὐγγιῶν ἕξ· ἀπὸ τῶν ξηροτρώγων ἐγκρατῶς τοῦ ἀρκοῦντος· καὶ ὕδατος, ἐκ τριῶν ἢ

Quomodo oporteat eum qui pugnat et secunda et quarta et sexta die vesci.

31. Tribus hebdomadis diebus, scilicet secunda, quarta et sexta, nonas fac perpetuo, id est, se mel comede, pane vescens, sex unciis; ex siccis cibis sume quantum sufficiat; et aquæ, si velis, tres aut quatuor calices bibe; canonem sequens sancti ...

apostolorum qui ait : « Si quis episcopus aut presbyter, aut diaconus, aut lector, aut psaltes sacram Paschatis quadragesimam non jejunet, aut quarta die, aut parasceve, deponatur; nisi tamen corporis infirmitate impediatur. Si autem laicus sit, excommunicetur; » secunda autem dies deinceps a sanctis Patribus statuta est.

Quomodo oportet tertia et quinta die vesci.

32. In duobus rursum diebus, nempe tertio et quinto, bis per diem manduca : in prandio quidem sex uncias panis sumens; ex coeto temperanter comedens et quædam olera, bibens vinum cum aqua mistum, usque ad tres aut quatuor calices, si velis; sub vesperam autem, sume tres uncias panis, et quædam sicca, et fructus quosdam; sume vinum cum aqua, unum calicem, aut duos, sed non plures, quando te urget sitis violenta. Vehementer enim sitis cooperatur et in lacrymis, sociam habens vigiliam, ut ait Climacicus : « Sitis ac vigilia cor afflixerunt; corde autem afflicto, exsilierunt lacrymæ. » Et beatus Isaac : « Propter Deum siti, ut te adimpleat sua dilectione. » Si vero bis duobus diebus una vice comedere malis, optime facies. Etenim prima et mater et radix et fons et fundamentum omnium bonorum est jejunium et temperantia. Dicit autem quidam ex profanis : Elige optimam vitam; dulcem autem eam faciet consuetudo. » Et magnus Basilius : « Ubi est electio, nullum adest obstaculum. » Et alius sanctus : « Principium fructus est flos, et principium actus, temperantia. Sed hæc forte iis qui ea sequi volent, difficilia videbuntur, imo vero impossibilia; qui vero ex iis florescentem fertilitatem cogitabit, et intuebitur quantam gloriam generare soleant, tractabilia ea judicabit, et Domini nostri Jesu Christi gratia et proprio pro viribus ardore, facillima verbis et operibus proclamabit, ac iis sanctionem signabit. » Et dicit sanctus Isaac : « Panis simplex in pura mensa animam comedentis ab omni cupiditate emundat. » Et : « A mensa jejunantium et vigilantium et afflictorum in Domino sume tibi vitæ remedium, et suscita mortem animæ tuæ inceptam; quia dilectus recumbit in medio eorum, cibos sanctificans, eorumque amaritudinem in ejus ineffabilem dulcedinem transmutat. Spirituales autem et cœlestes ejus ministri obumbrant eos et sancta eorum alimenta. » Et : « Odor jejunantis dulcissimus, et occursus ejus lætificat discernentium corda. » Et : « Charissima est Deo temperantis vita. »

A τεσσάρων ποτηρίων, εἰ βούλει· ἑπόμενος τῷ ἔθ κανόνι τῶν ἁγίων ἀποστόλων, θεσπίζοντι· « Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ἀναγνώστης, ἢ ψάλτης, τὴν ἁγίαν Τεσσαρακοστὴν τοῦ Πάσχα οὐ νηστεύει, ἢ τετράδα, ἢ παρασκευὴν, καθαιρείσθω· ἐκτὸς εἰ μὴ δι' ἀσθένειαν σωματικὴν ἐμποδίζοιτο. Εἰ δὲ λαϊκὸς εἴη, ἀφοριζέσθω. » Ἡ δέ γε δευτέρα ἐσύστερον τοῖς θείοις Πατράσι κεκανόνισται.

Ὅπως δεῖ τρέφεσθαι κατὰ τρίτην καὶ πέμπτην.

λβ'. Ἐν δὲ ταῖς δυσὶ πάλιν ἡμέραις, δηλαδὴ τῇ τρίτῃ καὶ τῇ πέμπτῃ, δὶς ἔσθιε τῆς ἡμέρας· κατὰ μὲν τὸ γεῦμα τρεφόμενος ἄρτου οὐγγίαις ἕξ· ἀπὸ ἑψητοῦ ἐγκρατῶς· καὶ τινος τῶν ξηροτρόφων μετ-B έχων καὶ οἴνου μεμιγμένου σὺν ὕδατι, ἕως, εἰ χρῄζεις, ποτηρίων τριῶν ἢ τεσσάρων· κατὰ δὲ τὴν ἑσπέραν, ἀπογευόμενος ἄρτου οὐγγίας τρεῖς, καὶ τινος τῶν ξηροφάγων, ἢ ὀπωρῶν τινων· οἴνου τε σὺν ὕδατι, ποτηρίου ἑνὸς, ἢ τὸ πολὺ δύω, δίψης πολλῆς ἐπικρατούσης σε. Σφόδρα γὰρ συνεργεῖ ἡ δίψα καὶ ἐν τοῖς δάκρυσι, σύνοικον ἔχουσα καὶ τὴν ἀγρυπνίαν, ὥς φησιν ὁ τῆς Κλίμακος· « Δίψα καὶ ἀγρυπνία ἐξέθλιψαν καρδίαν· καρδίας δὲ θλιβείσης, ἐξεπήδησαν ὕδατα. » Καὶ ὁ ἅγιος Ἰσαάκ· « Διὰ Θεὸν δίψησον, ἵνα σε ἐμπλήσῃ τῆς ἀγάπης αὐτοῦ. » Εἰ δέ γε καὶ ἐν ταῖς δυσὶ ταύταις ἡμέραις προκρίνεις τὸ μονοφαγεῖν, ἄριστα διαπράξεις. Ἐπεὶ καὶ πρώτη, καὶ μήτηρ, καὶ ῥίζα, καὶ πηγὴ, καὶ θεμέλιος C πάντων τῶν καλῶν ἡ νηστεία καὶ ἡ ἐγκράτεια πέφυκε. Λέγει δὲ καί τις τῶν θύραθεν· Ἑλοῦ βίον ἄριστον. Ἡδὺν δὲ αὐτὸν ἡ συνήθεια ποιήσει. Καὶ ὁ μέγας Βασίλειος· Ὅπου προαίρεσις, τὸ κωλῦον οὐδέν. Καὶ ἕτερος τῶν θεοφόρων· Ἀρχὴ καρποφορίας, ἄνθος· καὶ ἀρχὴ πρακτικῆς, ἐγκράτεια. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἴσως καὶ τὰ τούτοις ἑπόμενα δόξει τισὶ δυσχερῆ, ναὶ μὴν τάχα καὶ ἀδύνατα· ὁ δὲ τὴν ἐκ τούτων ἐπανθοῦσαν ἐπικαρπίαν ἀναλογιζόμενος, καὶ οἷον ἡλίκον κλέος ἀπογεννᾷν εἰώθασιν ἐνοπτριζόμενος, εὐχερῆ ταῦτα κρινεῖ, καὶ τῇ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ βοηθείᾳ, καὶ τῇ οἰκείᾳ κατὰ δύναμιν σπουδῇ, ῥᾷστα καὶ λόγοις καὶ ἔργοις κηρύξει, καὶ τὸ κῦρος τούτοις ἐπισφραγίσει. Καὶ λέγει ὁ ἅγιος Ἰσαάκ· « Ἄρτος εὐτελὴς ἀπὸ τραπέζης ἁγνοῦ, D ἁγνίζει τὴν ψυχὴν τοῦ ἐσθίοντος ἀπὸ παντὸς πάθους. » Καί· « Ἀπὸ τραπέζης νηστευόντων, καὶ ἀγρυπνούντων, καὶ κοπιώντων ἐν Κυρίῳ, λάβε σεαυτῷ φάρμακον ζωῆς, καὶ διέγειρον τῆς ψυχῆς σου τὴν θνῆξιν· ὅτι ὁ ἠγαπημένος ἀνακέκλιται ἐν μέσῳ αὐτῶν, ἁγιάζων τὰ βρώματα, καὶ τὸ πικρὸν τῆς κακουχίας αὐτῶν, μεταβάλλει εἰς την γλυκυτητα αὐτοῦ τὴν ἀνεκδιήγητον. Οἱ δὲ πνευματικοὶ καὶ ἐπουράνια λειτουργοὶ αὐτοῦ ἐπισκιάζουσιν αὐτοὺς, καὶ τὰ ἅγια αὐτῶν βρώματα. » Καί· « Ὀσμὴ νηστευτοῦ ἡδυτάτη· καὶ ἡ ἀπάντησις αὐτοῦ εὐφραίνει καρδίας διακριτικῶν. » Καί· « Προσφιλὴς τῷ Θεῷ ἡ διαγωγὴ τοῦ ἐγκρατοῦς. »

Quomodo oportet Sabbato vesci; et de vigiliis, quomodo earum tempore oportet comedere.

33. Quovis Sabbato, excepto majore, oportet te bis comedere, ut significatum est pro tertia et

Ὅπως δεῖ τρέφεσθαι κατὰ Σάββατον· καὶ περὶ ἀγρυπνιῶν· καὶ ὅπως δεῖ ἐσθίειν κατὰ τὸν καιρὸν αὐτῶν.

λγ'. Ἐν δέ γε παντὶ Σαββάτῳ, πλὴν τοῦ μεγάλου, δέον σε διφαγεῖν, ὡς προτετύπωται ἐν τῇ τρίτῃ καὶ

τῇ πέμπτῃ, διά τε τὸν ὅρον τῶν ἱερῶν κανόνων, καὶ A διὰ τὸ, δεῖν ἔχειν σε ἐν πάσαις ταῖς τοῦ ὅλου ἐνιαυτοῦ Κυριακαῖς, πλὴν τῆς κατὰ τὴν Τυροφάγον ἀγρυπνίας· εἰ μή που πρόσεστί τις ἀγρυπνία τῶν Δεσποτικῶν μεγάλων ἑορτῶν, ἢ τινος τῶν μεγίστων ἁγίων· ἵνα ποιήσας ἐκείνην, ἐάσῃς τὴν τῆς Κυριακῆς· ὅμως κἂν οὕτως, ἢ οὕτως, δὶς ἔσθιε κατὰ τὰ Σάββατα. Χρήσιμον δὲ, ἀεὶ ἐκβιάζεσθαί σε εἰς τὴν τῆς νυκτερινῆς ἀγρυπνίας ἐργασίαν· ὅθεν καὶ μετὰ τῆς κατὰ συγκυρίαν ἐπελθούσης μέσον τῆς ἑβδομάδος ἀγρυπνίας, λυσιτελέστατόν σοι ποιεῖν καὶ τὴν τῆς Κυριακῆς, καὶ μέγα σοι τὸ κέρδος ἕψεται τάχιστα· μᾶλλον δὲ, οὕτω ῥαγήσεται πρώϊμον τὸ φῶς σου, κατὰ τὸ εἰρημένον· « Καὶ τὰ ἱμάτιά σου [*ἐν ἄλλ.* ἰάματά σου] ταχὺ ἀνατελεῖ. » Φησὶ δὲ καὶ ὁ ἅγιος Ἰσαάκ· « Ἑκάστῳ ἀγῶνι τῆς ἁμαρτίας καὶ τῆς B ἐπιθυμίας, ὁ κόπος τῆς ἀγρυπνίας καὶ τῆς νηστείας ἐστὶν ἡ ἀρχὴ, καὶ μάλιστα τῷ ἀνταγωνιζομένῳ πρὸς τὴν ἐν ἡμῖν ἔνδον ἁμαρτίαν· καὶ τὸ σημεῖον τοῦ μίσους τῆς ἁμαρτίας, καὶ τῆς ἐπιθυμίας αὐτῆς, ἐκ τούτου ὁρᾶται τοῖς ἀνταγωνιζομένοις πρὸς τὸν ἀόρατον πόλεμον τοῦτον. Καὶ πᾶσαι σχεδὸν αἱ τῶν παθῶν προσβολαὶ ἀπομειοῦσθαι ἐν τῇ νηστείᾳ ἄρχονται. Καὶ μετὰ ταύτην, ἡ ἀγρυπνία τῆς νυκτὸς συνεργεῖ πρὸς τὴν ἄσκησιν. Ὁ ἐν πάσῃ τῇ ζωῇ αὐτοῦ τὴν ὁμιλίαν τῆς συζυγίας ταύτης ἀγαπῶν, οὗτος φίλος τῆς σωφροσύνης γίνεται· καθὼς ἡ ἀνάπαυσις τῆς γαστρὸς, ἀρχὴ πάντων τῶν κακῶν, καὶ ἡ χαυνότης τοῦ ὕπνου, ἡ ἐξάπτουσα τὴν ἐπιθυμίαν τῆς πορνείας· οὕτως ἡ ὁδὸς τοῦ Θεοῦ ἡ ἁγία, καὶ πάσης ἀρετῆς ὁ C θεμέλιος, ἡ νηστεία ὑπάρχει, καὶ ἡ ἀγρυπνία, καὶ ἡ ἐγρήγορσις ἐν τῇ λειτουργίᾳ τοῦ Θεοῦ. » Καὶ αὖθις· « Ψυχὴ ἡ στιλβωθεῖσα τῇ τοῦ Θεοῦ μνήμῃ, καὶ τῇ ἀκοιμήτῳ ἀγρυπνίᾳ, νυκτὸς καὶ ἡμέρας, ἐκεῖ οἰκοδομεῖ ὁ Κύριος ἐπὶ τὴν ἀσφάλειαν αὐτῆς, νεφέλην σκεπάζουσαν αὐτὴν ἐν ἡμέρᾳ, καὶ φωτὶ πυρὸς διαυγάσαι [*ἴσ. ἢ*, φωτισμὸν πυρὸς διαυγάζοντα, ἢ, διαυγάσει] τὴν νύκτα· καὶ ἔσωθεν τοῦ γνόφου αὐτῆς φῶς λάμψει. » Ἔτι· « Ἔκλεξαι σεαυτῷ ἐργασίαν τρυφῆς, ἀγρυπνίαν διηνεκῆ τὴν ἐν νυξίν· ἐν ᾗ ἀπεδύσαντο οἱ Πατέρες πάντες τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον, καὶ ἠξιώθησαν τοῦ ἀνακαινισμοῦ τοῦ νοός. Ἐν ταῖς ὥραις ταύταις αἰσθάνεται ἡ ψυχὴ τῆς ζωῆς ἐκείνης τῆς ἀθανάτου· καὶ ἐν τῇ αἰσθήσει αὐτῆς, ἀποδύεται τὸ σκότος τῶν παθῶν, καὶ ὑποδέχεται τὸ D Πνεῦμα τὸ ἅγιον. » Καὶ πάλιν· « Τίμησον τὴν ἐργασίαν τῆς ἀγρυπνίας, ἵνα εὕρῃς παράκλησιν ἐν τῇ ψυχῇ σου. » Ἔτι· « Μὴ νομίσῃς, ὦ ἄνθρωπε, ὅτι ἐν πάσῃ τῇ ἐργασίᾳ τῶν μοναχῶν, ἔστι τις διαγωγὴ μείζων τῆς ἀγρυπνίας τῆς νυκτερινῆς. » Καί· « Μοναχὸν διαμένοντα ἐν τῇ ἀγρυπνίᾳ, μετὰ διακρίσεως τοῦ νοὸς, τοῦτον μὴ ἴδῃς ὡς σαρκοφόρον· τάξεως γὰρ ἀγγελικῆς ὡς ἀληθῶς τοῦτο τὸ ἔργον. » Ἔτι· « Ψυχὴ ἐν τῇ διαγωγῇ ταύτῃ τῇ ἀγγελικῇ τῆς ἀγρυπνίας κοπιῶσα, ὀφθαλμοὺς χερουβικοὺς ἕξει, τοῦ διαπαντὸς ἀτενίζειν, καὶ κατοπτεύειν τὴν ἐπουράνιον θεωρίαν. » Ταύτας δὲ, ἤτοι τὰς ἀγρυπνίας, διανύεις ἐν προσευχῇ, ψαλμῳδίᾳ καὶ ἀναγνώσει, καθαρῶς καὶ ἀῤῥεμβάστως, καὶ μετὰ κατα-

quinta, propter definitionem sanctorum canonum, et quia oportet ut te omnibus universi anni Dominicis possideas, servata tamen per tyrophagiam vigilia; nisi adjiciatur quædam magnarum Domini festivitatum aut alicujus ex maximis sanctis: ut eam celebrans, Dominicæ vigiliam relinquas. Attamen quidquid sit, bis per Sabbata vescere. Utile est autem tibi vim inferre ad nocturnæ vigiliæ opus. Unde et si casu in media hebdomade supervenerit vigilia, utilissimum tibi est vigiliam quoque Dominicæ agere, et magnum tibi lucrum quam citissime subsequetur; imo vero, ita frangetur matutinum lumen tuum, ut dictum est: « Et vestimenta tua brevi orientur (in aliis: sanationes tuæ). » Dicit autem et sanctus Isaac: « Cuilibet in peccata et cupiditates certamini principium est vigiliæ et jejunii labor, et præsertim ei qui in peccata interius pugnat. Et signum odii peccatorum et concupiscentiæ ipsius, ex hoc manifestum est iis qui ad hoc invisibile bellum accinguntur. Et omnes fere cupiditatum impetus imminui in jejunio incipiunt. Et post jejunium, noctis vigilia ad exercitium cooperatur. Qui in omni vita sua hujus conjunctæ disciplinæ jugum diligit, hic prudentiæ amicus efficitur: quemadmodum ventris deliciæ omnium malorum principium sunt, et somni abundantia quæ fornicationis concupiscentiæ favet: ita via Dei sancta et omnis virtutis fundamentum jejunium est et vigilia, et fervor in Dei cultu. » Et rursum: « In anima quæ Dei memoria splendet, et insomni vigilia, die ac nocte: ibi Dominus ædificat, ad ejus securitatem, nubem eam die obumbrantem, et ignis lumen noctem illuminans: et in ejus tenebris lux splendebit. » Et adhuc: « Elige tibi deliciarum operationem vigiliam in noctibus continuam: in qua exuerunt omnes Patres veterem hominem, et digni effecti sunt mentis renovatione. Per illas horas recordabitur anima vitæ illius immortalis; et in hujus recordatione exuet cupiditatum tenebras, et suscipiet Spiritum sanctum. » Et rursum: « Honora vigiliæ operationem, ut in anima tua consolationem invenias. » Et adhuc: « Ne credas, o homo, in omni monachorum operatione actum aliquem meliorem esse quam nocturna vigilia est. » Et adhuc: « Monachum qui in vigilia cum mentis discretione perseverat, ne intuearis eum tanquam carne indutum: angelici enim ordinis hoc est opus. » Et adhuc: « Anima, in hac agendi ratione angelica, in vigilia scilicet afflicta, oculos cherubinos habebit, ut perpetuo contempletur et perspiciat spectacula cœlestia. » Has autem vigilias in oratione transigis, in psalmodia et lectione, pure et constanter et cum compunctione, solus, aut cum pio et moribus consimili conventu. Fac autem post omnem tuam vigiliam parvam refectionem, propter laborem vigilia adductum, comedendo et bibendo, cœnæ tempore: nempe comede tres uncias panis; adde nonnihil sicci cibi, quod tibi sufficiet: bibe vinum cum aqua, tres calices. Vide autem ne in diem nonæ vigiliam

habens, propter vigiliam fo tasse, nonam solvas. Hoc enim oportet facere, et illud non omittere. Refectionem enim, finita vigilia, præsens sermo ut facias præscripsit.

Quomodo oportet Dominicis vesci : et de nonnullis aliis : ad hoc, de molestia et humilitate.

34. Similiter et Dominicis omnibus bis per diem comede, quemadmodum et Sabbatis : ea autem regula ita firma observetur, absque infirmitate; a sanctis enim Patribus hi dies concessi sunt et soluti, ex longa consuetudine et quibusdam causis recentioribus, divinis dicimus aut etiam aliis. His enim diebus neque una tantum vice manducamus, neque siccos cibos comedimus : sed omnia utilia et irreprehensibilia et olera accipimus : temperanter tamen, et cum determinata quantitate : semper enim optimum est in omnibus temperantes esse. In corporalibus enim infirmitatibus, ut diximus, non erubescentes omnia utilia accipere debemus, et quæ legitime corpus nostrum sustinere possunt : cupiditatum enim, non corporum interfectores esse divini Patres nos docuerunt. Similiter decet te ex omnibus statutis, quæ nempe ea indulgentia remittuntur, paululum degustare, in gloriam Dei et in gratiarum actionem et ad vitandam superbiam. Quidquid autem superfluum est repellas. « Rerum autem penuria, ut inquit sanctus Isaacus, docet hominem invitum ac nolentem, sobrietatem servare; quoniam, cum abundantiam et copiam eorum accipimus, nos ipsos cohibere non possumus. Ne corporalem requiem diligas. Anima enim quæ Deum diligit, secundum pium Isaacum, in Deo solo requiem possidet. » Potius vero cum labore ac molestia et humilitatem elige. Labor enim et humilitas, ut scribit quidam sanctus, Jesum possident.

Quomodo oportet vesci per sanctas Quadragesimas, ac in primis per magnam Quadragesimam.

35. De vitæ genere et ordine, per sanctas Quadragesimas sequendis, superfluum ducimus minutim ac specialiter disserere. Quemadmodum enim præindicatum est tibi vivendum esse diebus quibus nonas facis, ita et tibi operari licet per sanctas Quadragesimas, exceptis Sabbatis et Dominicis. Imo vero, si possibile est, et accuratius et vigilantius, ac præcipue per sanctam et magnam Quadragesimam, quippe quæ sit totius anni decimatio, et certaminum per Domini divinam et illustrem Resurrectionis diem, iis qui secundum Christum vicerint, præmia præbeat.

De dijudicatione, in specie, et quod mediocri operationi non est honor ; et de subjectione.

36. Præter ea iisque similia oportet te cum

νύξεως· μόνος, ἢ μετὰ φίλης καὶ ὁμοτρόπου συνοδίας. Ποίει δὲ καὶ μετὰ πᾶσάν σου ἀγρυπνίαν, μικρὰν παράκλησιν, διὰ τὸν ἐκ τῆς ἀγρυπνίας γεγενημένον κόπον, ἔν τε βρώμασι καὶ πόμασι, κατὰ τὸ δεῖπνον· ἤγουν φάγε ἄρτον οὐγγίας τρεῖς· παράθεμά τι ξηρότροφον, τὸ ἱκανόν σοι· πίε καὶ οἶνον σὺν ὕδατι, ποτήρια τρία. Ὅρα δὲ μή πως εἰ, ἡμέραν ἐννάτης, ἔχων ἀγρυπνίαν, διὰ τὴν ἀγρυπνίαν ἴσως, καταλύσῃς τὴν ἐννάτην. Τοῦτο καὶ γὰρ δεῖ ποιῆσαι, κἀκεῖνο μὴ ἀφιέναι. Τὴν γὰρ παράκλησιν, τελεσθείσης τῆς ἀγρυπνίας, διωρίσατο ὁ λόγος ποιεῖν σε.

Ὅπως χρὴ ἐσθίειν κατὰ τὰς Κυριακάς· καὶ περὶ ἑτέρων τινῶν· πρὸς δὲ, καὶ κόπου, καὶ ταπεινώσεως.

λδʹ. Ὁμοίως δὲ κἀν ταῖς Κυριακαῖς ἁπάσαις, δὶς ἔσθιε τῆς ἡμέρας, ὥσπερ δὴ καὶ ἐν τοῖς Σάββασιν· αὕτη δὲ ἡ διατύπωσις, οὕτω σῶα τηρείσθω, χωρὶς ἀσθενείας· ναὶ μὴν καὶ τῶν τοῖς θείοις Πατράσιν ἐκκεχωρημένων, καὶ ἀπολελυμένων ὡσανεὶ ἡμερῶν, ἐκ μακρᾶς συνηθείας, καὶ αἰτιῶν τινων καινοτέρων, ἐνθέων, φαμὲν, ἢ καὶ ἐναντίων. Ἐν μὲν γὰρ ταύταις, οὔτε μονοφαγοῦμεν, οὔτε ξηροτροφοῦμεν· ἀλλὰ πάντων τῶν χρησίμων καὶ ἀνεπιλήπτων, καὶ λαχάνων μετέχομεν· ἐγκρατῶς μέντοι, καὶ μετὰ τῆς διορισθείσης ποσότητος· ἀεὶ γὰρ ἄριστον, τὸ ἐν πᾶσιν ἐγκρατεύεσθαι. Ἐν δέ γε ταῖς σωματικαῖς ἀσθενείαις, ὡς ἔφημεν, ἀνερυθριάστως μεταληπτέον ἁπάντων τῶν χρησίμων, καὶ συνιστώντων τὸ σῶμα νομίμων· παθοκτόνους γὰρ, οὐ σωματοκτόνους ἡμᾶς ὑπάρχειν, οἱ θεῖοι Πατέρες ἐδίδαξαν. Ὡσαύτως εἰκός σε, καὶ ἐκ πάντων τῶν δεδογμένων, ἤτοι ὅσα ἐφεῖται τῷ ἐπαγγέλματι, μικρὸν ἀπογεύεσθαι, εἰς δόξαν καὶ εὐχαριστίαν Θεοῦ, καὶ διὰ τὸ ἄτυφον· ἀποστρέφου δὲ καὶ τὰ περισσά. « Ἡ γὰρ σπάνις τῶν πραγμάτων, ὥς φησιν ὁ ἅγιος Ἰσαὰκ, διδάσκει τὸν ἄνθρωπον ἄκοντα, καὶ μὴ βουλόμενον, τὴν ἐγκράτειαν· ἐπεὶ, ὅταν εὐθηνίαν καὶ ἄδειαν λάβωμεν τούτων, οὐ δυνάμεθα ἑαυτοὺς κατέχειν. Σωματικὴν ἀνάπαυσιν μὴ ἀγαπήσῃς. Ψυχὴ γὰρ ἡ τὸν Θεὸν ἀγαπῶσα, κατὰ τὸν ὅσιον πάλιν Ἰσαὰκ, ἐν τῷ Θεῷ καὶ μόνῳ τὴν ἀνάπαυσιν κέκτηται. » Μᾶλλον δὲ σὺν κόπῳ καὶ κακουχίᾳ καὶ τὸ ταπεινὸν ἐκλέγου. Ὁ γὰρ κόπος, καὶ ἡ ταπείνωσις, γράφει τις τῶν ἁγίων, κτῶνται τὸν Ἰησοῦν.

Ὅπως δεῖ διαιτᾶσθαι καὶ πολιτεύεσθαι κατὰ τὰς ἁγίας Τεσσαρακοστὰς, καὶ μᾶλλον κατὰ τὴν μεγάλην.

λεʹ. Περὶ δέ γε διαίτης, ἴσως καὶ πολιτείας τῆς ἐν ταῖς ἁγίαις Τεσσαρακοσταῖς, περισσὸν ἡγούμεθα λεπτομερῶς καὶ ἰδίως διερμηνεύειν. Ὡς γὰρ προδιώρισται τελεῖν σε, ἐν αἷς ἡμέραις ποιεῖς ἐννάτας, οὕτω θέμις καὶ ἐν ταῖς ἁγίαις Τεσσαρακοσταῖς ἐργάζεσθαι, πλὴν τῶν Σαββάτων καὶ τῶν Κυριακῶν. Μᾶλλον, εἰ δυνατὸν, καὶ ἀκριβέστερον, καὶ νηφαλιώτερον, καὶ μάλιστα κατὰ τὴν ἁγίαν καὶ μεγάλην Τεσσαρακοστὴν, ὡς ἀποδεκάτωσιν οὖσαν τοῦ ὅλου ἐνιαυτοῦ, καὶ τὰ βραβεῖα τῶν ἀγώνων, διὰ τῆς Δεσποτικῆς καὶ θείας ἀναστασίμου καὶ λαμπροφόρου ἡμέρας, τοῖς κατὰ Χριστὸν Ἰησοῦ νικηταῖς παρέχουσαν.

Περὶ διακρίσεως, ὡς ἐν μέρει, καὶ ὅτι τῇ ἐμμέτρῳ ἐργασίᾳ, τιμὴ οὐκ ἔστι· καὶ περὶ ὑποταγῆς.

λςʹ. Πλὴν καὶ ταῦτα, καὶ τὰ τούτοις παραπλήσια,

χρὴ μετιέναι σε μετὰ ἀκριβοῦς διακρίσεως, πρὸς A τὴν τοῦ διπλοῦ ζώου συμφωνίαν, καὶ εἰρηναίαν κατάστασιν. « Μετὰ γὰρ σοφίας, φησὶν, οἰκοδομεῖται οἶκος· καὶ μετὰ συνέσεως ἀνορθοῦται· καὶ αἰσθήσεως ἐμπίπλαται τὰ ταμεῖα, παντὸς πλούτου τιμίου καὶ καλοῦ. » Γράφει δὲ καὶ ὁ θεῖος Θαλάσσιος· « Ἡ μετὰ λόγου εὐδιάκριτος ἔνδεια καὶ στενότης, βασιλική ἐστιν ὁδός· ὥστε ὁ ἀδιάκριτος ὑπωπιασμὸς, ἢ ἡ ἄλογος συγκατάβασις, ἀσύμφορά εἰσιν, ὡς ἑκατέρωθεν παρὰ λόγον γινόμενα. » Καὶ ὁ ὅσιος Ἰσαάκ· « Ἕπεται τῇ ἀνέσει τῶν μελῶν, ἡ τῶν λογισμῶν ἔκστασις καὶ ῥύσις· καὶ τῇ ἀμέτρῳ ἐργασίᾳ, ἀκηδία· καὶ τῇ ἀκηδίᾳ, ἔκστασις· διαφέρει δὲ ἔκστασις ἐκστάσεως· τῇ μὲν γὰρ πρώτῃ ἐκστάσει ἕπεται ὁ πόλεμος τῆς πορνείας· τῇ δὲ δευτέρᾳ, ἡ τοῦ ἰδίου ἡσυχαστηρίου κατάλειψις, καὶ ἀπὸ τόπου εἰς τόπον μετακίνησις· τῇ B δὲ ἐμμέτρῳ καὶ ἐπιπόνως διαμενούσῃ ἐργασίᾳ, τιμὴ οὐκ ἔστι· τούτων δὲ ἡ μείωσις μὲν, πληθύνει τὴν ἡδονήν· ἡ δὲ ἀμετρία, τὴν ἔκστασιν. » Καὶ ὁ μέγας Μάξιμος· « Μὴ ὅλην τὴν σχολὴν περὶ τὴν σάρκα ἔχε· ἀλλ' ὅρισον αὐτῇ τὴν κατὰ δύναμιν ἄσκησιν· καὶ ὅλον τὸν νοῦν, περὶ τὰ ἔνδον τρέψον. Ἡ γὰρ σωματικὴ γυμνασία πρὸς ὀλίγον ἐστὶν ὠφέλιμος· ἡ δὲ εὐσέβεια πρὸς πάντα, καὶ τὰ ἑξῆς· εἰ δέ πως ἡ τῆς σαρκὸς πλάστιγξ ἀνθέλκει, καὶ τυραννεῖ, καὶ βαρύνει τὴν τῆς ψυχῆς πλάστιγγα, πρὸς ῥοπὰς καὶ κινήσεις ἀτάκτους, καὶ ψυχοφθόρους καθέλκουσα, καθὸ γέγραπται, Ἡ σὰρξ ἐπιθυμεῖ κατὰ τοῦ πνεύματος, καὶ τὸ πνεῦμα κατὰ τῆς σαρκός. » Ἀλλ' αὐτὸς ταύτην κημῷ ἐγκρατείας χαλινώσας, νέκρωσον, ἕως ἂν καὶ ἄκουσα, εὐήνιος γένηται· καὶ ὑποταγῇ τῷ C κρείττονι, μεμνημένος τοῦ μεγάλου φάσκοντος Παύλου· « Ὅσον ὁ ἔξω ἡμῶν ἄνθρωπος φθείρεται, τοσοῦτον ὁ ἔσω ἀνακαινοῦται ἡμέρᾳ τῇ ἡμέρᾳ. » Καὶ τοῦ ἁγίου Ἰσαάκ· « Δίδου σεαυτὸν ἀποθανεῖν ἐν τοῖς ἀγωνίσμασι, καὶ μὴ ζῆν ἐν ἀμελείᾳ· οὐ μόνον γὰρ οἱ διὰ τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν δεξάμενοι τὸν θάνατον, μάρτυρές εἰσιν, ἀλλὰ καὶ οἱ διὰ τὴν τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ τήρησιν ἀποθνήσκοντες. Καὶ κρεῖσσον ἡμῖν θάνατος ἐν τῷ ἀγῶνι, ἢ ζῆσαι ἐν παραπτώματι. » Καὶ πρό γε πάντων, μετὰ βουλῆς καὶ ἐρωτήσεως ἔσο, πάντα ποιῶν τοῦ σοῦ κατὰ Κύριον πνευματικοῦ Πατρός. Οὕτω γὰρ, Χριστοῦ χάριτι, καὶ τὰ ἐπαχθῆ καὶ ἀνάντη, κοῦφα, καὶ ὡς κατὰ πρανοῦς πεδίου δόξει σοι φέρεσθαι. Ἀλλ' ἐπανιτέον ὅθεν ἐξήλθομεν.

accurata dijudicatione ingredi, ad duplicis animantis concordiam et pacificum statum. « Cum sapientia enim, inquit, ædificatur domus: et cum intelligentia instauratur; et sensu adimpletur ærarium omnibus divitiis pretiosis et pulchris. » Scribit autem et sanctus Thalassius: « Cum ratione discreta indigentia et angustia, via regia est; ita ut non discreta sugillatio et irrationabilis prudentia inutiles sint, tanquam utrinque contra rationem factæ. » Et pius Isaac: « Sequitur membrorum remissionem rationis deordinatio et turbatio, et immoderatam operationem acedia, et acediam exstasis. Differt autem exstasis ab exstasi. Primam enim exstasim sequitur fornicationis bellum, secundam vero proprii domicilii derelictio et a loco in locum migratio; moderatæ autem et patienter duranti operationi non est honor, eorum autem mediocritas lætitiam adauget; immoderantia vero exstasim. Et magnus Maximus: « Ne omne tempus in carnem impendas, sed ei adhibe pro viribus exercitium et totam mentem in interiora convertas. Corporale enim exercitium non valde est utile: pietas ad omnia, et cætera. Si autem quodammodo carnis cura attrahit et tyrannice curam animæ regit, eamque aggravat ad inordinatos motus et animæ noxios incitans, ut scriptum est: Caro concupiscit adversus spiritum, et spiritus adversus carnem; sed ipse eam temperantia frenans, occide quoadusque vel invita docilis facta fuerit, et meliori obediat, recordatus eorum quæ magnus Paulus dictitat: « Quo magis exterior homo noster corrumpitur, eo magis interior renovatur de die in diem [88]. » Et sanctus Isaac: « Fac te ipsum in certaminibus mori, neque in incuria vivere; non enim tantum ii, qui propter Christi fidem mortem accepere, martyres sunt, sed et qui propter mandatorum ejus observationem moriuntur. Et potius nobis est decertando mori quam cadendo vivere. » Et ante omnia cum consilio et interrogatione esto, omnia faciens quæ tibi præscripserit Pater tuus spiritualis. Ita enim, Christi gratia, et odiosa et ingrata, levia fient, et tanquam plano itinere tibi videbitur ferri. Sed redeundum unde exivimus.

D

Ὅπως δεῖ τὸν ἀγωνιζόμενον διέρχεσθαι τὸ μετὰ τὸ γεῦμα ἄχρι δύσεως ἡλίου διάστημα· καὶ ὅτι δεῖ πιστεύειν, κατὰ τὸν κόπον, καὶ τὸ μέτρον τῆς ἐργασίας ἡμῶν, τὴν τῶν θείων χαρισμάτων διανομὴν ἐπιδίδοσθαι ἡμῖν.

Quomodo oportet certantem tempus transire quod est inter prandium et solis occasum; et quod oportet credere in labore et mensura nostræ operationis divinorum donorum perseverantiam nobis concessam esse.

λζ'. Μετὰ δέ γε τὸ ἀριστῆσαι ὡς δεῖ τὸν ἀγωνιζόμενον, κατὰ τὸν θεσπέσιον Παῦλον, κελεύοντα, ὅτι ὁ ἀγωνιζόμενος πάντα ἐγκρατεύεται, ἀνάγνωθι καθήμενος, ἐν τοῖς νηπτικοῖς τοπλέον συγγράμμασι τῶν Πατέρων, ἱκανῶς. Καὶ ἔκτοτε κοιμήθητι ὥραν μίαν, εἴπερ εἰσὶν αἱ ἡμέραι μεγάλαι. Εἶθ' οὕτως ἀναστὰς, μικρὸν ἐργοχείρησον, κρατῶν καὶ τὴν εὐχήν. Μετὰ

37. Post prandium autem quomodo oportet certantem vivere, secundum divinum Paulum docentem, eum qui certat, omnia vincere, lege sedens, plerumque in asceticis Patrum libris sufficienter. Ac deinde unam horam dormi, si longi sint dies. Deinde rursum surgens, paulum manibus operare, orationem quoque occupans. Post a vero adora,

[88] II Cor. IV, 16.

ut jam dictum est. Lege, meditare, et cura ut humilieris et teipsum habeas infra omnes homines. « Qui enim se exaltaverit, humiliabitur; et qui se humiliaverit, exaltabitur [97]. » Et: « Qui videtur stare, caveat ne cadat [98]. » Et: « Dominus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam [99]. » Et: « Initium superbiæ, nescire Dominum [1]. » Et: « Superbi transgressi sunt nimis [2]. » Et: « Non alta sapientes, sed humilibus consentientes [3]. » Dicit autem et divus Chrysostomus: « Ille se optime noscit, qui se nihil esse putat; nihil enim ita Deo charum est, quam se cum ultimis reputare. » Et sanctus Isaac: « Humilibus revelantur mysteria. » Et: « Ubi germinat humilitas, ibi quoque Dei gloria crescit. » Et: « Gratiæ præcurrit humilitas; et doctrinæ præcurrit meditatio. » Et sanctus Barsanuphius: « Si sincere salvus esse velis, operibus obedi; tolle pedes tuos a terra, et transfer in cœlum mentem tuam. Atque ibi sit cura tua die ac nocte; et quantum habes virium, contemnaris; nitens teipsum infra quemlibet hominem videre. Hæc est vera via; extra eam nulla alia est ei, qui vult salvus esse per eum, qui ipsum confortat, Christum. Currat qui velit, currat qui velit, currat qui velit, ut comprehendat: confiteor coram Deo vivente et volente vitam æternam ei, quicunque cupiet, largiri. » Et Climacicus: « Non jejunavi, non vigilavi, non humi recubui, sed humiliatus sum, et salvavit me confestim ille, qui, ante quodlibet aliud, contemptum persequitur, ut ait sanctus Barsanuphius. Quia, si negotia negligis, ad urbem accedis; et si inter homines non lauderis, urbem incoles. Et si ab omni homine occidaris, urbem et ejus thesauros hæreditabis. Et si vis salvari, salutem tibi præstabit vivere sine honore: et curre ad id quod tibi propositum est. » Est autem, secundum illius discipulum pium Joannem, vivere contemptum, non cuiquam se æqualem gerere, et non dicere de bono opere: « Et ego id feci. » Deinde sedens ora corde puro et constanter, quoadusque vespera supervenerit. Et ita psalle cantum vespertinum et absolve, sincero corde credens, pro nostro labore et pro nostro ob virtutem dolore et operationis nostræ mensura, donorum nobis et præmiorum distributionem ac proclamationem ac consolationem a Deo factum iri; ut ait divinus Psaltes: « Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tuæ lætificaverunt animam meam [4]: » et Salvator: « Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos [5]. » Et magnus Paulus: « Si tamen Christo compatimur, ut et conglorificemur. Existimo autem quod non sunt condignæ passiones hujus sæculi ad futuram gloriam quæ revelabitur in nobis [6]. » Dicit autem hæc et divina sapiens Maximus: « Causa esse dicitur divinorum bonorum distributionis uniuscujusque fidei mensura; quemadmodum

A δὴ ταῦτα πρόσευξαι, ὡς προδεδήλωται· ἀνάγνωθι, μελέτησον, καὶ σπούδασον ἵνα ταπεινωθῇς καὶ ἔχῃς σεαυτὸν ὑποκάτω πάντων ἀνθρώπων. « Ὁ γὰρ ὑψῶν, φησὶν, ἑαυτὸν, ταπεινωθήσεται· ὁ δὲ ταπεινῶν ἑαυτὸν ὑψωθήσεται. » Καί· « Ὁ δοκῶν ἑστάναι, βλεπέτω μὴ πέσῃ. » Καὶ, ὅτι « Κύριος ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται· ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν. » Καί· « Ἀρχὴ ὑπερηφανείας, τὸ μὴ εἰδέναι τὸν Κύριον. » Καί· « Ὑπερήφανοι παρηνόμουν ἕως σφόδρα. » Καί· « Μὴ τὰ ὑψηλὰ φρονοῦντες, ἀλλὰ τοῖς ταπεινοῖς συναπαγόμενοι. » Λέγει δὲ καὶ ὁ θεῖος Χρυσόστομος· « Οὗτος μάλιστά ἐστιν ὁ ἑαυτὸν εἰδὼς, ὁ μηδὲν ἑαυτὸν εἶναι νομίζων. Οὐδὲν γὰρ οὕτω τῷ Θεῷ φίλον, ὡς τὸ μετὰ τῶν ἐσχάτων ἑαυτὸν ἀριθμεῖν. » Καὶ ὁ

B ἅγιος Ἰσαάκ· « Τοῖς ταπεινόφροσιν ἀποκαλύπτονται τὰ μυστήρια. » Καί· « Ὅπου βλαστάνει ἡ ταπείνωσις, ἐκεῖ ἡ τοῦ Θεοῦ δόξα βρύει. » Καὶ, ὅτι « Πρὸ τῆς χάριτος τρέχει ἡ ταπείνωσις, καὶ πρὸ τῆς παιδείας τρέχει ἡ οἴησις. » Καὶ ὁ ἅγιος Βαρσανούφιος· « Εἰ ἀληθῶς σωθῆναι θέλεις, ἄκουσον ἔργῳ· ἆρον τοὺς πόδας σου ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ἀνάγαγε εἰς τὸν οὐρανὸν τὸν νοῦν σου· καὶ ἐκεῖ γενηθήτω σου ἡ μελέτη νύκτα καὶ ἡμέραν· καὶ ὅσην ἔχεις δύναμιν καταφρονήθητι· πυκτεύων ἰδεῖν σεαυτὸν, ὑποκάτω παντὸς ἀνθρώπου· αὕτη ἐστὶν ἡ ἀληθινὴ ὁδός· ἐκτὸς αὐτῆς, ἄλλη οὐκ ἔστι, τῷ σωθῆναι θέλοντι, ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντι αὐτὸν Χριστῷ. Τρεχέτω ὁ θέλων· τρεχέτω ὁ θέλων· τρεχέτω ὁ θέλων, ἵνα καταλάβῃ· μαρτύρομαι ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, καὶ θέλον-

C τος ζωὴν αἰώνιον χαρίσασθαι παντὶ τῷ θέλοντι. » Καὶ ὁ τῆς Κλίμακος· « Οὐ νενήστευκα· οὐκ ἠγρύπνηκα· οὐκ ἐχαμεύνηκα, ἀλλ' ἐταπεινώθην, καὶ ἔσωσέ με συντόμως, διώκων πρὸ παντὸς ἑτέρου καὶ τὸ ἀψήφιστον, ὥς φησιν ὁ ἅγιος Βαρσανούφιος· ὅτι τὸ ἀμεριμνῆσαι ἀπὸ παντὸς πράγματος, ποιεῖ σε προσεγγίσαι τῇ πόλει· καὶ τὸ μὴ ψηφισθῆναι ἐν ἀνθρώποις, ποιεῖ σε οἰκῆσαι τὴν πόλιν· καὶ τὸ ἀποθανεῖν ἀπὸ παντὸς ἀνθρώπου, ποιεῖ σε κληρονομῆσαι τὴν πόλιν, καὶ τοὺς θησαυρούς. Καὶ εἰ σωθῆναι θέλεις, τὸ ἀψήφιστον κράτει, καὶ τρέχε πρὸς τὸ προκείμενον. » Ἔστι δ' αὖ, κατὰ τὸν τούτου τοῦ ἁγίου μαθητὴν ὅσιον Ἰωάννην, τὸ ἀψήφιστον, τὸ μὴ ἰσῶσαι ἑαυτόν τινι· καὶ τὸ μὴ εἰπεῖν περὶ καλοῦ ἔργου, ὅτι Κἀγὼ τοῦτο ἐποίησα. » Εἶτ' αὖθις καθίσας πρόσευ-

D ξαι καθαρῶς, καὶ ἀῤῥεμβάστως, ἕως ἂν καταλάβῃ τὸ ἑσπέρας· καὶ οὕτω ψάλλε τὸν συνήθη ἑσπερινὸν, καὶ ἀπόλυσον· ἐξ εἰλικρινοῦς καρδίας πιστεύων κατὰ τὸν κόπον, καὶ τὴν δι' ἀρετὴν ὀδύνην, καὶ τὸ μέτρον τῆς ἐργασίας ἡμῶν, καὶ τὴν τῶν δωρεῶν καὶ ἐπάθλων διανομὴν καὶ ἀνάῤῥησιν, παρὰ τοῦ Θεοῦ ἐπιβραβεύεσθαι ἡμῖν, καὶ παράκλησιν· ὥς φησιν ὁ θεῖος Ψαλμῳδός· « Κατὰ τὸ πλῆθος τῶν ὀδυνῶν μου ἐν τῇ καρδίᾳ μου, αἱ παρακλήσεις σου εὔφραναν τὴν ψυχήν μου. » Καὶ ὁ Σωτήρ· « Δεῦτε πρός με, πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς. » Καὶ ὁ μέγας Παῦλος· « Εἴπερ Χριστῷ συμπάσχομεν, ἵνα καὶ συνδοξασθῶμεν· λογίζομαι γὰρ

[97] Matth. xxiii, 12. [98] I Cor. x, 12. [99] Jac. iv, 6. [1] Eccli. x, 14. [2] Psal. xcvi, 9. [3] Rom. xii, 16. [4] Psal. xciii, 19. [5] Matth. xi, 28. [6] Rom. viii, 17, 18.

ὅτι οὐκ ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ, πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν ἀποκαλυφθῆναι εἰς ἡμᾶς. « Λέγει δὲ καὶ ὁ τὰ θεῖα σοφὸς Μάξιμος· « Αἴτιον εἶναι λέγεται τῆς τῶν θείων διανομῆς ἀγαθῶν, τὸ μέτρον τῆς ἑκάστου πίστεως· καθὼς γὰρ πιστεύομεν, καὶ τὴν ἐπὶ τὸ πράττειν τῆς προθυμίας ἐπίδοσιν ἔχομεν. Ὁ γοῦν πράττων, κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πράξεως, ἐπιδείκνυται τὸ μέτρον τῆς πίστεως, δεχόμενος ὡς ἐπίστευσε, τὸ μέτρον τῆς χάριτος. Ὁ δὲ μὴ πράττων, κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς ἀπραξίας, ἐπιδείκνυται τὸ μέτρον τῆς ἀπιστίας, δεχόμενος ὡς ἠπίστησε, τὴν τῆς χάριτος στέρησιν. Οὐκοῦν κακῶς ποιεῖ βασκαίνων τοῖς κατορθοῦσιν ὁ φθονερὸς, ἐπ' αὐτῷ σαφῶς, ἀλλ' οὐκ ἐπ' ἄλλῳ κειμένης, τῆς τοῦ πιστεύειν καὶ πράττειν, καὶ πρὸς τὸ μέτρον τῆς πίστεως ἐρχομένην εἰσδέξασθαι τὴν χάριν, ἐπιλογῆς· καὶ ἐκ ψυχῆς αἰτούμενοι, διαμεῖναι τὸν ὑπόλοιπον χρόνον ἡμῶν. » Καὶ αὐτὰ δὴ τὰ τέλη τῆς ζωῆς, Χριστιανὰ, ἀνώδυνα, ἀνεπαίσχυντα, εἰρηνικά· καὶ πρὸς τούτοις ἀποδοῦναι ἡμᾶς καλὴν τὴν ἀπολογίαν, ἐπὶ τοῦ φοβεροῦ ἑστῶτας βήματος τοῦ Κυρίου, καὶ Θεοῦ, καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

enim crediderimus, et nostri ad agendum ardoris retributionem habebimus. Qui igitur agit, pro actus ejus ratione ostenditur et mensura fidei; accipitis, ut credidit, gratiæ mensuram. Qui vero non agit, pro ejus inertiæ ratione, et incredulitatis mensura ostenditur; accipit enim, prout incredulus est, gratiæ privationem. Igitur male agit quicunque proficientibus invidet, cum penes eum, nec penes alium sit credendi et agendi, et secundum fidei mensuram gratiam accipiendi electio sit. Et tota anima eam orantes perseveremus totum vitæ nostræ tempus. Et ipse vitæ finis, Christianus, absque dolore, et rubore, pacificus. Et ad hæc, bonam defensionem habebimus, cum steterimus ante tribunal Domini et Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi.

Ὅτι μείζων πάσης ἐργασίας, ἡ καθαρὰ προσευχή ἐστιν.

λη'. Πρὸς δὲ τοῖς δηλωθεῖσι, καὶ τοῦτο ἴσθι, ἀδελφὲ, ὅτι πᾶσα μέθοδος, καὶ πᾶς κανὼν, εἰ βούλει δὲ, καὶ πρᾶξις διάφορος, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι ἡμᾶς ἔτι ἐν καρδίᾳ καθαρῶς καὶ ἀῤῥεμβάστως προσεύχεσθαι, τετύπωται οὕτω καὶ κεκανόνισται. Ἐπεὶ τούτου, εὐδοκίᾳ καὶ χάριτι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἀπαρτισθέντος, καὶ πολλὰ, καὶ ποικίλα, καὶ διαιροῦντα μεθέντες, τῷ ἑνὶ, καὶ ἑνιαίῳ, καὶ ἑνωτικῷ ἀμέσως ὑπὲρ λόγον ἑνούμεθα, ὡς εἴρηται τῷ κλεινῷ Θεολόγῳ· Θεὸς θεοῖς ἑνούμενός τε καὶ γνωριζόμενος· ὅπερ ἐστὶν, ἡ διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐν καρδίᾳ ἐνυπόστατος ἔλλαμψις, ἥτις τίκτεται, ὡς εἴρηται, ἐκ τῆς μνημονευθείσης καθαρᾶς καὶ ἀῤῥεμβάστου καρδιακῆς προσευχῆς. Σπάνιον δὲ τοῦτο, καὶ μόλις εἷς ἐκ χιλίων ὁ καταξιωθεὶς, Χριστοῦ χάριτι, προκόψαι εἰς τήνδε τὴν κατάστασιν. Τὸ δὲ καὶ ταύτην ὑπερπλεῦσαι, καὶ τῆς πνευματικῆς ἀξιωθῆναι προσευχῆς, καὶ τυχεῖν τῆς ἀποκαλύψεως τῶν μυστηρίων τοῦ μέλλοντος αἰῶνος, πάνυ ὀλίγων, καὶ κατὰ γενεὰς καὶ γενεὰς εὑρισκομένων, εὐδοκίᾳ τῆς χάριτος, καθάπερ γράφει καὶ ὁ ἅγιος Ἰσαάκ· « Ὥσπερ μόλις ἐκ μυριάδων ἀνθρώπων, εἷς εὑρίσκεται πληρώσας τὰς ἐντολὰς, καὶ τὰ νόμιμα μικρὸν ἐνδεῶς, καὶ φθάσας εἰς τὴν τῆς ψυχῆς καθαρότητα, οὕτως εἷς ἐκ χιλίων εὑρίσκεται, καταξιωθεὶς φθάσαι μετὰ πολλῆς παραφυλακῆς, εἰς τὴν καθαρὰν προσευχὴν, καὶ διαῤῥῆξαι τοῦτον τὸν ὅρον, καὶ τυχεῖν ἐκείνου τοῦ μυστηρίου. Διότι πολλοὶ τῆς καθαρᾶς προσευχῆς οὐδαμῶς ἠξιώθησαν, ἀλλ' ὀλίγοι. Πρὸς δὲ τὸ μυστήριον ἐκεῖνο τὸ μετ' ἐκείνην, καὶ πέραν, ὁ φθάσας, μόλις εὑρίσκεται γενεᾷ καὶ γενεᾷ, τῇ χάριτι τοῦ Χριστοῦ. » Καὶ μετ' ὀλίγα· « Καὶ εἰ μετὰ καθαρότητος μόλις τις προσεύχεται, τί εἴπωμεν περὶ τῆς πνευματικῆς; Πᾶσα δὲ πνευματικὴ κατ' αὐτὸν αὖθις κινήσεως ἠλευθέρωται· καὶ ἡ κλίνουσα κάτωθέν ἐστι τῆς πνευματικῆς. » Διόπερ καὶ αὐτὸς εἰ βούλει τῶν τοιούτων καινῶν μυστηρίων, ἔργῳ καὶ πράγματι, ἤτοι αὐτῇ τῇ πείρᾳ, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ καταξιωθῆναι, ἐν παντὶ καιρῷ καὶ πάσῃ ὥρᾳ, καὶ ἐργασίᾳ σου, ἐπείρου

Quod major omni operatione est munda oratio.

38. Cum his quæ indicata sunt et hæc, scito, frater, quod omnis methodus et omnis regula, si velis, et variæ actiones, ita formatæ sunt et determinatæ, eo quod non possumus in corde puro et constanter orare. Quod enim benevolentia et gratia Domini nostri Jesu Christi perfecte adepti, et multa illa varia et transeuntia relinquentes, cum eo qui unus est et simplex et uniendi vim habet, conjungimur immediate supra rationem, ut ab illustri theologo dictum est : « Deus divinis hominibus conjunctus et cognitus; quod est ea, per Spiritum sanctum, in corde interior illuminatio, quæ gignitur, ut dictum est, ex memorata pura et constanti cordis oratione. » Rarum autem illud est, et vix unus ex mille, Christi gratia, dignus effectus est qui ad hunc statum perveniat. Hunc autem statum transgredi et spiritualem adorationem assequi, et futuræ vitæ mysteriorum revelationem adipisci; omnino paucorum est, et ii per generationes et generationes reperiuntur, gratiæ beneficio, ut scribit pius Isaac : « Quemadmodum vix ex decem hominum millibus unus invenitur qui mandata adimpleat et leges modo fere perfecto, et in animæ puritatem tendat, ita unus ex mille reperitur, qui dignus judicatus sit qui attingeret cum multa custodia, puram orationem, et hunc terminum perfrangeret, et mysterium illud obtineret. Ideo non multi ad mundam orationem pervenere, sed pauci. Qui autem ad mysterium quod eam sequitur et ultra cucurrit, vix reperitur de generatione in generationem, Christi gratia. » Et paulo post : » Et si vix aliquis cum puritate orat, quid dicemus de spirituali oratione? Omnis autem spiritualis oratio motu libera est. Et quæ paululum vergit, infra spiritualem est. » Itaque si ipse talibus novis mysteriis in Christo dignus esse velis, opere et re, ipsa nempe experientia, omni tempore et omni hora et in omni operatione tua, orare in corde festina, pure et non distracte; ut sic ex

infante lactente ad virum perfectum pervenias, in mensuram ætatis plenitudinis Christi, et cum fideli ac prudenti servo beatitudinem et coronam consequaris, ut dirigens in judicio sermones tuos; nempe secundum rationem agens, unde non perturberis in sæculum, quemadmodum de eo scribit sanctus Philemon, ita: « Frater, sive nocte, sive die, dignatus erit te Deus orare mente pura absque distractione, ne propriæ tuæ regulæ adhæreas; sed quantum tibi licebit, nitere cum Deo uniri; et ipse cor tuum illuminabit de oratione spirituali. » Et quidam ex sanctis: « Si vis in corpore tanquam sine corpore Deo servire, indesinentem orationem posside secreto in corde tuo, et ante mortem fiet anima tua quasi angelus. » Iis consentanea scribit sanctus Isaac. Interrogatus enim ab aliquo quodnam esset universorum hujus operis profectuum summum, tranquillitatis nempe, ita ut [quis ad id perveniens sciat se vitæ perfectionem adeptum esse, respondit: « Quando] quis dignus factus est continua oratione; postquam enim id attigerit, omnium virtutum summam attigit, ac deinceps Spiritus sancti domicilium factus est. Si quis enim gratiam Paracleti non perfecte assecutus sit, orationis perseverantiam non potest in otio perficere. » Spiritus enim, inquit, cum in viro quodam habitat, non cessat orare. Ipse enim spiritus semper orat. Tunc neque in somno, neque in vigilia, oratio ex ejus anima deficit; sed sive manducet, sive bibat, sive dormiat, sive quid aliud faciat, atque etiam in profundo somno, suavis odor et halitus orationis erumpunt absque labore; et tunc oratio divisionem non habet; sed omnibus horis, etiamsi talis ejus oratio tranquilla sit exterius, sed rursum in eo servit abscondite. Silentium enim mundorum, orationem vocat quidam sanctus; quoniam eorum cogitationes quidam divini motus sunt; motus autem mundi cordis et mentis, dulces voces sunt, quibus etiam abscondito Deo psallunt. » Et alii multi sancti viri, divina ipsa gratia initiati, talia multa admiratione digna ediderе; quæ nos propter sermonis longitudinem omittimus.

A προφθάσαι εἰς τὸ προσεύχεσθαι ἐν καρδίᾳ, καθαρῶς καὶ ἀῤῥεμβάστως· ἵν' οὕτως, ὡς ἐκ νηπίου θηλάζοντος, προκόψῃς εἰς ἄνδρα τέλειον· εἰς μέτρον ἡλικίας τοῦ πληρώματος τοῦ Χριστοῦ, καὶ μετὰ τοῦ πιστοῦ οἰκονόμου καὶ φρονίμου, τοῦ μακαρισμοῦ καὶ τῆς ἀναῤῥήσεως ἐπιτύχῃς, ὡς οἰκονομῶν ἐν κρίσει τοὺς σοὺς λόγους· ἤγουν κατὰ λόγον πολιτευόμενος, ὅθεν καὶ οὐ σαλευθήσῃ εἰς τὸν αἰῶνα, καθὼς περὶ τούτου γράφει ὁ ἅγιος Φιλήμων, οὕτως· « Ἀδελφὲ, εἴτε ἐν νυκτὶ, εἴτε ἐν ἡμέρᾳ, ἀξιώσει σε ὁ Θεὸς καθαρῶς τῷ νοῒ προσεύξασθαι ἀπερισπάστως, μὴ πρόσχῃς τῷ ἰδίῳ κανόνι· ἀλλ' ὅση σοι δύναμις ἐπεκτείνου τῷ Θεῷ κολλώμενος· καὶ αὐτὸς φωτίζει τὴν καρδίαν σου περὶ ἐργασίας πνευματικῆς. » Καί τις τῶν θεοσόφων· « Εἰ θέλεις ἐν σώματι ὡς ἀσώματος Θεῷ λειτουργεῖν, εὐχὴν ἀδιάλειπτον κτῆσαι κρυπτῶς ἐν τῇ καρδίᾳ B σου, καὶ γίνεται πρὸ θανάτου ἡ ψυχή σου, ὡς ἄγγελος. » Τούτοις συνᾴδοντα γράφει καὶ ὁ ἅγιος Ἰσαάκ. Ἐρωτηθεὶς γὰρ παρά τινος, τί ἐστι τὸ περιεκτικὸν τῶν κόπων ὅλων τοῦ ἔργου τούτου, δηλαδὴ τῆς ἡσυχίας, ἵνα τις καταντήσας εἰς αὐτὸ, μάθῃ ὅτι τὴν τελειότητα τῆς πολιτείας ἔφθασεν, ἀπεκρίθη οὕτως· « Ὅταν ἀξιωθῇ τις τῆς διαμονῆς τῆς προσευχῆς· ὅταν γὰρ φθάσῃ ταύτην, πρὸς τὴν ἄκραν πασῶν τῶν ἀρετῶν ἔφθασε, καὶ τουλοιποῦ, κατοικητήριον τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐγένετο. Ἐὰν γάρ τις τὴν χάριν τοῦ Παρακλήτου ἀκριβῶς οὐκ ἐδέξατο, τὴν διαμονὴν ταύτης τῆς προσευχῆς τελειῶσαι ἐν ἀνέσει οὐ δύναται. Τὸ γὰρ Πνεῦμα, φησὶν, ὅταν κατοικήσῃ ἔν τινι τῶν ἀνθρώπων, οὐ παύεται ἐκ τῆς προσευχῆς. C Αὐτὸ γὰρ τὸ Πνεῦμα ἀεὶ προσεύχεται. Τότε, οὔτε ἐν τῷ καθεύδειν αὐτὸν, οὔτε ἐν ἐγρηγόρσει, ἡ προσευχὴ ἐκ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ κόπτεται· ἀλλ' ἐὰν ἐσθίῃ, καὶ ἐὰν πίνῃ, καὶ ἐὰν κοιμᾶται, καὶ ἐάν τι πράττῃ, καὶ ἕως ἐν βαθεῖ ὕπνῳ, αἱ εὐωδίαι, καὶ οἱ ἀτμοὶ τῆς προσευχῆς ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ ἀναδίδονται, ἄνευ κόπου· καὶ χωρισμὸν τότε ἡ προσευχὴ οὐκ ἔχει· ἀλλὰ πάσας τὰς ὥρας αὐτοῦ, κἂν ἡσυχάσῃ ἔξωθεν αὐτοῦ ἡ τοιαύτη, ἀλλ' οὖν πάλιν ἡ αὐτὴ λειτουργεῖ ἐν αὐτῷ κρυπτῶς. Τὴν σιωπὴν γὰρ τῶν καθαρῶν, λογισμοὶ αὐτῶν, θεῖαι κινήσεις εἰσίν· αἱ κινήσεις δὲ τῆς καθαρᾶς καρδίας, καὶ διανοίας, φωναὶ πραεῖαί εἰσιν, ἐν αἷς κρυπτῶς τῷ κρυπτῷ ψάλλουσι. » Καὶ ἄλλοι δὲ πολλοὶ τῶν θεοφόρων, ἐκ τῆς χάριτος αὐτῆς πεῖρα μεμυσταγωγημένοι, τοιαῦτα πλεῖστα θαύματος ἄξια ἐξέθεντο· ἅπερ καὶ διὰ τὸ τοῦ λόγου μῆκος εἰάσαμεν.

De numero genuflexionum per spatium unius noctis dieique.

39. De numero autem genuflexionum, scimus triginta a divinis Patribus esse præscriptas, quas per noctis dieique spatium quinque hebdomadæ diebus facere nos oportet. Etenim omni Sabbato et omni Dominica, et etiam aliis ex consuetudine signatis diebus et hebdomadis, juxta mysticа et arcana oracula, ut ab iis abstineamus nobis præcipitur. Sunt autem qui hunc numerum prætergrediuntur. Quidam vero eum non attingunt, unusquisque pro viribus et voluntate. Et tu igitur fac, prout valebis. Sed tamen vere beatus est qui in omnibus quæ secundum Deum sunt sibi vim intu-

Περὶ τῆς κατὰ τὸ νυχθήμερον ποσότητος τῶν γονυκλισιῶν.

λθʹ. Περὶ δέ γε ποσότητος γονυκλισιῶν, τριακοσίας ἴσμεν τῷ ἀριθμῷ τὰς τοῖς θείοις ἡμῶν Πατράσι διωρισμένας, ἃς καὶ ὀφείλομεν ποιεῖν καθ' ἕκαστον νυχθήμερον τῶν τῆς ἑβδομάδος πέντε ἡμερῶν· καὶ γὰρ ἐν παντὶ Σαββάτῳ, καὶ πάσῃ Κυριακῇ, ναὶ μὴν καὶ ἐν ἄλλαις ἐξ ἔθους σεσημειωμέναις ἡμέραις, καὶ δὴ καὶ ἑβδομάσι, κατά τινας μυστικοὺς καὶ ἀποῤῥήτους λόγους, σχολὴν τούτων ἄγειν ἐντετάλμεθα. Εἰσὶ μέντοι τινὲς ὑπερβαίνοντες τοῦτον τὸν ἀριθμόν. Ἔνιοι δὲ καὶ ὑστερίζοντες, ἕκαστος καθὼς ἔχει ἰσχύος, ἢ προαιρέσεως. Καὶ σὺ τοίνυν ποίει τὸ κατὰ δύναμιν· μενοῦν γε μακάριος τῷ ὄντι, καὶ τοῦτο πολ-

λάκις, ὁ ἐν πᾶσι τοῖς κατὰ Θεὸν, πάντοτε ἐκβιάζων ἑαυτόν. « Βιαστὴ γάρ ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, καὶ βιασταὶ ἁρπάζουσιν αὐτήν. »

Ὅτι οὐ μόνον, ὡς προείρηται, κατὰ τὸν ἀγῶνα, καὶ τὸ μέτρον τῆς ἡμῶν ἐργασίας, ἡ τῶν θείων διανομὴ ἐπιχορηγεῖται, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν ἕξιν, καὶ ἐπιτηδειότητα. καὶ τὴν πίστιν, καὶ τὴν προσοῦσαν ἡμῖν διάθεσιν φυσικήν.

Atque id igitur manifestum est, non modo ex his quæ sancti dicunt, sed multo magis ex ipsis vitæ ac veritatis auctoris vocibus, manifestius. Dicit enim: « Ego sum panis vitæ [66]; » et, « Iste est panis de cœlo descendens, ut si quis ex ipso manducaverit, non moriatur. Ego sum panis vivus qui de cœlo descendit; si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in æternum. Et panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita [67]. » Et, « Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, et biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis; qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem, habet vitam æternam [68]. » Et adhuc: « Caro mea vere est cibus, et sanguis meus vere est potus; qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem, in me manet, et ego in illo. Quemadmodum misit me vivens Pater, et ego vivo propter Patrem; et qui manducat me, et ille vivet propter me. Hic est panis qui de cœlo descendit; et qui manducat hunc panem, vivet in æternum [69]. » Et Christi discipulus Paulus hæc ait: « Fratres, ego accepi a Domino Jesu quod et tradidi vobis, quoniam Dominus Jesus in qua nocte tradebatur, accepit panem et gratias agens, fregit ac dixit: Accipite et manducate: hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur: hoc facite in meam commemorationem. Similiter et calicem, postquam cœnavit, dicens: Hic calix novum Testamentum est in meo sanguine; hoc facite, quotiescunque bibetis, in meam commemorationem. Quotiescunque enim manducabitis panem hunc, et calicem illum bibetis, mortem Domini annuntiabitis, donec veniat. Qui manducaverit panem hunc, vel biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis et sanguinis Domini. Probet igitur seipsum homo, et sic de pane illo comedat et de calice bibat. Qui manducat et bibit indigne, judicium sibi manducat et bibit, non dijudicans corpus Domini. Ideo inter vos multi infirmi et imbe-

[66] Joan. VI, 35. [67] ibid. 50-52. [68] ibid. 54-55. [69] ibid. 56-59.

cilles et dormiunt multi. Si nosmetipsos dijudicaremus, non utique judicaremur. Dum autem judicamur, a Domino corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur [70]. »

Quod necesse est discere sacrorum mysteriorum miraculum; et quid est, et quare datum est, et quænam illius utilitas.

92. Scribit autem Chrysostomus : « Mysteriorum miraculum quid sit discere necessarium est, et quænam sit hujus rei utilitas. Unum corpus sumus, et membra ex carne Domini nostri Jesu Christi, et ex ossibus ejus. Qui autem initiati sunt, iis quæ dicuntur aurem præstent, ut non modo secundum charitatem id fiamus, sed reipsa in unam carnem misceamur ; id per cibum effectum est, quem nobis largitus est, nobis amorem quem in nos habet, volens ostendere. Ideo nobis seipsum immiscuit, et inseruit in nobis corpus suum, ut unum efficiamur, tanquam corpus capiti unitum. Id enim est vehementer diligentium. Quod innuens Job dicebat de servis suis, quibus erat vivide desiderabilis, quod amorem suum ostendendi causa dicebant : «Quis det nobis de carnibus ejus saturari ? Ideo et Christus illud effecit, ad majorem amicitiam nos ducens, et suum in nos amorem ostendens, non se tantummodo nobis videndum præbuit, sed et cupientibus tangendum ac manducandum ; et carni suæ nos uniri voluit et connecti et totum desiderium nostrum compleri.,» Et adhuc : « Qui huic sanctissimo corpori ac venerando sanguini participant, cum angelis et archangelis ac cœlestibus potentiis sedent, regiam Christi vestem induentes et arma habentes cœlestia. Sed non adhuc quidquam dixerunt ; ipsum enim regem induerunt. Sed quemadmodum illud est magnum et tremendum et mirandum, ita si cum puritate accedas, accessisti ad salutem ; si vero cum mala conscientia, in pœnam ac supplicium. Qui enim corpus et sanguinem Domini manducat ac bibit indigne, judicium sibi manducat ac bibit. Si enim qui regiam purpuram inquinaverunt, non minus puniuntur quam qui eam laceraverunt, omnino consentaneum est ut et qui corpus cum inquinata conscientia receperint, eamdem pœnam subeant ac qui per clavos illud fregere. Vide igitur quomodo Paulus hanc pœnam ostenderit, dicens : « Qui legem Moysis contempsit, absque misericordia, duobus vel tribus testibus accusatus, moritur. Quanto majora putatis mereri supplicia, qui Filium Dei conculcaverit, et sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est [71]? » Quicunque igitur huic corpori participamus, quicunque hunc sanguinem gustamus, cogitate nos illum qui sursum sedet, qui ab angelis adoratur, qui omnipotentiæ proximus est, degustare. Oh! quot ad salutem viæ nobis apertæ sunt! Nos suum corpus effecit, nos sui corporis participes reddidit, et nihil horum nos a malo retrahit! O indolentiam!

ἐν ἡμῖν πολλοὶ ἀσθενεῖς καὶ ἄῤῥωστοι, καὶ κοιμῶνται ἱκανοί. Εἰ γὰρ ἑαυτοὺς διεκρίνομεν, οὐκ ἂν ἐκρινόμεθα· κρινόμενοι δὲ ὑπὸ τοῦ Κυρίου παιδευόμεθα, ἵνα μὴ σὺν τῷ κόσμῳ κατακριθῶμεν. »

Ὅτι ἀναγκαῖον μαθεῖν τὸ θαῦμα τῶν ἁγίων μυστηρίων· καὶ τί ποτέ ἐστι· καὶ διὰ τί ἐδόθη, καὶ τίς ἡ ὠφέλεια.

ϞΒʹ. Γράφει δὲ καὶ ὁ Χρυσοῤῥήμων· « Ἀναγκαῖον μαθεῖν τὸ θαῦμα τῶν μυστηρίων τί ποτέ ἐστι, καὶ διὰ τί ἐδόθη, καὶ τίς ἡ ὠφέλεια τοῦ πράγματος; Ἓν σῶμά ἐσμεν, καὶ μέλη, ἐκ τῆς σαρκὸς τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἐκ τῶν ὀστέων αὐτοῦ. Οἱ δὲ μεμυημένοι, παρακολουθείτωσαν τοῖς λεγομένοις· ἵνα οὖν μὴ μόνον κατὰ τὴν ἀγάπην τοῦτο γενώμεθα, ἀλλὰ καὶ κατ' αὐτὸ τὸ πρᾶγμα εἰς ἐκείνην ἀνακερασθῶμεν τὴν σάρκα, διὰ τροφῆς τοῦτο γίνεται, ἣν ἐχαρίσατο, βουλόμενος ἡμῖν δεῖξαι τὸν πόθον, ὃν ἔχει πρὸς ἡμᾶς. Διὰ τοῦτο ἀνέμιξεν ἡμῖν ἑαυτὸν, καὶ ἀνέφυρε τὸ σῶμα αὐτοῦ εἰς ἡμᾶς, ἵνα ἕν γενώμεθα καθάπερ σῶμα κεφαλῇ συνημμένον. Τῶν γὰρ σφόδρα ποθούντων ἐστὶ τοῦτο. Τοῦτο γοῦν ὁ Ἰὼβ αἰνιττόμενος, ἔλεγε περὶ τῶν οἰκετῶν, οἷς ἦν μεθ' ὑπερβολῆς ποθεινὸς, ὅτι δὴ τὸν πόθον ἐνδεικνύμενοι, ἔλεγον· Τίς ἂν δῴη ἡμῖν ἐκ τῶν σαρκῶν αὐτοῦ ἐμπλησθῆναι; Διὸ δὴ καὶ ὁ Χριστὸς αὐτὸ πεποίηκεν, εἰς φιλίαν ἡμᾶς ἄγων μείζονα, καὶ τὸν αὐτοῦ πόθον ἐνδεικνύμενος περὶ ἡμᾶς, οὐκ ἰδεῖν μόνον ἑαυτὸν παρέχων τοῖς ἐπιθυμοῦσιν, ἀλλὰ καὶ ἅψασθαι, καὶ φαγεῖν· καὶ ἐμπῆξαι τῇ σαρκί· καὶ συμπλακῆναι, καὶ τὸν πόθον ἐμπλῆσαι πάντα. » Ἔτι· « Οἱ μετέχοντες τοῦ παναγίου σώματος, καὶ τοῦ τιμίου αἵματος, μετὰ ἀγγέλων καὶ ἀρχαγγέλων, καὶ τῶν ἄνω δυνάμεων ἑστήκασιν, αὐτὴν περικείμενοι τοῦ Χριστοῦ τὴν βασιλικὴν στολὴν, τὰ ὅπλα ἔχοντες τὰ πνευματικά. Ἀλλ' οὐδὲν εἶπον οὐδέ πω· αὐτὸν γάρ εἰσιν ἐνδεδυμένοι τὸν βασιλέα. Ἀλλ' ὥσπερ ἐστὶ μέγα, καὶ φρικτὸν, καὶ θαυμαστὸν, οὕτως ἂν μετὰ καθαρότητος προσέλθῃς, εἰς σωτηρίαν προσῆλθες, ἂν δὲ μετὰ πονηροῦ συνειδότος, εἰς κόλασιν, καὶ τιμωρίαν. Ὁ γὰρ ἐσθίων, καὶ πίνων ἀναξίως τὸ σῶμα καὶ αἷμα τοῦ Κυρίου, κρῖμα ἑαυτῷ ἐσθίει, καὶ πίνει. Εἰ γὰρ οἱ ῥυποῦντες τὴν πορφύραν τὴν βασιλικὴν, κολάζονται ὁμοίως, ὥσπερ οἱ διαῤῥηγνύντες, οὐδὲν ἀπεικὸς, καὶ τοὺς ἀκαθάρτῳ διανοίᾳ δεχομένους τὸ σῶμα, τὴν αὐτὴν ὑπομεῖναι τιμωρίαν, τοῖς αὐτὸ διαῤῥήξασι διὰ τῶν ἥλων. Ὅρα γοῦν, πῶς φοβερὰν ἔδειξεν ὁ Παῦλος τὴν κόλασιν, εἰπών· Ἀθετήσας τις νόμον Μωσέως, χωρὶς οἰκτιρμῶν, ἐπὶ δυσὶν, ἢ τρισὶ μάρτυσιν ἀποθνήσκει. Πόσῳ δοκεῖτε χείρονος ἀξιωθήσετε τιμωρίας, ὁ τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ καταπατήσας, καὶ τὸ αἷμα τῆς διαθήκης κοινὸν ἡγησάμενος, ἐν ᾧ ἡγιάσθη; Ὅσοι τοίνυν μετέχομεν τούτου τοῦ σώματος, ὅσοι τοῦ αἵματος ἀπογευόμεθα, ἐννοεῖτε ὅτι ἐκείνου τοῦ ἄνω καθημένου, τοῦ προσκυνουμένου παρὰ ἀγγέλων, τοῦ τῆς ἀκηράτου δυνάμεως ἐγγὺς, τούτου ἀπογευόμεθα. Οἴμοι, πόσαι πρὸς σωτηρίαν ἡμῖν ὁδοί! Σῶμα ἡμᾶς ἑαυτοῦ ἐποίησε, σώ-

[70] I Cor. XI, 23-32. [71] Hebr. X, 28, 29.

ματος ἡμῖν τοῦ ἑαυτοῦ μετέδωκε, καὶ οὐδὲν τούτων A ἡμᾶς ἀποτρέπει τῶν κακῶν. Ὢ τῆς ἀναλγησίας! ὢ τῆς ἀναισθησίας! » Καὶ αὖθις· « Πρεσβύτης τις θαυμαστὸς, ἐμοὶ διηγήσατο, τοιοῦτόν τι ἀξιωθεὶς ἰδεῖν, καὶ ἀκοῦσαι, ὅτι τοὺς μέλλοντας ἐνθένδε ἀπαίρειν, ἂν τύχωσι τῶν μυστηρίων μετασχόντες, ἐν συνειδήσει καθαρᾷ, ὅταν ἀποθανεῖν μέλλωσι, δορυφοροῦντες οἱ ἄγγελοι δι' ἐκεῖνο τὸ μεταληφθὲν, ἐνθένδε ἀπάγουσι. » Καὶ ὁ θεῖος Ἰωάννης ὁ Δαμασκηνός· « Ἐπειδὴ διπλοῖ τινές ἐσμεν, καὶ σύνθετοι, δεῖ καὶ τὴν γέννησιν διπλῆν εἶναι, ὁμοίως καὶ τὴν βρῶσιν, σύνθετον. Ἡ μὲν οὖν γέννησις, δι' ὕδατος ἡμῖν, καὶ πνεύματος δίδοται, ἡ δὲ βρῶσις αὐτός ἐστιν ὁ ἄρτος τῆς ζωῆς, ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ ἐξ οὐρανοῦ καταβὰς, καὶ ὥσπερ ἐπὶ τοῦ βαπτί- B σματος, ἐπειδὴ ἔθος τοῖς ἀνθρώποις ὕδατι λούεσθαι, καὶ ἐλαίῳ χρίεσθαι, συνέζευξε τῷ ἐλαίῳ καὶ τῷ ὕδατι, τὴν χάριν τοῦ Πνεύματος, καὶ ἐποίησεν αὐτὸ λουτρὸν ἀναγεννήσεως, οὕτως ἐπειδὴ ἔθος ἡμῖν ἄρτον ἐσθίειν, ὕδωρ δὲ καὶ οἶνον πίνειν, συνέζευξεν αὐτοῖς τὴν ἑαυτοῦ θεότητα· καὶ πεποίηκεν αὐτὰ σῶμα καὶ αἷμα αὐτοῦ, ἵνα διὰ τῶν συνήθων, καὶ κατὰ φύσιν, ἐν τοῖς ὑπὲρ φύσιν γενώμεθα. Σῶμά ἐστιν ἀληθῶς ἡνωμένον θεότητι, τὸ ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου σῶμα, οὐχ ὅτι αὐτὸ τὸ σῶμα, τὸ ἀναληφθὲν, ἐξ οὐρανῶν κατέρχεται, ἀλλ' ὅτι αὐτὸς ὁ ἄρτος, καὶ ὁ οἶνος, μεταποιεῖται εἰς σῶμα, καὶ αἷμα Θεοῦ. Εἰ δὲ τὸν τρόπον ἐπιζητεῖς πῶς γίνεται, ἀρκεῖ σοι ἀκοῦσαι, ὅτι διὰ Πνεύματος ἁγίου, ὥσπερ ἐκ τῆς ἁγίας Θεοτόκου διὰ Πνεύματος ἁγίου, ἑαυτῷ, καὶ ἐν C αὐτῷ ὁ Κύριος σάρκα ὑπεστήσατο, καὶ πλέον οὐδὲν γινώσκομεν. Ἀλλ' ὅτι ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ, ἀληθὴς, καὶ ἐνεργής ἐστι, καὶ παντοδύναμος, ὁ δὲ τρόπος, ἀνεξερεύνητος, γίνεται τοίνυν τοῖς πίστει ἀξίως μεταλαμβάνουσιν, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, καὶ εἰς ζωὴν αἰώνιον, καὶ εἰς φυλακτήριον ψυχῆς τε καὶ σώματος, τοῖς δὲ ἐν ἀπιστίᾳ ἀναξίως μετέχουσιν, εἰς κόλασιν, καὶ τιμωρίαν, καθάπερ καὶ ὁ τοῦ Κυρίου θάνατος. Καὶ οὐκ ἔστι τύπος ὁ ἄρτος, καὶ ὁ οἶνος τοῦ σώματος, καὶ αἵματος τοῦ Χριστοῦ· μὴ γένοιτο· ἀλλ' αὐτὸ τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ, τεθεωμένον· καὶ αὐτὸ τὸ αἷμα· Ἡ γὰρ σάρξ μου, φησὶν, ἀληθής ἐστι βρῶσις, καὶ τὸ αἷμά μου ἀληθής ἐστι πόσις. Σῶμά ἐστι καὶ αἷμα Χριστοῦ, εἰς σύστασιν τῆς D ἡμετέρας ψυχῆς, καὶ τοῦ σώματος χωροῦν, οὐ δαπανώμενον, οὐ φθειρόμενον, οὐκ εἰς ἀφεδρῶνα χωροῦν, ἀλλ' εἰς τὴν ἡμῶν οὐσίαν τε καὶ συντήρησιν, ῥύπου παντὸς καθαρτήριον· κἂν χρυσὸν λάβῃ κίβδηλον, διὰ τῆς κριτικῆς πυρώσεως καθαίρει, ἵνα μὴ ἐν τῷ μέλλοντι, σὺν τῷ κόσμῳ κατακριθῶμεν. Δι' αὐτοῦ καθαιρόμενοι, ἑνούμεθα τῷ σώματι Χριστοῦ, καὶ τῷ Πνεύματι αὐτοῦ, καὶ γινόμεθα σῶμα Χριστοῦ. Οὗτος ὁ ἄρτος ἐστὶν, ἡ ἀπαρχὴ τοῦ μέλλοντος ἄρτου, ὅς ἐστιν ὁ ἐπιούσιος· τὸ γὰρ ἐπιούσιον δηλοῖ, ἢ τὸν μέλλοντα, τουτέστι τὸν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος, ἢ τὸν πρὸς συντήρησιν τῆς οὐσίας ἡμῶν λαμβανόμενον. Πνεῦμα ζωοποιόν ἐστιν, ἡ σὰρξ τοῦ Κυρίου, διότι ἐκ τοῦ ζωοποιοῦ Πνεύματος συνελήφθη· τὸ γὰρ γεγεννημένον ἐκ τοῦ πνεύματος, πνεῦμά ἐστι. Τοῦτο

A o impudentiam! » Et rursum: « Mirandus quidam senex mihi narravit sibi tale aliquid videre et audire contigisse: scilicet, eos qui inde migrare debent, si mysteriorum participes effecti sint in munda conscientia, ab angelis, quando moriuntur, propter illud acceptum corpus, inde abduci. » Et divus Joannes Damascenus: « Quoniam duplices sumus ac compositi, oportet et generationem nostram ac similiter nutritionem duplicem esse et compositam. Generatio igitur nobis per aquam ac spiritum data est, cibus autem noster est panis vitæ, Dominus noster Jesus Christus qui de cœlo descendit. Et quemadmodum in baptismo, quoniam hominibus consuetudo est aqua lavari et oleo inungi, et aquæ virtutem Spiritus sancti conjunxit, eamque regene- B rationis balneum effecit, ita quoniam solemus pane vesci, aquam vero et vinum bibere, iis conjunxit suam Deitatem; eaque corpus et sanguinem suum effecit, ut per consueta et naturalia alimenta ad ea quæ supernaturalia sunt, perveniamus. Corpus est vere divinitati conjunctum, corpus ex sancta Virgine natum, non quod illud corpus quod accipimus e cœlo descendat, sed quod panis et vinum in corpus ac sanguinem Dei mutetur. Si quo modo id fiat inquiris, tibi sufficit audire, quod per Spiritum sanctum, quemadmodum ex sancta Deipara per Spiritum sanctum, sibi et in hoc pane Dominus carnem assumpsit; et nihil amplius novimus. Sed quia C Verbum Dei verax est et efficax et omnipotens, modus autem inscrutabilis, fit igitur his qui, ut fidem decet, illud accipiunt, in remissionem peccatorum et vitam æternam, et in custodiam animæ et corporis: his autem qui in incredulitate et indigne illud participant, in pœnam suppliciumque, ut ipsa mors Domini. Non est panis figura corporis, nec vinum figura sanguinis: absit! sed ipsum Christi corpus divinitati unitum; et ipse Christi sanguis: « Caro enim mea, inquit, vere est cibus, et sanguis meus vere est potus. » Corpus est et sanguis Christi, in nostræ animæ et corporis substantiam descendens, non impensum, non corruptum, non in latrinam deductum, sed in nostram D substantiam et custodiam, omnes sordes abstergens. Etiamsi aurum scoria mistum inveniat, per purificantem ignem illud mundat; ne in futuro, cum hoc mundo damnemur. Per id corpus mundati, Christi corpori unimur et ejus Spiritui, et corpus Christi efficimur. Iste panis est principium futuri panis, qui est supernaturalis: supernaturalem enim ostendit aut futurum panem, id est panem futuri sæculi, aut eum quem in nostræ substantiæ conservationem accipimus. Spiritus vivificus est caro Domini, eo quod a vivifico Spiritu compacta est; quod enim natum est ex spiritu, spiritus est. Id autem dico, non corporis naturam de medio tollens, sed id quod vivificum habet ac divinum, manifestare volens. Hæc autem futurorum figuræ dicuntur, non quod non vere corpus et san-

guis Christi sint, sed quod nunc quidem per ea Christi divinitatis participes efficimur, tunc autem spiritualiter per solam contemplationem. » Et divus Macarius : « Quemadmodum vinum in omnia bibentis membra diffunditur, et est vinum in eo et is in vino, ita et qui bibit sanguinem Christi, spiritu Divinitatis potatur, et ille Spiritus in perfecta anima diffunditur et anima in illo, atque ita sanctificata Domino digna consistit. Omnes enim, inquit, in uno Spiritu potati sumus, et qui per panis eucharistiam Spiritum sanctum in veritate recipiunt, digni sunt qui hujus fiant participes, et sic possunt per sæcula animæ dignæ vivere. Et quemadmodum corpus non ex seipso vitam habet, sed aliunde, id est a terra, sic et animam Deus probat, non ex propria ejus natura, sed ex sua ipsius divinitate, ex proprio ipsius spiritu et lumine, cibum habere, potum ac vestimentum, quæ vere sunt animæ vita. Divina enim natura panem vitæ habet eum qui dixit : « Ego sum panis vitæ ; » et aquam viventem et vinum lætificans, et oleum exsultationis. » Et sanctus Isidorus : « Communis vocata est divinorum mysteriorum receptio, eo quod nos cum Christo adunet, et participes ipsius regni efficiat. » Et pius Nilus : « Nequit salvari aliunde fidelis et remissionem peccatorum accipere et regnum cœlorum assequi, nisi cum tremore, cum fide et desiderio mysticum et purum corpus et sanguinem Christi accipiat. » Similiter scribit magnus Basilius in epistola ad Cæsariam patriciam : « Quotidie communicare et sanctum corpus ac sanguinem Domini accipere, optimum et utilissimum est, ipso Domino dicente : « Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem, in me manet et ego in illo, et habet vitam æternam. » Quis enim ambigit continuam vitæ participationem nihil aliud esse, quam multifariam vivere? Nos tamen quater singulis hebdomadis communicamus, Dominica, feria quarta, Parasceve et Sabbato, et aliis diebus, si adsit alicujus sancti memoria. » Quibus diebus, opinor, sacra faciebat sanctus; non enim quotidie poterat, tantis curis fatigatus. Dixit autem et sanctus Apollo : « Oportet monachum, si possit, singulis diebus, mysteriis Christi communicare. Qui enim se ab his abstinet, a Deo recedit; qui autem id continue facit, carnem continue recipit. Dicit enim vox salutifera : « Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem, in me manet, et ego in illo. Monachorum igitur refert salutiferæ passionis memoriam perpetuo facere. Eos igitur semper esse paratos oportet, et seipsos ita disponere, ut digni sint, qui sacra mysteria recipiant; quoniam ita peccatorum remissione digni efficimur. » Dicit autem et Climax : « Si corpus aliud corpus attrectans efficacia variatur, quomodo non variabitur qui Dei corpus innoxiis manibus attrectabit? » Scriptum autem et in *Geronticos* : « Joannes Bostrenus, vir sanctus et potestatem habens in spiritus immundos, dæmones

A δὲ λέγω, οὐκ ἀναιρῶν τὴν τοῦ σώματος φύσιν, ἀλλὰ τὸ ζωοποιὸν καὶ θεῖον τούτου δηλῶσαι βουλόμενος. Ταῦτα μέντοι ἀντίτυπα τῶν μελλόντων λέγονται, οὐχ ὡς μὴ ὄντα ἀληθῶς σῶμα, καὶ αἷμα Χριστοῦ, ἀλλ' ὅτι νῦν μὲν, δι' αὐτῶν μετέχομεν τῆς Χριστοῦ θεότητος, τότε δὲ, νοητῶς διὰ μόνης τῆς θέας. » Καὶ ὁ θειότατος Μακάριος· « Ὥσπερ ὁ οἶνος, εἰς πάντα τὰ μέλη τοῦ πίνοντος κιρνᾶται, καὶ γίνεται ὁ οἶνος ἐν αὐτῷ, καὶ αὐτὸς ἐν τῷ οἴνῳ, οὕτως ὁ πίνων τὸ αἷμα τοῦ Χριστοῦ, τὸ Πνεῦμα τῆς Θεότητος ποτίζεται, καὶ κιρνᾶται ἐν τῇ τελείᾳ ψυχῇ, καὶ ἡ ψυχὴ ἐν αὐτῷ, καὶ οὕτως ἁγιασθεῖσα, ἀξία τοῦ Κυρίου καθίσταται. Πάντες γὰρ, φησὶ, τὸ αὐτὸ Πνεῦμα ἐποτίσθημεν, καὶ διὰ τῆς εὐχαριστίας τοῦ ἄρτου, Πνεύματος ἁγίου οἱ κατὰ ἀλήθειαν μεταλαμβάνοντες καταξιοῦνται μέτ-
B οχοι γενέσθαι, καὶ οὕτω δύνανται εἰς αἰῶνας αἱ ἄξιαι ψυχαὶ ζῆσαι. Καὶ ὥσπερ τῷ σώματι ἡ ζωὴ οὐκ ἐξ ἑαυτοῦ ἐστιν, ἀλλ' ἔξωθεν αὐτοῦ, τουτέστιν ἀπὸ τῆς γῆς, οὕτω καὶ τὴν ψυχὴν εὐδόκησεν ὁ Θεὸς, οὐκ ἐκ τῆς ἰδίας φύσεως, ἀλλ' ἐκ τῆς αὐτοῦ Θεότητος, ἐκ τοῦ ἰδίου Πνεύματος, καὶ φωτὸς, ἔχειν βρῶσιν, πόσιν, ἔνδυμα, ἅ ἐστιν ἡ ὄντως ζωὴ τῆς ψυχῆς. Ἔχει γὰρ ἡ θεία φύσις, καὶ ἄρτον ζωῆς, τὸν εἰπόντα, Ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος τῆς ζωῆς, καὶ ὕδωρ ζῶν, καὶ οἶνον εὐφραίνοντα, καὶ ἔλαιον ἀγαλλιάσεως. » Καὶ ὁ ἅγιος Ἰσίδωρος· « Κοινωνία κέκληται ἡ τῶν θείων Μυστηρίων μετάληψις, διὰ τὸ, τὴν πρὸς Χριστὸν ἡμῖν χαρίζεσθαι ἕνωσιν, καὶ κοινωνοὺς ἡμᾶς ποιεῖν τῆς αὐτοῦ βασιλείας. » Καὶ ὁ ὅσιος Νεῖλος· « Ἀδύ-
C νατον ἄλλως σωθῆναι τὸν πιστὸν, καὶ ἄφεσιν τῶν πλημμελημάτων λαβεῖν, καὶ βασιλείας οὐρανῶν ἐπιτυχεῖν, εἰ μὴ μεταλαμβάνει μετὰ φόβου καὶ πίστεως καὶ πόθου τῶν μυστικῶν, καὶ ἀχράντων, σώματος καὶ αἵματος τοῦ Χριστοῦ. » Ὁμοίως γράφει καὶ ὁ μέγας Βασίλειος, ἐν τῇ πρὸς Καισαρίαν Πατρικίαν ἐπιστολῇ· « Καὶ τὸ κοινωνεῖν δὲ καθ' ἑκάστην ἡμέραν, καὶ μεταλαμβάνειν τοῦ ἁγίου σώματος, καὶ αἵματος τοῦ Χριστοῦ, καλὸν καὶ ἐπωφελὲς, αὐτοῦ σαφῶς λέγοντος· Ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα, καὶ πίνων μου τὸ αἷμα, ἐν ἐμοὶ μένει, κἀγὼ ἐν αὐτῷ, καὶ ἔχει ζωὴν αἰώνιον. Τίς γὰρ ἀμφιβάλλει ὅτι τὸ μετέχειν συνεχῶς τῆς ζωῆς, οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν, ἢ ζῆν πολλαχῶς; Ἡμεῖς μέντοιγε, τέταρτον καθ' ἑκάστην ἑβδομάδα κοινωνοῦμεν, ἐν τῇ Κυριακῇ, ἐν
D τῇ τετράδι, ἐν τῇ παρασκευῇ, καὶ τῷ Σαββάτῳ, καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις ἡμέραις, ἐὰν ᾖ μνήμη ἁγίου τινός· ἐν αἷς οἶμαι, καὶ ἐλειτούργει ὁ ἅγιος· οὐ γὰρ καθ' ἑκάστην ἠδύνατο, ὑπὸ τοσούτων φροντίδων ὀχλούμενος. » Εἶπε δὲ καὶ ὁ ἅγιος Ἀπολλὼ, ὅτι « Δεῖ τὸν μοναχὸν, εἰ δυνατὸν, καθ' ἑκάστην ἡμέραν τῶν μυστηρίων τοῦ Χριστοῦ κοινωνεῖν. Ὁ γὰρ μακρύνων ἑαυτὸν ἀπὸ τούτων, μακρύνεται ἀπὸ Θεοῦ, ὁ δὲ συνεχῶς τοῦτο ποιῶν, τὴν σάρκα συνεχῶς ὑποδέχεται· » ἡ γὰρ σωτήριος φωνή φησιν· « Ὁ ἐσθίων μου τὴν σάρκα, καὶ πίνων μου τὸ αἷμα, ἐν ἐμοὶ μένει, κἀγὼ ἐν αὐτῷ. Τοῦτο οὖν συμφέρει τοῖς μοναχοῖς, ὑπόμνησιν τοῦ σωτηρίου πάθους συνεχῶς ποιουμένοις. Καθ' ἡμέραν οὖν ἕτοιμον εἶναι δεῖ, καὶ παρασκευάζειν ἑαυτὸν τοιοῦτον, ὥστε ἄξιον εἶναι πάντοτε, περὶ

τὴν τῶν ἁγίων μυστηρίων ὑποδοχήν· ἐπεὶ καὶ ἀφ- A έσεως ἁμαρτιῶν, οὕτω καταξιούμεθα.» Λέγει δὲ καὶ ὁ τῆς Κλίμακος· «Εἰ σῶμα σώματι προσψαύων, ἀλλοιοῦται τῇ ἐνεργείᾳ, πῶς οὐχ ἀλλοιωθήσεται, ὁ Θεοῦ σώματι προσψαύων ἀθώοις χερσί;» Γέγραπται δὲ καὶ ἐν τῷ Γεροντικῷ· «Ἰωάννης ὁ Βοστρηνὸς, ἀνὴρ ἅγιος, καὶ ἐξουσίαν ἔχων κατὰ πνευμάτων ἀκαθάρτων, ἠρώτησε δαίμονας, οἳ ἦσαν κατοικοῦντες εἰς κόρας τινὰς μαινομένας καὶ ἐνεργουμένας ὑπ' αὐτῶν πονηρῶς, εἰπών· ποῖα πράγματα φοβεῖσθε ἀπὸ τῶν Χριστιανῶν; οἱ λέγουσιν· Ἔχετε ὄντως τρία πράγματα μεγάλα, ἓν μὲν, ὅπερ φορεῖτε, εἰς τὸν τράχηλον ὑμῶν, καὶ ἓν, ὅπερ λούεσθε εἰς τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ ἓν, ὅπερ τρώγετε εἰς τὴν σύναξιν. Ἐρομένου δὲ πάλιν, ἐκ τούτων τῶν τριῶν, ποῖον φοβεῖσθε πλέον; ἀπεκρίθησαν, εἰ ἐφυλάσσετε καλῶς ὅπερ μεταλαμβάνετε, οὐκ ἴσχυσεν οὐδεὶς ἐξ ἡμῶν ἀδικῆσαι Χριστιανόν· εἰσὶ δὲ ἃ δυσμενεῖς φοβοῦνται τῶν ἄλλων πλέον, ὁ σταυρὸς, ἡ βάπτισις, καὶ ἡ κοινωνία.»

interrogavit qui in quibusdam puellis furentibus et ab ipsis male multatis erant, dicens: «Quid a Christianis timetis?» Qui respondere: «Vere tria habetis magna; unum quidem, quod in collo vestro portatis, et alterum, quod in Ecclesia abluimini, et tertium, quod in conventu vestro comeditis. Cum rursum interrogati essent, ex his tribus quodnam magis formidarent, responderunt: «Si bene custodiatis quod accepistis, nemo nostrum valet Christianis injuriam inferre. Sunt autem quæ hostes nostri formidant plus quam cætera, crux, baptismus et communio.»

Τέλος τῶν κατὰ πλάτος πασῶν ὑποθέσεων, καὶ μερικὴ παραίνεσις πρὸς τὸν ἐπερωτήσαντα.

ϟγ'. Ἰδοὺ δὴ, τέκνον φίλτατον, τετέλεσταί σου ἡ αἴτησις, σὺν Θεῷ· εἰ μὲν κατὰ γνώμην τὴν σὴν καὶ τὴν πρόθεσιν, ἀκριβῶς οὐκ οἴδαμεν, μέντοι γε κατὰ τὴν ἡμετέραν δύναμιν, καὶ Θεῷ δὲ φίλον, τὸ κατὰ δύναμιν. Ὅρα τοίνυν, ἵνα μὴ μέχρι τούτου στῇ τὸ σὸν φιλομαθὲς, καὶ ἐπίπονον, ἀλλ' ἵνα καὶ ἔργοις ὀφθῇς φιλομαθὴς, καὶ σπουδαῖος. Φησὶ καὶ γὰρ ὁ κλεινὸς ὀδελφόθεος· «Ἀδελφοί μου ἀγαπητοὶ, γίνεσθε ποιηταὶ λόγου, καὶ μὴ μόνον ἀκροαταὶ, παραλογιζόμενοι ἑαυτοὺς, ὅτι, εἴ τις ἀκροατὴς νόμου ἐστὶ, καὶ οὐ ποιητὴς, οὗτος ἔοικεν ἀνδρὶ, κατανοοῦντι τὸ πρόσωπον τῆς γενέσεως αὐτοῦ, ἐν ἐσόπτρῳ· κατενόησε C γὰρ ἑαυτὸν, καὶ ἀπελήλυθεν, καὶ ἐπελάθετο ὁποῖος ἦν, ὁ δὲ παρακύψας εἰς νόμον τέλειον τῆς ἐλευθερίας, καὶ παραμείνας, οὗτος οὐκ ἀκροατὴς ἐπιλησμονῆς γενόμενος, ἀλλὰ ποιητὴς ἔργου, οὗτος μακάριος ἐν τῇ ποιήσει αὐτοῦ ἔσται.»

Finis omnium secundum latitudinem quæsitorum et specialis exhortatio ad eum qui interrogavit.

93. Ecce igitur, o fili dilectissime, adimpleta est, cum Deo, tua interrogatio; an secundum tuum propositum ac desiderium, non apprime novimus, sed tamen pro nostris viribus; et gratum Deo est, si quis agat pro viribus. Vide igitur, ne usque ad id tantum consistat tua discendi aviditas tuusque ardor; sed ut et operibus appareas discendi cupidus et fervens. Dicit enim illustris ille frater Domini: «Fratres mei dilectissimi, estote factores verbi, et non auditores tantum, vosmetipsos considerantes, quia, si quis auditor est legis et non factor, similis est homini consideranti vultum nativitatis suæ in speculo; consideravit enim se, et abiit; et oblitus est qualis esset; qui autem se inclinavit in legem libertatis perfectam, ac permansit, hic non auditor obliviosus factus, sed factor operis, beatus in ejus adimpletione erit.»

Ὅπως δεῖ ἀκούειν καὶ ἐκλαμβάνειν τὰ τῶν Πατέρων πνευματικὰ ῥήματα.

ϟδ'. Καὶ πρό γε τούτων, ἵνα πιστῶς, καὶ μετὰ τῆς προσηκούσης εὐλαβείας, ἐκλαμβάνῃς καὶ διακούῃς, τὰ τῶν Πατέρων θεῖα, καὶ πνευματικὰ θεσπίσματα· φησὶ γὰρ ὁ ἅγιος Μακάριος· «Ἄψαυστά ἐστι τοῖς ἀπείροις, τὰ πνευματικά· ψυχῇ δὲ ἁγίᾳ, καὶ πιστῇ, πρὸς κατάληψιν ἔρχεται ἡ τοῦ ἁγίου Πνεύματος κοινωνία, καὶ οἱ ἐπουράνιοι τοῦ Πνεύματος θησαυροὶ, τῷ πείρᾳ λαβόντι μόνῳ γίνονται D καταφανεῖς, ἀμυήτῳ δὲ, οὐδὲ ἐννοῆσαι δυνατὸν τοπαράπαν. Εὐλαβῶς τοίνυν περὶ αὐτῶν ἄκουε, μέχρις ἂν, καὶ σοὶ γένοιτο πιστεύοντι, καταξιωθῆναι τούτων τυχεῖν· τότε γὰρ εἴσῃ αὐτῇ πείρᾳ τῶν τῆς ψυχῆς ὀφθαλμῶν, οἵων ἀγαθῶν, καὶ μυστηρίων, ψυχαὶ Χριστιανῶν κἀνταῦθα κοινωνεῖν δύνανται.» Οὕτω γὰρ ἔχων, τάχιστα καὶ τὴν τῶν γεγραμμένων καὶ ἀκουτισθέντων ἐπισυλλέξεις ἐπικαρπίαν τε καὶ ὠφέλειαν, καὶ ἀπὸ τοῦ μανθάνειν, καὶ πράττειν, προκόψεις, εἰς τὸ καὶ ἄλλους παραινεῖν καὶ ὁδηγεῖν αὐτῇ πείρᾳ, πρὸς τὰ θειότερα, καὶ τοῖς πολλοῖς ἀμύητα· ὃ καὶ γένοιτό σοι, τῇ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ παναλκεστάτῃ παλάμῃ ἐπερειδομένῳ, καὶ κατευθυνομένῳ· Ἀμήν. Ἐπεὶ δὲ κόρος λόγου, πολέμιος

Quomodo oportet audire et excipere spiritualia Patrum verba.

94. Et ante hæc omnia, fideliter et cum decenti pietate, excipias et audias divina ac spiritualia Patrum oracula. Dicit enim sanctus Macarius: «Intractabilia sunt inexpertis spiritualia; animam vero sanctam ac fidelem comprehendit sancti Spiritus communio, et cœlestes Spiritus thesauri, ei soli qui eos expertus est, superveniunt manifesti; non initiato autem, neque eos cogitare possibile est. De iis igitur Patres audi religiose, donec tibi credenti contingat dignum esse qui eos obtineas. Tunc enim scies ipsa oculorum animæ experientia, quantis bonis ac mysteriis Christianorum animæ tunc communicare possint.» Sic teipsum habens quam citissime eorum qua scripta sint vel audieris, fructus et commoda colliges; et postquam didiceris et egeris, proficies ita ut et alios hortari ac ipsa experientia dirigere possis ad res divinas et plerisque ignotas. Quod utinam tibi contingat Domini Jesu Christi manu fortissima freto ac directo! Amen. Quoniam autem orationis satietas auribus inimica est, quemadmodum corpori nimius cibus, omnis vero mensura optima est, oportet nos satie-

tatem fugientes, modumque ut optimum aliquid amplexos, nonnihil adhuc sermoni immorari, et tanquam compendiosam hujus materiæ recapitulationem perscribentes, ibi orationis anchoram figere.

Recapitulatio, et quomodo oportet orare, et de vero lumine ac divina potentia.

95. Dicunt Patres : « Qui vere vigilare intendit, semper per naris inspirationem in intimo corde, nitatur pure et constanter orare, solis orationis verbis attendens, meditansque et cogitatione versans has voces, nempe : « Domine Jesu Christe, Fili Dei vivi, miserere mei ; donec mens in corde illuminetur, ut ait sanctus Diadochus : « Quicunque Domini Jesu gloriosum amandumque nomen in profundo corde indesinenter meditantur, ii possunt et mentis lumen aliquando videre. Quo divina gratia effecto, tunc reliquum vitæ nostræ cursum secundum Deum, tanquam in lumine ambulantes, imo vero luminis filii effecti, absque errore et offensione procedemus, ut ait luminis dator, Jesus : « Dum lucem habetis, credite in lucem, ut filii lucis sitis [72] ; » et adhuc : « Ego sum lux mundi ; qui sequitur me, non ambulabit in tenebris, sed habebit lumen vitæ [73]. » Et David talia ad Dominum inclamat : « In lumine tuo videbimus lumen [74]. » Et divinissimus Paulus : « Deus, qui dixit de tenebris lumen splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris [75]. » Per ipsum enim, quasi per inexstinguibilem lucernam et splendidissimam, diriguntur et procedunt qui vere fideles sunt, ultra sensibilia ; et ipsis aperientur, utpote mundis corde, januæ cœlestes, januæ nempe hujus vitæ angelorum vitæ similis et hujus sublimis status. Et rursum iis, tanquam solari disco, oritur et scrutari et dijudicare et discernere et prævidere, et similia. Et omnino per ipsum ante oculos eorum splendent arcanorum mysteriorum revelatio et manifestatio ; supernaturali ac divina potentia repientur in sancto Spiritu ; et per hanc spiritualem potentiam agger eorum alleviatur, vel potius carnis pondus minuitur, tollitur ac supervolitat. Hujus Spiritus sancti illuminantis potentiæ gratia, quamvis adhuc carne induti fuerint, quidam sancti Patres, tanquam materiæ et corporis expertes, inaccessa flumina et maria navibus meabilia, pedibus non submersi, transiere ; cursus longos et multorum dierum momantanee perfecerunt, et alia modum excedentia, in cœlo, in terra, in sole, in mari, in desertis, in urbibus, in omni loco et regione, in bestiis, in reptilibus, et uno verbo in omni creatione et omnibus elementis operati per omnia glorificati sunt, et dum in oratione stabant, eorum sancta et veneranda corpora, e terra, tanquam alas habuissent, sublevabantur ; divino illo et absumente et inmate-

A ἀκοαῖς, ὡς ὑπερβάλλουσα τροφὴ σώματι, καὶ, πᾶν μέτρον ἄριστον, δέον καὶ ἡμᾶς τὸν κόρον φεύγοντας, καὶ τὸ ἔμμετρον ἀσπαζομένους ὡς ἄριστον, μικρὸν ἔτι τῷ λόγῳ προσδιατρίψαντας, καὶ οἱονεί τινα σύντομον ἀνακεφαλαίωσιν τῆς παρούσης πραγματείας διαγράψαντας, οὕτως ἐκεῖσε τὴν τοῦ λόγου ἐρεῖσαι ἄγκυραν.

Ἀνακεφαλαίωσις, καὶ ὅπως δεῖ προσεύχεσθαι, καὶ περὶ φωτισμοῦ ἀληθοῦς, καὶ θείας δυνάμεως.

ϞΕʹ. Φασὶν οἱ Πατέρες, ὁ ἐν λόγῳ νήφειν ἐθέλων, ἀεὶ δι' εἰσπνοῆς ῥινὸς ἔνδον καρδίας ἐπειγέσθω προσεύχεσθαι καθαρῶς, καὶ ἀῤῥεμβάστως, μόνα τὰ τῆς εὐχῆς προσέχων, καὶ μελετῶν, καὶ διανοούμενος ῥήματα, ἤγουν τὸ, Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, Υἱὲ τοῦ B Θεοῦ, ἐλέησόν με, ἄχρι καιροῦ φωτισμοῦ νοὸς ἐν καρδίᾳ, ὥς φησιν ὁ ἅγιος Διάδοχος, ὅτι « Ὅσοι τὸ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ ἔνδοξον, καὶ πολυπόθητον ὄνομα ἐν τῷ βάθει τῆς καρδίας μελετῶσιν ἀπαύστως, οὗτοι δύνανται καὶ τὸ φῶς τοῦ νοῦ ὁρᾷν ποτε· » οὗ γεγενημένου, Θεοῦ ῥοπῇ, ἔκτοτε τὸν ὑπόλοιπον δρόμον τῆς κατὰ Θεὸν πολιτείας ἡμῶν, ὡς ἐν φωτὶ περιπατοῦντες, μᾶλλον δὲ φωτὸς υἱοὶ ὄντες, ἀπλανῶς, καὶ ἀπροσκόπως ὁδεύσομεν, ὥς φησιν ὁ φωτοπάροχος Ἰησοῦς, « Ἕως τὸ φῶς ἔχετε, πιστεύετε εἰς τὸ φῶς, ἵνα υἱοὶ φωτὸς γένησθε. » Καὶ ὅτι· « Ἐγώ εἰμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου, ὁ ἀκολουθῶν ἐμοὶ, οὐ μὴ περιπατήσει ἐν τῇ σκοτίᾳ, ἀλλ' ἕξει τὸ φῶς τῆς ζωῆς. » Καὶ ὁ Δαβὶδ δὲ τοιάδε πρὸς Κύριον βοᾷ· « Ἐν τῷ φωτί C σου ὀψόμεθα φῶς. » Καὶ ὁ θειότατος Παῦλος· « Θεὸς ὁ εἰπὼν ἐκ σκότους φῶς λάμψαι, ὃς ἔλαμψεν ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν. » Δι' αὐτοῦ καὶ γὰρ, ὡς διὰ λύχνου ἀσβέστου, καὶ παμφαοῦς, ὁδηγοῦνται, καὶ ἐνατενίζουσιν οἱ τῷ ὄντι πιστοὶ, εἰς τὰ ἐπέκεινα τῶν αἰσθήσεων, καὶ ἀνοίγεται αὐτοῖς, ὡς καθαροῖς τὴν καρδίαν, ἡ οὐράνιος πύλη, πάσης τῆς ἰσαγγέλου, καὶ ὑψηλῆς πολιτείας, καὶ καταστάσεως. Καὶ αὖθις οὕτως ὡς ἐξ ἡλιακοῦ δίσκου, ἀνατέλλει τούτοις, τὸ ἀνακρίνειν, τὸ διακρίνειν, τὸ διορᾷν, τὸ προορᾷν, καὶ τὰ παραπλήσια. Καὶ ἁπαξαπλῶς δι' αὐτοῦ ἀπαυγάζει τούτοις ἡ τῶν ἀδήλων μυστηρίων πᾶσα δήλωσίς τε καὶ ἀποκάλυψις, δυνάμεώς τε ὑπερφυοῦς, καὶ θείας, ἐν πνεύματι ἐμπίπλανται, καὶ διὰ τῆς τοιᾶσδε ὑπερφυοῦς δυνάμεως, καὶ ὁ χοῦς αὐτῶν κου-D φιζόμενος, ἢ μᾶλλον τὸ βρῖθον τῆς σαρκὸς ἀπολεπτυνόμενον καὶ μετεωριζόμενον, ὑπερίπταται. Διὰ ταύτης τῆς ἐν ἁγίῳ Πνεύματι φωτιστικῆς δυνάμεως, ἔτι μετὰ σαρκὸς ὄντες· καί τινες τῶν ἁγίων Πατέρων, ὡς ἄϋλοι καὶ ἀσώματοι, ποταμοὺς ἀβάτους, καὶ θαλάττας ναυσιπόρους, ποσὶν ἀβρόχως διῆλθον, δρόμους τε μακροὺς καὶ πολυημέρους, ἀκαριαίως διώδευσαν, καὶ ἕτερα ἐξαίσια, ἐν οὐρανῷ, ἐν γῇ, ἐν ἡλίῳ· ἐν θαλάσσῃ, ἐν ἐρημίαις, ἐν πόλεσιν, ἐν παντὶ τόπῳ καὶ χώρᾳ, ἐν θηρίοις, καὶ ἑρπετοῖς, καὶ ἁπλῶς ἐν πάσῃ τῇ κτίσει, καὶ πᾶσι τοῖς στοιχείοις, ἐξειργάσαντο, καὶ διὰ πάντων ἐδοξάσθησαν, καὶ ἐν προσευχαῖς δὲ τούτων ἱσταμένων, καὶ τὰ αὐτῶν εὐαγῆ,

[72] Joan. xii, 36. [73] Joan. viii, 12. [74] Psal. xxxv, 10. [75] II Cor. iv, 6.

καὶ τίμια σώματα, γῆθεν ὡς ὑπόπτερα ὑπερήροντο· A τῷ ἀναλωτικῷ, καὶ ἐνθέῳ, καὶ ἀΰλῳ πυρὶ τῷ τῆς χάριτος, τὸ σωματικὸν πάχος, ναὶ μὴν καὶ τὸ βάρος, ἀποτεφρούμενοι, κούφως τε αἴρεσθαι ἐνεργούμενοι. Ὢ τοῦ θαύματος! μεταστοιχειούμενοι, καὶ μεταχαλκευόμενοι πρὸς τὸ θειότερον, τῇ θεουργῷ παλάμῃ τῆς ἐνσκηνούσης αὐτοῖς ἰσχύος, καὶ χάριτος. Καὶ μετὰ τέλος δὲ, ἐνίων καὶ τὰ σεβάσμια σώματα, τὸ ἀδιάλυτον φέρουσι, προδήλως τὴν ἐνοικοῦσαν αὐτοῖς, καὶ πᾶσι τοῖς βεβαιοπίστοις ὑπὲρ φύσιν χάριν καὶ δύναμιν πιστούμενα. Καὶ μετὰ τὴν κοινὴν μέντοι γε, καὶ παγκόσμιον ἐξανάστασιν, δι' αὐτῆς τῆς ἐν πνεύματι φωτιστικῆς δυνάμεως, οἷόν πως πτεροφυήσαντες, ἁρπαγήσονται ἐν νεφέλαις εἰς ἀπάντησιν τοῦ Κυρίου, εἰς ἀέρα, ὥς φησιν ὁ τῶν ἀῤῥήτων μύστης θειότατος Παῦλος· « Καὶ οὕτω πάντοτε σὺν τῷ B Κυρίῳ ἔσονται. » Πρὸς δὴ ταῦτα, καὶ ὁ πνευματοφθόγγος ψάλλει Δαβίδ· « Κύριε, ἐν τῷ φωτὶ τοῦ προσώπου σου πορεύσονται, καὶ ἐν τῷ ὀνόματί σου ἀγαλλιάσονται ὅλην τὴν ἡμέραν, δηλαδὴ τὴν αἰώνιον, καὶ ἐν τῇ δικαιοσύνῃ σου ὑψωθήσονται, ὅτι καύχημα τῆς δυνάμεως αὐτῶν σὺ εἶ. » Καὶ, « Ἐν τῇ εὐδοκίᾳ σου ὑψωθήσεται τὸ κέρας ἡμῶν. » Καὶ αὖθις· « Οἱ τοῦ Θεοῦ κραταιοὶ, τῆς γῆς σφόδρα ἐπήρθησαν. » Καὶ ὁ μεγαλοφωνότατος δὲ Ἡσαΐας οὕτω διαγορεύει· « Οἱ ὑπομένοντες τὸν Κύριον, πτεροφυήσουσιν· ἀλλάξουσιν ἰσχὺν αὐτῶν. » Καὶ ὁ ἅγιος Μακάριος, « Πᾶσα ψυχὴ ἡ διὰ πίστεως, καὶ πασῶν τῶν ἀρετῶν σπουδῆς, τελείως τὸν Χριστὸν ἐνδύσασθαι ἐντεῦθεν ἐν δυνάμει, καὶ πληροφορίᾳ καταξιωθεῖσα, καὶ τῷ C ἐπουρανίῳ τῆς ἀφθάρτου εἰκόνος φωτὶ ἑνωθεῖσα, μυστηρίων οὐρανίων γνῶσιν ἐν ὑποστάσει λαμβάνειν πάντοτε καταξιοῦται. Ἐν δὲ τῇ ἡμέρᾳ τῆς ἀναστάσεως, τῇ αὐτῇ ἐπουρανίῳ τῆς δόξης εἰκόνι, τὸ σῶμα τῇ ψυχῇ συνδοξασθὲν, καὶ εἰς οὐρανοὺς ὑπὸ τοῦ πνεύματος, κατὰ τὸ γεγραμμένον, ἁρπαγὲν εἰς ἀπάντησιν τοῦ Κυρίου, εἰς ἀέρα· καὶ σύμμορφον τῷ σώματι τῆς δόξης αὐτοῦ γενέσθαι καταξιωθὲν, εἰς αἰῶνας ἅμα ψυχῇ καὶ σώματι συμβασιλεύσουσιν. »

A riali gratiæ igne, corporali crassitudine ac pondere exonerati, seque leviter sustollendi habiles effecti. O rem mirandam! reformati ac refecti ad aliquid divinius, potenti virtutis ac gratiæ apud ipsos habitantis dextra. Et post mortem quorumdam et sancta corpora indissolubilia visa sunt, manifeste eam, quæ apud ipsos habitabat et apud omnes sincere fideles, supernaturalem gratiam virtutemque testantia. Est post communem et universalem resurrectionem, per eamdem illam in spiritu splendentem virtutem, tanquam alas acquisivissent, rapientur in nubibus in occursum Domini, ut ait arcanorum doctor, divinissimus Paulus : « Et sic semper cum Domino erunt [76]. » Ad hæc, et inspiratus David psallit : « Domine, in lumine vultus tui ambulaB bunt, et in nomine tuo exsultabunt tota die, nempe in æternum, et in justitia tua exaltabuntur, quoniam gloria virtutis eorum tu es [77]. » Et : « In bona voluntate tua exaltabitur cornu eorum [78]. » Et rursum : « Fortes Dei e terra elevabuntur [79]. » Et sublimis ille Isaias ita loquitur : « Qui sustinent Dominum, pennas producent : permutabunt virtutem suam [80]. » Et sanctus Macarius : « Omnis anima quæ per fidem et omnium virtutum ardorem perfecte Christum induere in virtute ac fide digna est effecta, et cœlesti incorruptibilis imaginis lumini unita est, cœlestium mysteriorum scientiam substantialiter accipere meretur, in illa resurreC ctionis die, cœlesti illa gloriæ imagine cum anima conglorificatum corpus, et in cœlos a sancto Spiritu, ut scriptum est, raptum in occursum Domini, in aera, et dignum effectum ut conformetur corpori gloriæ ejus, in sæcula cum anima conregnabit. »

Ἑτέρα ἀνακεφαλαίωσις.

ϟϛ'. Τούτων τῶν καινῶν, καὶ ὑπὲρ λόγον λόγων, ἀρχὴ, καὶ γεννήτρια, ἡ προμνημονευθεῖσα ἐν ἀμεριμνίᾳ ὁλικῇ, ἡσυχία, προσοχή τε καὶ προσευχὴ, βάθρον οἷόν πως βεβηκὸς, καὶ ἔπαλξιν ἀπόρθητον πλουτοῦσαι· τὴν κατὰ δύναμιν πασῶν τῶν θεοποιῶν ἐντολῶν ἐκπλήρωσιν. Ἐκ δὲ τῆς ἀμεριμνίας φαμὲν, D ἡσυχίας, προσοχῆς τε, καὶ προσευχῆς, ἡ ἐν καρδίᾳ κίνησις καὶ θέρμη, ἡ τὰ πάθη, καὶ τοὺς δαίμονας φλέγουσα, καὶ τὴν καρδίαν ὡς ἐν χωνείᾳ καθαίρουσα· καὶ ἐκ ταύτης, ὁ πρὸς τὸν Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν πόθος, καὶ ἄληκτος ἔρως. Ἐκ δὴ τούτου, ἡ γλυκερὰ τῶν καρδιακῶν δακρύων ἐπιῤῥοὴ κρουνηδὸν, δι' ὧν ἡ ψυχὴ, καὶ τὸ σῶμα, ὡς ὑσσώπῳ, τῇ μετανοίᾳ, τῇ ἀγάπῃ τε καὶ εὐχαριστίᾳ, καὶ ἐξομολογήσει, καθαίρεται καὶ πιαίνεται. Ἐκ δὲ τούτων, ἡ γαλήνη· ἥ τε εἰρήνη τῶν λογισμῶν, ἧς οὐδὲν ὅριον, ὡς πάντα νοῦν ὑπερέχουσα. Ἐκ δὲ τούτων, ἡ χιονοφεγγόφωτος ἔλλαμψις· καὶ τέλος, ἡ κατὰ ἄνθρωπον ἀπάθεια· ἥ τε τῆς ψυχῆς πρὸ τοῦ σώματος ἐξανάστασις, καὶ ἡ πρὸς

Alia recapitulatio.

96. Harum novarum et supra rationem rationum principium ac generatio est prius memorata in omni securitate tranquillitas et attentio et oratio, fundamentum solidum et munimentum, omnium divinorum mandatorum pro viribus adimpletionem possidentes. Ex hac porro securitate, tranquillitate, attentione, oratione, fit in corde motus et fervor qui affectus et dæmones adurit, et cor, tanquam in fornace, purificat. Et ex hoc ardore sequitur ad Dominum Jesum Christum desiderium et indefessus amor : ex quo dulces cordis lacrymæ abundanter fluunt, per quas anima et corpus, ex pœnitentia tanquam ex hyssopo, charitate et gratiarum actione et confessione mundatur et saginatur. Ex his, quies et pax cogitationum, cujus non est terminus; quippe quæ mentem omnem superat. Ex his vero, niveo splendore illuminatio, ac demum, quantum in homine potest fieri, apathia, et animæ resurrectio, ante corporis resurrectionem, ad hujus

[76] I Thess. IV, 16. [77] Psal. LXXXVIII, 17, 18. [78] ibid. [79] Psal. XLVI, 10. [80] Isa. XL, 31.

posterioris imaginem ac similitudinem; et per actus et contemplationem, per fidem ac spem et charitatem reformatio ac conversio. Ad Deum directio ac unio immediata cum illo, exstasis, cessatio, quies perfecta, præsenti quidem tempore tanquam in speculo et in ænigmate et in pignore; in futuro autem, facie ad faciem visio, et perfecta Dei possessio, et æterna ejus fruitio.

τὸ κατ' εἰκόνα, καὶ καθ' ὁμοίωσιν· διὰ πράξεώς τε καὶ θεωρίας, πίστεώς τε καὶ ἐλπίδος, καὶ ἀγάπης, ἀναμόρφωσις καὶ ἐπάνοδος. Ἥ τε πρὸς Θεὸν ὁλικὴ ἀνάτασις, καὶ ἄμεσος ἕνωσις, ἔκστασίς τε, καὶ παῦλα, καὶ στάσις, κατὰ μὲν τὸ παρὸν, ὡς ἡ ἐν ἐσόπτρῳ, καὶ ἐν αἰνίγματι, καὶ ἀῤῥαβῶνι. Κατὰ δὲ τὸ μέλλον, ἡ πρὸς πρόσωπον πρόσωπον, καὶ τελεία τελείως τοῦ Θεοῦ μέθεξις, καὶ ἀϊδίως ἀπόλαυσις.

Quod recta et vera et a Patribus tradita et secundum Deum vita est tranquillitas ex obedientia; quæ et in Christo abscondita vita legitime a sanctis vocata est.

Ὅτι αὕτη ὄντως ἐστὶν ἡ ἀπλανής, καὶ ἀληθής, καὶ πατροπαράδοτος, καὶ κατὰ Θεὸν πολιτεία, δηλονότι ἡ ἐξ ὑπακοῆς ἡσυχία· ἥτις καὶ ἐν Χριστῷ κεκρυμμένη ζωὴ, εἰκότως τοῖς ἁγίοις προσείρηται.

97. Hæc est via et secundum Deum spiritualis vita et sacra operatio vere Christianorum; vera et recta et sincera et præclara, quæ in Christo abscondita vita est. Eam quidem aperuit et docuit Deus-Homo et dulcissimus Jesus; percurrerunt divini apostoli; quos alii secuti sunt, illustres nostri duces ac magistri; qui ab initio, nempe a prima Christi in mundo præsentia et usque ad nos, tanquam luminaria in mundo splenduerunt; vivifici sermonis fulgore et miris suis operibus; qui usque ad nos hoc bonum semen, hoc sacrum fermentum, radicem sanctam, inviolabile depositum, gratiam, virtutem ex alto, pretiosam margaritam, divinam Patris hæreditatem, thesaurum in agro absconditum, pignus Spiritus sancti, regium signaculum, viventem et scaturientem aquam divinum ignem, religiosum sal, donum, signaculum, lumen, alii ad alios tradidere, quod et erit in hæreditatem datum, et per generationes mystice translatum, quoadusque secundo Christus in terra videatur. Non mendax est enim qui illud promisit: « Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi [81]. » Amen.

ϟζʹ. Αὕτη ἡ ὁδὸς, καὶ κατὰ Θεὸν νοερὰ πολιτεία, καὶ ἱερὰ ἐργασία, τῶν τῷ ὄντι Χριστιανῶν· ἡ ἀληθὴς, καὶ ἀπλανὴς, καὶ ἀκίβδηλος, καί γε ἀριδήλως, ἡ ἐν Χριστῷ κεκρυμμένη ζωή. Ταύτην ἔτεμε μὲν καὶ ἐμυσταγώγησεν ὁ θεάνθρωπος, καὶ γλυκύτατος Ἰησοῦς· διώδευσαν οἱ θεῖοι ἀπόστολοι· ἐπηκολούθησαν δὲ, οἱ μετ' αὐτοὺς, αὐτοῖς ὡς δεῖ ἑπόμενοι, οἱ κλεινοὶ καθηγεμόνες ἡμῶν καὶ διδάσκαλοι· οἱ ἀπ' ἀρχῆς, αὐτῆς δὴ τῆς ἐπὶ γῆς πρώτης Χριστοῦ παρουσίας, καὶ μέχρι τήμερον ὡς φωστῆρες ἐν κόσμῳ λάμποντες, ταῖς τῶν ζωηρῶν λόγων μαρμαρυγαῖς, καὶ ταῖς τῶν ἔργων παραδοξοποιΐαις· οἳ καὶ εἰς τοὺς καθ' ἡμᾶς, τὸ τοιοῦτον καλὸν σπέρμα, τὴν ἱερὰν ζύμην, τὴν ἀπαρχὴν τὴν ἁγίαν, τὴν ἄσυλον παρακαταθήκην, τὴν χάριν, τὴν ἐξ ὕψους δύναμιν, τὸν πολύτιμον μαργαρίτην, τὸν ἔνθεον πατρῷον κλῆρον, τὸν ἐν τῷ ἀγρῷ κεκρυμμένον θησαυρὸν, τὸν ἀῤῥαβῶνα τοῦ Πνεύματος, τὸ βασιλικὸν σημεῖον, τὸ ζῶν καὶ ἀλλόμενον ὕδωρ, τὸ θεῖον πῦρ, τὸ σεβάσμιον ἅλας, τὸ χάρισμα, τὸ σφράγισμα, τὸ φῶς, καὶ τὰ ὅμοια τούτοις, πρὸς ἀλλήλους διέδωκαν· ὃ καὶ ἔσται κληροδοτούμενον, καὶ κατὰ γενεὰς γενεῶν μυστικῶς διαπορθμευόμενον, ἄχρι καὶ αὐτῆς τῆς δευτέρας αὖθις ἐπὶ γῆς Χριστοῦ παρουσίας. Ἀψευδὴς γὰρ ὁ ἐπαγγειλάμενος, τὸ, « Καὶ ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας, ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος. Ἀμήν. »

Quod, etsi sint aliæ salutis viæ, ea tamen est excellentior et regina et in adoptionem ducens.

Ὅτι κἂν καὶ ἄλλαι ὦσιν ὁδοὶ σωτήριοι, ἀλλ' αὕτη ἡ πρόκριτος, καὶ βασιλὶς, καὶ εἰς υἱοθεσίαν φέρουσα.

98. Etsi et aliæ viæ et vitæ rationes, et, si vis, operationes bonæ sint et ad salutem dirigant, et eum qui eas sequitur, in quie te statuunt, quemadmodum sunt quæ ad servitutem et mercenaria opera manu ducunt et finiunt, quemadmodum multæ mansiones apud Patrem esse a Salvatore dictæ sunt; sed ea tamen est regina et excellentissima, et omnibus operibus præstans, ut anima corpori præstat; quippe quæ in adoptionem Dei ex terra et pulvere renovet, ac Deum efficiens in Spiritu miro modo eum hominem qui in ipsam ingreditur, ut ait magnus Basilius: « Spiritus sanctus cum hominis animæ supervenerit, ei vitam dedit, dedit immortalitatem, jacentem suscitavit. » Quod autem a Spiritu sancto æterne movetur, animans sanctum factum est; accepit autem homo dignitatem Spiritus sancti in

ϟηʹ. Εἰ δὲ καὶ ἄλλαι ὁδοὶ, καὶ πολιτεῖαι, εἰ βούλει δὲ καὶ ἐργασίαι χρησταὶ πεφύκασι, πρὸς σωτηρίαν ὁδηγοῦσαι, καὶ καταπαύουσαι τὸν ταύτας μετιόντα, ὥσπερ ἄρα καὶ εἰσὶ, καὶ πρὸς δουλείαν, ἢ μισθαρνίαν, χειραγωγοῦσαι, καὶ καταλήγουσαι, καθὰ καὶ πολλαὶ μοναὶ τῷ Σωτῆρι παρὰ τῷ Πατρὶ αὐτοῦ ὑπάρχειν εἴρηνται· ἀλλ' οὖν αὕτη πέφυκεν ἡ βασιλὶς, καὶ πρόκριτος, καὶ πασῶν ἐργασιῶν, ὡς ψυχὴ σώματος ὑπερκειμένη, καὶ ὑπερφέρουσα, ἅτε εἰς υἱοθεσίαν Θεοῦ καινουργοῦσα ἐκ γῆς καὶ σποδοῦ, καὶ Θεὸν ἐργαζομένη παραδόξως ἐν πνεύματι, τὸν μετερχόμενον αὐτὴν, ὡς εἰκὸς, ἄνθρωπον, ὥς φησιν ὁ μέγας Βασίλειος· « Πνεῦμα ἅγιον ἐπελθὸν εἰς ψυχὴν ἀνθρώπου, ἔδωκε μὲν ζωὴν, ἔδωκε δὲ ἀθανασίαν, ἤγειρε κείμενον. » Τὸ δὲ κινηθὲν κίνησιν ἀΐδιον ὑπὸ Πνεύματος ἁγίου, ζῶον ἅγιον ἐγένετο, ἔσχε δὲ ἄνθρωπος ἀξίαν,

[81] Matth. XXVIII, 20.

πνεύματος εἰσφκισθέντος ἐν αὐτῷ, προφήτου, ἀποστόλου, ἀγγέλου, Θεοῦ· ὢν πρὸ τοῦ γῆ καὶ σποδός.

A ipso habitantis, prophetæ, apostoli, angeli, Dei, cum antea terra et cinis esset.

Ὅτι διὰ τὸ ὑψηλὸν τῆς ἐργασίας, καὶ πολυώνυμός ἐστιν αὕτη ἡ πολιτεία.

ϞΘʹ. Διατοι τοῦτο, καὶ πολλαῖς, καὶ ποικίλαις αὐτὴν, καὶ ἐνδόξοις κλήσεσιν, οἱ θεῖοι Πατέρες ἀποσεμνύνουσιν. Ὁδὸν γὰρ γνωστικὴν προσηγορεύκασι, πρᾶξιν ἐπαινουμένην καὶ θεωρίαν εὔστοχον, προσευχὴν ἐπάνω παντὸς πλάτους, νῆψιν νοὸς, νοερὰν ἐργασίαν, ἔργον τοῦ μέλλοντος αἰῶνος· ἀγγελικὴν πολιτείαν· οὐράνιον βιοτὴν, ἔνθεον διαγωγὴν, χώραν ζώντων, μυστικὴν ἐποψίαν, πνευματικὴν πανδαισίαν, Παράδεισον θεουργὸν, οὐρανὸν, οὐράνιον βασιλείαν, Θεοῦ βασιλείαν, γνόφον ὑπέρφωτον, ἐν Χριστῷ κεκρυμμένην ζωὴν, θεοπτίαν καὶ θέωσιν τὸ ὑπερφυέστατον, καὶ τὰ τούτοις παραπλήσια· οἷσπερ B θείοις Πατράσι, καὶ ἡμεῖς οἱ τῷ πηλῷ, καὶ τῇ πλινθείᾳ, τοῖς πονηροῖς καὶ ἀκαθάρτοις λογισμοῖς, καὶ λόγοις, καὶ ἔργοις, συζῶντες, ἑπόμενοι, τὴν σὴν αἴτησιν, ἀγαπητὲ, ἐκπληρῶσαι διὰ σπουδῆς ἐθέμεθα· ναὶ μὴν καὶ καθὼς ᾔτησας, καὶ ὑπὲρ τὸ μέτρον ἡμῶν εἰπεῖν οὐκ ὀκνήσαμεν, χάριν, ὡς καὶ ἐν προοιμίοις τοῖς τοῦ λόγου εἴπομεν τῆς σῆς ἀγάπης, καὶ τῆς Πατρικῆς ἐντολῆς· ταύτης δὲ καὶ [*Ἴσ. περιττὸν τὸ καὶ*] τῆς ἰσαγγέλου βιωτῆς πρύτανις, ἡ τοῦ Λόγου καὶ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, καινὴ καὶ ἀπόῤῥητος οἰκονομία καὶ ἐνανθρώπησις, εὐδοκία τοῦ ἀνάρχου Πατρὸς, καὶ συνεργεία τοῦ ἁγίου Πνεύματος.

Quod propter operationis excellentiam multa nomina habet hæc agendi ratio.

99. Propterea multis et variis et gloriosis nominibus eam celebraverunt divini Patres. Viam doctam appellaverunt, laude dignam actionem et ingeniosam contemplationem, orationem omni latitudini præstantem, mentis vigilantiam, spirituale opus, futuri sæculi opus; angelicam vitam, cœlestem agendi rationem, divinam conversationem, regionem viventium, mysticam intuitionem, spiritualem mensam, divinum paradisum, cœlum, cœlestem regiam, Dei regnum, tenebras supra lumen, vitam in Christo absconditam, Dei supernaturalem visionem, et his similia nomina; quos divinos Patres, nos qui luto ac terra formati, cum malis et impuris cogitationibus verbisque et operibus vivimus, sequentes, tuas preces, dilectissime, adimplere ardenter statuimus; sane quidem, ut postulasti, et supra nostram mensuram dicere non dubitavimus, propter tui dilectionem, et propter Patrum mandatum. Hujus angelicæ vitæ dux, ipsa est Verbi ac Filii Dei nova et ineffabilis providentia et incarnatio, ingeniti Patris beneplacitum, et cooperatio sancti Spiritus.

ΗΘΙΚΟΝ

Ὅτι μετὰ τῆς τοῦ Θεοῦ βοηθείας, καὶ χάριτος, C χρὴ καὶ ἡμᾶς ὡς δυνατὸν σπουδάζειν, καὶ ἀγωνίζεσθαι, ἵνα καταξιωθῶμεν ἀπὸ τοῦ νῦν ὡς ἐν ἀῤῥαβῶνος μέρει, τῶν τοιούτων ὑπερφυῶν, καὶ μεγίστων δωρεῶν· καὶ ἵνα μὴ διὰ μικρὰν ῥᾳθυμίαν, τούτων, φεῦ! ἀποτύχωμεν, ὃ μὴ γένοιτο!

ρʹ. Τοιούτων τοίνυν καὶ τηλικούτων ἀγαθῶν ἡμῖν προκειμένων, ἀγαπητοὶ, οὐ μόνον ἐν ἐλπίσι, καὶ ταῖς εἰς τὸ μέλλον ἐπαγγελίαις, ἀλλ' ἀληθείᾳ ἀπάρτι καὶ πράγματι, σπεύσωμεν, ἀντιβολοῦμεν, ἕως καιρὸν ἔχωμεν· δράμωμεν, ἀγωνισώμεθα, ἵνα τούτων καὶ ἡμεῖς, διὰ μικρᾶς καὶ προσκαίρου σπουδῆς, καὶ πόνου βραχέος, τὸ δὲ πλεῖστον, Θεοῦ δωρεᾷ καὶ χάριτι, καταξιωθῶμεν. « Οὐ γὰρ ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ, πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν ἀποκαλυφθῆναι εἰς ἡμᾶς, » Παύλου τοῦ θείου κήρυκος λέ- D γοντος· ἀκουσώμεθα· μᾶλλον δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ νῦν σπουδάζοντες εὑρήσομεν κατ' αὐτὸν, ὡς ἐν ἀπαρχῆς καὶ ἀῤῥαβῶνος μέρει. Εἰ γὰρ οἱ εἰς βασιλικὰς συγγενείας, καὶ κοινωνίας ἐκ τῆς κάτω τύχης μετακαλούμενοι, πάντα πράττουσι, καὶ ἔργοις, καὶ λόγοις, καὶ ἐπινοίαις, καὶ αὐτῶν δὴ τῶν ἀνεφίκτων ἁπτόμενοι, μέντοι γε καὶ αὐτῆς τῆς ζωῆς πολλάκις καταφρονοῦντες, ὑπὲρ τῆς τοιαύτης δόξης τε καὶ τιμῆς, τῆς ῥευστῆς, καὶ προσκαίρου, τῆς ἐνίοτε καὶ εἰς ὄλεθρον παντελῆ, οὐκ εἰς τὸ χρήσιμον καταντώσης, πόσον ἄρα ἡμᾶς εἰκὸς διαπράξασθαι, καὶ σπουδάσαι εἰς κοινωνίαν, καὶ γάμους καὶ συνάφειαν, προσκαλουμένους Θεοῦ, τοῦ πάντων βασιλέων Βασιλέως,

ETHICON.

Quod cum Dei auxilio et gratia oportet nos pro viribus festinare et pugnare, ut digni habeamur jam nunc tanquam ex pignore his supernaturalibus et maximis donis, neque propter parvam indolentiam hæc, eheu! amittamus; quod utinam non accidat.

100. Quoniam igitur, dilectissimi, tot ac tanta nobis bona proponuntur, non modo in spe et promissionibus futuro tempore adimplendis, sed re ac veritate, festinemus, resistamus, dum tempus habemus, curramus, pugnemus, ut his et nos, parva et opportuna cura ac brevi labore, maximam autem partem Dei gratia, digni efficiamur. « Non enim sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam quæ revelabitur in nobis [81], » ut ait divinus ille præco Paulus, quem audire debemus. Imo vero jam inde festinantes inveniemus, ex hoc tempore, tanquam primitias ac pignus. Si enim qui in regias cognationes et in regium consortium ex humili fortuna adoptantur nihil non faciunt et opere et voce et cogitatione, et postquam id fastigium assecuti sunt, vitam ipsam sæpius contemnunt pro istiusmodi gloria et honore, tam caduco ac temporaneo, ad perniciem interdum omnino, non ad utilitatem vergente, quanto magis oportet nos eniti et festinare, qui ad communionem ac nuptias et conjunctionem Dei invitamur, omnium regum regis et Creatoris, et solius incorruptibilis ac in æternum permanentis, suisque gloriam et ho-

[81] Rom. viii, 18.

norem præbentis illustrem ac stabilem; neque id solummodo, sed potestatem accepimus filios Dei fieri. « Quotquot eum receperunt, inquit, dedit eis potestatem filios Dei fieri, iis qui credunt in nomine ejus [83]. » Dat potestatem, non tyrannice trahit aut contra nostrum propositum cogit; semper enim tyrannis eum qui opprimitur contra oppressorem armat, ut malum malo curetur. Hoc modo honorat præcipuam nostræ libertatis dignitatem, ita ut bonum fiat omnino Dei operantis benevolentia et gratia; nostræ tamen voluntatis et curæ actus sit. Et ille quidem quanquam Deus et Dominus, quidquid ipsi faciendum erat, fecit; omnes enim similiter condidit, et pro omnibus mortuus est, ut æqualiter omnes salvaret. Nobis autem relicta est libertas accedendi, credendi, amicitiam jungendi, cum timore et ardore et charitate Domino illi misericordi serviendi qui nos vere ac sollicite dilexit; ita ut pro nobis libenter mortem voluerit subire, mortem vero probrosam, ut nos a diaboli, antiqui hostis, tyrannide liberaret, et cum Patre et Deo uniret; et hæredes quidem Dei, cohæredes autem sui efficeret; quod mirabilius et beatius est. Ne igitur parva ac brevi indolentia, et incuria, et falsa lætitia nos indignos efficiamus tantis bonis ac mercedibus et gaudiis; sed nihil non faciamus, nihil non operemur; neque ipsi vitæ nostræ pro illo parcamus, quoniam et ipse propter nos, id cum esset Deus, facere non dubitavit, ut sic his prorsus et omnibus donis coronisque digni efficiamur. Quæ utinam nos omnes accipiamus, benevolentia et gratia optimi illius ac misericordis Domini ac Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi, qui adeo semetipsum propter nos humiliavit, ac qui se humiliantibus supernaturalem et vivificam suam gratiam ex tunc efficaciter abundanterque concedit; quoniam illi debetur omnis gloria et honor et adoratio cum ingenito et purissimo ipsius Patre, et coæterno et sanctissimo et optimo et vivifico ipsius Spiritu, nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

A καὶ Δημιουργοῦ, καὶ μόνου ἀφθάρτου καὶ εἰσαεὶ διαμένοντος, καὶ δόξαν καὶ τιμὴν παρέχοντος τοῖς οἰκείοις, εὐκλεᾶ καὶ μόνιμον· καὶ οὐ μόνον τοῦτο δὲ, ἀλλά γε καὶ ἐξουσίαν εἰληφότας τέκνα Θεοῦ γενέσθαι. « Ὅσοι γὰρ, φησὶν, ἔλαβον αὐτὸν, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν, τέκνα Θεοῦ γενέσθαι, τοῖς πιστεύουσιν εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ. » « Δίδωσιν ἐξουσίαν, οὐ τυραννικῶς ἕλκει καὶ παρὰ πρόθεσιν ἡμετέραν βιάζεται· ἀεὶ γὰρ ἡ τυραννὶς, κατὰ τοῦ τυραννοῦντος τὸν τυραννούμενον ὁπλίζει, ἵνα κακῷ τὸ κακὸν ἐξιάσηται· κἀν τούτῳ τιμῶν ἡμῶν τὸ ἀρχαῖον τοῦ αὐτεξουσίου ἀξίωμα, καὶ ἵνα ὅπως εἴη τὸ ἀγαθὸν, τῇ αὐτοῦ μὲν ἐξειργασμένον τοκαθόλου εὐδοκίᾳ καὶ χάριτι· τῆς δὲ ἡμετέρας σπουδῆς καὶ ἐπιμελείας λογίζοιτο τὸ κατόρθωμα· κἀκεῖνος μὲν, εἰ καὶ Θεὸς B ἐστι καὶ Δεσπότης, ἀλλ' οὖν ἅπαν τὸ ἑαυτοῦ πεποίηκε· πάντας γὰρ καὶ ὁμοίως ἔπλασε, καὶ ὡσαύτως ὑπὲρ πάντων ἀπέθανε, ἵνα ἐπίσης σώσῃ τοὺς ἅπαντας. Ἐν ἡμῖν δὲ ἀπελείφθη τὸ προσελθεῖν, τὸ πιστεῦσαι, τὸ οἰκειωθῆναι, τὸ μετὰ φόβου, καὶ σπουδῆς, καὶ ἀγάπης λατρεύειν τῷ ὄντως ἀγαπήσαντι ἡμᾶς φιλανθρώπῳ Δεσπότῃ, καὶ κηδεμόνι, ὥστε καὶ θάνατον ἐθελῆσαι ὑπενεγκεῖν ἑκουσίως ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ θάνατον ἐπονείδιστον, ἵνα ἡμᾶς τῆς τοῦ διαβόλου καὶ ἀρχεκάκου ἐχθροῦ ἀπαλλάξῃ τυραννίδος, καὶ τῷ Πατρὶ καὶ Θεῷ καταλλάξῃ· καὶ κληρονόμους μὲν Θεοῦ, συγκληρονόμους δὲ αὐτοῦ ἀπεργάσηται, τὸ παραδοξότατον, καὶ μακαριώτατον· μὴ δὴ διὰ μικρᾶς καὶ βραχείας ῥᾳθυμίας, καὶ ἀμελείας, καὶ ἐπιπλάστου ἡδονῆς οἱασοῦν, τῶν C τοσούτων οἵων ἡλίκων ἀποξενώσωμεν ἑαυτοὺς ἀγαθῶν καὶ γερῶν, καὶ ἀπολαύσεων· ἀλλὰ πάντα πράξωμεν, καὶ πραγματευσώμεθα· καὶ αὐτῆς, εἰ δέοι, τῆς ζωῆς, ὑπὲρ αὐτοῦ μὴ φεισώμεθα, ὡς κἀκεῖνος δι' ἡμᾶς, καίτοι Θεὸς ὢν ὑπὲρ ἡμῶν πεποίηκεν, ἵν' οὕτως καὶ τῶν ἀπάρτι, καὶ τῶν ἁπάντων δωρεῶν καὶ στεφάνων καταξιωθῶμεν· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, εὐδοκίᾳ καὶ χάριτι αὐτοῦ τοῦ ὑπεραγάθου καὶ ἐλεήμονος, τοῦ Κυρίου, καὶ Θεοῦ, καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ ταπεινώσαντος ἑαυτὸν τοσοῦτον ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ τοῖς τοιούτοις ταπεινοῖς, τὴν ὑπερφυᾶ καὶ θεοποιὸν αὐτοῦ χάριν ἀπὸ τοῦ νῦν ἐνεργῶς πλουσίως ἐπιβραβεύοντος· ὅτι αὐτῷ πρέπει πᾶσα ἡ δόξα, καὶ ἡ τιμὴ, καὶ ἡ προσκύνησις, ἅμα τῷ ἀνάρχῳ καὶ ἀχράντῳ αὐτοῦ Πατρί· καὶ τῷ συναϊδίῳ, καὶ παναγίῳ, καὶ ἀγαθῷ, καὶ ζωοποιῷ αὐτοῦ Πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[83] Joan. I, 12.

ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΚΑΛΛΙΣΤΟΥ

ΤΟΥ ΠΑΤΡΙΑΡΧΟΥ

ΚΕΦΑΛΑΙΑ ΠΕΡΙ ΠΡΟΣΕΥΧΗΣ.

BEATI CALLISTI

PATRIARCHÆ

Callistus, sanctissimus Pater noster, Cataphugiotes etiam cognominatus (hoc forte cognomen adeptus est ex quadam ecclesia Deiparæ, quæ ex ipsa Cataphyga cognominata erat). Ubi anachoreticam vitam egerit, ex historicis non didicimus. Quantum autem ex ipsis ejus capitibus licet conjicere, vir erat reipsa in profanis sacrisque litteris exercitatissimus, ac præsertim contemplationis altitudine, profunditate, longitudine ac latitudine intellectus, si quis alius, eximius. Adeo autem beatus ille vir ad supernaturale Trinitatis supersubstantialis absconditum *unum*, gratiæ efficacia, tendebat, et adeo ad Dei contemplationem et immediatam unionem et spirituale silentium et superignorantem ignorantiam, omnibus omnino solutus puritatis excellentia ferebatur, ut angelus vere et deus secundum gratiam in terra visus sit. Nonnulli quidem eum dixere esse Callistum Xanthopulum, Constantinopolitanum patriarcham, eum dico qui centum alia capita conscripsit, duobus testimoniis fulti. Illa enim, ut aiunt, ad activam vitam pertinent, hæc vero ad solam contemplationem et vitam contemplativam. Cum autem actio et contemplatio inter se uniantur, oportebat, ut congruum sit, eumdem de utraque disseruisse. Adde etiam quod multa ex illis, eadem et in præsentia capita translata sunt, quæ ad mentis impetum et receptionem spectant, et ad divinam unionem et cordis operationem ac illuminationem. Alii vero non eumdem esse dicunt ob utriusque styli textus comparationem. Nos vero prioribus assentiendum esse censemus, textus mutationis nullam rationem habentes. Fieri enim potest facillime ut sapientes phrasim materiæ ipsi adaptent, et humilia humiliter, excelsa excelse et sublimiter eloquantur. Dolendum vero est quod ex centum, ut conjicere licet, capitibus, quæ alia quælibet de vita contemplativa tractantia superant, quantum scire possim, quæque tum cogitationibus, tum styli sublimitate et aliis dotibus perfecta sunt, vel etiam syllogismorum ratione, sola præsentia in hoc originali in nostras manus transmisso supersint.

ΕΚ ΤΩΝ ΤΟΥ

ΚΑΛΛΙΣΤΟΥ ΚΑΤΑΦΥΓΙΩΤΟΥ

ΣΥΛΛΟΓΙΣΤΙΚΩΝ ΚΑΙ ΥΦΗΛΟΤΑΤΩΝ ΚΕΦΑΛΑΙΩΝ

ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ

ΠΕΡΙ ΘΕΙΑΣ ΕΝΩΣΕΩΣ ΚΑΙ ΒΙΟΥ ΘΕΩΡΗΤΙΚΟΥ.

—

CALLISTI CATAPHUGIOTÆ

EX

SYLLOGISTICIS ET ALTIPETIS CAPITULIS

QUÆ SUPERSUNT

DE UNIONE CUM DEO ET VITA CONTEMPLATIVA.

—

1. Naturaliter, quidquid vivit, meliore naturali A sua virtute obtinet et quietem et lætitiam æqualem, qua lætatur, et ob illa affectu movetur. Igitur homo qui mentem habet, et cui licet naturali modo vitæ rationem præsertim cogitare, præcipue lætatur et quietis participatione fruitur, quando meliora cogitat de seipso, sive bona, sive pulchra quis velit dicere. Quod contingit, si Deum in mente habeat, et ejus virtutes cogitet qui summus est et supra mentis intellectum, et summe diligens hominem et plusquam concipi potest, et summa præmia et supra intellectum bona et pulchra suis præparat; et illa in æternum.

2. Si omnis generatio generatum generanti simile facit, ut ait Dominus dicens : « Quod natum est ex B carne, caro est, et quod natum est ex Spiritu, Spiritus est [88]; » si igitur Spiritus est qui natus est ex Spiritu, patet eum et Deum futurum esse secundum generantem Spiritum, quoniam et Deus verus est Spiritus ille, per quem secundum gratiam factus est homo Spiritus sancti particeps. Si autem Deus talis est, theoreticus quoque merito esset, eo quod contempletur; *contemplatio* enim dictus est *Deus* ; ita ut qui non contemplatur, aut spiritualem generationem et participationem non assecutus est, aut eam quidem assecutus est, sed ex ignorantia contemplativam virtutem compressit, intellectualemque circa intelligibilem justitiæ solem radios imperite avertit, et divinæ virtutis C particeps factus infeliciter hujus efficacia privatus est, etsi ad sanctitatem nihilominus tendat.

[88] Joan. III, 6.

α'. Ἐκ τοῦ πεφυκότος πᾶν ζῶν τῇ κρείττονι πεφυκυίᾳ αὐτοῦ ἐνεργείᾳ, καὶ ἀναπαύσεως μεταλαγχάνει καὶ ἡδονῆς ἐφαμίλλου, καὶ ταύτῃ καὶ χαίρει, καὶ προσπαθεῖ διὰ ταῦτα. Οὐκοῦν καὶ ὁ ἄνθρωπος ἅτε νοῦν ἔχων, καὶ τὸ νοεῖν πεφυκότως ζωὴν, μάλιστα ἥδεται, καὶ ἀναπαύσεως ἐν μετοχῇ γίγνεται γιγνομένῃ, ὁπηνίκα τὰ κρείττω νοῇ, καὶ τὰ, εἴτε ἀγαθά τις θέλει λέγειν, εἴτε καλὰ, περὶ ἑαυτοῦ. Ὃ γίγνεται ἀληθῶς, τὸν Θεὸν ἔχων εἰς νοῦν, καὶ τὰς ἀρετὰς αὐτοῦ λογιζόμενος, ἄκρου γε ὄντος καὶ ὑπὲρ νοῦν νοητοῦ, καὶ ἄκρως ἀγαπῶντος, καὶ ὑπὲρ νοῦν τὸν ἄνθρωπον, καὶ ἄκρα γέρα, καὶ ὑπὲρ νοῦν ἀγαθὰ καὶ καλὰ τοῖς ἑαυτοῦ ἑτοιμάζοντος· καὶ ταῦτ' αἰωνίως ταμάλιστα.

β'. Εἰ πᾶσα γέννησις προσεοικέναι ποιεῖ τῷ γεννῶντι τὸ γεννηθὲν, ὡς ἔφη ὁ Κύριος, ὅτι «Τὸ γεγεννημένον ἐκ τῆς σαρκὸς, σάρξ ἐστι, καὶ τὸ γεγεννημένον ἐκ τοῦ Πνεύματος, Πνεῦμα·» εἰ τοίνυν Πνεῦμα ὁ ἐκ τοῦ Πνεύματος γεγεννημένος, δῆλον ὅτι καὶ Θεὸς ἔσται, κατὰ τὸ γεννῆσαν Πνεῦμα, ἐπεὶ καὶ Θεὸς ἀληθινὸς τὸ Πνεῦμα ὑφ' οὗ κατὰ χάριν γεγέννηται ὁ τοῦ Πνεύματος μέτοχος. Εἰ δὲ Θεὸς ὁ τοιοῦτος, καὶ θεωρητικὸς περιφανῶς εἴη γ' ἂν κατὰ τὸ εἰκὸς, ἐκ τοῦ θεωρεῖν, καὶ γὰρ εἴρηται Θεὸς ὁ Θεός· ὥστ' ἄρα ὁ μὴ θεωρῶν, ἢ τῆς πνευματικῆς γεννήσεως καὶ μετοχῆς οὐκ ἐπέτυχεν οὔπω, ἢ ἐπιτυχὴς αὐτῆς γεγονὼς, μύει ἐξ ἀμαθείας τὴν ὀπτικὴν αὐτοῦ δύναμιν, καὶ τὰς νοητὰς περὶ τὸν νοητὸν τῆς δικαιοσύνης ἥλιον θείας ἀκτῖνας ἀποστρέφεται ἀπαιδεύτως, καὶ θεωτικῆς δυνάμεως μέτοχος γεγονὼς, τὴν ἐνέργειαν ταύτης στέρεται δυστυχῶς, καὶ πρὸς ἁγιωσύνην καίτοι γε ἀνατεινόμενος.

γ'. Πάντα τὰ ὄντα ἐκ τοῦ πεποιηκότος αὐτὰ κατὰ A λόγον τὴν σφῶν αὐτῶν εἴληφε κίνησιν, καὶ τὸ φυσικὸν ἴδιον, ὅθεν ἀκολούθως καὶ ὁ νοῦς. Ἀλλ' ἡ τοῦ νοῦ κίνησις ἔχει τὸ ἀεὶ, τὸ δ' ἀεὶ ἄπειρον καὶ ἀόριστον. Παρὰ τὴν ἰδίαν ἄρα ἀξίαν καὶ τὸ πεφυκὸς κυρίως αὐτῷ, ἔσται κινουμένῳ πεπερασμένως, ἢ ὡρισμένως. Τοῦτο δὲ πείσεται, εἴπερ ἐν πεπερασμένοις κινοῖτο, καὶ ὡρισμένοις· οὐ γὰρ ἔστιν, εἶναι μὲν τὸ πρᾶγμα πεπερασμένον καὶ ὡρισμένον, ἡ δ' ἐπ' [*Ισ.* τὴν δ' ἐπ' (ὀρθότερον)] αὐτὸ, ἢ περὶ αὐτὸ κίνησις τοῦ νοῦ προϊέναι ἐπ' ἄπειρον. Δεῖται δὴ ἄρα τὸ τοῦ νοὸς ἀεικίνητον γιγνομένως ἀπείρου καὶ ἀορίστου τινὸς, πρὸς ὃ κατὰ λόγον καὶ τὸ σφέτερον πεφυκὸς, εἴη γ' ἂν κινούμενον. Ἀλλὰ μὴν ἄπειρον, καὶ τῷ ὄντι ἀόριστόν ἐστιν οὐδὲν, πλὴν τοῦ Θεοῦ, φύσει καὶ κυρίως ὄντος ἑνός· πρὸς ἄρα τὸ κυρίως ἄπει- B ρον ἓν, τὸν Θεὸν, ἀνατετᾶσθαι, καὶ ἀφορᾷν, καὶ κινεῖσθαι τὸν νοῦν χρὴ, τοῦτο γὰρ κυρίως πέφυκεν αὐτῷ.

δ'. Ἄπειρά ἐστι καὶ ἀόριστα τὰ περὶ Θεὸν θεωρούμενα, ἀλλ' ὅμως οὐδ' ἐν τούτοις τέλεον χαίρειν ἔχει ὁ νοῦς ζητῶν τὸν ἐξ οὗ, ἐπεὶ καὶ γὰρ τῷ ὁμοίῳ ἑαυτοῦ ἕκαστον πεφυκότως χαίρει· εἷς ὢν ὁ νοῦς τὴν φύσιν, εἰ καὶ πολλὰ ταῖς νοήσεσιν, ἀνατεινόμενος, καὶ οἷον κινούμενος πρὸς Θεὸν, τὸν ἕνα τὴν φύσιν, καὶ πολλὰ τὴν ἐνέργειαν, ἀνένδεκτον χαίρειν ὁλοσχερῶς, πρὶν ἂν ἐν τῷ πεφυκότως ἀορίστῳ ἑνὶ διὰ πνεύματος γένοιτο, ἀπὸ τῶν πολλῶν ὥσπερ διαβάς. Ἐν μόνῳ ἄρα ὁ νοῦς τῷ Θεῷ πεφυκότως χαίρειν ἔχει ὁλοσχερῶς. Ἀλλὰ μὴν τῶν ὄντων, ἕκαστον μάλιστα τῷ ἰδίῳ χαίρει φυσικῷ· φυσικόν ἐστιν ἴδιον ἄρα τῷ C νῷ καὶ μάλιστά γε, τὸ ἐν τῷ Θεῷ μόνῳ τῷ ἁπλῶς καὶ ἀορίστως ἑνὶ, καὶ κινεῖσθαι, καὶ ἀνατείνεσθαι, καὶ γίνεσθαι, καὶ χαίρειν ὁλοσχερῶς.

ε'. Πᾶσα οἱουδήτινος κτιστοῦ κίνησις καὶ δὴ καὶ αὐτοῦ νοῦ, πρὸς στάσιν καὶ ἠρεμίαν γιγνομένως σπεύδει, καὶ ἀφορᾷ· καὶ τὸ στῆναι γενέσθαι, καὶ ἠρεμῆσαι κατ' αὐτὴν, καὶ τέλος, καὶ ἐξ ἐφαμίλλου ἀνάπαυσις τῷ κτιστῷ. Ἀλλὰ μὴν ὅγε νοῦς εἷς ὢν τῶν κτιστῶν, ἐν κτιστοῖς στάσεως, καὶ ἠρεμίας μετειληχέναι κινούμενος οὐ δεδύνηται, τοῦ γάρ τοι κτιστοῦ κατάλληλα δεδεγμένου τὸ πεπεράνθαι, ἅτε ἠργμένου, τὸ τοῦ νοὸς σὺν δίκῃ ἀεικίνητον ἀπολειφθείη γ' ἂν, καὶ ἐξακολούθου ζητήσῃ, οὐ κινηθήσεται, καὶ ἥκιστα τοπαράπαν ἕξει τὸ ἠρεμεῖν, ἢ τοῦ ἰδίου τέλους ἐπιτυχεῖν ἢ τὸ ἀεικίνητον οὐχ ἕξει μεθ' D ἑαυτοῦ κατὰ τὰ προκείμενα, τοῖς ὡρισμένοις καὶ πεπερασμένοις συμπεριληφθεὶς, ὅπερ πόῤῥω τοῦ κατὰ νοῦν φυσικοῦ, περιφανῶς ἀεικινήτου τυγχάνοντος. Οὐκ ἄρα ἐστὶν εἰκὸς εὑρηκέναι τὸ ἤρεμον, ἢ στῆναι νοῦν ἐν δήπου κτιστοῖς γινόμενον. Ποῦ τοίνυν χρήσαιτ' ἂν ὁ νοῦς τῷ ἑαυτοῦ ἰδικῷ, τῷ διὰ κινήσεως ἵστασθαι δηλαδὴ, καὶ οὕτως ἠρεμεῖν καὶ εἰρήνην ἄγειν, καὶ ἀναπαύλης δεδέχθαι αἴσθησιν ἀσφαλῶς, εἰ μὴ ἔν γε ἀκτίστῳ, καὶ ἀπεριγράφῳ γένοιτο; τοῦτο δέ ἐστιν ὁ Θεὸς κυρίως, καὶ ὑπερκοσμίως ἓν ὤν. Ἐν ἄρα τουτῳῒ τῷ ἑνὶ, καὶ ἀπεριγράπτῳ γίνεσθαι διὰ κινήσεως τὸν νοῦν δεῖ, ὡς ἂν τὴν σφετέραν φυσικὴν ἠρεμίαν ἐξευρηκότα, ἐν ἀναπαύσει στῇ νοερᾷ κατὰ τὸ εἰκὸς· στάσις γὰρ διὰ

3. Quæcunque sunt ex suo principio secundum propriam rationem, motum accepere et propriam naturam; unde consequenter et mens. Sed motus mentis perpetuitatem habet, quæ est infinita et indeterminata. Secundum propriam igitur dignitatem et propriam naturam sine fine ac termino movetur. Illud autem patietur, si in infinitis et interminatis movebitur. Non enim fieri potest ut res quidem finem habeat ac terminum, mentis vero ad illam aut circa illam motus in infinitum procedat. Motui igitur mentis infinito opus est re quadam infinita ac sine termino, ad quam secundum rationem ac nostram naturam mens semper moveatur. Attamen nihil est infinitum et reipsa sine termino, excepto Deo, qui natura et proprie unus est, oportet igitur mentem ad illud unum vere infinitum, Deum, tendere et aspicere et moveri; illud enim ipsi vere proprium est.

4. Infinita sunt ac sine termino, quæ circa Deum considerantur; sed tamen neque in iis perfecte lætari mens potest inquirens « eum ex quo est, » quoniam simile sibi unumquodque natura gaudet. Cum mens natura una sit, etsi multa cogitationibus, tendens ac, ut ita dicam, mota ad Deum qui natura unus est et multus per virtutem, fieri nequit ut plene lætetur, priusquam in illo vere infinito uno per Spiritum sanctum facta sit, per multa alia tanquam transiens. Ex iis quæ sunt unumquodque præsertim proprio naturali gaudet; illud autem proprium menti naturale est, in Deo solo simpliciter et infinite uno et moveri et tendere et fieri et omnino lætari.

5. Omnis cujuslibet naturæ motus et sane ipsius mentis ad statum tranquillitatemque efficaciter tendit et festinat et prospicit; et hic status et tranquillitas in seipsa et finis et post certamen requies est creaturæ. Attamen ipsa mens, cum sit una ex creaturis, in creaturis mota non potest pacem invenire: cum creatura necessario terminetur, quippe quæ coercita sit, sempiternus mentis motus merito deficeret, et consequenter mens quæreret ubi se ageret, neque unquam requiescere posset, aut proprium finem inveniret, neque semper moveri posset, ut diximus, terminatis ac finitis circumdata, quod longe abest a propria mentis natura, quæ semper in motu esse debet. Fieri igitur nequit ut mens tranquillitatem inveniat aut in creaturis requiescat. Ubinam igitur mens propria natura sua uteretur, possetque vel mota stare, atque ita tranquillitatem et pacem agere, et quietis sensum secure accipere, nisi in increato et incircumscripto fieret? Quod est Deus ipse, qui supernaturale unum est. Oportet igitur mentem in illo uno et incircumscripto esse per motum, et postquam suam naturalem pacem invenerit, merito in pace spirituali stare. Ibi enim per spiritum stabilitas et accepta requies, et omnium terminus, qui est sine termino, et motus in illo uno nunquam menti deficit, cum ad infinitum et non

terminatum pervenerit et incircumscriptum et ad illud quod sine forma, sine figura est et omnino simplicissimum. Tale enim est quod dictum est unum, id est Deus.

A πνεύματος ἐκεῖ, καὶ ξενότροπος ἀνάπαυσις, καὶ πάντων πέρας τὸ ἄπειρον, καὶ κίνησις ἐν τῷ ἑνὶ γινομένῳ ἐκείνῳ οὐκ ἀπολείπεται οὐδαμῶς παντὶ νῷ, τὸ ἀόριστον καὶ ἀπέραντον πεφθακότι, τό τε ἀπερίγραπτον, ἀνείδεον, καὶ ἀσχημάτιστον, καὶ ἀπολύτως ἁπλοῦν· τοιοῦτογὰρ τὸ εἰρημένον ἕν, τουτέστιν ὁ Θεός.

6. Si facit, secundum Davidem, Deus angelos suos spiritus, ita et eos homines quos Spiritus sanctus gignit, spiritus efficit, ut Dominus dixit: angelus enim alius est homo qui ex spiritu manifesta hujus participatione generatus est; sed angelorum opus est perpetuo hujus qui in cœlis est vultum contemplari, quemadmodum et Dominus dixit: igitur, qui manifeste Spiritus sancti factus est particeps, oportet ut Dei vultum attente contempletur, ut justum est. Ideo et docet David, « Quærite Dominum, dicens, et confirmemini: quærite faciem ejus semper [89]. » Non igitur rationem sequitur, qui particeps factus sancti ac vivifici et illuminantis et dilectionem operantis Spiritus, et ineffabilis generationis quæ ex Spiritu efficitur in sortem venit et in angelicam dignitatem festinavit, ac deinde per nimiam sollicitudinem comprimit suum spiritualem ad Deum sensum, neque vult ad Deum tendere ac divina; idque Salvatore jubente nos in ipso manere, quoniam et ipse in nobis manet; atque hæc Davide dicente: « Accedite ad eum, et illuminemini [90]. » Et vere si ea quæ necessaria sunt et congrua facturi essemus, in ipso Dei Patris lumine, scilicet in Spiritu sancto, videremus lumen quod est circa Deum, id est divinam veritatem, nisi imperite ad divinos radios converti nollemus.

ϛ'. Εἰ ποιεῖ, κατὰ τὸν Δαβίδ, τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ ὁ Θεὸς πνεύματα, καὶ οὓς δὲ τῶν ἀνθρώπων γεννᾷ τὸ Πνεῦμα, πνεῦμα αὐτοὺς ποιεῖ, ὡς ὁ Κύριος εἴρηκεν· ἄγγελος ἄρα ἄλλος χρηματίζει ὁ γεγεννημένος ἄνθρωπος ἐκ τοῦ ἐναργεῖ πνεύματος μετοχῇ αὐτοῦ· ἀλλὰ μὴν ἀγγέλων ἔργον τὸ διὰ παντὸς θεωρεῖν τὸ πρόσωπον τοῦ ἐν οὐρανοῖς, ὡς καὶ τοῦτο εἶπεν ὁ Κύριος· οὐκοῦν καὶ ὁ Πνεύματος ἁγίου περιφανὴς μέτοχος [*Ισ.* τὸν Πνεύματος ἁγίου περιφανῆ
B μέτοχον] χρὴ θεωρεῖν ἀνατεινόμενος, ὡς εἰκὸς, τὸ πρόσωπον τοῦ Θεοῦ. Διὸ διδάσκει δήπουθεν καὶ ὁ Δαβίδ· « Ζητήσατε τὸν Κύριον, λέγων, καὶ κραταιώθητε, ζητήσατε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ διὰ παντός.» Οὐκ ἄρα τηρεῖ τὸ εἰκὸς καὶ γιγνόμενον, ὁ μέτοχος γεγονὼς τοῦ ἁγίου, καὶ ζωοποιοῦ, καὶ φωτιστικοῦ, καὶ ἐρωτοεργοῦ Πνεύματος, καὶ εἰς πεῖραν τῆς ἀῤῥήτου ἥκων γεννήσεως τῆς ἐκ τοῦ Πνεύματος, καὶ εἰς ἀξίαν ἀγγέλου ἀναδεδραμηκὼς, ἔπειθ' οὕτω διὰ περιττὴν εὐλάβειαν μύειν ποιῶν τὴν πρὸς Θεὸν νοερὰν αἴσθησιν αὐτοῦ, καὶ μὴ ἐθέλειν πρὸς Θεὸν ἀνατείνεσθαι, καὶ τὰ θεῖα, καὶ ταῦτα τοῦ Σωτῆρος ἐπιτάττοντος μεῖναι ἐν αὐτῷ, ἐπεὶ καὶ αὐτὸς μένει ἐν ἡμῖν· καὶ τοῦ Δαβὶδ φάσκοντος· « Προσέλθετε πρὸς
C αὐτὸν καὶ φωτίσθητε. » Καὶ ἀληθῶς εἴ γε μέλλοιμεν ποιεῖν τὰ δέοντα καὶ ἑπόμενα, ἐν τῷ τοῦ Θεοῦ Πατρὸς φωτὶ, λέγω δὲ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὀψόμεθα φῶς τὸ περὶ τὸν Θεὸν, τουτέστι τὴν θείαν ἀλήθειαν, εἰ μή πως ἀνεπιστημόνως πρὸς τὰς θείας ἀκτῖνας μὴ ἐπιστρέφειν αἱρούμεθα.

7. Tribus modis mens ad Dei contemplationem ascendit, proprio motu, alterius motu, et quodam inter ambos motu. Ac primo proprii motus modus mentis natura solummodo perficitur, quæ sua voluntate per phantasiam utitur; cujusmodi terminus est divinarum rerum contemplatio; quæ et gentiles ipsi imaginati sunt; secundus vero est supra voluntatem, et solius Dei lumine præstitus; unde et divino afflatu tantum invenitur, et in divinas revelationes abripitur, et arcana Dei mysteria gustat, et futurorum eventus videt. Qui autem inter ambos modus est, ambobus quoque ex parte conjungitur. Voluntate quidem et phantasia propria operatur; propriæ voluntati congruus ostenditur, alterius autem voluntatis est particeps, in quantum divina illuminatione ad seipsam unitur, et ineffabiliter Deum videt ultra propriam spiritualem unionem. Omnium enim quæ circa Deum videntur et dicuntur extra fines exit, neque providentiam, neque potentiam, neque prudentiam neque aliorum divinorum quidquam videt; repletus præsertim spirituali lumine, et lætitia exsultans divinæ charitatis igne producta.

ζ'. Τρισὶ τρόποις ἐπιβαίνει ὁ νοῦς τῇ τοῦ Θεοῦ θεωρίᾳ, αὐτοκινήτως, ἑτεροκινήτως, καὶ μεταξὺ τούτων. Καὶ ὁ μὲν αὐτοκίνητος τρόπος ὑπὸ τῆς φύσεως τοῦ νοῦ μόνον τελεῖται, θελήσει τῇ ἑαυτοῦ διὰ φαντασίας χρώμενος, οὗ πέρας ἡ τῶν περὶ Θεὸν θεωρία· ἃ καὶ Ἑλλήνων ἁμηγέπη ἐφαντάσθησαν παῖδες· ὁ δ' ἕτερός ἐστιν ὑπερφυὴς θελήσει, καὶ φωτισμῷ μόνου Θεοῦ γιγνόμενος· ὅθεν καὶ ὑπὸ τὴν θείαν κατοχὴν τότε ὅλως εὑρίσκεται, καὶ εἰς θείας
D ἀποκαλύψεις ἁρπάζεται, καὶ ἀποῤῥήτων γεύεται τοῦ Θεοῦ μυστηρίων, καὶ μελλόντων ἐκβάσεις ὁρᾷ. Ὁ δὲ μεταξὺ τουτωνὶ τρόπος, τοῖς δυσὶν ἐν μέρει συνάπτεται· ᾗ μὲν γὰρ θελήσει καὶ φαντασίᾳ ἰδίᾳ ἐργάζεται, τῷ αὐτοκινήτῳ σύμφωνος δείκνυται, τῷ ἑτεροκινήτῳ δὲ κοινωνεῖ, ἐφ' ὅσον ὑπὸ τῆς θείας ἑνοῦται πρὸς ἑαυτὸν ἐλλάμψεως, καὶ ἀῤῥήτως ὁρᾷ τὸν Θεὸν, ἐπέκεινα τῆς ἑαυτοῦ νοερᾶς ἑνώσεως. Πάντων γὰρ τῶν περὶ Θεὸν ὁρωμένων, καὶ λεγομένων ἔξω γίνεται τηνικάδε, οὔτε ἀγαθαρχίαν, ἢ θέωσιν, οὔτε σοφίαν, ἢ δυναμοποιὸν κράτος, ἢ πρόνοιαν, ἢ ἄλλο τι τῶν θείων ὁρῶν· ἐμπλέως καθιστάμενος ἐς τὰ μάλιστα νοεροῦ φωτὸς, καὶ μέν γε χαρᾶς ἐνεργουμένης ὑπὸ θείου πυρὸς ἀγάπῃ συγκιρναμένου.

[89] Psal. CIV, 4. [90] Psal. XXXIII, 6.

η'. Νοῦς τῇ ἰδίᾳ φαντασίᾳ πρὸς τὸ θεωρεῖν τὰ ἀόρατα χρώμενος, πίστει ὁδηγεῖται· ἐλλαμπόμενος δ' ὑπὸ τῆς χάριτος, τῇ ἐλπίδι βεβαιοῦται, ὑπὸ δὲ τοῦ θείου φωτὸς ἁρπαζόμενος, ταμιεῖον ἀγάπης γίνεται ἀνθρώπων, καὶ πολλῷ γε μᾶλλον τοῦ Θεοῦ. Οὕτως ἡ τρισσὴ τοῦ νοῦ τάξις καὶ κίνησις, ἐν πίστει, καὶ ἐλπίδι, καὶ ἀγάπῃ, τελεία καὶ θεοποιὸς, βέβαιός τε καὶ ἀκλινὴς γίνεται, καὶ ταύτην πεφθακὼς τὴν εὐρυχωρίαν τῆς ἀκροπόλεως, ὡς ἄν τις εἴποι, εἰς τὸ τῆς ἀγάπης φρούριον ἑαυτὸν ἠσφαλίσατο. Ὅθεν ἐστὶν, ὃ λέγεται παρὰ τοῦ Παύλου· « Ἡ ἀγάπη πάντα στέγει, πάντα ὑπομένει, » διὰ τὸ τῆς πίστεως καὶ ἐλπίδος ἀγαθόν· « Ἡ ἀγάπη, φησὶν, οὐδέποτε ἐκπίπτει, » διὰ τὴν πρὸς Θεὸν αὐτῆς ἔμπυρον ἕνωσιν, καὶ συνάφειαν ἄῤῥητον.

θ'. Ἐν οὐδενὶ κτιστῷ ἐξαίρετόν ἐστι τὸ ἕν. Διενηνοχέναι μὲν γὰρ ἕκαστον ἑκάστου κατά τινα τρόπον ἰδιότητος, οὐκ ἄπεστιν εἰδέναι· ᾗ δὲ κτιστὰ, ἕκαστον ἑκάστου οὐ διενήνοχεν ἠργμένον τε καὶ πεπερασμένον, καὶ ὑπὸ φύσιν τελοῦν, καὶ οὐκ ὂν κυρίως ἁπλοῦν ἕν· μόνον γὰρ ἓν τῷ ὄντι, ἐστὶ τὸ ἄκτιστον, ὡς ἁπλοῦν, ὡς ἄναρχον, ὡς ἀτελεύτητον, καὶ ἀόριστον, καὶ διὰ τοῦτο ἄπειρον, ὅπερ ἐστὶν ὁ Θεός. Πρὸς ὃ, εἴ γε ὁ νοῦς ὁρώῃ μετὰ μετοχῆς τοῦ πνεύματος, καὶ ῥοπῆς τοῦ ζωοποιοῦ, ὅσαι ἡμέραι τὴν αὐτῷ προσήκουσαν αὔξην δέχεται, ἡνωμένος, καὶ ἡπλωμένος, καὶ θεουργικῆς ἐχόμενος καταστάσεως. Καί γε σφόδρα συνῆκε σαφῶς, ὅτι τοῦ ἑνὸς πλὴν, καὶ τῆς πρὸς αὐτὸ ἐν πνεύματι ἀποβλέψεως, νοῦν βέλτιον ἕξειν ἀμήχανον· τοῦτο μὲν, ὅτι ὁ νοῦς ἐσκέδασται, τῷ πολυσχιδεῖ κόσμῳ, καὶ τοῖς πάθεσιν ὑπενδοὺς, καὶ δεῖται ἀκολούθως ὑπερκοσμίου δυνάμεως, καὶ ἑπομένως ὑπερφυοῦς ἑνὸς εἰς ἀπόβλεψιν, ἵν' οὕτω τῶν μεριστῶν ἁρπαγεὶς, ἔξω γένηται τῶν παθῶν, καὶ τῆς διαιρέσεως, καὶ οὕτω τύχοι ἂν τοῦ θεοειδοῦς. Διά τοι τοῦτο καὶ ὁ Κύριος παράκλησιν ποιεῖται πρὸς τὸν Πατέρα, ἵν' ὦμεν ἓν οἱ πιστοὶ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ αὐτῷ Υἱῷ, διὰ Πνεύματος, καὶ οὕτως ἓν, ὡς αὐτοί εἰσιν ἕν· (μὴ κακοδόξως δηλονότι ὡς Σαβέλλιος εἶπε τὸ ἕν.) ὡς ἂν ὦμεν, ᾗ χρὴ, τετελειωμένοι, καὶ χάριτι ἑνίζοντος Πνεύματος, καὶ θεωρίᾳ ἑνοειδεῖ, ἐν ἑνὶ τῷ Θεῷ. Τοῦτο ἡμῖν ἐκφανῶς ἡ ὄντως βελτίωσις, καὶ τοῦτο τέλος, καὶ ἀληθὴς, καὶ μόνη ἀνάπαυσις. Διὰ τοῦτο καὶ ἡ φθονερὰ, καὶ μισάνθρωπος δαιμονικὴ συμμορία, εἰς πολλῶν θεῶν, ὡς οὐκ ὄφελε, σέβας διασκορπίσασα, ἐν πλάνῃ ὑπέσπειρε τὸ τοῦ νοὸς ἑνιαῖον, καὶ οὐκ ἀφῆκε τοῦτ' ἔχειν τὴν τοῦ ὑπερκοσμίου φαντασίαν ἑνός· ὅπως ἂν τῇ ἐν πολλοῖς λατρείᾳ, ἀποβλέψει τε καὶ διαιρέσει, παρὰ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν ἀναπείσασα κινεῖσθαι τὸν νοῦν, παντοίων παθῶν ἐπιθυμητὴν ἀναδείξῃ καὶ ψεύδους, ἀντὶ τῆς ἀληθείας καὶ τῆς ἀρετῆς. Ἐντεῦθεν τὸ Πνεῦμα παραινεῖ διὰ τοῦ Προφήτου τὸ ἅγιον· « Προσέλθετε πρὸς αὐτὸν, λέγον, τὸν ἕνα δηλαδὴ, καὶ φωτίσθητε. » Καὶ ἔτι ἀλλαχοῦ· « Ἐγὼ Θεὸς πρῶτος, καὶ ἐγὼ μετὰ ταῦτα, καὶ πλὴν ἐμοῦ οὐκ ἔστιν ἄλλος Θεός· » καὶ πάλιν· « Ἄκουε, Ἰσραὴλ, Κύριος ὁ Θεός σου, Κύριος εἷς ἐστιν. » Οὐ γάρ τοι

8. Mens, propria imaginatione ad divina contemplanda utens, fide dirigitur; gratia vero illustrata, spe solidatur; divino lumine abrepta, humanæ charitatis fit thesaurus, et multo magis Dei ipsius. Ita triplex mentis ordo et motus, in fide, spe et charitate, perfectus ac deificus, solidus et indeclinabilis fit, et postquam mens ad hunc vastum acropolis locum, ut ita dicam, pervenerit, ibi in charitatis civitate seipsam munivit. Unde id quod a Paulo dicitur : « Charitas omnia tegit, omnia sustinet, » propter fidei et spei bonum : « Charitas, inquit, nunquam excidit [91], » propter ignitam suam cum Deo unionem et ineffabilem conjunctionem.

9. In nulla creatura eximium est unum. Non difficile scitu est unumquodque ab alio quodam proprietatis modo differre. In quantum autem creata sunt, unumquodque ab unoquoque non differt coercitum et limitatum et natura finitum, neque proprie simpliciter unum. Solum reipsa est increatum, ut simplex et absque principio et æternum et infinitum, quod est Deus. Ad quod si mens cum Spiritus participatione aspexerit et vivificantis illius motu, singulis diebus ipsi conveniens incrementum accipit, unita ac simplex effecta, et constitutionem divinam assecuta. Et sane nitidissime intellexit impossibile esse mentem melius seipsam habere, nisi per illud unum et suum ad illud in Spiritu respectum. Idque, quoniam mens divisa est mundo illo discisso, et cupiditatibus subjecta est, et consequenter eget supernaturali potentia, et supernaturalis *Unius* aspectu, ut ita his distractionibus abrepta, extra cupiditates fiat et dissipationem et sic formam divinam assequatur. Ideoque Dominus Patrem orat, ut nos fideles unum simus in Patre et Filio per Spiritum, et ita unum, ut et ipsi unum sunt (non illo perverso modo ut Sabellius *unum* dixit); ut simus, ut oportet, perfecti, unientis Spiritus gratia, et unitiva contemplatione, in uno illo Deo. Id nos vere meliores facit, is nobis finis et vera et sola requies. Quapropter invidiosum et hominum odio plenum dæmonum collegium in multorum deorum, ut fieri non erat, venerationem abripiens, mentis unionem subruit neque permisit ut illius supernaturalis Unius imaginationem haberet; ita ut multorum illorum cultus intuitione ac distinctione, menti persuaserit ut contra suam naturam moveretur omniumque cupiditatum et mendaciorum se studiosam ostenderet, nedum veritatis et virtutis. Unde Spiritus sanctus per prophetam hortatur dicens : « Accedite ad eum, nempe ad Unum, et illuminemini. » Et adhuc alio in loco : « Ego Deus primus, et ego post ea, et præter me non est alius Deus [92]. » Et rursum : « Audi, Israel, Dominus Deus tuus, Dominus unus est [93]. » Non enim triplex unius Deitatis hypostasis unicam dividit substantiam; sed et tres sunt quidem personæ,

[91] I Cor. XIII, 4 seqq. [92] Isa. XLIV, 6. [93] Deut. VI, 4.

red rursum nihilominus unum substantia, et potentia, voluntate et efficacia, et aliis substantialibus bonis. Uni igitur Deo servire et eum intueri et cum eo uniri, pro viribus, a multisque recedere, voluntas est Dei et mentis melioratio, ut et veritatis inventio et divinæ charitatis et consequenter adoptionis generatio.

10. Si mendacium quidem est divisum, una autem est veritas, mens igitur ad unum tendens supernaturale, omnium summum, ad illud ex quo omnia, ad ipsam veritatem tendit. Sed tamen non potest mens cupiditatibus libera fieri, nisi veritas eam liberaverit; mens igitur cupiditatibus vacua redditur, inclinans ac miro modo tendens ad unum supersubstantiale. Menti autem libertas convenit ad cupiditatum carentiam, ad divinum statum, ac spiritualem adoptionem, minime autem servitus, eo quod servus nesciat quid faciat dominus suus. Si autem ignorantia servi est, patet libertatis participem patris mysteria noscere et ex certamine illi contigisse, ut ad bonam pulchramque adoptionis dignitatem perveniret. Quemadmodum enim nescire ac scire manifeste contraria sunt, ita sane et servi ordo manifeste contrarius est filii ordini. Et si qui nescit, servus est, qui scit, minime servus, sed liber, aut, ut ita dicam, filius. Spiritus enim veritatis, reipsa liberans, idem Dei filios facit eos in quos supervenit. « Quicunque enim, inquit, Spiritu Dei aguntur, ii sunt filii Dei [94]. » Si igitur spirituale unum contemplari, veritatis est proprium; si veritas menti libertatem præstat, si porro libertas est divinæ adoptionis evidentissimum signum, hoc adoptionis dono nihil est majus, nihil naturam rationalem magis decens. Valde igitur rationi consentaneum est et valde necessarium tendere et aspicere et spiritualiter colligi mentem, pro viribus, ad supernaturale unum, id est, ad Deum.

11. Dominus Deus tuus, inquit Spiritus sanctus, Dominus unus est. Ita sane oportet ut divino Spiritus sancti motu mentem ad supernaturale unum dirigamus, neque licet unum quidem illud prædicare, mentis vero ad illud conversionem et respectum negligere. Quod enim dicit Spiritus sanctus, illud et vult cogitari; quod autem cogitatur, ad illud mentem converti. Si enim absit ad intelligibile mentis conversio; et quod mens intelligat, abest, ac frustra necessario unius prædicatio facta erit, et quæ per eam fides est. Si porro id mirum est, mirum quoque erit, si unum illud non cogitetur, mente ad ipsum non conversa neque tendente

12. Si causatis, maxime autem rationalibus na-

A τὸ τρισυπόστατον τῆς μιᾶς θεότητος· τὴν μίαν διαιρεῖ κυριότητα, ἀλλὰ καὶ τρία ἐστὶν ἀκριβῶς τὰ πρόσωπα. καὶ αὖθις οὐδὲν ἧττον ἕν, τῇ γε οὐσίᾳ, καὶ δυνάμει, θελήσει τε καὶ ἐνεργείᾳ, καὶ τοῖς ἄλλοις οὐσιώδεσιν ἀγαθοῖς. Τὸ ἄρα λατρεύειν τῷ τοῦ Θεοῦ ἑνιαίῳ, καὶ ἀποσκοπεῖν, καὶ συνάγεσθαι, ὅση δύναμις, πρὸς αὐτὸ ἀπὸ τῶν πολλῶν, θέλημα Θεοῦ, καὶ νοὸς βελτίωσις, ὡς ἀληθείας εὕρημα, καὶ θείου ἔρωτος, καὶ ἑπομένως θεώσεως γέννημα.

ι'. Εἰ τὸ μὲν ψεῦδός ἐστι πολυσχιδές, ἓν δὲ ἡ ἀλήθεια, ἄρ' ὁ ἐν Πνεύματι πρὸς τὸ ἓν ἀνατεινόμενος νοῦς, τὸ ὑπερκόσμιον, τὸ ἔξοχον τῶν πάντων, τὸ, ἐξ οὗ τὰ πολλά, πρὸς αὐτὴν τὴν ἀλήθειαν ἀνατείνεται. Ἀλλὰ μὴν οὐ δύναται γενέσθαι ὁ νοῦς ἐλεύθερος ἀπὸ τῶν παθῶν, εἰ μή τι ἡ ἀλήθεια ἐλευθερώσῃ αὐτόν, ἄρα B ὁ νοῦς παθῶν ἐλεύθερος ἀποκαθίσταται, νενευκώς, καὶ ἀνατεινόμενος ἑνὶ τῷ τρόπῳ πρὸς τὸ ὑπερκόσμιον ἕν. Προσήκει δὲ ἡ ἐλευθερία τῷ νῷ πρὸς ἀπάθειαν, καὶ θεοειδῆ κατάστασιν, καὶ υἱοθεσίαν πνευματικὴν ταμάλιστα, οὐδαμῶς ἡ δουλεία, δι' ὅ τι ὁ δοῦλος, φησίν, οὐκ οἶδε τί ποιεῖ ὁ κύριος αὐτοῦ· εἰ δ' ἡ ἄγνοια τοῦ δούλου ἐστί, φανερὸν ὅτι ὁ ἐλευθερίας μετειληχώς, οἶδε τὰ τοῦ Πατρὸς μυστήρια, καὶ ἀναβεβηκέναι ἐξ ἐφαμίλλου γέγονεν αὐτῷ ἐπὶ τὸ τῆς υἱοθεσίας εὖ καὶ καλῶς ἀξίωμα. Ὡς γὰρ τὸ μὴ εἰδέναι τοῦ εἰδέναι ἐναντίον περιφανῶς, οὕτω δήπουθεν καὶ ἡ δούλου τάξις, ἐναντίως ἔχει πρὸς τὴν υἱϊκὴν ἐκφανῶς· καὶ εἰ ὁ μὴ εἰδώς, δοῦλος, ὁ εἰδώς, οὐμενοῦν δοῦλος, ἀλλ' ἐλεύθερος, ἢ ἵν' εἴπω, υἱός. C Τὸ Πνεῦμα καὶ γὰρ τῆς ἀληθείας, ἐλευθεροῦν γιγνομένως, τοῦτ' αὐτὸ υἱοθετεῖ τῷ Θεῷ, τούς, ἐν οἷς ἂν γένοιτο. Ὅσοι γάρ, φησί, Πνεύματι Θεοῦ ἄγονται, οὗτοί εἰσιν υἱοὶ Θεοῦ. Εἰ τοίνυν τὸ πρὸς τὸ ὑπερούσιον ἓν ἀφορᾶν, τῆς ἀληθείας εἶναί ἐστιν, ἡ δὲ ἀλήθεια τὴν ἐλευθερίαν τῷ νῷ χορηγεῖ, ἡ δ' ἐλευθερία, υἱοθεσίας θείας σημεῖον ἐναργές, τοῦδε δὲ τοῦ δώρου τῆς υἱοθεσίας, οὔτε μεῖζον οὐδέν, οὔτε μὴν φύσει λογικῇ μᾶλλον προσῆκον ἕτερον· λίαν λελογισμένον, καὶ σφόδρα τῶν ἀναγκαίων ἂν εἴη ἄρα, τὸ ἀνατετάσθαι, καὶ ἀφορᾶν, καὶ συνάγεσθαι πνευματοφορήτως τὸν νοῦν, ὅση γε δύναμις, πρὸς τὸ ὑπερκόσμιον ἕν, τουτέστι τὸν Θεόν.

ια'. Κύριος, φησὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὁ Θεός σου, Κύριος εἷς ἐστιν· οὕτω τοι φροντὶς τῇ θειότητι D τοῦ Πνεύματος ἀνάγειν τὸν νοῦν πρὸς τὸ ὑπερκόσμιον ἕν, καὶ μὲν δή, οὐχὶ τὸ ἓν κηρύττειν, τὴν δὲ τοῦ νοὸς ἐπιστροφήν, καὶ ἀπόβλεψιν ἀποστέργειν θεμιτόν ἐστι λέγειν· ὃ γὰρ τὸ ἅγιον λέγει Πνεῦμα, τοῦτο καὶ νοεῖσθαι βούλεται· ὃ δὲ νοεῖται, πρὸς τοῦτο καὶ τὸν νοῦν ἐπιστρέφεσθαι. Ἀπούσης γὰρ τῆς τοῦ νοῦ στροφῆς πρὸς τὸ νοητόν, καὶ ὃ νοήσειεν ἂν ὁ νοῦς, ἄπεστι, καὶ ἔσται ἐξ ἀνάγκης τηνάλλως εἰρημένον τὸ τοῦ ἑνιαίου κήρυγμα, καὶ δι' αὐτὸ καὶ ἡ πίστις· εἰ δὲ τοῦτο ἄτοπον, τὸ μὴ διανοεῖσθαι ἄρα τὸ ἓν ἐπιστρεφόμενον τὸν νοῦν πρὸς αὐτό, καὶ ἀνατεινόμενον, ἄτοπον.

ιβ'. Εἰ φύσις τοῖς αἰτιατοῖς καὶ μάλιστα λογικοῖς

[94] Rom. VIII, 14.

πρὸς τὸ αἴτιον ἀνατετᾶσθαι, καὶ ἀφορᾷν ἐπιστρεπτικῶς, ἐξ αἰτίας δὲ πάντα παρῆκται τοῦ Θεοῦ, ἐξ οὗ καὶ ὁ νοῦς, ὁ δὲ Θεός ἐστι τὸ κορυφαῖον, καὶ ἁπλῶς ἕν· φύσις ἄρα τῷ νῷ πρὸς τὸ κορυφαῖον καὶ ἁπλῶς ἕν, ὡς πρὸς αἴτιον ἐπιστρεφομένῳ, ἀνατετᾶσθαι, καὶ ἀφορᾷν.

ιγ'. Εἰ ἐξ αὐτοῦ, καὶ δι' αὐτοῦ, καὶ εἰς αὐτὸν τὰ πάντα, ἔστι δὲ καὶ ὁ νοῦς τῶν ἁπάντων ἕν, ἄρα ἐξ αὐτοῦ, καὶ δι' αὐτοῦ καὶ οὗτοσὶ, καὶ μάλιστα προσεχέστερόν γε ἐξ αὐτοῦ, καὶ δι' αὐτοῦ αὐτὸς διὰ τὸ θεοείκελον· οὐκοῦν καὶ μᾶλλον οὗτος ἀφορᾷν ὀφείλει γ' εἰς αὐτόν. Τὸ δὲ εἰς αὐτὸν λεγόμενον, εἰς τὴν τοῦ ὑπερκοσμίου ἑνὸς χρῆναι ἔμφασιν ἐπιστρεπτικῶς ἀφορᾷν δηλοῖ· εἰς τὸ ἓν ἄρα ὁ νοῦς ὀφείλει ἀφορᾷν.

B

ιδ'. Ἐξ ἑνὸς προΐασι τὰ πολλὰ, οὐχ ἔτι δὲ ἐκ τῶν πολλῶν τὸ ἕν. Ἀλλαμὴν ἡ κτίσις ἐστὶ τὰ πολλὰ, οὐκοῦν ἐξ ἑνὸς ἡ κτίσις ἐναργῶς. Ἔστι δὲ καὶ ὑπὲρ τὴν κτίσιν, ὡς Κτίστης καὶ Δημιουργὸς ἐκεῖνο τὸ ἕν· ὁ ἄρα τὴν κτίσιν ὡς δεῖ θεωρῶν, ἐξ ἀνάγκης πρὸς τὸ ὑπερκόσμιον ἓν ἕξει τὸ ἑαυτοῦ τῆς θεωρίας συμπέρασμα, ἐπείπερ καὶ ἔνεστι τοῖς αἰτιατοῖς πάμπολλα τοῦ αἰτίου ὡσανεὶ ἀπηχήματα, δι' ὧν γνωρίζεται ὁ τέχνῃ, καὶ σοφίᾳ, δυνάμει τε καὶ ἀγαθότητι προνοητικῶς τὰ πάντα παραγαγὼν ὡς ἠθέλησε. Διὰ τοῦτο καὶ Ἡσαΐας, ἐν τῷ Πνεύματι, « Ἐπάρατε, φησὶ, τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν, καὶ ἴδετε τίς κατέδειξε ταῦτα πάντα. » Τὰ μὲν ταῦτα πάντα διὰ τὰ πολλὰ εἰρηκὼς αἰτιατὰ, τὸ δὲ τίς, πρὸς τὸν ἐξ οὗ ταῦτα (ὅπερ ἐστὶν ἁπλῶς κατὰ φύσιν ἓν) ἀνάγων τὸν νοῦν.

C

ιε'. Συνάγεται καὶ ἡ κτίσις εἰς ἕν, ἀλλὰ σύνθετον καὶ πολυμερὲς, καὶ οὐκ ἄναρχον, ἅτε κτιστόν. Τὸ δὲ κτίζον ἕν, οὐ μόνον ἓν ὡς πολλῶν καὶ διαφόρων συμφωνίας εἰς μίαν σύμπνοιαν τοῦ παντὸς, καὶ σκοπὸν ποιητικὸν, ἀλλ' ἤδη καὶ ἄκτιστον ὡς προκαταρκτικὸν αἴτιον, ἀνιὼν ἐπὶ τὸ κατόπιν ὁ νοῦς, ἀνάγκη καταντῆσαι ἐπί τι ἓν ἀρχικόν τε καὶ τακτικὸν τῆσδε τῆς φαινομένης τῶν ὄντων τάξεως, καὶ γενέσεως, ἁρμονίας τε καὶ συμπνοίας τῆς εἰς τὸ ἕν, ἢ, εἰ μὴ τοῦτο, ἐπ' ἄπειρον προΐῃ ἂν, ὅπερ ἄτοπον. Πᾶν γὰρ τὸ κινούμενον, καὶ γιγνόμενον, ἔστιν ὅτ' οὐκ ἦν, καὶ μὴ ὂν, ἤρξατο, εἰ δ' ἤρξατο, καὶ κεκίνηται. Τί τὸ κινῆσαν ζητεῖν δεῖ καὶ εἰς γένεσιν ἀγαγὸν, ὅπερ ἔσται ἂν καὶ ἀκίνητον, ἐφ' ὅσον ἐστὶ κινοῦν· εἰ γὰρ οὔ, τί τὸ κινοῦν τὸ μὴ ὑπὸ ἑτέραν ἀρχὴν τελοῦν, ἐπείτοι γε ἄναρχον; εἰ δ' ἀκίνητον, ἄτρεπτον· εἰ δ' ἄρα τοῦτο, πάντως καὶ ἁπλοῦν, ἵνα μὴ σύνθετον ὂν τραπείη, ὅγε ἄτρεπτον ἡμῖν ἐκπέφανται· σύνθεσις γὰρ, ἀρχὴ στάσεως. Ἡ δὲ, λύσεως, τὸ τῆς κινήσεως ἔσχατον. Οὔκουν τοίνυν ἐκεῖ σύνθεσις, ἵνα μὴ καὶ στάσις, οὐδὲ στάσις, ἵνα μὴ καὶ λύσις, οὐδέ γε λύσις, ἵνα μὴ καὶ τροπὴ, καὶ κίνησις περὶ τὸν [Ισ. τὸ] ἄτρεπτον ἀποφανθείη καὶ ἀκίνητον, ὡς κινοῦν, οὐ κινούμενον, καὶ εἰς γένεσιν ἄγον, οὐχὶ γενόμενον, ἢ γινόμενον. Εἰ ἄρα ἄτρεπτον καὶ ἀκίνητον, ἐξ ἀνάγ-

(44) Isa. xl, 26.

A tura est, ut ad causam tendant, ad eamque attente spectent, si porro omnia ex Deo tanquam ex causa pendeant, ex quo mens ipsa; Deus autem est summum ac simpliciter unum; menti igitur natura est ad summum ac simpliciter unum, tanquam ad causam conversæ, tendere et spectare.

13. Si ex ipso, et in ipso ac per ipsum omnia, si porro mens horum omnium unum aliquid sit, igitur ex ipso et per ipsum mens ac præcipue ex ipso pendet et per ipsum est propter cum Deo similitudinem; igitur et multo magis illa ad eum aspicere debet. Quod autem dicitur *ad eum*, significat eam oportere ad supernaturalis Unius manifestationem vivide aspicere. In unum igitur mens debet aspicere.

14. Ex uno omnia procedunt, non autem ex multis unum. Sed creatio multa est; non igitur ex uno creatura procedit, quod manifestum est. Est autem supra creationem, tanquam Creator et conditor Deus, Unum illud. Qui igitur creationem, ut oportet, intuetur, ex necessitate ad illud *Unum* supernaturale suæ contemplationis terminum habebit, quoniam et insunt causatis tanquam multæ ex causa repercussiones, per quæ cognoscitur ille qui arte et sapientia et potentia et bonitate provide cuncta, ut voluit, produxit. Ideo et Isaias in spiritu: « Sustollite, inquit, oculos vestros, et videte quis omnia hæc ostenderit (44). » Quando dicit *omnia*, ea multa quæ causata sunt, significat; quando autem ait *quis*, mentem ad eum ducit ex quo ea sunt; quod est simpliciter et secundum naturam *Unum*.

15. Colligitur in unum creatio, sed compositum ac multiplex, non autem absque principio, utpote creatum. Cum igitur mens in illud *Unum* quod creavit et quod est unum, non modo per concursum multorum ac diversorum in unam totius alicujus formam ac effectum terminum, sed increatum ac primam causam ascendit ut contempletur, necesse est ut ad aliquid unum quod creaverit ac ordinaverit visibilem hunc rerum ordinem ac generationem, harmoniam et conspirationem in totius alicujus formam; vel, si ita non esset, in infinitum procederet: quod est absurdum Quidquid autem movetur et factum est, aliquando non erat, et cum non esset, cœpit esse et motum fuit. Quid opus est, id quod movit et ad generationem adducit, inquirere? Quod est certo immobile, cum moveat. Nisi enim esset immobile, quid igitur moveret illud quod ad alterum principium non spectat, cum sit absque principio? Si autem immobile est, ergo et immutabile; si igitur et illud, omnino quoque simplex est, ne, si compositum sit, convertatur, quod nobis ut immutabile apparet. Compositio enim principium est discordiæ; hæc autem dissolutionis; quæ ultima motus linea est. Non est igitur in illo compositio, ne simul insit discordia; neque discordia, ne fiat

dissolutio, neque dissolutio, ne accidat mutatio, A neque mutatio, ne motus appareat apud illud, quod immutabile et immobile, tanquam movens, neque motum, et ad generationem adducens, neque ipsum generatum. Si igitur immutabile et immotum sit, necessario et incompositum, et ideo simplicissimum et unum omnino supernaturale. Ad quod mens si tendat, omnimodo extra omnia statuitur, propter hunc quem versus illud pulcherrimum respectum habet et suum ad illud quod super omne est, impetum; imo vero ad illud ex quo omnia et ad quod omnia tendunt. Si vero id secundum congruam rationem fiat, tunc mens extra cupiditates ponitur. Quæ enim sursum et ad pulcherrimum tendit, idque assequitur, quomodo jam in cupiditatum turpitudine remanere posset? Ideo illud sacra lex dicit: « Illi soli servies; » Uni, nempe. Tendendum B igitur est ad illud summum unum, si Dei legem adimplere volumus et supra cupiditates inveniri.

16. « Dominus, inquit, solus dux eorum fuit, nec fuit cum iis deus alienus. » Vides unius et solius potentiam? Quomodo non erat cum iis deus alienus, in quantum solus eos ducebat Dominus? Dominus eos qui ipsum sequuntur neque ab ipso separantur, ducit. Quod autem aliquis sequitur, ad illud et convertitur. Si igitur nolimus Deum alienum, aut dæmonem aut cupiditatem nobiscum habere, illum solum et Unum per mentis conversionem sequamur, ita ut illud de nobis verisimiliter dictum esse videatur: « Dominus solus ducit eos, neque est C cum eis deus alienus. »

17. Etsi ex uno, sed omnia modo dissimili ex Uno sunt; eo nempe quod diversus modus est quo entia ex prima unitate procedunt. Et alia quidem coæta et creata sunt, alia vero increata et temporalis initii rationem fugientia, et omnibus quidem omnino causa est illud supernaturale Unum; sed aliis ex creatione, aliis vero ex natura; neque omnibus simpliciter est adhærendum, neque omnia amplectenda sunt eodem modo; sed iis quidem quæ initium habent et creata sunt, adhærendum est propter aliud quoddam, neque propter ipsa, sed propter id quod in iis, tanquam in speculo, repræsentatum et ostensum est. Non aliter creatura adeunda est, ut meliores fiamus, nisi propter id D quod ex illo summo Uno apud eam apparet. Ad ea vero quæ absque initio et naturalia sunt, accedimus non propter aliud, sed propter ea sola, et propter illud ex quo sunt. Ea enim sunt quæ propter seipsas debent adiri, eorumque est unitive et naturaliter summum illud Unum; imo vero unitive, et, ut dictum est, naturaliter sunt illius summi Unius. Oportet sane non modo ad ea accedere, sed et cum illis adunari, et ad primi et unius hujus pulchri imitationem per illa informari, ut gratiæ cooperatione et auxilio, Dei gloriæ per imaginem ac similitudinem dignitatem habeamus. Attente considerantibus ea quæ per creationem causata sunt, contingit ut mentem ad unius contemplationem tanquam

A κης ἀσύνθετον, καὶ διὰ τοῦτο ἁπλούστατον, καὶ ἀπολύτως ἓν ὑπερκόσμιον. Πρὸς ὅπερ ὁ ἀνατεινόμενος νοῦς, τῶν πάντων, πάντα τρόπον, ἔξω καθίσταται, διὰ τὴν πρὸς τὸ ὑπέρκαλον ἣν ἔχει ἀπόβλεψιν καὶ τὴν ἔφεσιν περὶ τὸ ὑπὲρ πᾶν· μᾶλλον δὲ περὶ τὸ ἐξ οὗ τὸ πᾶν, καὶ εἰς ὃ τὰ πάντα φυσικῶς ἀνατείνεται. Τούτου δὲ γινομένου κατὰ λόγον προσήκοντα, καὶ παθῶν ἔξω γίνεται· ὁ γὰρ ὑπεράνω καὶ τῶν ὑπερκάλων ὑπερεκτεινόμενος καὶ γιγνόμενος, σχολῇ γ' ἂν γένοιτο ἐναπομεῖναι τῷ αἴσχει τῶν παθῶν. Διὰ τοῦτο, « Αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις, » τῷ ἑνὶ δηλονότι, ὁ ἱερός φησι νόμος. Πρὸς ἄρα τὸ κορυφαῖον ἓν ἀνατετᾶσθαι δεῖ, εἰ μέλλοιμεν καὶ τὸν τοῦ Θεοῦ νόμον πληροῦν, καὶ ὑπεράνω παθῶν εὑρίσκεσθαι.

ις'. Κύριος, φησὶ, μόνος ἦγεν αὐτοὺς, καὶ οὐκ ἦν μετ' αὐτῶν Θεὸς ἀλλότριος. Ὁρᾷς τοῦ ἑνιαίου καὶ μόνου τὴν δύναμιν; πῶς οὐκ ἦν μετ' αὐτῶν Θεὸς ἀλλότριος, ἐφ' ὅσον μόνος αὐτοὺς ἦγεν ὁ Κύριος; ἀλλαμὴν ὁ Κύριος ἑπομένους, οὐκ ἀποστρεφομένους, ἄγει· ᾧ δέ τις ἕπεται, πρὸς αὐτὸ καὶ ἐπέστραπται· οὐκοῦν εἰ μέλλοιμεν Θεὸν ἕτερον, δαίμονα, ἢ πάθος μεθ' ἡμῶν μὴ ἔχειν, ἑψώμεθα τῷ μόνῳ καὶ ἑνὶ δι' ἐπιστροφῆς νοερᾶς, ὅπως ἂν καὶ περὶ ἡμῶν οὐκ ἀπεικότως λελέχθαι δόξειέ γ' ἄν· ὅτι Κύριος μόνος C ἄγει αὐτοὺς, ὅθεν καὶ Θεὸς ἀλλότριος οὐκ ἔστι μετ' αὐτῶν.

ιζ'. Εἰ καὶ ἐξ ἑνὸς, ἀλλὰ διαφόρως εἰσὶν ἐξ ἑνὸς τὰ πολλά· ὅτι δῆτα καὶ τῶν ὄντων ὁ τρόπος, καθ' ὃν ταῦτα ἐκ τῆς πρώτης ἑνάδος προΐει, διάφορος· τὰ μὲν γὰρ τούτων ἠργμένα τέ ἐστι καὶ κτιστὰ, τὰ δ' ἄκτιστα, καὶ τὸν τῆς χρονικῆς ἀρχῆς λόγον ἐκπεφευγότα, καὶ πᾶσι μὲν κατὰ πάντα τρόπον αἴτιον τὸ ὑπερούσιον ἓν, ἀλλὰ τοῖς μὲν δημιουργικῶς, τοῖς δὲ φυσικῶς, καὶ οὐ πᾶσι καθάπαξ διὰ τοῦτο τούτοις ἐπίσης προσίεσθαι, καὶ τούτων ἀντέχεσθαι χρεὼν, ἀλλὰ τοῖς μὲν ὑπὸ ἀρχὴν καὶ κτίσιν τελοῦσι, προσιτέον ἐστὶ δι' ἄλλο, καὶ οὐ καθ' αὐτὸ, ὡς τῷ ἐσόπτρῳ διὰ τὸ ἐν αὐτῷ μορφαζόμενον, ἢ παραδεικνύμενον· ἀλλοίως γὰρ ἡ κτίσις πρὸς βελτίωσιν οὐ προσιτέα D ἐστὶν, ὅτι μὴ διὰ τὸ ἐν αὐτῇ τοῦ ἄκρου ἑνὸς προφαινόμενον. Τοῖς δ' ἀνάρχοις πρόσιμεν, καὶ φυσικοῖς, οὐ δι' ἄλλο, ἀλλὰ δι' αὐτὰ, καὶ τὸ ἐξ οὗ· ἐκεῖνα γάρ ἐστι τὰ τῷ ὄντι προσιτέα καθ' αὑτὰ, κἀκείνων ἐστὶ προσεχῶς τε καὶ φυσικῶς τὸ κορυφαῖον ἓν, μᾶλλον μὲν οὖν τοῦ ἄκρου, καὶ κορυφαίου ταῦτ' εἰσὶν ἑνὸς, προσεχῶς καὶ, ὡς λέλεκται, φυσικῶς. Δεῖ δὴ, οὐ μόνον τούτοις προσίεσθαι, ἀλλὰ καὶ προσφύεσθαι, καὶ πρὸς τὴν ἐκμίμησιν τοῦ πρώτου καὶ ἑνὸς καλοῦ διὰ τούτων σπεύδειν ἀποτυποῦσθαι, ἵναπερ τῇ συνεργίᾳ, καὶ ἐπαρωγῇ τῆς χάριτος, τῆς κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν δόξης τοῦ Θεοῦ σχοίημεν τὸ ἀξίωμα. Ἐντεῦθεν σκοπουμένοις ὀρθῶς, τοῖς μὲν δημιουργικῶς αἰτιατοῖς, συμβαίνει θεωρητικῶς ἀνάγειν τὸν νοῦν πρὸς τὸν ἐνοπτρισμὸν τοῦ ἑνὸς, καὶ ἑνοῦν αὐτὸν

εἰς τὴν τοῦ ὑπερκοσμίου ἑνὸς ἑνιαίαν ἔννοιαν ἀπο- A λύτως καὶ ἁπλῶς, εἴ γε τούτοις ὁ νοῦς ἐνορᾷ κατὰ τὸ εἰκός. Οἷς δὲ φύσει τὸ αἴτιον, καὶ πρακτικευόμενον τὸν νοῦν διὰ τούτων, ἢ κατ' αὐτὰ μορφαζόμενον τούτοις ἔνεστιν ἑνοῦν πρὸς τὸ κυρίως ἐκεῖνο ἓν ἑαυτόν· ὅθεν δὴ ἐκ τῶν ὁποιωνοῦν ἁπάντων, εἴτε φυσικῶν, εἴτε δημιουργικῶν ὄντων αἰτιατῶν, πρὸς τὸ διαφόρως ἓν αἴτιον, ὁ νοῦς συνάγεσθαι εἴωθε φυσικῶς, εἴτε πρακτικῶς, ἢ δὴ θεωρητικῶς. Καὶ ὅπερ ὁ νοῦς εἴθ' ἑνὶ, εἴτε πλείοσι δημιουργικοῖς, ἢ φυσικοῖς χρώμενος, οὐ διὰ τὸ ἓν χρῆται, οὐδ' ἵνα πρὸς τὸ πρῶτον ἓν συναγηοχὼς ἑαυτὸν φέρῃ, καὶ ὅλως πρὸς ἐκεῖνο ἀπίδῃ ἐν ἁγίᾳ μετοχῇ, καὶ ῥοπῇ τοῦ φωτίζοντος Πνεύματος, ἁπλῶς, ἑνοειδῶς τε καὶ μονοειδῶς, εἰς ἁμαρτίαν αὐτῷ τοῦτο λογίζεται, κἂν B φαντασίαν ἔχῃ καλοῦ ἥδε ἡ χρῆσις αὐτῷ. Τὰ γάρ τοι ἐκ τοῦ ἑνὸς, εἰς τὸ ἓν ἄγειν πέφυκε χρωμένους τούτοις, ὡς χρή· πᾶσα γὰρ, φησὶν ὁ μέγας Διονύσιος, Πατροκινήτου φωτοφανείας πρόοδος εἰς ἡμᾶς ἀγαθοδότως φοιτῶσα, πάλιν ὡς ἑνοποιὸς δύναμις ἀνατατικῶς ἡμᾶς ἀναπληροῖ, καὶ ἐπιστρέφει πρὸς τὴν τοῦ συναγωγοῦ Πατρὸς ἑνότητα, καὶ θεοποιὸν ἁπλότητα· ἐξ αὐτοῦ γὰρ καὶ εἰς αὐτὸν τὰ πάντα· εἰ δ' οὐκ ἀνάγει πρὸς τοῦτο, παραπέφυκε, καὶ τοῦ εἰκότος ἡ χρῆσις ἔξω γεγένηται, μὴ οὕτω δὴ γιγνομένη.

ιη'. Ἔστι πρᾶξις προηγουμένη τῆς θεωρίας, καὶ ἔστι πρᾶξις ἑπομένη τῷ θεωρητικῷ. Καὶ ἡ μὲν τελεῖται σωματικῶς, ὅπως τὰς ὁρμὰς τοῦ σώματος χαλιναγωγήσαντι, καὶ εὐτάκτως φέρεσθαι κατ' ὀλίγον παρασκευάσαντι, δῴη γ' ἂν οὕτω τῷ νῷ ἐλευθέρῳ C ποδὶ διαβῆναι ἐν τοῖς ἰδίοις, ἅ ἐστι τὰ νοητὰ, κἀκεῖ τὸ σφέτερον διαφέρον καλῶς ἐργάζοιτο, ἡ δὲ δευτέρα ἀπὸ τοῦ νοὸς ἀρχομένη, καὶ τοῦ νοεῖν ἐν πνεύματι, συνάγεται πρὸς τὸ ὑπὲρ νοῦν, ὅ ἐστιν ὁ Θεὸς, ᾧ προσεγγίσας ὁ νοῦς ἓν τὸ ἓν γίνεται. Ἓν γὰρ ὁ Θεὸς, καὶ δὴ καὶ αὐτὸς ἑνοῦται πρὸς ἑαυτὸν εἰς ἓν, καὶ ἀδιαίρετος ἀποκαθίσταται· ἑνάδος γὰρ πρόξενον τὸ ἓν, καὶ ἁπλότητος θεοειδοῦς θεωρούμενον· ἀσύμβατον γὰρ τὸ, ἓν θεωροῦντα τὸν νοῦν, μὴ καὶ αὐτὸν εἶναι ἓν ἁπλοῦν, διῃρημένα δ' ὁρῶντα, καὶ σύνθετα, ἀνάγκη διαιρεῖσθαί τε καὶ ποικίλλεσθαι· εἴρηται δέ μοι ἓν ἁπλῶς, τὸ καθ' αὑτὸ ὑφεστὼς ἁπλοῦν. Ἐπειδὴ γὰρ ὅ τί πέρ ἐστιν ὁ νοῦς τὰς ἀλλοιώσεις πάσχει κατ' ἐνέργειαν, αὐτὸς δέ ἐστιν ἁπλοῦς, ἀνάγκη ἓν εἶναι καὶ κατ' ἐνέργειαν, τὸ ἓν ὁρῶν. Εἰ δὲ τὸ ἓν μὲν D ὁρῴη, αὐτὸς δὲ διῄρηται εἰς δυάδα τοὐλάχιστον, τί ποτ' ἂν εἴη ἐνεργοῦν τὸ σκέλος αὐτοῦ, διῃρημένον ἀπὸ τοῦ ὁρῶντος τὸ ἕν; Ἢ γὰρ ὁρᾷ ἕτερόν τι, ἢ οὐχ ὁρᾷ, καὶ τοῦτο δισσῶς, ἢ μὴ βουλόμενον, ἢ ἀμβλυνόμενον, ἢ τάχα πρὸς ἄλλο τι δράσεως πεφυκὸς, οὐχὶ δὲ πρὸς τὸ ὁρᾷν· ἀλλ' εἰ μὲν ἕτερόν τι ὑπόθοιτό τις ὁρᾷν, ἴδε ὅτι ὁ νοῦς οὐχ ὁρᾷ τὸ ἓν ἁπλῶς, ἀλλὰ δύω παρὰ τὸν λόγον· καὶ δύω ὁρῶν, ἓν εἶναι οὐ δύναται· τέμνεται γὰρ, ὡς δέδεικται, εἰς ἃ θεωρεῖ· εἰ δὲ οὐχ ὁρᾷ, εἰ μὲν μὴ βούλοιτο, τοῦτο ἀδύνατον· οὐκ ἔστι γὰρ ἀργίαν, καὶ τὸ ἀκαριαῖον αὐτὸ τὸ βραχύτατον, νοῦν λογικὸν παθεῖν. Ἀλλ' οὐδ' ἀμβλύνεται τοῦτο τοῦ νοὸς, τοῦτο δ' ὀξὺ κέκτηται. Ἢ οὕτω σύνθετος ἂν εἴη καὶ οὐχ ἁπλοῦς ἐξ ἀνομοιομερῶν

A in speculo ducant, et eam cum una illa mente simpliciter uniant, si saltem mens ea, ut decet, intueatur. Quæ autem naturaliter causata sunt, iis est vis mentem per ipsa occupatam aut secundum ipsa informatam cum illo uno conjungendi. Unde ex omnibus, sive naturalibus, sive a Creatore productis, ad illud quod una causa est, mens colligi solet sive naturaliter, sive practice, sive contemplative. Et quando mens sive uno, sive pluribus creatis aut naturaliter exsistentibus utens, non propter illud unum utitur, neque ut se ipsam ad illud primum unum ferat, illudque aspiciat in sancta participatione, et illuminantis Spiritus sancti motu, simpliciter et uniformiter, tunc in peccatum id sibi tribuit, etiamsi B ille usus ipsi pulcher videatur. Quæ enim ex illo uno sunt, ad illud unum solent ducere eos qui ipsis ut decet utuntur : « Omnis enim, inquit magnus Dionysius, progressus illuminationis a Patre præstitæ, in nos divino dono adveniens, rursum, ut unitiva potentia nos intensive replet, et convertit ad conjungentis Patris unitatem et deificam simplicitatem. Ex eo enim et in ipsum omnia ; si non ad illud rerum usus dirigit, a recto decidit, et aliter procedit quam oportet, non ad illud tendens.

18. Est actio præcedens contemplationem et est actio sequens contemplationem. Et altera quidem corporaliter perficitur ; ita ut corporis motus dirigenti et eos sensim disponenti ut recte ferantur, C det menti libero pede in propriis incedere, quæ sunt intelligibilia, et ibi propriam actionem operetur ; altera vero, a mente incipiens et a cogitatione in spiritu, ad illud quod est supra mentem colligitur, quod est Deus, cui mens cum accedat, in unum colligitur. *Unum* enim Deus est, et ipsa mens secum unitur in unum et indivisibilis constituitur. Unitatem enim unum præstat et divinam simplicitatem, cum aspicitur. Impossibile est enim unum contemplantem non et ipsam esse simplicem, contemplantem vero divisa et composita, necesse est eam dividi et componi ; dictum vero est a me illud unum quod in se subsistit simplex. Quoniam enim quidquid est mens, mutationes patitur per operationem ; ipsa vero simplex D est ; sed necesse est ut simplex sit secundum operationem, cum unum videt. Si vero unum videat, ipsa vero in duo saltem divisa sit, quid operaretur illa pars ejus, quæ ab ea quæ unum videt separata est ? Etenim videt aliud quoddam aut non videt ; et hoc duplici modo, aut non volens, vel infirmata, aut rapide ad aliam quamdam actionem apta, non autem ad contemplandum ; sed si supponatur mentem aliud quoddam videre, jam mens non videt unum simpliciter ; sed duo contra rationem ; et cum videat duo, jam non esse unum aliquid potest. Dividitur enim, ut ostensum est, in eis quæ contemplatur ; si vero non videat, si quidem nolit id impossibile est ; non enim possibile est mentem otium pati, ne uno quidem temporis puncto. Sed

non nunc quidem hebescit mens, nunc vero est rapida. — Vel etiam hoc modo. Composita esset et non simplex dissimilibus partibus constituta, quoquo modo acciderit; et si una pars videat, alia vero ad aliam quamdam operationis speciem ordinetur; eam enim compositionis appellationem de mentis simplicitate dici nequit. Quapropter unitas et simplicitas mentis, si illud unum simpliciter consideret, una quoque ipsa efficacia est, et si unum esset simpliciter, simplex unum videt. Actio igitur quæcunque sit aut contemplatio ex necessitate ferri debet ad illud unum quod supra mentem est; si minus, nihil assequetur, sed frustra mens videbitur agens aut contemplans. Erit igitur cupiditatum effectrix, si divisioni subjaceat, non sublata animæ sensu ad unionem cum illo uno quod supra mentem est; quæ unio despumare valet et mundare vim mentis contemplativam illud unum aspicientem intuentemque, et illi adhærentem ex quo omnia et in quod pervenit et est et subsistit.

19. Omnium desiderabilium summum est divina cum anima et supra mentem unio. Per divinam hanc unionem necessaria est divina similitudo; per divinam hanc similitudinem, necesse est secundum mentem operari, scilicet contemplari. Tale enim est divinum, ex quo et illud *Deus*, nomen ipsi inditum est. Contemplari vero rapide ad Dei cogitationem pertingit. Undique enim et in omnibus, quosdam tanquam radios in contemplativam mentem mittit, et mens contemplans e regione positum Deum habet; Deus autem est unum supernaturale. Est autem mentis natura talem efficacia fieri, qualia sunt ea quæ videt, ut et theologica divi Gregorii vox ostendit, dicens mentem splendorem Dei et videre et pati. Quod enim mens videt, id et patitur, et talis efficitur. Tingitur enim mens, ut Petrus Damascenus ait, secundum ea quæ contemplatur; et sicut quando divisa ac varia videt, variatur ac dividitur, ita, cum ascendit ad contemplationem supernaturalis ac simpliciter unius, consequenter unum aliquid efficitur, ut a me prius dictum est; postquam autem unum effecta est, ingenitum et infinitum et non figuratum et simplex videt. Tale enim est unum. Unde sane et ipsa mens quasi æterna et infinita et absque figura et simplex per virtutem efficitur. Illud autem cum passa est atque sic mutata, in divini similitudinem secundum unitatem efficitur; et inde accurrit ad omnium desiderabilium summum, divinam et supra mentem et ineffabilem unionem, qui est summus secundum Deum terminus. Oportet igitur mentem intendi, omnique modo conari et Spiritu sancto intueri supernaturalis unius contemplationem et aspectum.

20. Quando mens in multis aut saltem in duobus est, manifestum est eam non simpliciter unum videre. Ideo finita est et terminata et tenuis; quæ enim non omnino simplicia sunt, talia sunt. Quando mens reipsa est in hujus unius contractione intacta,

A τινων συνιστάμενος, ὥσπερ συμβήσεται, καὶ εἰ τὸ μὲν τοῦ σκέλους ὁρᾷ, τὸ δὲ πρὸς ἄλλο τι ἐνεργείας εἶδος τέτακται· συνθέσεως γὰρ καὶ τοῦτο κατηγόρημα, ὃ περὶ τὸ τοῦ νοὸς ἁπλοῦν εἰπεῖν, πάνυ ἀνένδεκτον. Δι' ἄρα ταῦτα τὸ ἑνιαῖον, καὶ ἁπλοῦν τοῦ νοὸς, εἰ τὸ ἁπλῶς ἓν κατασκέψοιτο, ἓν καὶ αὐτὸ ἐνέργειά ἐστι, καὶ εἰ ἓν εἴη ἁπλῶς, τὸ ἁπλοῦν ἓν ὁρᾷ. Πρᾶξις τοιγαροῦν ὁποιατισοῦν, ἡ θεωρία, ἐξ ἀνάγκης φέρεσθαι ὀφείλει πρὸς τὸ ὑπὲρ νοῦν ἕν, εἰ δ' οὔ, οὐκ ἀνύσει οὐδὲν, ἀλλὰ μάτην ὀφθήσεται πράττων, ἢ θεωρῶν ὁ νοῦς· ἔσται γὰρ παθῶν ἐνεργὸς ὑπὸ διαίρεσιν κείμενος, μὴ φερόμενος αἰσθήσει ψυχῆς εἰς τὴν τοῦ ὑπὲρ νοῦν ἑνὸς ἑνοειδῶς ἕνωσιν, ἥτις δὴ ἕνωσις διυλίζειν οἶδε, καὶ καθαίρειν τὸ θεωροῦν τοῦ νοὸς, πρὸς ἐκεῖνο τὸ ἓν μετεωριζόμενον καὶ ἀφορῶν,
B κἀκείνῳ προσπάσχον τῷ ἀφ' οὗ τὰ πάντα, καὶ δι' οὗ, καὶ ἐν ᾧ τὰ πάντα, καὶ εἰς ὃ καὶ γίγνεται, καὶ ἔστι, καὶ ὑφέστηκεν.

ιθ'. Τῶν πάντων ἐφετῶν ἄκρον, ἡ μετὰ τῆς ψυχῆς θεία, καὶ ὑπὲρ νοῦν ἕνωσις· διὰ τὴν θείαν ἕνωσιν, ἀναγκαία ἡ θεία ὁμοίωσις, διὰ τὴν θείαν ὁμοίωσιν, ἀναγκαῖον τὸ κατὰ νοῦν ἐνεργεῖν, ἤτοι θεωρεῖν. Τοιοῦτο γάρ τοι καὶ τὸ θεῖόν ἐστιν, ἐξ οὗ καὶ τὸ, Θεὸς, ὄνομα τούτῳ ἀπονενέμηται. Ἀλλαμὴν τὸ θεωρεῖν, εὐθὺς εἰς τὴν τοῦ Θεοῦ ἔννοιαν ἄνεισι· πανταχοῦ γὰρ καὶ ἐν πᾶσιν, ἀκτῖνας ὥσπερ τινὰς ἐνίησιν ὁ Θεὸς τῷ θεωρητικῷ νῷ, καὶ νοῦς θεωρὸς ἀντικεί-
C μενον ἔχει τὸν Θεὸν, Θεὸς δέ ἐστιν ἓν ὑπερκόσμιον. Ἔστι δὲ φύσις τοῦ νοὸς γίνεσθαι τοιοῦτος ἐνεργείᾳ, οἷα ὁρᾷ, ὡς καὶ ἡ θεολόγος τοῦ θειοτάτου Γρηγορίου φωνὴ δηλοῖ, λαμπρότητα Θεοῦ, λέγουσα, καὶ ἰδεῖν καὶ παθεῖν. Ὃ γὰρ νοῦς ἑώρακε, τοῦτο καὶ πέπονθεν, ἢ δὴ τοιοῦτος καὶ γέγονε· βάφεται γὰρ ὁ νοῦς, φησὶν ὁ ἀπὸ Δαμασκοῦ Πέτρος κατὰ τὰ αὐτῷ θεωρούμενα, καὶ ὡς ἐν διῃρημένοις ὁρῶν καὶ ποικίλοις, ποικίλλεται, καὶ διαιρεῖται, οὕτω τοι πρὸς τὴν ἀπόβλεψιν τοῦ ὑπερκοσμίου καὶ ἁπλῶς ἑνὸς ἀναβεβηκὼς, ἀκολούθως ἓν γίνεται, ὥς μοι λέλεκται πρόσθεν, ἐπεὶ δὲ ἐν τῷ ἑνὶ γένοιτο, τὸ ἄναρχον, καὶ ἄπειρον ὁρᾷ, καὶ ἀσχημάτιστον, καὶ ἁπλοῦν· τοιοῦτο γὰρ τὸ ἕν· ὅθεν δῆτα καὶ αὐτὸς ἄναρχος, ἄπειρος καὶ ἀσχημάτιστος, καὶ ἁπλοῦς κατ' ἐνέργειαν ἀποκαθίσταται· τοῦτο δὲ
D πεπονθὼς, καὶ οὕτως ἀλλοιωθεὶς, εἰς τὴν ἐξομοίωσίν που τοῦ θείου κατὰ τὸ ἑνὸν εὑρίσκεται, κἀντεῦθεν ἀνατρέχει πρὸς τὸ πάντων ἐφετῶν ἄκρον, τὴν θείαν, καὶ ὑπὲρ νοῦν, καὶ ἄῤῥητον ἕνωσιν, ὅπερ ἐστὶν ὁ ἄκρος κατὰ Θεὸν σκοπός. Δεῖ δὴ διὰ ταῦτ' ἄρα τὸν νοῦν ἀνατετᾶσθαι, μηχανῇ πάσῃ ἐπείγεσθαι, καὶ ἀφορᾷν Πνεύματι πρὸς τὴν τοῦ ὑπερκοσμίου ἑνὸς θεωρίαν καὶ ἀπόβλεψιν.

κ'. Ὅταν ὁ νοῦς ἐν πολλοῖς, ἢ τοὐλάχιστον ἢ κἂν ἐν δυσὶ, δῆλον ὅτι οὐχὶ τὸ ἁπλῶς ἓν ὁρᾷ. Διὰ τοῦτο ὡρισμένος τέ ἐστι, καὶ πεπερασμένος, καὶ ἀμυδρός· τὰ γὰρ μὴ ἀπολύτως ἁπλᾶ, τοιαῦτά εἰσιν. Ἡνίκα δὲ τοῦ τῷ ὄντι ἑνὸς ἐν ἐπαφῇ γένηται ἀνεπάφῳ, κατὰ

dere; sed e contrario a cæteris ad illud vadit ac ducitur. Et ibi quidem necessarium est sensui numerabile unum ob progressum ad alia, cum non aliter possit numerare, nisi, quo velit, progrediendo; ita vero omnia menti necessaria sunt, propter suam per ea ad supernaturale unum reductionem, et, ut ita dicam, complicationem, ut aliunde quo velit procedere nequeat, ad manifestationem unius supernaturalis. Sic igitur mens ordine et via sibi propria utens, incipit quidem a multis, finem autem suum sistit in supernaturali ac summo uno; quoniam enim captu facile est et bene finitum illud secundum sensus unum, naturaliter sensus illud ponit, ut exigit ejus natura, et prius positione est. Unitas vero supernaturalis quæsita, cum sit supernaturalis, et cogitationem fugiat, longius est ab sua secundum naturam positione quam ut mens ab illa incipiat, sed eam ut finem mens invenit, postquam progressa est; et, ut ita dicam, plurima numeravit. Quoniam enim mens natura cogitat, supernaturale vero per se non capitur neque aditur, ad multa vel invita mens inclinat; et neque mens potest cogitando cessare, neque summum et supernaturale bonum valet comprehendere. Aspiciens igitur ad multa, in unoquoque eorum multorum spirituale intuetur, non quod est aliquid esse, sed quod cujusdam unius; et deinde ex singulis phænomenis singula intelligibilia colligens et alia cum aliis similia nec opposita animadvertens et omnia tanquam unius radicis flores, consequenter procedit a multis illis ad summum unum, ex quo illa multa et omnia, et naturaliter ex naturalibus colligitur in ordinem supernaturalem, supernaturale illud et supersubstantiale unum in speculo contemplans, quam naturam habeat illud supernaturale ex iis quæ secundum naturam sunt simpliciter videns. Tunc igitur mens abundantem illam bonitatum et pulchritudinum omnium effusionem et constitutionem ineffabiliter videns, et supernaturali uno gaudens, non libens convertitur ad multa, etiamsi pulchra sint et partem bonam participent. Eorum enim amatrix quæ naturaliter pulchra sunt, non libens ab illo quod supra omnia est recedit, nisi id illi casu quodam accidat. Sed quoniam rerum modi inter se differunt, ac differentem habent spiritualem aspectum, et varie mens per ea ad supernaturale ac supersubstantiale unum ascendit, oportet, ut ego opinor, methodum dare, qua per multa ad illud supersubstantialiter unum perveniamus; ita ut, tanquam per scalam ascendens, mens securissimum faciat suum motum et sciat utrum quid huic motui desit, an vero sit ubi eum esse oportet, et in hoc quantum lætetur, et quid fallat ipsamque avertat ab illa pulchritudine et ascensione et epulatione divina, et quomodo rursum possit reverti unde deciderit. Inde sane videbit et cupiditatum caliginem et mundi cordis splendorem, veritatisque cognitionem quæ apparet tanquam in speculo qualis est, cœlestium specta-

culorum particeps fiet, et divinum sensum experietur, neque ipsam fallent sui progressus, aut lapsus, et in multorum mirabilium scientia constituetur, et qui sit tranquillitatis terminus intelliget et conclusionis. Sic autem dicimus : Quæcunque exsistunt divisa sunt in sensibilia creata, in creata intelligibilia, et intelligibilia increata ; et increatum supra mentem unum supersubstantiale. In his motus mentis oculus, nempe mens et frequenter intuens, et tranquillitatem in exercitio præferens, removetur a justis seorsum agendis, tanquam a certo gradu, ad contemplandum et ad illud verum unum assequendum, et cœlestibus fruendum, ut radiis veritatis circumfundatur et exsultet, et infinite æternis ditetur et miro modo lætetur et dulcedine repleatur. Forte vero, gratiæ efficacia, et a terra sustollatur tempore procedente, et spirituali lumine per exercitium firmato, jam ea quæ in terra sunt non sentiat, illius quod supra mentem est possessione et hujus pulchri quod supra omnem pulchritudinem est repræsentatione. Quinque partibus hac scala divisa, et tanquam per gradus ad ultimum terminum ascendente, non distat loco gradus a gradu, sed differentia et quod aliam ab alia separat, ordo est tanquam qualitatis aut alicujus proprietatis. Res enim gradatim sunt, sensibilia creata, et creata intelligibilia ; sed secunda multo præstant prioribus, quantum mens propria pulchritudine sensibus præstat. Rursum multo præstant increata intelligibilia intelligibilibus creatis, utroque eorum ordine in rebus descripto. Subjecta autem sunt increata intelligibilia intelligibili supra mentem increato uni. Et est inde manifestum, quia mens in illo quod supra res omnes stans, postquam illuc ab actione pervenerit et in illa celsissima occultatione et omnia sensibilia intelligibiliaque superante permanserit, potentior ejus est aspectus et contemplatio, quemadmodum et humilior in rebus creatis, imo vero in actione. Oportet autem ipsam natura pulchri amantem, omnimodo quod pulchrius est diligere, non modo ut illo fruatur, sed et ut meliorem et supra mentem, ut dignum est, mutationem accipiat in quantum, ut dictum est, ea quæ mens videt, et quibus gaudet, talem et mutationem accipit. Sed tamen quoniam mentis naturæ adhærens motus, nunquam ab eo cessabit, quandiu erit hodie et, ut dicitur, quandiu movebuntur umbræ, id est quoadusque transeamus a præsenti vita quæ nobis ostendit in speculo et ænigmate, tanquam adumbrate, veritatem, oportet eos qui ab hac increati super mentem unius contemplatione et aspectu dilapsi sunt, resurgere conari, ut propius ad intelligibilia increata, ut rursum citius ad increatum supra mentem unum nobis fiat reditus.

A καὶ πῶς αὖθις γένοιτό οἱ, ἐπανακάμψαι ὅθεν ἐξώλισθαι. Ἐντεῦθεν δὴ γνώσεται, καὶ τὴν τῶν παθῶν ἀχλὺν, καὶ τὴν τῆς καθαρᾶς καρδίας διαύγειαν, τήν τε ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας οἵα τίς ἐστιν ἐνοπτρισθείη, καὶ τῶν ἐπουρανίων θεαμάτων μέτοχος ἔσται, καὶ θείαν αἴσθησιν εἴσεται, καὶ οὐ λήσεται ἑαυτὸν αὔξων, ἢ πρὸς μείωσιν ἥκων, καὶ πολλῶν ἀξιαγάστων ἐν ἐπιστήμῃ γένοιτ' ἂν, καὶ τὸν σκοπὸν τῆς ἡσυχίας τίς ἐστι κατανοήσει, καὶ τῆς ἐγκλείσεως. Λέγομεν δὴ ὧδε· Πάντα τὰ ὄντα μεμέρισται εἰς αἰσθητὰ κτιστὰ, κτιστὰ νοητὰ, νοητὰ ἄκτιστα. Καὶ ἄκτιστον ὑπὲρ νοῦν ἓν ὑπερούσιον. Ἐν τούτοις ὁ τῆς ψυχῆς στρεφόμενος ὀφθαλμὸς, ἤτοι ὁ νοῦς, καὶ πυκνῶς ἐνορῶν, κἂν τῇ ἀσκήσει τὸ ἡσυχάζειν αἱρούμενος, αἴρεται ἀπὸ τοῦ τὰ εἰκότα καταμόνας πράττειν ὡς B ἀπὸ βαθμίδος τινὸς εἰς τὸ θεωρεῖν, καὶ εἰς τὸ ὄντως ὂν καταγίνεσθαι, καὶ τρυφᾷν τὰ οὐράνια, καὶ ταῖς ἀκτῖσι τῆς ἀληθείας, καὶ περιστρέφεσθαι, καὶ ἀγάλλεσθαι, καὶ πλουτεῖν εἰς ἄπειρον τὰ ἀΐδια, καὶ θαυμασίως ἥδεσθαι καὶ γλυκαίνεσθαι. Ἴσως δὲ, συνεργείᾳ τῆς χάριτος, καὶ γῆθεν ἁρπάζεσθαι, προϊόντος καιροῦ, καὶ βεβαιωθέντος τοῦ νοεροῦ φωτὸς ἐκτικῶς, καὶ ἀναισθητεῖν τῶν ὧδε τῇ τοῦ ὑπὲρ νοῦν κατοχῇ, καὶ φαντασίᾳ τοῦ ὑπὲρ πᾶν καλὸν ἀσυγκρίτως. Πενταχῶς δὲ τῆς ἱερᾶς ταυτησὶ κλίμακος διῃρημένης, καὶ διὰ βαθμίδων ὥσπερ ἀνιούσης ἐπὶ τὸν ἄκρον σκοπὸν, οὐ τοπικὸν ἔχει διάστημα βαθμὶς ἀπό γε βαθμίδος, ἀλλ' ἡ διαφορότης, καὶ ὃ διέχει τῆς ἑτέρας ἑτέρα, τάξις ἐστὶν, ὡσανεὶ ποιότητος, ἢ ἰδικοῦ τινος. Οἷον ὄντα μέν εἰσιν ἐπίσης, τὰ αἰσθητὰ C κτιστὰ, καὶ κτιστὰ νοητά· ἀλλὰ τὰ δεύτερα, πολλῷ τῷ μέτρῳ τῶν προτέρων ὑπερτερεῖ, καθόσον αἰσθήσεως νοῦς ἰδικῷ καλῷ. Πάλιν δ' αὖθις ὑπερέχει κατὰ πολὺ ἄκτιστα νοητὰ, νοητῶν κτιστῶν· ἀμφοτέρων τουτωνὶ στοίχου ἐν τοῖς οὖσι κατεληλεγμένου [*lc.* κατειλεγμένου]. Ὑποβέβηκασι μέντοι τὰ ἄκτιστα νοητὰ ὄντα τῷ ὑπὲρ νοῦν ἀκτίστῳ ἑνί· καὶ ἔστι γ' ἐντεῦθεν δῆλον, ὅτι τὸ ἐν τῷ ὑπερτεροῦντι τῶν ὄντων ἁπάντων ἵστασθαι, διαβάντα τὸν νοῦν ἀπὸ πράξεως, καὶ ἐν ἐκείνῃ τῇ κορυφαιοτάτῃ ἀποκρυφιότητι, τῇ ὑπερανῳκισμένῃ πάντων αἰσθητῶν τε καὶ νοητῶν γίγνεσθαι, ἡ κρείττων αὐτοῦ ἐστιν ἀπόβλεψις, καὶ θεωρία, ὥσπερ ἡ ταπεινοτέρα ἐν τοῖς αἰσθητοῖς κτιστοῖς, ἢ καὶ μᾶλλον ἐν τῷ πρακτικῷ. Δεῖ δὴ φιλόκαλον D ὄντα φύσει αὐτὸν, τοῦ κατὰ πάντα τρόπον ἐφίεσθαι κρείττονος, οὐ μόνον ἵν' ἀπολαύσῃ, ἀλλὰ καὶ ἵνα πάθῃ τὴν κρείττονα, καὶ ὑπὲρ νοῦν, ὡς εἰκὸς, ἀλλοίωσιν, ἐφ' ὅσον, ὡς λέλεκται, ὁποῖα ὁ νοῦς ὁρᾷ, καὶ οἷα τρυφᾷ, τοιαύτην δέχεται καὶ ἀλλοίωσιν. Πλὴν ἐπειδήπερ ἡ συμπεπλεγμένη τῇ τοῦ νοὸς φύσει τρεπτότης, οὐ μήποτε λήξει ἀπ' αὐτοῦ, ἕως ἂν τὸ σήμερον ᾖ, καὶ κατὰ τὸν λέγοντα, ἕως ἂν κινηθῶσιν αἱ σκιαὶ, τουτέστιν, ἕως ἂν μεταβῶμεν ἀπὸ τῆς παρούσης ζωῆς τῆς ἐν ἐσόπτρῳ καὶ αἰνίγματι παραδεικνυούσης, σκιωδῶς ὥσπερ, τὴν ἀλήθειαν, χρὴ μεταπίπτοντας ἀπὸ τῆς τοῦ ἀκτίστου ὑπὲρ νοῦν ἑνὸς θεωρίας καὶ ἀποβλέψεως, ἵστασθαι μηχανᾶσθαι, ὡς ἂν ἐγγυτέρω εἰς τὰ νοητὰ ἄκτιστα, ὅπως αὖθις θᾶττον εἰς τὸ ἄκτιστον ὑπὲρ νοῦν ἓν γένοιτο ἡμῖν ἡ ἐπάνοδος.

Παχυτέρας δὲ ἐπιπεσούσης ἀχλύος, καὶ τὸ νοεῖν A ἐπισκοτιζούσης, καὶ ἀκηδίαν ἐπιχεούσης πρός γε τὸ θεωρεῖν τῷ νῷ, εἰς εὐχὰς πρακτικῶς ἐν καρδίᾳ ταπεινῇ τρεπτέον ἡμᾶς αὐτούς, καὶ τοῦ σκότους τῇ τῆς προσευχῆς δυνάμει καὶ τοῖς δάκρυσι μεταχωρήσαντος, ὑποβάθραν πάλιν αὖθις ὥσπερ τινὰ ποιεῖσθαι, αἰσθητὰ κτιστά, προενοικοῦντος τῇ καρδίᾳ, ἐν ἐνεργείᾳ πνευματικῇ ἐνυποστάτῳ, φωτὸς νοεροῦ, καὶ προκατέχοντος τοῦ νοῦ δηλονότι, τὸ τῆς πρακτικῆς ἐπιστημόνως γε λίαν κράτος, καθὸ ἐπιβαίνειν ὁ νοῦς πέφυκεν ὥσπερ ἐπί τινος ἀκρωρείας, ἢ σκοπιᾶς δήπουθεν, καὶ θεωρεῖν τὰ πολλοῖς οὐ μόνον ἀθέατα, ἀλλὰ καὶ ἀζήτητα, καὶ ἀνεπινόητα, καὶ οὗ χωρὶς οὐδεὶς ὄψεται, οὔτε ἑαυτόν, οὔτε καὶ μᾶλλον τὸν Θεόν. Περὶ ἧς πρακτικῆς ἐπιδρομάδην νῦν ἤδη εἰπεῖν, τάχα γε οὐ πόῤῥω σκοποῦ. B

λϛ'. Τρία ἡ ψυχὴ ἔσωθεν ἔχει δεόμενα πράξεως, λογιστικόν, ἐπιθυμητικόν, καὶ θυμικόν· καὶ τρία ἔξωθεν, ἔφεσιν δόξης, ἡδονῆς, καὶ τοῦ πλείονος. Ταύτας δὴ τὰς δύο τριάδας ἐπιστημόνως ἡ ψυχὴ ἀφορῶσα ἐν τῇ τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐνσάρκῳ πολιτείᾳ, διὰ τῶν αὐτῆς τεσσάρων γενικῶν ἀρετῶν, φρονήσεως δηλαδή, δικαιοσύνης, σωφροσύνης, καὶ ἀνδρείας, ἐν τῇ χάριτι ἐξιᾶται τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, καὶ δίδωσι τῷ ἑαυτῆς νῷ ἀπερισκοτήτως μετεωρίζεσθαι, καὶ τὰ θεῖα περιαθρεῖν, καὶ θεωρεῖν τὸν Θεόν. Ὅτε γὰρ ὁ Κύριος Ἰησοῦς ἤχθη ἐν τῇ ἐρήμῳ ὑπὸ τοῦ Πνεύματος καταπαλαίσων τὸν διάβολον, νηστείᾳ μὲν τὸ ἐπιθυμητικὸν ἐθεράπευσεν· ἀγρυπνίᾳ τε καὶ ἡσύχῳ προσευχῇ, τὸ λογιστικόν· τὸ δὲ C θυμικόν, ἀντιῤῥήσει· φιληδονίαν τε καὶ φιλοδοξίαν, καὶ φιλαργυρίαν, ἐν οἷς πεινῶν οὐκ ἐζήτησεν, ὡς ὁ διάβολος ὑπετίθει, ἵνα οἱ λίθοι ἄρτοι γένωνται· οὐδὲ κάτω ἑαυτὸν ἔβαλεν ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ πτερυγίου, ἵν' ὑπὸ τοῦ ὄχλου ὡς μηδὲν πεπονθὼς τῇ καταπτώσει δοξασθῇ, οὐδὲ προσκυνῆσαι ἐπείσθη ἐπὶ ὑποσχέσει λήψεως τοῦ πλούτου ἁπασῶν τῶν βασιλειῶν, ἀλλ' ἀντιῤῥήσει θυμοειδεῖ φρονίμῳ, καὶ δικαίῳ [Ισ. δικαίᾳ], σώφρονί τε καὶ ἀνδρείᾳ τὸν Σατανᾶν ἀπεκρούσατο, καὶ ἡμᾶς ἐν τούτῳ διδάσκων τὴν κατὰ τῆς ἐφόδου πάσης ἧτταν αὐτοῦ. Τοῦτο δή τοι αὐτό τις κἂν τῷ σταυρῷ τοῦ Σωτῆρος ὄψεται καὶ γνοίη ἄν. Προσεύχεται καὶ γὰρ τῷ τότε καιροῦ ὁ Σωτὴρ τῶν μαθητῶν ἑαυτὸν ἀφιστάς· τοῦτο ἴαμα τοῦ λογιστικοῦ· γρηγορεῖ, καὶ διαγρυπνεῖ, καὶ δίψαν ὑπο- D μένει ἐν τῷ σταυρῷ· τοῦτο φάρμακον τοῦ ἐπιθυμητικοῦ· οὐκ ἀντιλέγει, οὔτε μὴν ἐρίζει, ἢ κραυγάζει, καὶ ταῦτα διαβαλλόμενος, καὶ ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων προσεύχεται· τοῦτο τῆς εὐταξίας τοῦ θυμικοῦ, τὸν μὲν διάβολον ἀντιῤῥήσει βάλλειν, ἀνθρώποις δὲ τοῖς ἐπηρεάζουσιν, ὡς καὶ αὐτοῖς ἐπηρεαζομένοις ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ, σιωπῇ, μακροθυμίᾳ, καὶ ὑπὲρ αὐτῶν ἀμείβεσθαι προσευχῇ· ἐμπτύεται, ῥάπισμα δέχεται, ὑπομένει εἰρωνείας καὶ ἐμπαιγμόν· τοῦτο θεραπεία φιλοδοξίας· ὄξος ποτίζεται, χολὴν βρωματίζεται, σταυροῦται, λόγχῃ κεντᾶται· τοῦτο ἰατρεία φιληδονίας· γυμνὸς κρεμαννύεται, ὕπαιθρος, ἀνέστιος ἐπὶ τὸν σταυρόν, παρεωραμένος ἅπασιν, ὡς ἄν τις πτωχὸς καὶ πένης· τοῦτο τῆς φιλαρ-

Postquam vero deciderit crassior caligo mentem obtenebrans, et acediam menti infundens ad contemplandum, nos oportet ad preces practice converti in humili corde, et postquam vi orationis et lacrymis tenebræ recesserint, basim aliquam rursum facere sensibilia creata, præhabitante in corde per spiritualem efficaciam, mentali lumine quod mentem possideat actionis virtute, qua mens ascendere potest tanquam in quamdam summitatem aut speculam et inde contemplari quæ multis non sunt visibilia, nec a multis cogitantur aut quæruntur, et sine quo nemo videbit neque seipsum, neque a fortiori Deum. De qua actione nunc cursim est dicendum, forsan non procul a scopo.

36. Tria in se habet anima quæ actione indigent, rationem, appetitum irascibilem et appetitum concupiscibilem; et tria extra se, gloriæ appetitum, voluptatis, et divitiarum. Hanc duplicem triadem mens, Domini Jesu incarnati vitam intuens per quatuor ipsi ingenitas virtutes, prudentiam nempe, justitiam, temperantiam et fortitudinem, gratia Domini Jesu sanat et suæ menti eas dat contemplandas, et divina considerando et Deum intuendum. Quando enim Dominus Jesus in desertum a Spiritu ductus est contra diabolum pugnaturus, jejunio quidem concupiscibilem appetitum sanavit; vigilia et tranquilla oratione, rationem; irascibilem vero, contradictione; voluptatis desiderium et vanæ gloriæ et avaritiam, dum esuriens cibum non quæsivit, ut diabolus ipsi proponebat: « Dic ut lapides isti panes fiant; » neque seipsum infra dejecit a pinnaculo templi, ut a multitudine nihil ob suum casum mali passus laudaretur, neque ut diabolum adoraret adductus fuit, etsi omnium regnorum divitiæ ipsi offerrentur; sed contradictione irata ac prudenti et justa, et sapienti fortitudine Satanam repulit et nos in hoc docens Satanæ contra omnem impetum cladem. Illud sane idem et in cruce Domini videbit ac noscet. Orat enim tunc temporis Salvator; a discipulis recedens: Hæc rationis est sanatio; vigilat et non dormit, et sic in cruce patitur: id est, appetitus concupiscibilis remedium; non contradicit, neque irascitur aut clamat; et quamvis ita male haberetur, etiam pro persecutoribus precatur; is bonus est irascibilis appetitus tenor, diabolum contradictione ferire, homines vero maledicentes, qui et ipsi a Satana torquentur, silentio, magnanimitate et pro ipsis orando remunerare. Conspuitur, laceratur, subit imo interrogationum ludibrium, id est gloriæ amoris remedium; acetum potus ipsi porrigitur, fel ut cibus, crucifigitur, lancea perforatur; voluptatis amoris hæc est sanatio; nudus suspenditur et sub dio domo carens super crucem, ab omnibus despectus, ut aliquis mendicus et pauper: avaræ dispositionis ea est abolitio. Patiendo, tum intus, tum extra, remedium Salvator ostendit, quando mundo videri cum cor-

pore cœpit, et quando e mundo fuit exiturus. Unde et ad eum et ad ejus doctrinam et crucem aspiciens, pro posse suo, ejus se imitatorem faciens, prudenter et juste sapienterque ac fortiter, quemadmodum et ille, abolebit eam cupiditatum ad malum efficaciam, et eorum quæ ipsas consequuntur. Utetur autem iis, ut oportet, et post hæc omnibus, et practicus vixerit secundum veritatem et paratus contemplari et quærere Deum et spirituali directioni vacare. Et ita ab iis multis sensibilibus, creatis scilicet, et eorum pulcherrime factorum bonam actionem, et creata sensibilia intelligibilia cogitans, et ad intelligibilia increata transiens, tanquam quatuor in scala gradus ascendit. Post hæc autem divina et super mentem eum sequetur vocis carentia, et silentium et admiratio, et ut pauca dicam, supernaturalis unius aspectus et contemplatio, et super cogitationem unio, et tranquillitatis fastigium, summum ac perfectum desiderabile, quantum in præsenti vita possibile est, veritatis terminus, fidei fructus, eximius splendor speratæ gloriæ, charitatis fundamentum, mentis regula, statio perpetui ejus motus, ineffabilis requies, et uniformis stabilitas, operatio tanquam in pignore futuri sæculi, puræ lætitiæ causa, pacis thesaurus, carnis cogitationum exstinctio, præsentis sæculi contemptus, futuri amor, cupidæ vitæ rejectio, apathiæ concretio, animæ læta exsultatio, et ejus motuum et potentiarum collectio, requies et custodia, et uno verbo, divina scientia et apathia. Curandum vero est, ut mens propria indolentia aut externa quadam circumstantia turbata rursum ad proprium pulchrum contemplandum reducatur per depositionem hujus cupiditatis quæ obstaculo est, eamque a proprio scopo removet; et videndum quam longe mens a summo desiderabili sit, et quare; et, etenim in sensibilibus creatis aut creatis intelligibilibus aut intelligibilibus increatis, an in vernis ratiociniis, an secundum quamdam necessitatem a proposito separetur, quod solum reipsa est et unum super omnia supernaturale; oportetque ita impedimenta repellere, ut rursum simpliciter redeat, ut bonus ordo exigit ad supernaturalis unius contemplationem et aspectum. Extra enim supernaturale increatum quod supra mentem est unum mens versata, divisioni subjacet, neque est in vero pulchro, etsi in quodam pulchro sit. Illud enim summum pulchrum est, quod est supra mentem supernaturale unum, increatum et simplex, et illud est reipsa summus menti propositus terminus. Et igitur sane mota mens illuc per prædicta ascendens invenitur, et supra mentem unionem patitur. Persequendum igitur est pro viribus infinitum, et investigandum illud quod supra mentem est et contemplandum illud simplex unum et comprehendendum ex impetu illud incomprehensibile, ut assequamur unam illam unius hæreditatem summi Dei, gratia Domini nostri Jesu Christi et vivifican-

A γύρου διαθέσεως κατάργησις. Τῶν ἄρα ἔσωθεν παθῶν, καὶ τῶν ἔξωθεν ὁ Σωτὴρ δὶς δέδειχε τὴν ἰατρείαν, ὁπηνίκα τῷ κόσμῳ φαίνεσθαι μετὰ τοῦ σώματος ἤρξατο, καὶ ὅτε τοῦ κόσμου ἀποδημεῖν ἔμελλεν· ὅθεν καὶ πρὸς αὐτὸν, καὶ τὴν διδασκαλίαν αὐτοῦ, καὶ τὸν σταυρὸν ὁ ὁρῶν, κατὰ τὸ ἐνὸν ἑαυτὸν αὐτοῦ ποιούμενος μίμημα, φρονίμως, καὶ δικαίως, σωφρόνως τε καὶ ἀνδρείως, ὥσπερ ἐκεῖνος, καταργήσει μὲν τὴν ἐπὶ κακῷ τῶν παθῶν ἐνέργειαν τουτωνὶ, καὶ πάντων γε διὰ τούτων. Χρήσεται δὲ αὐτοῖς ὡς δεῖ, καὶ μετὰ ταῦτα ἅπασι, καὶ πρακτικὸς ἀνὴρ ἔσται κατὰ ἀλήθειαν, καὶ πρὸς τὸ θεωρεῖν, καὶ πρὸς Θεὸν ἀνατείνεσθαι, καὶ σχολάζειν τῷ νοερῷ ἐνατενισμῷ ἑτοιμότατος· καὶ οὕτω γε ἀπὸ τῶν πολλῶν αὐτοῦ ὁ νοῦς αἰσθητῶν, κτιστῶν τοιγαροῦν B ἐναρξάμενος, καὶ κατιδὼν τῆς σφῶν αὐτῶν καλλιεργίας τὴν εὐπραγίαν, καὶ νοήσας τὰ κτιστὰ νοητὰ, καὶ εἰς τὰ νοητὰ ἄκτιστα μετελθὼν, ὡς ἐν κλίμακι βαθμίδας ἤδη διελήλυθε τέσσαρας. Μετὰ δὲ ταῦτα ἡ θεία καὶ ὑπὲρ νοῦν αὐτῷ ἕπεται ἀφθεγξία, καὶ σιγὴ, καὶ ἔκπληξις, καὶ συνελόντα φάναι, τοῦ ὑπερκοσμίου ἑνὸς ἡ ἀπόβλεψις, καὶ θεωρία, καὶ ὑπὲρ νόησιν ἕνωσις, ἡ τῆς ἡσυχίας κορωνὶς, τὸ ἄκρον καὶ τέλειον ἐφετὸν, ὅσον ἐν τῇ παρούσῃ ζωῇ, τῆς ἀληθείας τὸ πέρας, τῆς πίστεως ἡ ἐπικαρπία, ἡ διαυγὴς ἔλλαμψις τῆς ἐλπιζομένης δόξης, ὁ τῆς ἀγάπης θεμέλιος, ἡ τοῦ νοὸς στάθμη, ἡ στάσις τῆς κατ' αὐτὸν ἀεικινησίας, καὶ ἀνεννόητος παῦλα, καὶ ἑνοειδὴς κατάστασις, ἡ ὡς ἐν ἀῤῥαβῶνι ἐργασία τοῦ αἰῶνος τοῦ μέλλοντος, τὸ αἴτιον τῆς ἀφαντάστου χαρᾶς, τὸ τῆς C εἰρήνης ταμεῖον, ἡ σβέσις τῶν τῆς σαρκὸς φρονημάτων, ἡ ἀποστροφὴ τοῦ παρόντος αἰῶνος, ἡ προσπάθεια τοῦ μέλλοντος, τὸ ἀποστάσιον τῆς ἐμπαθοῦς ζωῆς, ἡ συμφυΐα τῆς ἀπαθείας, τῆς ψυχῆς τὸ εὐφρόσυνον ἀγαλλίαμα, καὶ τῶν ἑαυτῆς κινήσεων καὶ δυνάμεων ἡ συναγωγὴ, ἀνάπαυσίς τε καὶ φρουρὰ, καὶ ὁλικῶς εἰπεῖν, ἡ θεία γνῶσις, καὶ ἡ ἀπάθεια. Δεῖ δὴ σκοπεῖν οἰκείᾳ ῥᾳστώνῃ, ἢ ἐξωτερικῇ τινι περιστάσει συσχεθέντα τὸν νοῦν, αὖθις ἐπὶ τὸ οἰκεῖον ἐπαναφέρειν τῆς θεωρίας καλὸν, διὰ τῆς τοῦ ἐμποδὼν ἱσταμένου πάθους, καὶ ἐκ ποδῶν ποιοῦντος αὐτὸν τοῦ ἰδίου σκοποῦ, ἀποθέσεως, καὶ πόσον ἄπεστι τοῦ ἄκρου ἐφετοῦ, καὶ διατί· καὶ εἰ ἐν αἰσθητοῖς κτιστοῖς, ἢ κτιστοῖς νοητοῖς, ἢ νοητοῖς ἀκτίστοις εἴη τὸ ἑαυτοῦ θεωροῦν, ἢ λογισμοῖς ματαίοις, ἢ κατὰ D χρείαν τινὰ διαιροῖτο τοῦ προκειμένου, καὶ μόνου τῇ ἀληθείᾳ, καὶ ἑνὸς ὑπὲρ πᾶν ἓν ὑπερκοσμίου· καὶ ἀφαιρεῖν οὕτω τὰ μεταξὺ κωλύματα, ἵν' αὖθις ἐπανέλθῃ ἑνοειδῶς, ὥς γε ἡ τάξις αὕτη ἀπαιτεῖ, ἐπὶ τὴν τοῦ ὑπερκοσμίου ἑνὸς θεωρίαν καὶ ἀπόβλεψιν. Ἔξω που γὰρ τοῦ ὑπερκοσμίου ἀκτίστου ὑπὲρ νοῦν ἑνὸς ὁ νοῦς εὑρισκόμενος, ὑπὸ διαίρεσίν ἐστι, καὶ οὐκ εἰς τὸ κυρίως καλὸν, κἂν κινοῖτο καλῶς. Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ κορυφαῖον καλὸν, τὸ ὑπὲρ νοῦν ὑπερούσιον, ἄκτιστον, καὶ ἁπλοῦν ἓν, καὶ τοῦτό ἐστι τὸ τῷ ὄντι τοῦ νοῦ ἄκρον ἀντικείμενον πέρας. Καὶ γοῦν ὑγιῶς κινούμενος ὁ νοῦς, αὐτόσε διὰ τῶν εἰρημένων εὑρίσκεται ἀνιὼν, καὶ τὴν ὑπὲρ νοῦν πάσχει ἕνωσιν. Διωκτέον δὴ ὅση δύναμις τὸ ἄπειρον, καὶ ἐρευνητέον τὸ ὑπὲρ νοῦν καὶ θεωρητέον τὸ ἀνείδεον ἓν, καὶ

καταληπτέον ἐξ ἐφόδου τὸ ἀκατάληπτον, ὡς ἂν τύχοιμεν τῆς ἑνιαίας τοῦ ἑνὸς κληρονομίας τοῦ ἄκρου Θεοῦ, χάριτι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ζωοποιοῦ Πνεύματος, δι' ὧν ἐλλαμπόμενοι τῆς θεωρητικῆς ἀξιούμεθα χάριτος, καὶ θεοὶ θέσει θεουργηθέντες γινόμεθα τῇ δωρεᾷ τοῦ Θεοῦ.

A tis Spiritus, per quos illuminati contemplativa gratia digni habeamur, et dono Dei nos adoptione dii efficiamur.

λζ'. Ἐν τῇ τῆς θείας ἀποκρυφιότητος χώρᾳ ἀναβεβηκὼς ὁ νοῦς, φυσικῶς σιωπὴν ἀσκεῖ ἑνισθεὶς τῇ ἁπλότητι, καὶ ἐξ ἑπομένου ἑνιαίως τῷ ὑπὲρ ἔννοιαν ἑνὶ ἐλλαμπόμενος τῇ μετοχῇ τοῦ Πνεύματος. Τί γὰρ ἂν καὶ λέξῃ ὑπεράνω τῆς ἑαυτοῦ νοερότητος πεφθακὼς, καὶ παντὸς ἔξω νοήματος καταστὰς, καὶ γυμνὸς τὸ παράπαν, ὡς ὑπὲρ τὸ νοεῖν; εἰ γάρ τοι λόγος ὡς τ' εἰπεῖν ἔτι αὐτῷ λείπεται, δῆλον ὅτι καὶ νοεῖ· πᾶς γὰρ λόγος μετὰ τὸ νόημα. Καὶ εἴ τι νοεῖ, πῶς ἐν τῇ τῆς ἀποκρυφιότητος χώρᾳ ἕστηκεν; οὐ γάρ ἐστι κρύφιον κυρίως, ὃ μὴ, ἑτέρου ὁρῶντος, αὐτός γε ὁ νοῦς ὁρᾷ. Ἐπεὶ οὕτω γ' ἂν πολλὰ λέγοιντο κρύφια, ὅτι παμπολλα, ἢ, ἵν' οὕτως εἴπω, πάντα ὁ νοῦς ὅσα ὁρᾷ, μὴ γινώσκοντος ἑτέρου ὃ ὁρᾷ, τοῦτο ὁρᾷ· ἔσται ἄρ' οὕτω τὰ κρύφια καὶ τοῦ ἀπείρου ἐγγύς· ὅπερ ἄτοπον· ἓν γάρ ἐστι τὸ κυρίως κρύφιον, εἰς ὅπερ ὁ νοῦς μετὰ πάντα ἄνεισιν, ὡς εἰς τὸ ἐξ οὗ πᾶν, εἴτε φαινόμενον, εἴτε νοούμενον. Ἀμέλει καὶ αὐτὸς ὡς εἰς τὸ ὑπὲρ πάντα ἀναδραμὼν, καὶ φαινόμενα, καὶ λεγόμενα, καὶ νοούμενα, ἔξω καὶ τοῦ νοεῖν, καὶ ὁρᾷν, καὶ λέγειν ἀποκαθίσταται, καὶ οὔπω εἰς τοσοῦτον ἀναβεβήκει, οὐδὲ ἐν τῇ θείᾳ γεγένηται κρυφιότητι, ἕως ἂν λέγειν δεδύνοιτο, νοεῖ γάρ· ἀλλὰ μὴν τὸ κρύφιον, ἀνεννόητον, ἄρα καὶ ὑπὲρ λόγον ἐστίν· ἄρ' ὁ νοῦς ἐν τῇ τῆς θείας ἀποκρυφιότητος χώρᾳ ἀναβεβηκὼς καὶ ἑνισθεὶς, ἑπομένως σιωπὴν ἀσκεῖ, οὐχ ἑκὼν, ἀλλὰ φυσικῶς, ἑνιαίως τῷ ὑπὲρ ἔννοιαν ἑνὶ ἐλλαμπόμενος.

λη'. Εἰ πρόσω προβαίνειν καὶ προκόπτειν ποιεῖν τὸν νοῦν οἱ λόγοι πεφύκασιν, ἄρα ἀναβιβάζουσιν αὐτὸν προκόψαντα, ὅπου λόγος οὐκ ἐφικνεῖται, ἐν πράγματι δηλονότι τελουμένῳ σιωπῇ. Εἰ δ' ἀεὶ λόγοι εἶεν τῷ νοΐ, καὶ ἀεὶ δεῖται αὐτῶν ἡ ψυχὴ, ἐγὼ οὐχ ὁρῶ τίς ἐστιν ἡ νοερὰ ἐκ τοῦ λέγειν προκοπή· οὐ γάρ τοι τὸ λέγειν μόνον ἐστὶν εἰς τὸ πράττειν ὀνήσιμον, ἀλλ' οὐδὲν ἧττον καὶ εἰς τὸ θεωρεῖν. Ἐν ᾧ γε ὁ νοῦς μερει ἄνεισιν ἀπὸ τῶν ἐν σχήματι τῶν ὄντων λόγων, ἐπὶ τὸ ἁπλῶς ὑπὲρ λόγον ἀσχημάτιστον, καὶ ἀπολύτως, καὶ κυρίως ἓν, ὁπηνίκα καὶ πᾶς λόγος δοκεῖ πάρεργον, ἢ τό γε ἀληθέστερον εἰπεῖν, ἔστιν ἐμποδών· οἱ λόγοι γὰρ, ἐν μεταβάσει τὸ καθόλου εἰσὶν, ἀπὸ νοήματος τυχὸν, εἰς ἕτερον νόημα. Τὸ δ' ἁπλοῦν, καὶ ἀπόλυτον, καὶ ἀόριστον, καὶ ἀσχημάτιστον, καὶ ἁπαξαπλῶς ἓν κυρίως, καὶ ὑπὲρ λόγον κείμενον, πῶς λόγων δεήσεται; ἵνα ποῦ μεταβῇ; ἢ πῶς περιληφθείη ἄν; περίληψιν γάρ πη ὁ λόγος ποιεῖν εἴωθε. Τὸ δὲ, ἀπερίληπτον, ὡς ἀόριστον, καὶ ἀσχημάτιστον· εἰ δὲ λόγος οὐκ ἂν ἁρμόσειε τῷ ὑπὲρ νοῦν κρυφίῳ ἑνὶ, ἀπεριλήπτῳ γε ὄντι, καὶ ἀσχηματίστῳ, ἄρα ἁρμόσει σιωπῇ. Ἄρα τὸ [Ισ. τοῦ] λέγειν καταλῆξαι προκόψαντας δεῖ εἰς τὸ σιωπᾷν, ἐφ' ὅσον πρὸς τὸ ἁπλῶς θεωρεῖν, καὶ ἀτυπώτως καὶ ἀσχηματίστως προέβησαν.

37. In divinæ summitatis locum quando mens ascenderit, naturaliter silet cum simplici unita, et consequenter in uno supra cogitationem illuminatur spirituali participatione. Quid enim dicat, cum supra suam intelligentiam pervenerit et extra omnem cogitationem constituta sit, et omnino sit nuda, cum supra cogitationem lata sit. Si enim ratio, ut ita dicam, menti relinquatur, manifestum est quod et cogitat; omnis enim ratio post co-
B gitationem est. Et, si quid cogitat, quomodo in illius incomprehensibilitatis loco stat? Non enim vere est incomprehensibile, quod, alio non vidente, ipsa mens videt. Multa enim sic dicerentur abscondita, siquidem omnia, aut, ut ita dicam, quæcunque mens videt, illud videt, alio nesciente quod videt. Atque ita abscondita proxima infinita erunt; quod est absurdum. Unum enim est proprie absconditum, in quod mens post omnia vadit, tanquam in illud et quo omnia, sive visibilia, sive cogitata. Sane et ipsa ad illud quod est super omnia ascendens et visibilia, et dicta et cogitata, extra cogitationem et visum et dictum statuitur, et nondum ad id assurrexit neque in divina obscuritate facta est, quandiu dicere potest; tunc etenim cogitat; sed
C absconditum et incogitabile supra rationem est. Postquam igitur mens in illum obscuritatis locum ascendit, et cum infinito unita est, consequenter silentium servat, non libens, sed naturaliter; unico ab illo supra cogitationem uno illuminata.

38. Si proficere et progredi ratiocinia mentem faciunt, igitur eam progressam attollunt, quo ratio non pervenit, in rem quæ silentio perficitur. Si vero semper menti ratiocinia essent, atque iis semper egeret anima, ego non video qualis sit spiritualis ex dicendo progressus. Dicere enim non modo utile est ad agendum, sed et ad contemplandum. In qua quidem parte mens ascendit a ratiociniis quæ formam habent, ad illud quod sine forma est ac supra omnem rationem, et proprie ac incomparabi-
D liter unum, quando et omnis ratio videtur inutilis, aut, ut verius dicam, obstaculum; rationes enim in transitu sunt a cogitatione ad cogitationem. Illud autem simplex et liberum et infinitum et sine forma, et simpliciter unum et supra rationem positum, quomodo rationibus indigebit ut aliquo ascendat; aut quomodo circumscriberetur; circumscriptionem enim ratio operari consuevit. Quod autem incircumscriptum est, ut interminatum, et sine forma et simpliciter unum est; si autem ratio non illi supra mentem abscondito, incircumscripto ac sine forma non conveniat, ergo silentio conveniet. Igitur eos oportet qui profecere, silentium servare, in quantum ad simplicem contemplationem sine forma ac figura processere.

39. Si cognitorum rationes sunt, ignotum igitur absconditum est, et extra rationem positum. Si enim supra cognitionem, absconditi ignorantia est, quod supra cognitionem est, minime cognitione indiget; multo minus igitur ratione indigebit. Mens igitur postquam ad absconditum perveniat, silentium naturaliter exercet. Et nisi natura et sine labore sileat, nondum ad illud unum absconditum et simplex pervenit.

λθ'. Εἰ τῶν ἐγνωσμένων, οἱ λόγοι, ἄγνωστον δὲ, τὸ κρύφιον, ἔξω ἄρα λόγου τὸ κρύφιον· εἰ γὰρ ἀνωτέρω γνώσεως ἡ τοῦ κρυφίου ἀγνωσία ἐστὶ, τὸ δὲ ἀνώτερον γνώσεως, ἥκιστα δεῖται γνώσεως, πολλῷ ἔλαττον λόγου δεήσεται. Ὁ εἰς τὸ κρύφιον ἁπλῶς ἓν ἄρα ἀναβεβηκὼς νοῦς, σιωπὴν ἀσκεῖ φυσικῶς, καὶ εἴ γε μὴ φύσει καὶ ἀνεπιτηδεύτως σιγῴη, οὔπω ἐν τῷ κρυφίῳ καὶ ὑπερηπλωμένῳ ἑνὶ γέγονεν ἀναβεβηκώς.

40. Quemadmodum homines se ad tranquillitatem exercentes, quando e cella exeunt, experientia discunt quid intersit inter sedere et procedere, sic qui silentium servant, et ad dicendum redeunt, qui contemplatione ad Dei gloriam accedunt, noverunt quo in statu ipsi sint quando natura, non voluntate tacent, et quid sint, quando ad dicendum redeunt. Etenim quando iis supervenit silentium, precantur ne unquam omnino ipsis accidat os aperire in hoc statu versantibus. Tanquam angeli sunt super terram. Simpliciter, sine forma, invisibiliter, absque figura, absolute in firmis mentis aspectibus veritati adhærentes, solummodo secum admirationem habentes et stuporem, nihil omnino cogitantes, imo vero non videntes se ad divinas et æternas illuminationes conferentes. Inde enim descendente mente utpote inconstantiam habente, ad dicendum occurrunt et multis variisque conversionibus commutantur. Et ut iis rursum silendi status redeat, qui valde melior est locutione, tranquillitatem amplectuntur, et custodiunt sensus cum sensibilibus, et omni arte utuntur ut cum locutione et ipsum cogitare fugiant, ut possint cum Davide dicere: « Obmutui et humiliatus sum et silui de bonis. » Etenim igitur et bona dicere est infra silentium cum ratione.

μ'. Ὥσπερ ἡσυχίαν ἀσκοῦντες ἄνθρωποι, καὶ τῆς κέλλης ἔσθ' ὅτε προβαίνουσι, καὶ αὐτῇ πείρᾳ τὴν τοῦ καθῆσθαι καὶ προϊέναι διαφορότητα διαγινώσκουσιν, οὕτω δήτοι καὶ τὸ σιωπᾶν πάσχοντες, καὶ τοῦ λέγειν ἐς αὖθις γινόμενοι, οἱ θεωρητικῶς τῇ τοῦ Θεοῦ δόξῃ προσιζάνοντες, οἴδασι σφᾶς αὐτοὺς τί ποτε καταστάσεως ὄντες [Ισ. οὖσι], τὸ σιωπᾶν αὐτοῖς ἐπιπίπτει φύσει, οὐ προαιρέσει, καὶ τί ποτε ὄντες εἰσὶν, ὅθεν πρὸς τὸ λέγειν κλίνουσι. Καί γε ἐν οἷς σφίσιν αὐτοῖς ἐπέλθῃ τὸ σιωπᾶν, εὔχονταί γε, εἰ μηδὲ τὸ καθόλου στόμα διᾶραι ὑπῆρξεν αὐτοῖς ποτε, ἱσταμένοις ἐν ἐκείνῳ τῆς καταστάσεως. Ἄγγελοι γάρ εἰσιν ἐπὶ γῆς ἕτεροι· ἑνοειδῶς, ἀνειδέως, ἀνομμάτως, ἀσχηματίστως, καὶ ἁπλῶς ἐν ἀμεταβάτοις νοὸς ἀποβλέψεσι τῇ ἀληθείᾳ συναπτόμενοι, μόνον μεθ' ἑαυτῶν ἔχοντες τὴν ἔκπληξιν καὶ τὸν θαυμασμὸν χωρὶς τοῦ νοεῖν τι, μᾶλλον δὲ μετὰ τοῦ ἀνομμάτως ἐπιβάλλειν ταῖς ἀνάρχοις καὶ θείαις ἐλλάμψεσιν. Ἐκεῖθέν τε κατιόντος τοῦ νοῦ ὡς ἔχοντος τὴν τρεπτότητα, καταντῶσιν ἐπὶ τὸ λέγειν, καὶ μεταβαίνειν νοερῶς πολλαῖς καὶ ποικίλαις ταῖς μεταβάσεσι· καὶ ἵν' αὖθις αὐτοῖς ἡ τοῦ σιωπᾶν κατάστασις ἐπανέλθῃ, ὡς κρείττων πολλῷ τοῦ λέγειν ὑπάρχουσα, τὴν ἡσυχίαν ἀσπάζονται, καὶ φυλάσσονται μετὰ τῶν αἰσθητῶν τὰς αἰσθήσεις, καὶ πάσῃ μηχανῇ χρῶνται, πῶς ἂν φύγοιεν μετὰ τοῦ λέγειν καὶ αὐτὸ τὸ νοεῖν, ἵν' ἔχωσι λέγειν καὶ αὐτοὶ μετὰ τοῦ Δαβίδ· « Ἐκωφώθην, καὶ ἐταπεινώθην, καὶ ἐσίγησα ἐξ ἀγαθῶν. » Καὶ γὰρ οὖν καὶ τὸ ἀγαθὰ λέγειν κατωτέρω ἐστὶ τῆς μετὰ λόγου σιγῆς.

41. Neque omnino divinum est manifestum, neque rursum absconditum; quod divinum exsistat, utique manifestum est; quid autem sit ipsum esse, est absconditum. Plurimum vero differt scire quid sit, et scire quod exsistat. Illud enim ex operationibus constat; hoc autem, quid est, ex substantia est, quod neque angelis de Deo scire licet. Deus enim est super omnia *infinitum* et super omnem mentem cogitationemque. Quando igitur mens in ea quæ Deum esse demonstrant ascendit, tunc multa potest dicere et sapere optima; potestque dici philosophus ac theologus; postquam autem supergressa est et ascendit ex hoc gradu in quo novit se esse divina obscuritate circumdatam, hujus, quid sit, imaginatione acta et omnino sine figura et intacta, ac non videns, ut dignum est, per gratiam effecta est, tunc omnis ratio quæ de Deo aliquid potest dicere, otiosa remanet, et mens unita immota est, et in non cogitabili ingressa. Et tunc tota fit hujus quod supra omnia est, ubi non ratio, non cogitatio, non reputatio ad diversa procedit, sed adest simplicitas, et perceptionis impossibili-

μα'. Οὐθ' ὁλικῶς τὸ Θεῖον ἐκπεφασμένον ἐστὶν, οὔτ' οὖν αὖθις κρύφιον, ἀλλ' ὅτι μὲν ἔστιν ἐκπέφανται καὶ λίαν τρανῶς· τί δέ ἐστιν εἶναι, ἔστι κρύφιον. Ἐς τὰ μάλιστα δὲ διενήνοχεν εἰδέναι τὸ τί ἐστι, τοῦ ὅτι ἔστι· τὸ μὲν γὰρ ἐκ τῆς ἐνεργείας δείκνυται, τὸ δὲ, τί ἐστιν, ἐκ τῆς οὐσίας ἐστὶν, ὅπερ δὴ καὶ ἀγγέλοις ἐπὶ Θεοῦ εἰδέναι ἀπέγνωσται· ἔστι γὰρ ὁ Θεὸς ὑπὲρ πᾶν εἶναι ἀπειράκις ἀπείρως, καὶ ὑπὲρ νοῦν πάντα, καὶ τὸ νοεῖσθαι. Ὁπηνίκα τοίνυν ὁ νοῦς εἰς τὰ ὅτι ἔστιν ὁ Θεὸς δεικνύοντα γένοιτο, τότε πολλὰ ἔχει λέγειν, καὶ φιλοσοφεῖν ἄριστα· φιλόσοφός τε δύναται λέγεσθαι, καὶ θεολόγος. Ὅταν δὲ ὑπερκύψας, καὶ ὑπεραναβεβηκὼς ἀπὸ τοῦ ὅτι ἐστὶ τῇ θείᾳ περιληφθεὶς κρυφιότητι, τῇ φαντασίᾳ τοῦ τί ἐστιν ἐνεργούμενος, καὶ πάμπαν ἀνείδεος, καὶ ἀνέπαφος, καὶ ἀνόμματος κατὰ τὸ εἰκὸς γένηται διὰ τῆς χάριτος, πᾶς λόγος λέγειν περὶ Θεοῦ τι δυνάμενος μένει ἀργὸς, καὶ ἀκινητίζει ὁ νοῦς ἑνιζόμενος, εἰσδὺς εἰς τὸ ἀνεννόητον. Καὶ τότε πᾶς τοῦ πάντων ἐπέκεινα γίνεται, ὅπου οὐ λόγος, οὐ νόημα, οὐχ ἐπίνοιά τις προχωρεῖ ποικίλλουσα, ἀλλ' ἁπλότης, καὶ ἀκαταληψία, ἀφασία τε καὶ ἔκπληξις. Τὸ ἀσχημά-

τιστον, καὶ ἄπειρον, καὶ ἀόριστον, καὶ τὴν τοῦ A ἀοράτου ξένῳ τρόπῳ ὁρᾷ ὅρασιν· καὶ τὸ ἀνείδεον εἶδος, ἀπόλυτος καὶ αὐτὴ, καὶ ἀνείδεος ἐν εὐθύτητι γεγονὼς, καὶ κατὰ τὰ ἀοράτως αὐτῷ τεθεωρημένα, καὶ ἀνομμάτως ἐπιβεβλημένα, ἐν ἐπιτομῇ φάναι, εἰς ἑαυτὸν τὸ θεῖον, καὶ ὑπερφυὲς κάλλος ἀναχρωννύμενος, καὶ τὸν τοῦτον τοιοῦτον κτίσαντα γεραίρων Θεόν.

μβ'. Οὐχ ὅτι μόνον ἁπλοῦς τυγχάνει ὢν ὁ Θεὸς, ὑπὲρ πᾶσαν κείμενος σύνθεσιν, λέγεται ἓν, ἀλλ' ὅτι καὶ κυρίως ὢν, μόνος αὐτὸς ἐν ἅπασιν οὖσι λεγομένοις, ἔχουσί γε τὸ εἶναι ἐξ αὐτοῦ. Τὸ γὰρ μὴ κυρίως καὶ ἁπλῶς ὂν, οὐδὲ κυρίως καὶ ἁπλῶς ἐστιν ἕν· καὶ ὡς ὡσαύτως ὢν πανταχοῦ ἀπεριλήπτως, καὶ ὡς B μόνος πᾶσιν ἀνόμοιος, καὶ καθαρῶς πάντων ἐκτὸς, καὶ ὡς ἀΐδιος, μήτε ἀρξάμενος μήτε παυσόμενος, καὶ ὡς ἐν ἅπασι τὴν θείαν τῆς προνοίας αὐτοῦ ἀκτῖνα ἀχράντως ἐπιλάμπων ἐπίσης, εἰ καὶ μὴ ὁμοίως ἅπαντα ταύτην δεδεγμένα εἰσίν· ἔτι γε μὴν, καὶ ὡς πᾶσιν ἀσχέτως γνωριζόμενος, νοῦν ἀποίκιλον, ἀνείδεον, ἀσχημάτιστον, ἄχροον, πάντων τῶν ὁπωσοῦν ὄντων ἀνέπαφον, καὶ ἀπαξαπλῶς ἀπόλυτον, εἰς ἀπειρίαν ἀοριστίας, χρόνου τε καὶ τόπου, καὶ φύσεως, καὶ τῶν περὶ φύσιν ὑπερανβαίνοντα ἀπαιτῶν εἰς τὸ ἀμηγέπη ὀπτάνεσθαι ἑνοειδῶς ὑπὲρ ἕνωσιν νοεράν.

μγ'. Ὅσον ὅτι ὑπὲρ τὸ νοεῖσθαι ἡ μεταξὺ Θεοῦ, καὶ τοῦ νοῦ γινομένη πνευματικὴ συναφὴ γίγνεται, λέγεται εἶναι τὸ τηνικάδε εἰς τὸ ὑπὲρ τὴν ἑαυτοῦ C φύσιν ὁ νοῦς τὸ ὑπερφυὲς ἀπόκρυφον ἓν αἰσθήσει νοερᾷ ἀπολύτως φανταζόμενος· αὐτὸς μέντοιγε ὁ νοῦς κατὰ φύσιν ὃ πάσχει ἐστὶ τὴν ἑαυτοῦ, καθαρθεῖσαν τῇ χάριτι. Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ νοεῖν τῷ νῷ, ὅπερ ὀφθαλμῷ τὸ ὁρᾷν. Ὥσπερ οὖν ὁ ἐν σκοτίᾳ εἴσω ὁρῶν, ὁρᾷ μὲν οὐδὲν, πλὴν ὁρᾷ ὡς ἂν ἓν ἐκεῖνο τὸ σκότος, καὶ ὁρᾷ ὅτι οὐχ ὁρᾷ· εἰ γὰρ κεκάλυπτο τοὺς ὀφθαλμοὺς, τάχα ἂν καὶ φῶς εἶναι ἐνόμισε περὶ αὐτὸν, καὶ πραγμάτων ἅττα τινά· νῦν δὲ ὁρῶν, ἐναργῶς ὁρᾷ, ὅτι οὐχ ὁρᾷ· καὶ τὸ μὲν εἴσω τοῦ σκότους τὴν ὀπτικὴν διαβῆναι δύναμιν, καὶ εἰδέναι τὰ κεκρυμμένα, ὑπὲρ τὴν τοῦ ὀφθαλμοῦ φύσιν ἐστὶν, οὔκουν γέ τοι τὸ ὁρᾷν, ὅτι οὐχ ὁρᾷ· οὕτω δῆτα κἀπὶ τοῦ νοὸς, ἐν τῇ θείᾳ ἀναδεδραμηκότος ἀποκρυφιότητι, καὶ τοῦ νοεῖσθαι ἐπέκεινα γενομένου, θεωρεῖ D μὲν οὐδέν· πόθεν γάρ; μέντοιγε θεωρεῖ, ὅτι οὐ θεωρεῖ· καὶ ὅτι ὃ οὐ θεωρεῖ, ἕν ἐστιν, ὡς γνόφῳ τινὶ ἀπόκρυφον, ἐξ οὗ προχεῖται πᾶν ὁπηδήποτε ὄν, ἢ ὁρώμενον, ἢ νοούμενον, εἴτε τῇ κτίσει συναριθμούμενον, εἴτε ἀϊδίως ὂν ἄκτιστον. Καὶ εἴπερ μὴ ἐθεώρει, οὐκ ἂν ἑαυτοῦ ἐπέκεινα ἑαυτὸν ἑώρα ὑπερεκτεινόμενον· νῦν δὲ θεωρῶν, ἐκφανέστατα θεωρεῖ, ὅτι οὐ θεωρεῖ, ὢν ὑπὲρ τὸ θεωρεῖν, καὶ ὅτι θεωρεῖσθαι ἀδύνατον ὃ οὐ θεωρεῖ· καὶ εἴσω μὲν τῆς θείας καὶ ὑπὲρ νοῦν ἑνικῆς ἀποκρυφιότητος εἰσιέναι καὶ θεωρῆσαι, ὑπὲρ τὴν τοῦ νοὸς φύσιν ἐστί· τὸ δὲ ἀποβλέψαι εἰς τὸν θεῖον γνόφον ἐκείνης τῆς ἀποκρυφιότητος, καὶ φαντασιωθῆναι τὴν ἄρρητον ἑνάδα, τὴν ἐν ἀνεκλαλήτῳ μυστηρίῳ ὑπερκειμένην ὑπὲρ

tas, silentium et stupor. Formæ carentiam, et infinitudinem, et termini carentiam et infiniti visionem miro modo videt, et ideam sine idea. Absoluta et ipsa et simplex in rectitudine effecta; et secundum ea quæ ab ipsa aspectæ sunt invisibiliter et sine oculis considerata, et, ut paucis dicam, in seipsa divinam ac supernaturalem pulchritudinem aspergens, et eum Deum, qui ipsam creavit, honorans.

42. Non solum quia simplex est Deus, supra omnem compositionem positus, unum dicitur; sed quia per se exsistit, solus ipse in omnibus quæ esse dicuntur, et habent per ipsum exsistentiam. Quod enim non exsistit per se et simpliciter, non est vere ac simpliciter unum. Et ita Deus est incircumscriptus et solus omnibus dissimilis, et pure extra omnia situs, et æternus, quippe qui neque initium habuerit neque habiturus sit finem, et super omnia divinum providentiæ suæ radium immittens æqualiter, etsi non similiter omnia eum recipiant; et omnibus necessario notus, mentem immutabilem, sine forma, omnibus quibuslibet intactam, sine figura aut colore, omnino simplicem et absolutam in indeterminationis infinitudinem et tempore et loco ac natura, et in ea quæ naturam transcendunt attrahit, ad simpliciter supra unionem intelligibilem contemplandam.

43. Quantum supra cogitationem est ea quæ inter Deum ac mentem fit spiritualis conjunctio dicitur mens quæ absolute sensu spirituali supernaturale unum cogitat, esse in illo quod supra ipsius naturam est; ipsa tamen mens, quod patitur secundum mentis naturam gratia mundatam est. Id enim menti cogitare est, quod oculis videre. Quemadmodum igitur is qui in tenebris intus videt, nihil quidem videt, nisi solummodo has tenebras, et videt se non videre; si enim oculos clausos haberet, forsan putaret lumen circum se esse et res quasdam; nunc autem aspiciens videt se non videre. Quod vis optica intra tenebras penetret, et abscondita cognoscat supra oculi naturam est, non autem videre se non videre; ita est et de mente in divinam obscuritatem confugiente et ultra cogitationem constituta; nihil enim videt; quomodo enim posset? Attamen videt se non videre; et videt quoque id quod non videt esse unum tanquam tenebris quibusdam absconditum, ex qua profluunt quæcunque exsistunt sive visibilia, sive cogitata, sive in creaturis numerata, sive æterna et increata. Et nisi id contemplaretur non se videret supra seipsam extensam. Nunc autem contemplans, manifestissime contemplatur se non videre, cum supra contemplationem sit, et impossibile esse contemplari quod non contemplatur; et intra divinam illam ac supra mentem obscuritatem intrare et eam contemplari, supra mentis naturam est; aspicere autem ad divinas hujus obscuritatis tenebras et ineffabilem illam unitatem imaginari in ineffabili mysterio positam

super omnia, et videre se nihil intra divinas tenebras videre, est divinæ mentis proprium et in Spiritu contemplantis. Non enim occlusum et destructum spiritualem aspectum et nihil operantem mens habet, quando contemplatur se non videre nisi divinum et simpliciter unum in obscuritate : id enim est ignorantiæ indicium. Sed quando manifestius contemplatur, tunc ad illud quod est supra mentem accurrit, et videt propriam ignorantiam in divina simplicissimi unius obscuritate considerans ; sed tamen unum esse illud ex quo omnia et esse absconditum manifeste videt. Quid autem sit non videt, et dicitur mentem esse supra propriam suam naturam per illud, in quantum, in simplicissima Dei obscuritate contemplatur ; illud autem esse menti licet, postquam munda facta sit. Et ut ita dicam, ipsi naturaliter inest in supernaturali fieri, cum tendit ad divinam illam et simplicissimam supra mentem unam occultationem. Non enim cognitivam perceptionem habet, nisi unius hujus inaccessibilis. Et sane illuc per proprium motum accedens, in statu et quiete cessat; non enim statum dico qui absque contemplatione est ; id enim esset insania ; sed statum et quietem quæ fit cum jam non ex cogitatione ad cogitationem aut contemplationem transit. Mens enim, cum illuc assurrexit postquam in infinitudinis et indeterminationis, abyssum spirituali lumine cecidit, divinæ illius invisibilis obscuritatis incomprehensibilitate circumdata, ut ita, dicam, deficit, et moratur, nihil aliud patiens quam stuporem in spirituali splendore. Et sane conversa spirituali tamen lumine afficitur immobiliter aspiciens in supernaturali obscuritate, unitive ac simpliciter inaccessum splendoris hujus foras non prodeuntis internum permeans et inde ornata. Si vero a contemplando abstineret, quomodo stuporem et splendorem pateretur? Sed hoc modo stare mentem dicitur illuc profectam, quia immobilis est unum contemplans et unius splendore affecta et gaudens et splendens; et stare non motam, non comprimentem suam contemplationis fruitionem ; ea enim fugienda est affectio, neque laudanda et ignorantiæ tenebris plena, nunquam ullo modo contemplari. Dictus autem mentis status per inaccessum luminis splendorem fit, et contemplatio est non quærens transmutationem, sed requiem ac statum. Infinitum enim est illud supersubstantiale, et absconditum supernaturale unum, et cuilibet menti inaccessum ; neque licet mentem quæ contemplatur alio modo contemplari, nisi in quantum esset sibi convenientis puritatis et divinæ unionis particeps. Et non aliter divinæ huic contemplationi ac splendenti pulchritudini et infinitudini adhæret, quam attracta et affecta ab illa aut assumptione aut naturali quam patitur conversione.

44. Menti naturale est cogitare ; in motu autem et mutatione cogitatio. Postquam autem mens in Deo versatur, supra cogitationem invenitur et supra motum ; tunc merito diceretur mens supra

A ἅπαντα, καὶ ὅτι οὐ θεωρεῖ θεωρῆσαι εἴσω τοῦ θείου γνόφου οὐδὲν, καὶ πάνυ τοι καθαροῦ νοὸς ἴδιον, θεωροῦντος ἐν Πνεύματι. Οὐ γὰρ κεκλεισμένην ἔχει καὶ μύουσαν τὴν νοερὰν ἀπόβλεψιν, καὶ ἀργοῦσαν ὁ νοῦς ὅτε θεωρεῖ, ὅτι οὐ θεωρεῖ, εἰ μὴ τὸ Θεῖον, καὶ ἁπλῶς ἐν ἀποκρυφιότητι ἕν· τοῦτο γὰρ ἀμαθείας σύμβολον. Ἀλλ' ὅτε μᾶλλον ἐκφανῶς θεωρήσῃ, τότε εἰς τὸ ὑπὲρ νοῦν ἀνατρέχει, καὶ τότε θεωρεῖ τὴν ἑαυτοῦ ἀβλεψίαν ἐν τῇ τοῦ ἁπλουστάτου ἑνὸς ἀποκρυφιότητι θεωρῶν· καίτοιγε ὅτι ἕν ἐστι τὸ ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ ὅτι κρύφιον, καὶ μάλα σαφῶς θεωρεῖ. Τί δέ ἐστιν οὐ θεωρεῖ, καὶ λέγεται εἶναι εἰς τὰ ὑπὲρ φύσιν ὁ νοῦς διὰ ταῦτα τὴν ἑαυτοῦ, ἐφ' ὅσον ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ ἁπλουστάτῃ ἀποβλέπει ἀποκρυφιότητι· εἶναι δὲ τοῦτο αὐτῷ κατὰ φύσιν ἐστὶ καθαρῷ γεγο-
B νότι· καὶ οἷον εἰπεῖν κατὰ φύσιν ἐστὶν αὐτῷ ἐν τῷ ὑπὲρ φύσιν γίνεσθαι, ἀνομμάτως, τουτέστιν ἀνεπινοήτως ἐπιβάλλων [Ἴσ. ἐπιβάλλοντι] τῇ θείᾳ καὶ ὑπερηπλωμένῃ ὑπὲρ νοῦν ἑνικῇ ἀποκρυφιότητι· οὐ γὰρ ἔχει τότε τὴν ὁποιανοῦν γνωστικὴν ἀντίληψιν, ὅτι μὴ τὴν τοῦ ἀνεκφοιτήτου ἑνός. Καὶ μὴν ἐκεῖσε γενόμενος δι' οἰκείας αὐτῷ κινήσεως, εἰς στάσιν λήγει καὶ παῦλαν· οὐχὶ στάσιν λέγω ἀπό γε τοῦ θεωρεῖν· τοῦτο γὰρ μανικὸν τὸ πάθος· ἀλλὰ στάσιν καὶ παῦλαν, τοῦ μεταβαίνειν ἀπὸ νοήματος εἰς νόημα, ἢ θεώρημα. Ὁ γάρ τοι νοῦς ἐκεῖσε ἀναπτηδηκὼς, ἐπειδὴ βυθῷ ἀπειρίας καὶ ἀοριστίας περιπίπτει ἐν φωτὶ νοερῷ, τῷ ἀπεριλήπτῳ περιτυχὼν τῆς θείας ἐκείνης ἀπεριόπτου ἀποκρυφιότητος, οἷον
C εἰπεῖν, ἐκλείπει, καὶ ἵσταται, μηδὲν ἕτερον, ἢ τὴν ἔκπληξιν ἐν φαιδρότητι πάσχων νοερᾷ· καί γε μὴ μεταβαίνων, ὅμως τῷ νοερῷ φωτισμῷ ἐνεργεῖται ἀφορῶν ἀκινήτως ἐν τῇ ὑπερουσίῳ ἀποκρυφιότητι, ἑνικῶς τε καὶ μονοειδῶς τῇ ἀπροσίτῳ ἐνδότητι τῆς ἀνεκφοιτήτου τηλαυγείας διαπορούμενος, καὶ καλλυνόμενος. Εἰ δ' ἦν ἀπὸ τοῦ θεωρεῖν ἀργὸς, πῶς ἂν ἔπασχε τὸ ἐκπλήττεσθαι καὶ φαιδρύνεσθαι; Ἀλλὰ τοῦτον τὸν τρόπον λέγεται ἵστασθαι, αὐτόσε γεγονότα τὸν νοῦν, ὅτι ἀμεταβάτως ἔχει τὸ ἓν θεωρῶν, καὶ τῇ τοῦ ἑνὸς ἀγλαΐᾳ καὶ προσπάσχων, καὶ χαίρων, καὶ λαμπρυνόμενος, καὶ ἵστασθαι μὴ κινούμενος, οὐ μὴν μύων τὴν σφετέραν τῆς θεωρίας ἀπόλαυσιν· τοῦτο γὰρ φευκτὸν τὸ πάθος, καὶ οὐκ ἐπαινετὸν, καὶ σκότους ἀγνοίας ἔμπλεον, μηδαμῇ μηδαμῶς
D θεωρεῖν. Ἡ δ' εἰρημένη στάσις τοῦ νοῦ, κατὰ ἀπρόσιτον φωτὸς ἔλλαμψιν γίνεται, καὶ θεωρία ἐστὶ, μὴ ζητοῦσα μετάβασιν, ἀλλὰ παῦλαν καὶ στάσιν. Ἄπειρον γάρ ἐστιν ἐκεῖνο τὸ ὑπερφυὲς, καὶ κρυφιόμυστον ὑπερούσιον ἓν, καὶ ἀνέκβατον νῷ παντὶ, καὶ ἄλλοσέ πη θεωρεῖν οὐ συγχωρεῖ τὸν θεωροῦντα αὐτὸν νοῦν, καθόσον ἂν εἴη μετειληφὼς ὁ νοῦς ἀνηκούσης αὐτῷ καθάρσεως, καὶ θείας συνάρσεως. Καὶ οὐκ ἄλλως μεταπίπτει γε τῆς θείας ταυτησὶ θεωρίας, καὶ ὑπερκάλου ἀγλαΐας, καὶ ἀπειρίας, ἢ ἀνθελκόμενος ὑπό του προσπαθῶν, ἢ προσλήψει, ἢ ὑπὸ τῆς φυσικῆς, ἣν πάσχει τρεπτότητος.

μδ'. Τῷ νῷ φύσις τὸ νοεῖν· ἐν κινήσει δὲ τὸ νοεῖν, καὶ μεταβάσει. Ἐπεὶ δὲ ὁ νοῦς ἐν Θεῷ γενόμενος, ὑπεράνω νοήσεως εὑρίσκεται, καὶ κινήσεως, εἰκότως οὕτω λέγοιτ' ἂν ὁ νοῦς εἰς τὸ ὑπὲρ φύσιν ἑαυτοῦ γί-

νεσθαι ἀπολύτως τὸν Θεὸν φανταζόμενος· πᾶν γὰρ νόημα, δῆλον ὅτι ἐκ πράγματος γίνεσθαι πέφυκεν· ὅπου δὲ πρᾶγμα οὐ θεωρεῖται, νόημα οὔτε γεννᾶται, οὔτε μὴν εὑρίσκεται. Ὁ τοίνυν Θεὸς μηδοπωστιοῦν ἔχων ὁρᾶσθαι πραγματικῶς φαντάζει τὸν νοῦν πεφυκότως ἐκ τῶν περὶ αὐτὸν, ὧν δηλαδὴ ἐνεργεῖ· ἃ τόπον ἐπέχει δυνάμεως, ἔκ τινος προϊούσης δυνατοῦ. Ἐφ' ὅσον οὖν ὁ νοῦς ἐν ἄλλοις ἅπασιν εἴωθε τὰς δυνάμεις μετὰ τῶν δυνατῶν θεωρεῖν, τοῦτο ζητεῖ κἀπὶ Θεοῦ παθεῖν· καὶ ἀδυνατῶν γιγνομένως· ὑπὲρ γὰρ τὴν φύσιν τοῦτο παντὸς κτιστοῦ νοῦ· τὰ περὶ Θεὸν θεωρεῖ. Καὶ τὸν Θεὸν ἀνομμάτως, ὃ λέγεται, ἁπλῇ φαντάζεται, καὶ ἀθρόᾳ ἐπιβολῇ. Ἡσύχου δὲ ἀέρος δραξάμενος, καὶ θείας εὐμενείας γενόμενος ἐπιτυχὴς, καὶ ἐνεργοῦντος ἐν ἑαυτῷ τοῦ θείου καὶ προσκυνητοῦ Πνεύματος, ἐκ τοῦ νοεῖν συνεχέστερον ἁρπάζεται εἰς ἀνείδεον, καὶ ἄποιον, καὶ ἁπλῆν κατάστασιν, εἴσω καρδίας ὡς τάχος εἰσδύνων, δυνάμει τοῦ Πνεύματος ὑπερφυεῖ. Καὶ ἱστάμενος ἐν φαντασίᾳ Θεοῦ, καὶ μηδὲν νοῶν, ἀλλ' ὑπὲρ τὸ νοεῖν γιγνόμενος, ἐξ οὗπερ ὅτι ἀπὸ τοῦ τὰ περὶ Θεὸν νοεῖν, ἄνεισιν εἰς θείαν φαντασίαν, ᾗ εἴρηται, ἁπλοῦς ἀποκαταστὰς, λέγεται ὅτι εἰς τὸ ὑπὲρ φύσιν ἑαυτοῦ τελεῖ, ὅτι γίγνεται ὑπὲρ τὸ νοεῖν.

με'. Πᾶν ὅ τι οὖν λεγόμενον κρύφιον, ἔχειν ἀνάγκη τι προφαινόμενον, ὅθεν ὅτι τοῦτο κρύφιον ὑφορᾶται· εἰ γὰρ μὴ, τῷ μὴ ὄντι προσέοικε μάλιστα. Τὸ γὰρ ὁλικῶς μὴ διδὸν ἔμφασιν γνωστικὴν ὀντότητος ὁπωσοῦν, ἴσον νομισθείη ἂν τῷ πάντη μηδαμῶς ὄντι. Ἀμέλει δῆτα καὶ τῷ τοῦ Θεοῦ κρυφίῳ συνυπάρχει τινὰ προφαινόμενα, οἷς οἷα ἰχνηλατῶν ὁ νοῦς τῆς θείας ἀποκρυφιότητος αἴσθησιν δέχεται, τῷ καταληπτῷ τοῦ Θεοῦ ἀνιὼν πρὸς τὸ ἀκατάληπτον· ἐν ᾧ γενόμενος ἐπίσταται, ὅτι ἔστι τι ἀκριβῶς, ὃ διαφεύγει τὴν ἑαυτοῦ φυσικὴν κατάληψιν, ὑπεράνω κείμενον πάσης νοερᾶς καταλήψεως, καὶ ἀγγελικῆς ἡστινοσοῦν, ὡς ὑπερφαές [ἴσ. ὑπερφυές]· καὶ πάσης μὲν φύσεως, καὶ οὐσίας, καὶ ὄντος παντὸς αἴτιον, καὶ ἀρχὴ, καὶ πέρας, αὐτὸ δὲ ὑπερφυὲς, καὶ ὑπερούσιον, ἁπάσης ὑπερανῳκισμένον ἀπείρως ὀντότητος· ἀγέννητόν τε καὶ ἄναρχον, καὶ ἀόριστον, καὶ φύσει, καὶ τόπῳ, καὶ χρόνῳ ἁπλῶς ἀπερίληπτον· καὶ τοῦτό ἐστι τὸ ἀπόκρυφον ἓν ὑπὲρ νοῦν. Καὶ ἔστιν ἡ θεία κατάληψις φυσικῶς ἐξ αὐτοῦ προϊοῦσα, παμπόλλη τις οὖσα, καὶ ἡμᾶς αὖθις ἐπ' αὐτῆς ἐπανατείνουσα, καὶ οἷον ἀνακυκλοῦσα νοεραῖς χειραγωγίαις, καὶ ἐπιστροφαῖς, καὶ ἀνατάσεσιν, ἐπεὶ τὸ ἀρχικὸν ἀπόκρυφον ὑπερφυὲς ἕν· τοσοῦτον ἑνοῦσα ἡμᾶς τούτῳ, ὅσον νοῆσαι ὅτι ἔστι, καὶ ὅτι ἕν ἐστιν· ἔτι γε μὴν καὶ ὅτι τρόπῳ παντὶ ἀδιανόητόν ἐστι, τὸ τί ἐστιν εἶναι εἰδέναι τοῦτο τὸ ἀπόκρυφον ἕν. Τὸ δὲ ὑπεράνω νοῦ εὑρημένον καὶ ἐκφεῦγον διάνοιαν, πῶς ἂν λόγος διεξοδεύειν δεδύνηται; ὃ δὲ λόγος διεξοδεύειν οὐ δεδύνηται νοητὸν, ἀφθέγκτως, καὶ ἀῤῥήτως, καὶ ἐν σιωπῇ ὁ νοῦς ὑπὲρ ἔννοιαν ἑνοειδῶς ἀφορᾷν ὡς ἀπόκρυφον, καὶ χαίρειν ὡς αἰτίῳ, καὶ προμηθεῖ· καὶ ἐκπλήττεσθαι ὡς ὑπερφώτῳ, καὶ ὑπεραγάθῳ, ὑπερσόφῳ τε καὶ ὑπερδυνάμῳ, καὶ θείας

A suam naturam pervenisse, Deum absolute imaginans; omnem enim cogitationem ex re fieri manifestum est. Ubi autem res non conspicitur, neque cogitatio generatur, neque invenitur. Cum igitur Deus videri nequeat realiter, menti ex iis quæ circa ipsam sunt, seipsum repræsentat, quæ nempe operatur; quæ locum potentiæ tenent ex quodam possibili procedentis. In quantum enim mens in aliis omnibus potentias cum possibilibus contemplari solet, id et de Deo pati inquirit; et cum non possit res ipsas contemplari, id enim supra omnis creatæ mentis naturam est, quæ circa Deum sunt contemplatur. Et Deum, oculorum expers, ut dictum est, et frequenti aspectu imaginatur et tranquillum aera prehendens et divinæ benevo-B lentiæ particeps effecta, et in ipsa operante divino et adorando spiritu, ex cogitando frequentius simplicem et sine forma ac figura statum amplectitur, intra cor rapidissime intrans, supernaturali spiritus virtute. Et in Dei imaginatione stans neque quidquam cogitans, sed supra cogitationem effecta, quia ex eorum quæ circa Deum sunt cogitatione, ad divinam imaginationem ascendit, ut dictum est, simplex constituta, et dicitur ea supra suam naturam pervenisse, quia fit supra cogitationem.

45. Quodcunque dicitur absconditum, necesse est ut aliquid manifestatum habeat, unde illud absconditum animadvertatur; nisi enim id esset, nihilo prorsus simile esset. Quod enim omnino non dat exsistentiæ apparitionem, illud minime ex-C sistere crederetur. Sine dubio igitur Dei abscondito coexsistunt quædam signa, quibus tanquam vestigiis mens inhæret et divinæ obscuritatis sensum accipit, per id quod potest comprehendi ascendens ad illud quod capi nequit. Quo postquam pervenit, apprime novit esse aliquid quod suam naturalem comprehensionem fugiat supra quamlibet naturalem et angelicam, comprehensionem situm, utpote supernaturale; et quod est omnis naturæ ac substantiæ et creaturæ causa et principium et finis, ac supersubstantiale, habitans infinito modo supra omnia quæque exsistunt; ingenitum ac sine principio, et infinitum, et natura ac loco et tempore simpliciter incircumscriptum; et illud est abscon-D ditum unum supra mentem. Et est divina comprehensio naturaliter ex ipso procedens, multa quidem, et nos rursum super seipsam extendens, et circumagens spirituali ductu et conversione et extensione, cum illud initiale arcanum supernaturale unum sit; tantum nos cum ipso unificans, quantum necesse est ut sciamus illud esse et esse unum; et adhuc illud esse omnino incogitabile, et impossibile esse ut perpiciamus quid sit illud absconditum unum. Quod supra mentum situm est et fugit cogitationem, quomodo illud ratio possit penetrare? Quod autem ratio non potest cogitatum penetrare, mens absque voce et verbo et in silentio supra cogitationem simpliciter aspicere potest ut absconditum et eo lætari tanquam principio et providentia, et stupere

tanquam supersplendido et superoptimo et præpotenti et divina ex ipso exsultatione frui, tanquam infinitis et interminatis omnibus quibus videtur supersubtantiale unum absconditum; et omnino rationalis naturæ consequentia est. Inconsequens igitur est mentem quæ in iis versatur, rationibus uti, eaque penetrare transeuntem. Qui igitur silentio non utitur, sed voce, a summo mentis statu deficit: is enim summus ejus status est, ut ii ipsi qui nihil veritatis præ se ferunt, confiterentur, in summo eam suæ virtutis gradu constitui. Summus porro ille gradus est ad illud quod summum est aspectus, qui et sine oculis perfici dicitur; multo igitur minus; et sine voce ac verbis.

46. Quando mens sine oculis accedit ad divinissimam, unam, æternam ac summam obscuritatem, assensus, et hic sine oculis inde ad mentem simplicem descendit, simplex quoque et pulchritudine ac luce eximia et ineffabili splendore plenus; et in admirationis abyssum et stuporis mentem in silentio invitans; comprehendens cor spirituali efficacia et dulci gaudio. Fit menti dulcis illuminatio ac splendor, et divinans secundum similitudinem amor, et pura exsultatio. Principium autem ex Deo habet, unde omne donum optimum per mentis munditiam; et habet, ut ita dicam, materiam ex divinis apparitionibus per scripturas, et creaturas intelligenter cum recto corde in tranquillitate et oratione consideratis. Non enim quolibet modo aspicitur absconditum et intimum Divinitatis unum supra cogitationem, sed in procedente inde splendore simplici aspectum et contemplationem spiritualem replente. Quod qui non patitur, rationabiliterque et scienter exterius ascendit ad supernaturale absconditum et simplex unum, non in corde motus, neque spiritualiter illuminatus.

οεʹ. Ὥσπερ καταπαύσας ὁ Θεὸς, οὐκουν ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων αὐτοῦ κατέπαυσεν, ἀλλ' ἀπὸ μόνων, ὧν ἤρξατο ποιῆσαι· ἀπὸ μέντοι τῶν ἀνάρχων καὶ ἀκτίστων, καὶ οἷον πεφυκότων ἔργων αὐτῷ, οὐ κατ- D έπαυσεν· οὕτως, ἐξ ἐφαμίλλου θεομιμήτως ὁ νοῦς, Λόγῳ θείῳ καὶ Πνεύματι ζωοποιῷ μετελθὼν, καὶ διαβὰς τὴν φαινομένην κτίσιν, ἀπὸ τῶν ἔργων οὐκουν τῶν πεφυκότων αὐτῷ, καὶ μήτε ἠργμένων, μήτε μὴν ληγόντων καταπαύει πάντων ἥκιστα, ἀλλ' ἀπὸ τῶν φαινομένων ἔργων καταπαύει, τῶν ἀρχομένων τε καὶ ληγόντων. Ἐντεῦθεν καὶ τῆς σωματικῆς καταπαύσεως κατὰ ἀκινησίαν ἐφεπομένης τῷ καταπαύσαντι, τοὐναντίον ἕπεται τῇ νοῦ καταστάσει· εἰ μὴ γὰρ ἀεικίνητος γένοιτο, ἐπιπνοίᾳ ζωοποιῷ τοῦ Πνεύματος διηνεκεῖ ἐν ἀναβλέψει τῶν ὁρωμένων γνωστικῇ, οὐδὲ εἰ ἔστι γνώσεται νοερὰ κατάπαυσις, ἀεικινήτως περὶ μόνον τὸν Θεὸν, ἑνοειδῶς στρεφομένη καὶ θεοῦσα τὸν ταύτης μέτοχον, ἐν ἀναπαύσει τῇ ἐν Χριστῷ ἀφράστῳ τε καὶ ἀῤῥήτῳ.

ab alienis ac multiformibus cogitationibus recesserit, et versata fuerit supra spiritualem dissipationem in Spiritus sancti inspiratione ac participatione, qui continue illam unificat et cor perenniter inspirat, et in divinis locis semper Dei cogitatione habitans, his cogitationibus, ut ita dicam, potatur, et, tanquam spirituali intuitu, cupit quæcunque circa Deum sunt simpliciter contemplari et amanter, tunc divina quiete, profunda ac divina manifeste fruitur et sancta cordis ac pacifica recreatione, in Christo Jesu Domino nostro.

73. Quando mens cum Deo conversatur et orat, tanquam filius cum amantissimo patre, suo habitu, et Jesu lumen videns ineffabiliter lætatur, amore capta, divinum clare amorem et supernaturalem sancti Spiritus efficaciam sentiens in corde, et supra divinas manifestationes ac perfectiones supervolare mystice ac supernaturaliter vult; tunc vere requiescit ab omnibus operibus suis, supra cogitationem, postquam cogitaverit, effecta, et mira suavitate sensus experiens, et reipsa requiescens in pace vivificantis Christi Spiritus.

74. Requievit Deus ab omnibus operibus quæ cœpit facere, sed postquam implevit ea quæ in Verbo ac Spiritu facta sunt. Eodem modo et mens Deo similis ab omnibus operibus suis requiescit quæ cœpit facere, ad perfectionem hujus mundi, qui per virtutem spiritualis est; sed postquam examinaverit et, ut ita dicam, perfecerit in Verbo Dei et vivificante Spiritu universum mundum e quæ in eo cogitabilia sunt, et ab iis ascenderit rursum in Verbo ac Spiritu ad ea quæ a quibusdam metaphysica dicta sunt, et ingressa erit in simplicia et absoluta Theologiæ mystica spectacula; tunc, in recessu omnium, in quiete ac pace, in spirituali veritate, quam maximis fruitur, ac deificatur in scientiæ lumine et vivificantis Spiritus participatione, in Christo Jesu Domino nostro.

75. Quemadmodum Deus cum requievit, non ab omnibus operibus suis requievit, sed ab illis solis quæ inceperat facere; sed ab æternis et increatis et ipsi naturalibus non requievit; sic, Deum imitans mens, divino Verbo ac vivificanti Spiritui cooperans et hanc visibilem creationem transiens, non requiescit ab operibus sibi naturalibus aut ab iis quæ neque incipiuntur neque finiuntur, sed ab iis requiescit quæ videntur et incipiuntur, et finiuntur. Unde dum corporalem quietem sequitur immobilitas, contrarium omnino sequitur mentis constitutionem. Nisi enim semper moveretur, perpetua vivificantis Spiritus inspiratione in certo eorum quæ videt, aspectu ne sciretur quidem num sit spiritualis requies, perpetuo motu circa Deum uniformiter exsistens et sui participem deificans in illa cum Christo ineffabili et inenarrabili recreatione.

76. « Ne festines, inquit Salomon, verba facere ante faciem Domini; quia Deus in cœlo sursum et tu in terra deorsum. » Ita sane dat et ostendit clare ac directe quodnam sit tempus silendi. Dicit enim prompte : « Quoniam tu in terra deorsum, » ante faciem Domini qui in cœlis sursum est, exsistis, et tanta gratia ornaris, ut infra situs quæ sursum sunt cogitare et contemplari, et spiritualiter motus ante conspectum Domini stare possis, ne festines verba facere : tempus enim silendi. Id nolis facere, veritate ipsa actus, et uniformiter ac divine. Id enim est stare ante conspectum Domini, quando ea quæ circa Deum sunt plurima, uniformiter mens contemplatur per simplicem et uniformem in Deo impetum. Id igitur patiens, et ante Dominum stans, ne verba facere festines; vel, si loquaris, imperite ac libens, descendere et decidere festines. Id sane dicendum esset iis qui illud verbum explanant. Fuit tempus cum humanitas natura erat felix, atque ita procul a malis, prope Deum, Deumque contemplans, ipsiusque vultu pulchritudinis gloria in primo nostro parente Adam cum gaudio fruens, sentiensque cum admiratione delicias immateriales, spirituales, cœlestes, incorruptibiles. Multa enim gratia in primi illius hominis anima perfusa erat, ac mens ejus Deo similis multis certis contemplationibus donabatur et ad Deum conversionibus, dum in sensibili paradiso cogitabilibus fruebatur; et ut hoc nomine utar, beata vita gaudebat, ad se ipsam vere unita, ac ad Deum conversa, in se manens ac simul in uno; simplicisque constitutionis particeps, ac merito; quippe quæ ad imaginem Dei facta fuisset. Hæc apud homines eo modo erant, ut compendiose loquar, e Deo bona. Id vero nostræ felicitati et gloriæ invidenti pessimo dæmoni intolerabile fuit. Quomodo igitur? Multum sane Funestus ille deceptorem se præstitit, nostrasque spes blandientibus consiliis efferre volui nostramque cupiditatem attollere ad excelsiorem divini mandati contemplationem, quam habebamus, primus iste mal tiæ auctor, mandati simplicitatem calumnians. Ex eo igitur tempore, miseream quæ ex hac deceptione orta est, perniciem passi sumus, et longe a Deo et a divinis deliciis facti sumus. Ab illa simplici ac spirituali secundum mentem vita, a Dei vultus contemplatione, ab illa gloria, ab his divinæ pulchritudinis radiis quibus transformati eramus, misere decidimus, et inventi sumus separati, ac divisi in multa, ut fieri non oportuisset, divisaque et varia vita utentes, aliter ac fieri debuisset, ita ut multos Deos adorare maluerimus, potius quam uni in tribus personis deitati servire, multos, inquam, non reipsa Deos, sed decipientes dæmones et corruptores et pessimos; illud unum Verum amiserimus, et uniformem vitam ordinemque, et in multa ac diversa divisi simus, et vis nostra spiritualis et conatus, aut ut magis proprie loquar, intentio, nos merito reliquerit, et in profundam immensi mali abyssum vene-

ος'. « Μὴ σπεύσῃς, φησὶν ὁ Σολομὼν, ἐνεγκεῖν ῥῆμα πρὸ προσώπου Κυρίου· ὅτι ὁ Θεὸς ἐν οὐρανῷ ἄνω, καὶ σὺ ἐπὶ τῆς γῆς κάτω. » Ὡς λίαν σαφῶς καὶ εὐθυβόλως δίδωσί τε καὶ διατρανοῖ, τίς ἐστιν ὁ καιρὸς τοῦ σιγᾷν. Λέγει γὰρ ἄντικρυς. « Ἐπειδὴ σὺ κάτω ὢν ἐπὶ γῆς, » πρὸ προσώπου Κυρίου τοῦ ἐν οὐρανοῖς ἄνω ὄντος, γίνῃ, καὶ τοσαύτης ἠξίωσαι χάριτος, ὡς ὁ κάτω τὰ ἄνω φρονεῖν καὶ περιαθρεῖν, καὶ νοερῶς ἐπιβάλλων ἵστασθαι πρὸ προσώπου Κυρίου, μὴ σπεύσῃς ἐνεγκεῖν ῥῆμα· καιρὸς γὰρ τοῦ σιγᾷν· μὴ θέλε νοερῶς ἐνεργούμενος ὑπὸ τῆς ἀληθείας, καὶ ἑνοειδῶς, καὶ θεοειδῶς· τοῦτο γάρ ἐστι πρὸ προσώπου Κυρίου εἶναι, ὅταν τὰ περὶ Θεὸν ὄντα πολλὰ, μονοειδῶς ὁ νοῦς θεωρῇ κατὰ ἁπλῆν καὶ ἑνιαίαν ἐπιβολὴν ἐν Θεῷ. Μὴ τοίνυν τοῦτο πάσχων, καὶ πρὸ προσώπου Κυρίου παριστάμενος, ῥῆμα προσενεγκεῖν σπεῦδε· ἢ, οὕτω γ' ἂν, σαυτὸν ἀνεπιστημόνως ἑκὼν εἶναι [*Ισ. περιττὸν τὸ εἶναι*] ὑποβεβηκέναι καὶ ὑποκατιέναι σπεύδῃς. Ἢ δὴ, καὶ οὑτωσὶ ῥητέον ἂν εἴη τοῦ ῥητοῦ τουδὶ ἐξηγουμένοις τὴν ἔννοιαν. Ἦν ὅτ' ἦν ἡ ἀνθρωπεία φύσις ἀπήμων, καὶ ταύτῃ δικαίως πόῤῥω κακῶν, ἐγγὺς οὖσα Θεοῦ, Θεόν τε θεωροῦσα, τήν τε δόξαν τοῦ κάλλους τοῦ προσώπου αὐτοῦ ἐν Ἀδὰμ προπάτορι τρυφῶσα μετὰ γήθους, σὺν θαύματι ἄϋλον τρυφὴν, νοερὰν, οὐράνιον, ἄφθαρτον. Πολλὴ καὶ γὰρ οὖν χάρις τῇ ψυχῇ τοῦ πρώτου ἀνθρώπου περιεκέχυτο, πολλαῖς τε ὁ θεοειδὴς νοῦς ἐκείνου περιηντλεῖτο γνωστικαῖς θεωρίαις, καὶ ἀνατάσεσι πρὸς Θεὸν, ἐν αἰσθητῷ παραδείσῳ, ἀπόλαυσιν ἔχοντος τὸν νοητόν· καὶ ἵν' οὕτως ὀνομάσω, μακαρίαν ζωὴν, πρὸς ἑαυτὸν γιγνομένως ἡνωμένου, καὶ πρὸς τὸν Θεὸν, ἐν ἑαυτῷ τε μένοντος, κἀν τῷ Θεῷ ὡς εἰκός· τῆς ἑνοειδοῦς ἡμμένου καταστάσεως, καὶ θεοειδοῦς ὄντως, καὶ μάλα εἰκότως, ὡς κατ' εἰκόνα Θεοῦ γεγένητο. Ἀλλὰ ταυτὶ μὲν ταύτῃ περὶ ἡμᾶς ἦν, ὡς ἐν ἐπιτομῇ φάναι, ἐκ τοῦ Θεοῦ τὰ ἀγαθά· τῷ δὲ δυσμεναίνοντι τῇ εὐκληρίᾳ, καὶ δόξῃ ἡμῶν ἀλάστορι δαίμονι βεβλημένῳ φθόνῳ, φορητὸν τοῦτ' οὐκ ἦν. Πῶς γάρ; Καὶ μὲν δὴ πολὺς ὁ πανώλης οὗτος ὑπῆρξε φαινακίζων, καὶ ἀπαιωρῶν τὸ ἡμέτερον ἐλπιζόμενον, χρηστολόγοις δῆθεν βουλαῖς, καὶ ἀναῤῥιπίζων τὴν ἐπιθυμίαν πρὸς ὑψηλοτέραν, ἧς εἴχομεν θέωσιν. τῆς ἐντολῆς τοῦ Θεοῦ ὁ πρωτουργὸς κακίας· διαβαλὼν τὸ εὐθές. Ἐξ οὗ τοίνυν τὸν τῆς ἐξ ἀπάτης ὄλεθρον ἐλεεινῶς ἐπεπόνθαμεν, καὶ Θεοῦ καὶ θείας τρυφῆς ἐξόριστοι γεγενήμεθα, τῆς ἑνοειδοῦς τε κατὰ νοῦν πνευματικῆς βιοτῆς, καὶ τοῦ θεωρεῖν ἔχειν τὸ τοῦ Θεοῦ πρόσωπον, καὶ δοξάζεσθαι ἀλλοιουμένους ὑπὸ τῆς τοῦ θείου κάλλους ἀκτῖνος ἀθλίως ἀποπεπτώκειμεν, καὶ εὑρέθημεν, ὡς μὴ ὤφελλε, διῃρημένοι, καὶ σχιζόμενοι εἰς ἄττα πολλὰ, καὶ ταῖς διαιρεταῖς ζωαῖς καὶ ἑτερότησιν ὡς οὐκ ἐχρῆν χαίροντες, ὡς καὶ πολλούς γε θεοὺς καὶ δι' ἔχοντας, ἀντὶ τῆς μιᾶς πρεσβεύειν τρισυποστάτου Θεότητος, τοὺς οὐκ ὄντας ἄρα τῷ ὄντι θεοὺς, ἀλλ' ἀπατηλοὺς δαίμονας, καὶ φθόρους, καὶ δυσμενεῖς, ἀπολωλέκειμεν τὸ κύριον ἓν, τήν τε ἑνιαίαν ζωὴν καὶ τάξιν, καὶ διεσχίσθημεν εἰς πολλὰ καὶ διάφορα, καὶ ἡ ἰσχὺς ἡμῶν ἥ γε νοερὰ, καὶ ὁ τόνος, ἢ μᾶλλον

ἡ ἀνάτασις εἰπεῖν οἰκειότερον, ἐξέλιπεν οὐκ ἀπεικότως, καὶ εἰς βάθος ἥκομεν οὔκουν μετρίου κακοῦ, καὶ τὰ κάτω οἱ Θεοῦ εἰκόνος, καὶ τῆς ἄνω διαίτης, καὶ οὐρανίου ἐπάξιοι, ἀφρόνως φρονεῖν εἱλόμεθα. Ἐπειδὴ δὲ οὐκ ἄτρεπτον, οὐδέ γε μὴν ἀκλινὲς τὸ ἡμέτερον, ἔξεστι πάντως καὶ τοῦτο εὐλόγως, ὥσπερ ἀπὸ τῆς παμπόλλου δόξης ἐκείνης εἰς τὴν ἀπωτάτω ἀδοξίαν σχετλίως κατωλισθήσαμεν, παλινδρομῆσαι, καὶ ἀνανεῦσαι, καὶ πάλιν ἰδεῖν τὸ τοῦ Θεοῦ σεβασμιώτατον πρόσωπον· οὐμενοῦν ὡς τὸ πρὶν τοσοῦτον ἔγγιστα, μέντοιγε πορρωτέρω, καὶ ἰδεῖν καὶ τοῦ κάλλους αὐτοῦ παθεῖν τὴν λαμπρότητα. Τοιγάρτοι καὶ Μωσῆς ὁ θειότατος, καὶ ἅπας οὖν ὁ τῶν προφητῶν κατάλογος, καὶ οἱ πρὸ τούτων γέ μην, Ἀβραὰμ B δηλονότι καὶ οἱ κατ' αὐτὸν, εἶδον ὡς ἐφικτὸν τοῦτο, καὶ λίαν τρανῶς, καὶ τὴν ἐξ ἐκείνου τοῦ κάλλους ἀγλαΐαν ἐτρύφησαν ἀποχρώντως, καὶ μέν γε καὶ ἐκπλαγέντες τῇ ἀπροσίτῳ δόξῃ αὐτοῦ· οἱ μὲν σφᾶς αὐτοὺς τεταλάνικαν, οἱ δὲ γῆν ἑαυτοὺς καὶ σποδὸν ἐνόμισαν καὶ ἐκάλεσαν, ἕτεροι δὲ οὐδὲ χᾶναι γοῦν ἴσχυσαν, τῇ τῆς τοῦ θεωρηθέντος δόξης ὑπερβολῇ. Τότε γε ἰσχνοφωνίαν, καὶ βραδυγλωττίαν κατέγνωσαν ἑαυτῶν, καὶ ἕτερ' ἄττα πλεῖστα, καὶ μακάρια πάθη πεπόνθασιν εὐκλεῶς.

Ἐντεῦθεν δῆτα καὶ Δαβὶδ ὁ θεσπέσιος ἱμειρόμενος τῆς αἴγλης τοῦ κάλλους τοῦ προσώπου Κυρίου, βοᾷ πρὸς Θεὸν ποτνιώμενος· « Πότε ἥξω, καὶ ὀφθήσομαι τῷ προσώπῳ τοῦ Θεοῦ μου; » Καὶ μέν πη τὴν τῆς ψυχῆς καθ' ἣν ὦπται κατάστασιν τὸ πρόσωπον C τοῦ Κυρίου παραδεῖξαι βεβουλημένος, « Κατοικήσουσιν εὐθεῖς, φησὶ, σὺν τῷ προσώπῳ σου. » Καὶ τήν γε ἰσχὺν, ὅσην τῇ ψυχῇ παρέχεται τὸ τοῦ Θεοῦ θεωρούμενον πρόσωπον φρονίμως παραδεικνύς. « Ἀπέστρεψας, λέγει, τὸ πρόσωπόν σου, καὶ ἐγενήθην τεταραγμένος. » Εἰ δὲ τῇ τοῦ θείου προσώπου ἀποστροφῇ συμβαίνει ὁ τάραχος, τῇ τούτου παρουσίᾳ καὶ ἐποψίᾳ ἄρ' εἰρήνη ἕπεται πνευματικὴ τῇ ψυχῇ δῶρον τοσοῦτο μέγιστον ὂν, ὡς μετὰ τὴν θείαν ἀγάπην, καὶ χαρὰν ἐπιφαίνεσθαι τὰ τοῦ Πνεύματος, εἴτε χαρίσματα χρὴ λέγειν, εἴτε γοῦν καρπούς. Καὶ τοὺς ἁγίως δὲ διαζῶντας, καὶ ὁσίως ἐν τῷ φωτὶ τοῦ προσώπου Κυρίου ἐμφαίνει πορεύεσθαι, « Κύριε, λέγων, ἐν τῷ φωτὶ τοῦ προσώπου σου πορεύσονται, καὶ ἐν τῷ ὀνόματί σου ἀγαλλιάσονται ὅλην τὴν ἡμέραν, » D τὴν πνευματικὴν ἐκείνην δηλονότι, καθόσον διαπέμπει τῷ ἔσω ἀνθρώπῳ ὁ νοητὸς καὶ ἄῤῥητος ἥλιος τὰς ἀχράντους καὶ ζωοποιοὺς ἀκτῖνας αὐτοῦ, καὶ διαφαύσκεται τῷ νοῒ τῶν ὑπερκοσμίων ἡ αἴσθησις· καθ' ὃν καιρὸν αἴρεται ἐκ τῆς γῆς, καὶ εἰς οὐρανὸν μετατίθεται τὸ τῆς ψυχῆς ἅπαν μνημόσυνον. Καὶ ὁ ἄνθρωπος χαίρει, καὶ σκιρτᾷ, καὶ παιᾶνας [δηλ. ὕμνους] ὡς εἰκὸς ἱστᾷ, καὶ εὐφραίνεται ἐν ἀγαλλιάσει, καὶ τέρψει, καὶ θυμηδείᾳ, πόσῃ τις ἂν εἴπῃ; φαιδρυνόμενος καὶ γαννύμενος τῇ τοῦ προσώπου Κυρίου λαμπρότητι. Ὅθεν ἑτέρωσε ἱκετεύει Θεόν· « Μὴ ἀποστρέψῃς, λέγων, τὸ πρόσωπόν σου ἀπ' ἐμοῦ, καὶ ὁμοιωθήσομαι τοῖς καταβαίνουσιν εἰς λάκκον. » Σκότους γὰρ αἰτία ἡ τοῦ προσώπου Κυρίου ἀποστροφή· ἡ δ' ἐπιστροφὴ, παντὸς νοεροῦ φωτός.

timus; et qui imagines Dei eramus et superna ac cœlesti vita digni, inferiora dementer cogitare prætulerimus. Quoniam autem non inconvertibiles aut inflexibiles sumus, omnino licet et est rationi consentaneum ut, quemadmodum a plurima illa gloria in tantam ignominiam delapsi sumus, rursum curramus et sursum tendamus, et venerabilem Dei vultum rursum videamus; non quidem, ut prius, proxime, sed tamen longius nos eum videre oportet et pulchritudinis Ejus splendorem pati. Sanctissimus sane ille Moyses, et omnis prophetarum ordo, et qui ante eos fuere, Abraham et alii hujus temporis, Illum vultum, ut fieri poterat, viderunt, et quidem clare, et illius pulchritudinis splendore fruiti sunt abundanter, et inaccessa ejus gloria perculsi sunt; alii quidem ingemuerunt, alii vero se terram ac cinerem putaverunt ac nominaverunt; alii autem ne os quidem aperire ausi sunt, tantus erat apparentis Dei gloriæ excessus. Tunc sane suam loquendi difficultatem ac linguæ tarditatem cognoverunt et multos alios ac beatos sensus gloriose passi sunt.

Unde sane et David propheta, vultus Dei pulchritudinis splendorem cupiens, ad Deum sitiens clamat: « Quando veniam et apparebo ante faciem Dei mei? » Et quidem volens statim ostendere in quo anima vultum Dei videt: « Habitabunt recti cum vultu tuo, » et quantam vim animæ præbeat vultus Dei contemplatio, explicans: « Avertisti, inquit, vultum tuum, et factus sum conturbatus. » Si autem Divini vultus elongatione recidit conturbatio, Illius præsentia et contemplatione igitur in animam venit pax spiritualis, maximum illud donum, ita ut, post divinam caritatem et lætitiam ea quæ spiritus sunt, revelentur, sive oporteat, ea dici charismata, sive fructus. Et eos qui sancte vivunt, pie in lumine vultus Dei ambulare ostendit: « Domine, dicens, in lumine vultus tui ambulabunt, et in nomine tuo exsultabunt tota die, » hac nempe die spirituali, in quantum interiori homini spiritualis et ineffabilis sol puros ac vivificantes radios suos immittit, ac menti infunditur supernaturalium sensus; quo tempore e terra tollitur ac in cœlum transfertur omnis animæ memoria. Et homo lætatur et exsultat, et hymnos canit, et exsultatione fruitur, et cordis voluptate tanta delectatur quantam nemo posset dicere, vultus Domini splendore exhilaratus et decoratus. Unde etiam Deum precatur: « Ne avertas, dicens, faciem tuam a me, et similis ero descendentibus in lacum. » Tenebrarum enim causa est vultus Domini elongatio; ejusdem vero conversio, omnis spiritualis luminis causa; ac proinde lætitiæ spiritualis, ut de seipso dicit: « Signatum est super me lumen vultus tui, Domine. » Et addit: « Dedisti lætitiam in corde meo. » Rursum ex vultus Domini illuminatione, spirituale divinæ gratiæ do-

num sibi factum esse testificans; et quinam stant ante faciem Domini, eamque orant, inquit, nisi qui spiritualiter ex populo Dei divites sunt? Sancti quidem et homines Dei multi, qui tantisper in terris vivunt, num omnes faciem Dei videre possunt et vivere angelice? Multum sane abest. Solis enim iis datum est, qui credunt Deitatem cum divina sapientia et scientia adorandam esse et colendam in veritate ac spiritu; qui sane divites populi dici possunt, multis contemplationibus circa mysteria illuminati; ac multæ sapientiæ ac scientiæ, quæ, secundum Paulum, non omnium est, divinæ ac spiritualis profundum habentes, divitias possident. Unde « vultum tuum, mirabilis ille David ad Dominum dicit, deprecabuntur omnes divites plebis. » Hæc porro optime sciens, ut præ omnibus divinæ sapientia plenus Salomon, miro modo docens ait: « Ne festines verba loqui ante faciem Domini, quia Deus in cœlo sursum, et tu in terra deorsum. » Quando divino dono in divina et uniformi imaginatione ante faciem Domini factus eris posiquam ascenderit mentis contemplatio, tempus est tacendi. Ne igitur verbum proferre, ne unum quidem festines, temere sequens loquendi consuetudinem, quia non est tunc loquendi tempus. Deus enim fis et tu, vel in terra manens, Dei qui in cœlis est, vultum angelorum modo contemplans. Etenim et angeli, ut Salvator dixit, semper vident faciem Patris, qui in cœlis est. Unde et quando Salomonem in alio loco dicentem audis, lumen justis perpetuum; id eos pati credas examinans ex vultus Domini lucis effusione, angelorum ritu, divina gratia semper faciem Domini videntes ex qua scaturiens lumen effusum est. Angelus enim alter, ne dicam Deus, homo est super terram. Sine dubio in donum, gratiæ Domini repræsentativum, rediisti, effectus id quod est Deus sursum, tu in terris deorsum, Deus nempe, quod admiratione dignum est; non quidem ratione procedens, neque cogitatione accurrens, et propria ratiocinia movens, tanquam spiritualiter divisus, sed uniformiter assurgens, et Dei more sine oculis videns, ac immote per simplicem et unum aspectum, et vultus Domini fulgido erumpente splendore et inaccessibili. Ea igitur est summa et æmulanda prudentibus mentis ad Deum restitutio; et ut ita dicam, spiritualis puritatis flos; optanda fidei unitas, in perfecta spiritus communione; divinæ ac deificantis sapientiæ gloriosus fructus; spiritualis pacis fastigium; sinceræ lætitiæ domicilium; divinæ charitatis janua; illuminationis germen; indeficientium Spiritus aquarum ex corde eruptionis principium; animæ veri manna cibus ac deliciæ, et incrementum ac transformatio; divinorum et ineffabilium mysteriorum revelationis initium; unius ac primæ veritatis consequentia; omnium ratiociniorum dissipatio; omnium cogitationum cessatio; supra cogitationem assumptio; stuporis ortus; animæ supra mentem conversio ad simplex, et

A "Οθεν εἰκότως καὶ χαρᾶς πνευματικῆς, ὡς ἂν καὶ περὶ ἑαυτοῦ φησιν· « Ἐσημειώθη ἐπ' ἐμὲ τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου· » καὶ συνεπάγει· « Ἔδωκας εὐφροσύνην εἰς τὴν καρδίαν μου. » Πάλιν ἐκ τοῦ φωτισμοῦ τοῦ προσώπου Κυρίου, τὴν πνευματικὴν τῆς θείας χάριτος γεγενῆσθαι ἑαυτῷ μαρτυρῶν δωρεὰν, καὶ τίνες ποτ' ἄρα οἱ παρὰ τῷ προσώπῳ τοῦ Κυρίου ἱστάμενοι, καὶ αὐτὸ λιτανεύοντες, φησὶν, ὅτι εἰσὶν οἱ νοητῶς τοῦ λαοῦ τοῦ Θεοῦ πλούσιοι· ἅγιοι μὲν γὰρ δήπουθεν καὶ ἄνθρωποι τοῦ Θεοῦ πολλοὶ, οὐ μὴν ἅπαντας ἀπαξαπλῶς τὸ τοῦ Θεοῦ θεωρεῖν ἔξεστι πρόσωπον, καὶ βιοῦν βίον ἀγγελικὸν, ἐπὶ γῆς ἀκμὴν διαζῶντας; Πολλοῦ γε καὶ δεῖ· μόνων γάρ τοι τουτοῖ τῶν μετὰ σοφίας θείας καὶ γνώσεως λατρευτέον εἶναι τὸ Θεῖον νομιζόντων, καὶ προσ- B κυνητέον ἀληθείᾳ καὶ πνεύματι· οἵπερ δὴ καὶ πλούσιοι τοῦ λαοῦ λέγοιντ' ἂν εἰκότως, τοῦ Θεοῦ, πολλῶν θεωρημάτων ἐναυγασθέντες μυστήρια, πολλῆς τε σοφίας καὶ γνώσεως, ἥτις, κατὰ Παῦλον, οὐχ οὖν πάντων ἐστὶ, θείας καὶ πνευματικῆς βάθος ἔχουσι πλοῦτον. "Οθεν « Τὸ πρόσωπόν σου, » ὁ θαυμάσιος λέγει πρὸς Θεὸν, ὡς εἴρηται, Δαβὶδ, « λιτανεύσουσιν οἱ πλούσιοι τοῦ λαοῦ. » Ταύτῃ τοι ταυτὶ, μάλιστα πάντων εἰδὼς, ὡς μάλιστα πάντων θείας σοφίας πεπληρωμένος Σολομὼν ὁ πάνυ, εὐφυῶς τὰ μάλιστα διδάσκων φησί· « Μὴ σπεύσῃς ἐνεγκεῖν ῥῆμα πρὸ προσώπου Κυρίου, ὅτι ὁ Θεὸς ἐν οὐρανῷ ἄνω, καὶ σὺ ἐπὶ τῆς γῆς κάτω. » Ὁπηνίκα κατὰ θείαν δωρεὰν γένοιο πρὸ προσώπου Κυρίου ἐν θείᾳ C καὶ ἑνοειδεῖ φαντασίᾳ, ἀναβεβηκυίας τῆς τοῦ νοῦ θεωρίας δηλονότι, καιρὸς τοῦ σιγᾷν. Μὴ τοίνυν προενεγκεῖν ῥῆμα, μηδὲ γοῦν ἓν σπεύσῃς, εἰκαίως ῥηματικῇ συνηθείᾳ ἑπόμενος, ὅτι οὐ καιρὸς τότε τοῦ λαλεῖν. Θεὸς γὰρ γίνῃ καὶ σὺ ἐπὶ τῆς γῆς ἔτι ὢν, τοῦ ἐν οὐρανοῖς θεωρῶν Θεοῦ ἀγγελομιμήτως τὸ πρόσωπον. Καὶ γὰρ οὖν καὶ οἱ ἄγγελοι, ὡς ὁ Σωτὴρ εἴρηκε, διὰ παντὸς ὁρῶσι τὸ πρόσωπον τοῦ ἐν οὐρανοῖς ἡμῶν Πατρός. "Οθεν καὶ ὅταν ἐν ἄλλῳ τόπῳ λέγοντος ἀκούῃς τοῦ Σολομῶντος, « Φῶς δικαίοις διαπαντὸς, » ἐκ τῆς τοῦ προσώπου Κυρίου φωτοχυσίας, τοῦτο πάσχειν αὐτοὺς τὸ εἰκὸς λογίσῃ σκοπούμενος, ἀγγελοειδῶς κατὰ θείαν χάριν διὰ παντὸς ὁρῶντες τὸ τοῦ Κυρίου πρόσωπον, ἐξ οὗ τὸ πηγαῖον ἐκκέχυται φῶς. Ἄγγελος γὰρ ἄλλος, ἵνα μὴ λέγω θεὸς, ὁ D ἄνθρωπος γίνεται καὶ ἔστιν ἐπὶ τῆς γῆς. Ἀμέλει καὶ εἰς τὴν εἰκονικὴν τῆς τοῦ Κυρίου χάριτος δωρεὰν ἐπανέρχῃ, καθιστάμενος ὅπερ ὁ Θεὸς ἄνω, τοῦτο σὺ ἐπὶ γῆς κάτω, θεὸς δηλαδὴ, τὸ θαυμάσιον οὐ διεξοδεύων λόγῳ, οὐδὲ νοήματι μεταβαίνων, καὶ κινῶν τὸ ἴδιον λογιζόμενον, ὡς ἂν νοερῶς διαιρούμενος, ἀλλ' ἑνοειδῶς ἐπιβάλλων, καὶ δίκην Θεοῦ θεωρῶν ἀνομμάτως, καὶ ἀκινήτως κατὰ ἁπλῆν καὶ ἑνιαίαν ἀπόβλεψιν, καὶ μέν γε ἐπεντρυφῶν τῇ ἐκ προσώπου Κυρίου ἀποπαλλομένῃ διαυγεστάτῃ αἴγλῃ καὶ ἀπροσίτῳ. Τοῦτ' οὖν ἐστιν ἡ κορυφαία καὶ ζηλωτὴ τοῖς ἐχέφροσι, τοῦ νοῦ πρὸς Θεὸν κατάστασις· τὸ οἷον εἰπεῖν ἄνθος τῆς νοερᾶς καθαρότητος· ἡ εὐκταία ἑνότης τῆς πίστεως, τελουμένη ἐν τῇ κοινωνίᾳ τοῦ Πνεύματος· τῆς θείας καὶ θεοποιοῦ σοφίας ὁ εὐκλεὴς

καρπός· ἡ τῆς πνευματικῆς εἰρήνης κρηπίς· τὸ καταγώγιον τῆς ἀφαντάστου χαρᾶς· τῆς τοῦ Θεοῦ ἀγάπης ἡ πύλη· τὸ τῆς ἐλλάμψεως βλάστημα· τὸ αἴτιον τῆς ἐκ καρδίας ἐκβλύσεως τῶν ἀκενώτων ὑδάτων τοῦ Πνεύματος· ἡ τοῦ τυπικοῦ μάννα ἀληθῶς τροφή τε καὶ τρυφὴ τῆς ψυχῆς, καὶ αὔξησις, καὶ ἀλλοίωσις· τῶν θείων καὶ ἀλαλήτων μυστηρίων, καὶ ἀποκαλύψεων ἡ ἀρχή· τῆς γε μιᾶς καὶ πρώτης ἀληθείας τὸ συμπέρασμα· τῶν ὁποιωνοῦν λογισμῶν ὁ ἀφανισμός· ἡ πασῶν τῶν νοήσεων ἀπόπαυσις· ἡ ὑπὲρ τὸ νοεῖν ἐπιστασία· ἡ ἀφορμὴ τῆς ἐκπλήξεως· ἡ πρός γε τὸ ἁπλοῦν, καὶ ἀόριστον καθοτιοῦν ἄπειρον, καὶ ἀπερίληπτον, ἀνείδεόν τε καὶ ἀσχημάτιστον, ἄποιον, ἀποίκιλον, ἄποσον, ἀναφὲς, καὶ ὑπερκόσμιον, τοῦ νοῦ μεταποίησις ὑπὲρ νοῦν, καὶ ἀλλοίωσις, καὶ ὅλως πρὸς τὸ θεοειδὲς ἀποκατάστασις. Μὴ δὴ ἐξ ἄρ' ἀμαθείας ἐν τούτῳ γεγονὼς κκταστάσεως, καὶ τρόπῳ γέ τῳ θεουργούμενος τῇ φιλανθρωπίᾳ τῆς χάριτος, σπεύσῃς ἐνεγκεῖν ῥῆμα ἓν γοῦν πρὸ προσώπου Κυρίου· ὅτι αὐτῷ ἡ μία καὶ ἁπλῆ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας ἔσται.

A interminatum undequaque infinitum et incircumscriptum, sine forma ac figura, sine qualitate ac varietate ac quantitate, absolutum et supernaturale; animæ mutatio ac prorsus ad divinum restitutio. Ne igitur ex imprudentia, cum ad eum statum perveneris, et quodammodo gratiæ misericordiâ Deus effectus eris, ne festines vel unum verbum ante faciem Domini proferre; quia ipsi una et simplex gloria in sæcula erit.

οζ'. Ὁ νοῦς θεωρεῖν ἐθέλων τὰ ὑπὲρ αὐτὸν νοητὰ, εἰ μὴ διὰ τῆς θείας χάριτος συνεργοῦσαν πρὸς τοῦτο ἔχοι καὶ τὴν ἰδίαν καρδίαν, ἀδρανῆ, καὶ ἀφώτιστα, καὶ συγκεχυμένα ὁρᾷ. Διὰ τοῦτο καὶ τῆς ἑαυτοῦ ἡδονῆς τῆς γε κυριωτέρας ἐνδεῖ, κἂν δι' ἄγνοιαν δοκῇ ἥδεσθαι οἷα μηδέπω γεγευμένος ταύτης τυγχάνων· ὥσπερ δὴ δοκεῖ πως ἥδεσθαι καὶ ὁ τὸν ὀλλυρίτην ἐσθίων ἄρτον, καίτοι γε πάμπολυ τῆς κατὰ τὸν ἄρτον ἡδονῆς ἐνδεῶς ἔχοντα, διὰ μέντοι τὴν ἄγνοιαν τῆς γεύσεως τοῦ διὰ σεμιδάλεως ἄρτου.

77. Mens quæ ea quæ supra se cogitari possunt, vult contemplari, nisi cor suum divina gratia ad illud motum sentiat, incerta et obscura et confusa videt. Ideo gaudio, quod supra proprium gaudium sit, indiget, etsi per ignorantiam putet sentire qualia nondum senserit, hac lætitia non jam fruita, quemadmodum se credit affici qui panem crassiorem comedit, multum tamen a panis delectabili sapore distantem, quia nondum panem triticeum gustaverit.

οη'. Μετὰ τὴν νοερὰν τῆς καρδίας διὰ τῆς χάριτος ἕνωσιν ἀπλανῶς ἐν φωτὶ πνευματικῷ ὁ νοῦς ὁρᾷ, καὶ ἐκτείνεται εἰς τὸ ἴδιον ἐφετὸν, ὅπερ ἐστὶν ὁ Θεὸς, ἔξω πάντη γενόμενος τῆς αἰσθήσεως, ἄχροος δηλαδὴ, καὶ ἄποσος, καὶ ἀφάντατος ἀποκαθιστάμενος ταῖς φαντασίαις τῶν αἰσθητῶν.

78. Post spiritualem cordis per gratiam unionem, absque errore in spirituali lumine mens videt, et ad id quod cupit extenditur, ad Deum nempe, omnino extra sensus constituta, absque colore et C quantitate, et omnibus sensibilium imaginationibus libera.

οθ'. Νοῦς ὑπὸ τῆς χάριτος εἰς τὸ θεωρεῖν ὁδηγούμενος, ὡς ἀληθῶς μάννα διὰ παντὸς ἐσθίει πνευματικόν. Τὸ γὰρ δὴ αἰσθητὸν μάννα, ὅπερ ὁ Ἰσραὴλ ἤσθιεν, εἶχεν ἐνήδονον ἀξιόλογον δύναμιν σῶμα τρέφουσαν· τί δὲ τὴν οὐσίαν ἐκεῖνο ἦν, ἀγνοούμενον ἦν. Ὅθεν καὶ μάννα προσηγόρευτο, δηλούσης τῆς λέξεως τὸ ἀγνώριστον. Τί γὰρ τοῦτο; ἡ λέξις δηλοῖ. Καὶ ὅπερ ἑώρων ἐσθίοντες, τούτου τὴν οὐσίαν μὴ ἐγνωκότες, ἀπορηματικῶς, Τί τοῦτό ἐστιν; ἔλεγον. Διὰ παντὸς δὴ καὶ ὁ θεωρητικὸς ἐξίσταται κατὰ νοῦν, καὶ πρὸς ἑαυτὸν, Τί τοῦτο; φησίν· ὅπερ εὐφραίνει μὲν θεωρούμενον, καὶ πιαίνει τὸν νοῦν πνευματικῶς ἐσθιόμενον, ὑπερεκβαίνει δὲ τὸ νοεῖσθαι καθ' ἑαυτὸ, ὡς θεῖον ὂν καὶ ὑπερφυὲς, καὶ τρέφον παραδόξως, καὶ ἄρδον τὸν νοῦν, τὴν τοῦ νοῦ κατάστασιν ὑπεκφεύγει, οὐ μόνον ὡς ἀκατάληπτον τὴν οὐσίαν, ἀλλὰ καὶ ὡς ἄπειρον καὶ ἀόριστον.

79. Mens gratia ad contemplandum adducta, vere manna spirituale comedit. Sensibile enim manna quod manducavit Israel, habebat delectabilem quidem et dignam virtutem corpus nutriendi; quid vero illud substantialiter esset, ignorabat. Unde et manna nominabatur, quo nomine ignorantia indicatur. *Quid enim hoc?* verbum significat. Quod videbant comedentes, hujus substantiam nescientes, nec eam nominare volentes, *quid est hoc?* dicebant. Semper quidem et contemplativus mente deficit, et ad seipsum: *quid est hoc?* dicit; quod aspectum lætificat et satiat mentem spiritualiter comedentem, sed cogitationem superat, utpote divinum et su- D pernaturale, et miro modo nutriens et potans mentem; ejus vero conditionem supergreditur, non modo quia natura incomprehensibile est, sed et quia infinitum ac interminatum.

π'. Τρία εἰσὶ τὰ μαρτυροῦντα τῇ ἀληθείᾳ, εἴποιμ' ἂν καὶ αὐτὸς κατὰ τὸ εἰκός· ἡ κτίσις, ἡ Γραφὴ ἐν τῷ πνεύματι (ἐκ γὰρ τῆς Γραφῆς καὶ τῆς κτίσεως πνευματικῶς ὁρωμένων θεωρεῖται ἡ μόνη ἁπλῆ ἀλήθεια), καὶ ἡ ἐκ ταύτης σύνθετος. Καὶ διὰ τῶν εἰρημένων τριῶν γενόμενος ἐν τοῖς ἐφεξῆς δυσὶ, καὶ ἱστάμενος ἐν αὐτοῖς, ἀπλανῆ εὕρατο, Χριστοῦ χάριτι, τὴν ὁδόν· ἐπέτυχε γὰρ ἐκ μὲν τῆς ἁπλῆς ἀληθείας, ὕψους νοητοῦ, καὶ βάθους, ἔτι τε καὶ πλάτους ἀπείρου· δι' ἃ καὶ εἰς ἔκπληξιν καταστὰς, ἔμφοβος ὑμνεῖ· ἐκ δέ γε τῆς συνθέτου, πρὸς τοῖς λεγομένοις,

80. Tria sunt quæ veritati testimonium reddunt, dicam ego ac merito; creatio, Scriptura in spiritu (ex Scriptura enim et creatione spiritualiter visis aspicitur sola simplex veritas), et quæ ex ipsa componitur. Et qui per hæc tria in duobus successive factus est, in iisque stat, securam, Christi gratia, viam invenit: occurrit enim ex simplici veritate, spirituali celsitudini et altitudini et infinitudini; quibus in admirationem constitutus, reverens hymnos canit. Ex ea autem quæ componitur, præter duo alia de quibus locuti sumus, et cordis

pacem invenit et charitatem et spiritualem lætitiam. Unde raptus in exstasim amanter canit. Indiget autem homo multo temporis intervallo et labore et patientia, ut sensus quodammodo rejiciens, et mente sensibilia disrumpens in cogitabilibus stet; post quæ veritatis in anima splendet contemplatio. Non sane dico veritatem talibus egere ad sui ipsius inventionem, neque temporis intervallo ad comprehendendum aut labore aut patientia; sed hominem his egere dixi. Etenim veritas est unum et simplex, etsi separatim aspecta ostenditur, idque fere clamat et testificatur iis qui ipsam contemplari volunt. Sed homo, cum sit compositus, et sensibus alligatus, et mutationi et motui obnoxius, a se ipso quodammodo interdum egreditur, et contra se ipsum, vel ignorans, fit ex opinione et morborum viribus improbus effectus. Et per hæc tria, opinione, inquam, malitia et incredulitate, ex hac veritate quam tria hæc testificantur, ex creatione ex Scriptura, ex Spiritu misere delabitur. Ideo et indiget ut funestam istam opinionem dejiciat, his omnibus de quibus prius dixi: « ut mens humiliata in simplicitate credat. » Ac deinde ita statim per Scripturam et creationem in spiritu noscet clare, non modo simplicissimam veritatem, sed et quæ ex ea composita est. Et adhuc quid ipsam a veritatis separet contemplatione, videt, adderem vero, et quid a fruitione dividat. Unum igitur est et solum natura simplex veritas, ex qua ea est, quæ per nos compositos, composita est. Et illud est mentis nostræ extremum optimum objectum, ad quod omnis vita festinat et exercitium eorum quæ secundum spiritus scopum ducuntur. Mentem igitur nudam esse oportet, ut videat et miro modo fruatur splendore qui ex prima et sola veritate oritur et eo qui ex composita procedit. Quod fieri non aliter potest nisi per humilitatem, et fidei simplicitatem, per Scripturæ et creationis in spiritu testimonium. Quando autem veritatem mens in tribus suis potentiis per trium prædictorum testimonium videt, tunc rursum tanquam ex eo reflexa seipsa fit humilior multo et simplicior et solide fidelis. Et inde generoso pede, ut dictum est, ad veritatis contemplationem procedit, illuminantibus splendide hujus radiis; per quos in se ipsam conversa per eam quam contemplatur gloriæ magnitudinem, ad aliquid humilius descendit et simplicius, et fide capta percellitur. Atque ita tanquam divinum quemdam circulum percurrit et circumdatur humilitate, simplicitateque ac fide, ascendens ac videns veritatem, et veritatis splendore ad majorem humilitatem perducta, et simplicior in fide reddita, non desinit cursum suum pergere, (quoadusque dicatur illud *Hodie*, in humilitate et simplicitate et fide), per Scripturæ testimonium, et creationis in spiritu contemplans et rursum ad ea unde incepit rediens. Atque ita deificata quotidie per gratiam, et iis quæ supra mentem sunt illuminata, et vitam omni gaudio plenam degens in Christo, Domino nostro, tan-

A καὶ καρδιακὴν εὕρατο εἰρήνην, καὶ ἀγάπην, καὶ χαράν. Ὅθεν ἔκθαμβος μέλπει ἀγαπητικῶς. Δεῖται δὲ ὁ ἄνθρωπος χρονικοῦ πολλοῦ διαστήματος, καὶ κόπου, καὶ ὑπομονῆς, ὡς ἂν τὰς αἰσθήσεις κατά τινα τρόπον ἀποβαλόμενος, καὶ τῷ νῷ διαῤῥήξας τὰ αἰσθητὰ, στῇ ἐν τοῖς νοητοῖς· μεθ' ἃ ἡ τῆς ἀληθείας ἀναλάμπει τῇ ψυχῇ θεωρία. Οὐχὶ δὴ τὴν ἀλήθειάν φημι δεῖσθαι εἰς τὴν ἑαυτῆς ἐξεύρεσιν τῶν τοιούτων, οἷον χρονικοῦ πρὸς τὸ καταληφθῆναι διαστήματος, ἢ κόπου, καὶ ὑπομονῆς, ἀλλὰ τὸν ἄνθρωπον δεῖσθαι τούτων εἰρήκειν. Ἐπείτοιγε ἡ μὲν ἀλήθεια ἕν ἐστι, καὶ ἁπλοῦν, εἰ καὶ διχῇ θεωρουμένη δείκνυται, καὶ μονονοὺ πάντοθεν βοᾷ, ἑαυτὴν ὁρᾷν, ἐθέλουσι μαρτυρουμένη. Ὁ δ' ἄνθρωπος σύνθετος ὢν, καὶ ταῖς αἰσθήσεσι συμπεπλεγμένος, ἔτι τε ἀλλοιώσεσιν B ὑποκείμενος καὶ τροπῇ, ἐκβαίνει ἔστιν ὅτε ἑαυτοῦ τρόπῳ γέ τῳ, καὶ κατ' αὐτὸς ἑαυτοῦ, ὡς οὐκ οἶδε γίγνεται, ἐξ οἰήσεως πονηρευόμενος, καὶ τὴν ἀπιστίαν νοσῶν. Καὶ δὴ διὰ τῶν τριῶν τουτωνὶ, οἰήσεώς φημι, πονηρίας τε καὶ ἀπιστίας, τῆς ἐκ τῶν τριῶν ἐκείνων μαρτυρουμένης ἀληθείας, ἐκ Γραφῆς, καὶ κτίσεως, καὶ Πνεύματος δηλαδὴ ἀθλίως ἐκπίπτει. Διὸ καὶ δεῖται πρὸς ἀποβολὴν τῆς δεινῆς οἰήσεως, καὶ τῶν ἄλλων, ὧν δεῖσθαι ἔφθην εἰπών· « Ὅπως ἂν ταπεινωθεὶς ὁ νοῦς πιστεύσειεν ἐν ἁπλότητι. » Κἄπειθ' οὕτως ἅμ' εὐθὺς διὰ τῆς Γραφῆς, καὶ τῆς κτίσεως ἐν τῷ Πνεύματι γνοίη σαφῶς, οὐ μόνον τὴν ἁπλουστάτην ἀλήθειαν, ἀλλὰ καὶ τὴν σύνθετον ἐξ αὐτῆς. Καὶ προσέτι γε τί ποτε τὸ διεῖργον αὐτὸν ἦν, καὶ τῆς κατὰ ἀλήθειαν θεωρίας, προσθείην δ' ἂν, C ὅτι καὶ ἀπολαύσεως διιστῶν. Ἓν μὲν οὖν ἐστι, καὶ μόνον φύσει ἁπλοῦν ἡ πρώτη ἀλήθεια. Μεθ' ἣν ἡ ἐκ ταύτης διὰ τοὺς συνθέτους ἡμᾶς σύνθετος. Καὶ τοῦτό ἐστι τοῦ καθ' ἡμᾶς νοῦ τὸ ἔσχατον, καὶ ἄριστον ἀντικείμενον, πρὸς ὃ σπεύδει πᾶσα πολιτεία, καὶ ἄσκησις τῶν κατὰ σκοπὸν ἠγμένων τοῦ πνεύματος. Ὅπως ἂν ὁ νοῦς γυμνὸς, ὡς οἷόν τε ἴδῃ καὶ ἀπολαύσῃ τῆς ἐκ πρώτης καὶ μόνης ἀληθείας λαμπηδόνος, καὶ ἐξ αὐτῆς συντεθείσης τρόπῳ θαυμαστῷ. Ὅπερ οὐκ ἄν ποτε ἄλλως γένοιτο, ὅτι μὴ διὰ ταπεινώσεως, καὶ ἁπλότητος ἐν πίστει, διὰ τῆς μαρτυρίας τῆς Γραφῆς, καὶ τῆς κτίσεως ἐν πνεύματι. Ὁπηνίκα δὲ τὴν ἀλήθειαν ὁ νοῦς ἐν τρισὶ ταῖς ἑαυτοῦ δυνάμεσιν ἐνοπτρισθῇ διὰ τῆς μαρτυρίας τῶν D ἄνωθεν λελεγμένων τριῶν, τότε αὖθις ὥσπερ ἐκ τούτου ἐπανακάμπτων ἑαυτοῦ γίνεται πολλῷ ταπεινότερος, καὶ ἁπλούστερος, καὶ βεβαίως πιστός. Κἀντεῦθεν εὐθύμῳ ποδὶ, ὃ δὴ λέγεται, πρὸς τὴν θεωρίαν τῆς ἀληθείας ἄνεισι, ταῖς ἀκτῖσιν ἐκείνης ἐναυγαζομένης τηλαυγέστερον· δι' ὧν ἐπιστρέφων ἐν ἑαυτῷ διὰ τὸ τῆς δόξης θεωρηθὲν μέγεθος παρ' αὐτοῦ, κάτεισιν εἰς τὸ ταπεινότερον, καὶ ἁπλούστερον, καὶ ἐκπλήττεται τῇ πίστει κατασχεθείς· καὶ οὕτως ὡς ἄν τινα θεῖον κύκλον ἐπανακυκλῶν, καὶ περιερχόμενος διὰ ταπεινώσεως, ἁπλότητός τε καὶ πίστεως ἀνιὼν καὶ ὁρῶν τὴν ἀλήθειαν, καὶ τῇ αἴγλῃ τῆς ἀληθείας πρὸς ταπείνωσιν εἰσαγόμενος πλείονα, καὶ ἁπλούστερος ἐν πίστει μᾶλλον γινόμενος, οὐ παύεται διανύων τὸν δρόμον τοῦτον, ἕως ἂν τὸ σήμερον λέ-

quam in pignore futurorum æternorumque bonorum A fruitionem gustat.

γηται, ἐν ταπεινότητι, καὶ ἁπλότητι, καὶ πίστει διὰ τῆς μαρτυρίας τῆς Γραφῆς, καὶ τῆς κτίσεως ἐν πνεύματι θεωρῶν τὴν ἀλήθειαν, καὶ πάλιν ἐπανακάμπτων εἰς τὰ ὅθεν κεκίνηται. Καὶ οὕτω θεούμενος ὁσημέραι διὰ τῆς χάριτος, καὶ τὰ ὑπὲρ νοῦν ἐλλαμπόμενος, καὶ ζωὴν ζῶν πάσης χαρᾶς ἔμπλεω ἐν Χριστῷ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ὡς ἐν ἀῤῥαβῶνι γεύεται τῆς ἀπολαύσεως τῶν μελλόντων αἰωνίων ἀγαθῶν.

81. Contemplativa vita his tribus constare solet, sincera et irreprehensibilis; fide, dico, Spiritus sancti clara participatione et sapientiæ cognitione. Contemplatio enim est, ut quasi per definitionem loquar, cogitabilium in sensibilibus cognitio. Aliquando vero et puris cogitabilibus a sensu separatis in iis qui proficiunt: unde opus est fide. « Nisi credideritis, inquit, non intelligetis; » opus est et spiritu, in quantum « Spiritus omnia scrutatur, etiam profunda Dei. » Unde divinus Job dixit: « Omnipotentis inspiratio est quæ me docuit. » Deinde illa divina efficacia, in corde insufflans, et, ut ita dicam vivens et consequenter supernaturaliter vivificans, ad seipsam mentem adducens eam ineffabiliter percellit, et eam removens ab omni vanitate eique pacem et gaudium et consolationem et divinam charitatem præstans; ut facile divina videre possit et circum illa verti et Deum novo modo imaginari eoque consequenter lætari cum majore charitate et simili exsultatione. Opus est et sapientia, ut dixi; quia « sapientia, inquit Scriptura, illuminat vultum hominis. » Illuminat eum ut a sensibus ad cogitationem rapide feratur; et a sensibilibus ad cogitabilia et divina spectacula redeat; et in spirituali revelatione ineffabilia videat; illuminat illum ut manifeste contempletur et uniformiter supersubstantialem Deum imaginetur. Dicitur enim alicubi: « Beatus homo quem tu erudieris, Domine, et de lege tua, docueris eum: quia ipse est revera sapiens, per doctrinam ad fidem procedens et Spiritus eruditione arcana Dei discens; magna vere res est, sapiens per fidem in unione et participatione supernaturali sancti Spiritus. Et vere tria sunt, ut dicitur, invincibilia: Deus, angelus, et vir sapiens, quia angelus alter est in terra novo modo; contemplator omnino creationis, et sincerus Dei increatarum viarum doctor, vel, si melius dicendum est, divinorum donorum, sibi sine dubio providens invisibilis ipsius Dei per frequentes motus, angelorum more cognitionem. Talis est, quem descripsimus, qui per fidem in sancto Spiritu, est sapiens, atque ita beatus. Et vero mihi sufficiunt, ut omni cura solvar, sapientiæ et gratiæ vim et laudes enarrans, quæ Lucas in Evangeliis refert de Jesu Domino. Ita enim in quodam Scripturæ loco loquitur: « In quibus proficiebat sapientia et ætate et gratia. » Et rursum: « Crescebat et invalescebat Spiritu, plenus sapientia. » Nunc vero clarius de propositis loqui cupiens ex aliis ab iis quæ dicit Salomon ad Deum. « Quæ in cœlis sunt quis investigavit? Consilium autem tuum quis cognovit; nisi tu dederis sapientiam, et miseris Spiritum sanctum tuum de excelsis, et sic salventur eorum qui in terra sunt semitæ; et quæ tibi pla-

πα'. Ὁ θεωρητικὸς βίος διὰ τριῶν τουτωνὶ συνίστασθαι πέφυκεν ἀκέραιός τε καὶ ἀνεπίληπτος· λέγω δὴ πίστεως, μετοχῆς ἐναργοῦς τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καὶ σοφίας εἰδήσεως. Θεωρία γάρ ἐστιν, ὡς ἐν ὅρῳ φάναι, γνῶσις νοητῶν ἐν ἄρα τοῖς αἰσθητοῖς, ἐνίοτε δὲ καὶ ψιλῶν νοητῶν κεχωρισμένων αἰσθήσεως ἐπὶ τῶν ἰόντων εἰς προκοπάς· τοὐντεῦθεν δεῖ δὴ πίστεως· « Ἐὰν γὰρ μὴ πιστεύσητε, φησὶν, οὐδ' οὐ μὴ συνῆτε· » ὡς δὲ δὴ καὶ Πνεύματος, ἐφόσον τὸ Πνεῦμα πάντα ἐρευνᾷ, καὶ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ. Ὅθεν ὁ θεῖος ἔφη Ἰώβ· « Πνοὴ Παντοκράτορος ἡ διδάσκουσά με. » Ἔπειτα πεφυκότως ἡ τοῦδ' ἐν καρδίᾳ δήπουθεν ἀναζέουσα, ἵν' οὕτω φῶ, ζῶσα, καὶ ἐξ ἑπομένου ζωοῦσα ὑπερκοσμίως θεία ἐνέργεια πρὸς ἑαυτὴν συμπτήσσει ἀῤῥήτως συνάγουσα τὸν νοῦν, καὶ παντὸς ἀπείργει τοῦτον μετεωρισμοῦ, καὶ παρέχει μετὰ γαλήνης, καὶ πολλῆς θυμηδίας, καὶ παρακλήσεως, καὶ προσέτι θείας ἀγάπης· ῥᾷστα τὰ θεῖα ὁρᾷν, καὶ περὶ αὐτὰ στρέφεσθαι, καὶ Θεὸν φαντάζεσθαι καινοπρεπῶς, καὶ ἐξ ἑφαμίλλου αὐτῷ ἐνευφραίνεσθαι μετὰ μειζόνων ἀφορήτων ἐρώτων, καὶ καταλλήλου ἀγαλλιάματος· δεῖται δὲ καὶ σοφίας, ὡς ἔφην, ὅτι « Ἡ σοφία, φησὶν ἡ Γραφὴ, φωτιεῖ πρόσωπον ἀνθρώπου· » φωτιεῖ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς αἰσθήσεως μεταβεβηκέναι C εἰς νόησιν εὐπετῶς, καὶ ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν εἰς τὰ νοητὰ, καὶ θεῖα θεάματα ἀνελθεῖν, καὶ ἐν ἀποκαλύψει νοερᾷ ἄφατα κατιδεῖν· φωτιεῖ πρὸς τὸ θεωρῆσαι ἐποπτικῶς, καὶ ἑνοειδῶς φαντασθῆναι Θεὸν ὑπερούσιον. Ἦ που δὴ μακάριος ἄνθρωπος, ὃν ἂν παιδεύσῃς, Κύριε, καὶ ἐκ τοῦ νόμου σου διδάξῃς αὐτόν· ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ τῷ ὄντι σοφὸς, διὰ παιδείας εἰς πίστιν ἰὼν, καὶ τῇ τοῦ Πνεύματος διδαχῇ διδασκόμενος τὰ ἀπόῤῥητα τοῦ Θεοῦ· μέγα χρῆμα ἀληθῶς σοφὸς διὰ πίστεως περιπατῶν ἐν ἑνώσει καὶ κοινωνίᾳ ὑπερφυεῖ τοῦ Πνεύματος. Καὶ ὄντως τρία ἐστὶ κατὰ τὸν εἰπόντα ἀκράτητα· Θεὸς, καὶ ἄγγελος, καὶ ἀνὴρ φιλόσοφος· ἄγγελος ἄλλος ἐπὶ τῆς γῆς ξενότροπος· ἐπόπτης πάντως τῆς ὁρατῆς κτίσεως, καὶ γνήσιος D μύστης τῶν θείων Θεοῦ ἀκτίστων προόδων, εἴτε μὴν δωρεῶν ἐθέλει τις λέγειν, ἐπιδραττόμενος ἀμηγέπη καὶ αὐτοῦ τοῦ ἀθεάτου τρόπῳ παντὶ, κατὰ ἀθρόαν ἐπιβολὴν ἀγγελομιμήτως τὴν ἐπίγνωσιν Θεοῦ. Τοιοῦτός ἐστιν, ὡς ἐν ὑπογραφῇ φάναι, ὁ διὰ πίστεως ἐν ἁγίῳ Πνεύματι σοφὸς, καὶ οὕτω μακάριος. Καίτοιγε ἤρκει ἀναμφιλέκτως, ἃ Λουκᾶς ἐν Εὐαγγελίοις δίεισιν εἰπόντι μοι, περί γε Ἰησοῦ τοῦ Κυρίου, ἀπηλλάχθαι πραγμάτων, ὡς διεξιέναι σοφίας καὶ χάριτος δύναμιν, καὶ ἐγκώμια. Οὕτω γὰρ οὗτος ἐν τόπῳ τίθησι γράφων, « Ἐν οἷς προέκοπτε σοφίᾳ, καὶ ἡλικίᾳ, καὶ χάριτι. » Καὶ πάλιν, ὅτι « Ηὔξανε καὶ ἐκραταιοῦτο πνεύματι, πληρούμενον σοφίας. » Νυνὶ δὲ περιφανέστερον περὶ τῶν προκειμένων εἰπεῖν ὡρμημένῳ, προτίθημι καὶ ὅ φησιν ὁ ἱερὸς Σολομὼν πρὸς

cita sunt, didicerunt homines et sapientia tua salvati sunt. » Vides quantum ad virtutem assurgat sapientia cum Spiritus sancti participatione? et quomodo longe a sapientia recedat, qui non sapientiam et Spiritum ex Deo possidet, neque a sapiente qui Spiritum participet, dirigitur? Si de illo in quo habitavit omnis divinitatis plenitudo, Salvatore, talia scripta sunt et consequenter de universo hominum genere, licet intelligere quantum sapientia cum Spiritus sancti motu necessaria sit, et quantum per misericordiam, virtutis ac profectus ab amantissimo Deo obtinuerit spiritualis sapiens, ea quæ in cœlis sunt investigans et procedens ad Altissimi consiliorum cognitionem; quod mirum est. Postquam vero hæc ita habere disseruimus de contemplativo et contemplationem exponere, et ex parte producere, ita ut recte dispositi auditoris ratio moveatur dicendo oporteret, nec hæsitare ullo modo. Id enim jubet Deus eos qui ratione valent, abundanter participes efficere eos qui infra siti sunt, et ex iis quæ superiora sunt prudenter accipere, ea quæ nempe divinæ illuminationis et rerum spiritualium adiri possunt; cum paribus vero communiter et humiliter collationes habere colloquia de spiritualibus ac de Deo. Ita enim non modo illud simplex et certum in Ecclesia Dei viventis splendide luceret, sed et pius caritatis et pulcherrimus vultus scientiam discipulorum Christi perpetuo illustraret, per Spiritum sanctum diffusam in cordibus nostris ad perfectam simplicemque Dei et hominum dilectionem. Et sic inquiremus super terram vitam angelorum vitæ similem et vere beatam, et jucundissimam; in ea nempe, in qua pendent universa lex et prophetæ, divina ac deificante charitate; qua nihil est omnino animæ dulcius; ac præsertim quando ex Dei divinorumque contemplatione ac cognitione, id est ex divina gratia impetum habet. Qui igitur intentione bene ac pulchre ad Deum statuit asurgere, ut cum ipso uniatur et inde deificetur, et salvetur, cum aliter non possit mens deificari aut homo salvari, juxta sanctorum Patrum sententiam, cum divinarum legum accurata adimpletione, ad rerum apparentium legitimam contemplationem procedit, neque actionem cæcam habens, neque contemplatione sejunctam, neque inanimem contemplationem habentem, ut sine actione. Unde sic cum ea quæ secundum rationem ac mentem est sapientia et sacra scientiæ scriptura, secundo, ut dictum est, vento intendere incipit recta per mundum sensibilium, infinite potentis ac sapientis creatoris manifestatione et consequenter in infinitam universalemque excellentiam progreditur, quantum ipsi licet, gaudetque et mire mentem nutrit abscondite per ea quæ sunt abscondita. Et tempore procedente, et tranquillam pacificamque vitam degens, et iis solis divinis per scripturas et visibilia effectus, opere capax redditur contemplandi quemadmodum cum scriptura concordet creatio et cum veritate symbola per sim-

A Θεόν· « Τὰ ἐν οὐρανοῖς τίς ἐξιχνίασε; βουλὴν δέ σου τίς ἔγνω; εἰ μὴ σὺ ἔδωκας σοφίαν, καὶ ἔπεμψας τὸ ἅγιόν σου Πνεῦμα ἀπὸ ὑψίστων, καὶ οὕτω διωρθώθησαν αἱ τρίβοι τῶν ἐπὶ γῆς, καὶ τὰ ἀρεστά σου ἐδιδάχθησαν ἄνθρωποι, καὶ τῇ σοφίᾳ σου ἐσώθησαν. » Ὁρᾷς σοφίαν μετὰ μετοχῆς Πνεύματος εἰς ὅσην ἐφικνεῖται δυνάμεως; καὶ ὅπως πόῤῥω σωτηρίας ἐλαύνῃ ὁ μὴ σοφίαν, καὶ πνεῦμα ἐκ Θεοῦ κεκτημένος, καὶ μηδὲ παρὰ σοφῷ καὶ μετόχῳ Πνεύματος ἐξηγούμενος; Εἰ περὶ τοῦ, ἐν ᾧ κατῴκησε πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος, Σωτῆρος τοιαῦτα γέγραπται, καὶ ἐφ' ἑξῆς συλλήβδην ξύμπαντος ἀνθρώπων γένους ξυνιδεῖν οὐκ ἄπεστιν, ὅσον σοφία μετὰ ῥοπῆς τοῦ Πνεύματος ἀναγκαία, καὶ ὅσον δι' ἐλέους, δυνάμεως καὶ προκοπῆς ἔτυχεν ἐκ φιλοψύχου Θεοῦ ὁ B πνευματικὸς σοφὸς τὰ ἐν οὐρανοῖς ἐξιχνιάζων, καὶ χωρῶν πρὸς γνῶσιν βουλῆς Ὑψίστου, τὸ ἐξαίσιον, εἶεν. Ἀλλά γε δὴ τοσάδε τε νῦν εἶναι διεληλυθότας θεωρητικοῦ πέρι, καὶ περὶ θεωρίας ἐκθεῖναι, καὶ ἐκ μέρους προαγαγεῖν, καὶ οἷον τὸ λογιζόμενον τοῦ διακειμένως ἀκροατοῦ διαθρέψαι, ῥητέον ἂν εἴη, καὶ οὐκ ὀκνητέον, καὶ ὁπωσοῦν. Τοῦτο γὰρ κελεύει Θεὸς καθάπαξ λογικοῖς, μεταδιδόναι δηλαδὴ ἀφθόνως τοῖς κατωτέρω, κἀκ τῶν ἀνωτέρω μετ' εὐλαβείας μεταλαμβάνειν τῶν ἐφικτῶν τῆς θείας ἐλλάμψεως, καὶ χρημάτων τῶν νοητῶν· πρὸς μέντοι τοὺς ὁμοταγεῖς κοινωνικῶς, καὶ ἀφιλενδείκτως τὰς συντυχίας ποιεῖσθαι, καὶ ὁμιλίας τὰς περὶ νοητῶν καὶ περὶ Θεοῦ. Οὕτω γὰρ οὐ μόνον τὸ εὐθές τε καὶ ἁπλανὲς ἐν C Ἐκκλησίᾳ ζῶντος Θεοῦ διαλάμπειεν ἂν σφόδρα φαιδρὸν, ἀλλὰ καὶ τὸ ὅσιον τῆς ἀγάπης καὶ περικαλλέστατον πρόσωπον, τὸ γνώρισμα τῶν μαθητῶν τοῦ Χριστοῦ, διαυγάσειε διηνεκῶς εἰς τὰς καρδίας ἡμῶν, δι' ἁγίου Πνεύματος ἡμῖν ἐκχυθησόμενον εἰς τελείαν καὶ ἁπλῆν ἀγάπην τοῦ Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων· καὶ οὕτω ζησαίμεθ' ἂν ἐπὶ γῆς βίον ἀγγελοειδῆ, καὶ τῷ ὄντι μακάριον, οὐδὲν δὲ ἧττον καὶ ὑπερήδιστον· ὡς τῆς, ἐν ᾗ κρέμανται ὅλος ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται, θείας καὶ θεοποιοῦ διφυοῦς ἀγάπης ἐξηρτημένοι· ἧς οὐδὲν τὸ οἱονοῦν τὸ παράπαν ψυχῇ γλύκιον· καὶ μάλισθ' ὅταν ἐκ τῆς τοῦ Θεοῦ καὶ τῶν θείων θεωρίας καὶ γνώσεως, ταυτὸν δ' εἰπεῖν τῆς φωτιστικῆς χάριτος, προσεχῶς ἔχει τὴν πρόσεσιν. Ὁ μὲν οὖν κατὰ σκοπὸν ἀνεληλυθέναι εὖ καὶ καλῶς ἔργον τιθέμενος εἰς D Θεὸν, ὡς ἑνωθῆναι τούτῳ, καὶ κατὰ τὰ γιγνόμενα θεωθῆναι, ἴσον δ' εἰπεῖν σωθῆναι· ἐπεὶ δίχα τοῦ τὸν νοῦν θεωθῆναι, σωθῆναι τὸν ἄνθρωπον οὐκ ἐνδέχεται, κατὰ τὴν τῶν θεηγόρων ἐκφαντορίαν, μετὰ τῆς τῶν τοῦ Κυρίου ἐντολῶν ἐφικτῆς πράξεως, πρὸς τὴν τῶν ὄντων, καὶ φαινομένων χωρεῖ θεωρίαν ἐνδεχομένην, μήτε τὴν πρᾶξιν ἔχων τυφλὴν, ἅτε θεωρίας μεμονωμένην, μήτε μὴν τὴν θεωρίαν ἄψυχον κτώμενος, ὡς ἄνευ δήπουθεν πράξεως· ἐντεῦθεν οὕτω μετὰ τῆς κατὰ λόγον καὶ νοῦν σοφίας, καὶ γραφικῆς ἱερᾶς ἐπιστήμης, ἀγαθῇ φορᾷ, ὃ λέγεται, ἐνατενίζειν εὐστόχως ἄρχεται τῷ κόσμῳ σὺν λόγῳ τῶν αἰσθητῶν ἐπιδείγματι ἀπειροδυνάμου καὶ ἀπειροσόφου Δημιουργοῦ· καὶ ἑπομένως εἰς ἄπειρα τὴν δύναμίν τε καὶ ξυνόλην διαφορὰν, ὅσον γε κατ' ἐπι-

βολὴν ἀπαντᾷ, καὶ τρυφᾷ, καὶ τρέφεται ἐφαμίλλως τὸν νοῦν κατὰ τὸ κρυπτὸν διὰ τῶν κρυπτῶν. Καὶ δὴ, καιροῦ προϊόντος, καὶ τὸν ἀθόρυβον βίον βιοὺς ἡσυχῇ, κἂν τοῖς θείοις μόνοις φιλοσοφῶν διὰ τῆς Γραφῆς, καὶ τῶν ὁρωμένων, δι' ἔργου ποιεῖται ὡς ἕνι σύμφωνον θεωρῆσαι πνευματικῶς τῇ Γραφῇ τὴν κτίσιν, καὶ τῇ ἀληθείᾳ τὰ σύμβολα δι' ἐνωτικωτέρας ὁράσεως· οὗ γεγονότος, ὁ νοῦς ἐντεῦθεν μετὰ τῆς εὐμενείας τοῦ προσκυνητοῦ Πνεύματος, καὶ τῆς κατ' αὐτὴν ἐνεργείας, ἀνάγεται εἰς τὴν τῆς ἱερᾶς ἀληθείας ὅρασίν τε καὶ ἐπιστήμην, ὡς ὁ μέγας φησὶ Διονύσιος· εἰς ἀναβαθμὸν ἱερὸν θεωρίας, γενικῶς φάναι δεύτερον, εἰς τὰ θεῖα θεάματα, καὶ νοήματα, τουτέστι, προκαλυμμάτων καὶ τύπων χωρίς. Τοὐντεῦθεν δῆτα γυμνὸς ὁ νοῦς οἱονεὶ πρὸς νοητὰ προσβάλλων γυμνὰ, καὶ τὰς θείας ἐμφάσεις διὰ πλείστου ποιούμενος, διὰ τῆς ἰδίας καθαρότητος, καὶ πρὸς Θεὸν ἀνατάσεως φέρειν ἐν ἑαυτῷ, ὡς ἐν λαμπροτάτῳ ἐσόπτρῳ τινὶ, ἡλίου ὑπεραστίλβούσας αὐγὰς, ὑπὸ τῆς χάριτος καθ' ὁδὸν ἐς αὖθις τραφεὶς τοῖς ἐφικτοῖς ἐπιβάλλουσι, χωρεῖ πρὸς οἷον τρίτην βαθμίδα, τὰ πολλὰ ἐκεῖνα θεάματα τὰ μακάρια, καὶ τὰς θείας προόδους ἑνοειδέστερον καὶ συνεπτυγμένως ἀπὸ τῶν πολλῶν ἑτεροτήτων εἰς τὸν τῆς ἀτρέπτου, καὶ κρυφίας μονάδος ἀνάγων ἐπιβόλως ἄῤῥητον ἔρωτα, μετὰ ξυμπάσης νοερᾶς αἰσθήσεως μεταπλαττόμενος, ὥσπερ ὁ θεωρὸς ὑπὸ τοῦ φωτίζοντος Πνεύματος ἀληθείᾳ καὶ ὑπομνήσει, εἰς πῦρ καὶ ἐγκάρδιον Θεοῦ θεουργὸν ἔρωτα ἄληκτον· καὶ ἥδε ἐστὶ κατὰ τὸν μέγαν πάλιν Διονύσιον ἡ τῆς [*Ισ.* τοῦ] ἑνοειδοῦς, ἔνθεος μέθεξις αὐτοῦ τοῦ ἑνὸς ὡς ἐφικτόν. Ἐν τοίνυν τοιούτοις ἀναβαθμοῖς τῆς τρισυποστάτου ἑνοειδοῦς μεθέξεως, τρισολβίως ὁ θεοφόρος, καὶ θεόφρων νοῦς ἀνιπτάμενος, καὶ ἀφορήτων κέντρων θείας βακχείας, καὶ τῶν κατ' αὐτὴν μανικῶν ἐρώτων ἐκδήλως, καὶ περιφανῶς ἀπολαύων, καὶ τετρωμένον ἀγάπης, καὶ ὡς ἂν ἐκκαιόμενον ἑαυτὸν ξυνορῶν ἀριδήλως ἐκ τοῦ γιγνομένου τῆς διαθέσεως, ἐνθουσιᾷ καὶ ὄντως ἐξίσταται, εἰσδὰς εἰς τὰ ἀποφατικὰ τῆς θεολογίας φαιδρῷ προσώπῳ μυστήρια, ἑστιώμενος ἀνομμάτοις ἐπιβολαῖς τὸ ἄναρχον καὶ ἄπειρον, ἀπερίληπτόν τε καὶ ὁλικῶς ἄφραστον, καὶ πάντη ἀνεπινόητον. Καὶ φανταζόμενος τὸ τοῦ Θεοῦ οἷόν τι πέλαγος οὐσίας ἄπειρον, καὶ ἀνέκβατον, πᾶσαν ὑπερεκπίπτον ἔννοιαν καὶ χρόνου, καὶ φύσεως κατὰ τὸν φάμενον Θεολόγον· « Καὶ αὕτη ἐστὶν, ὡς ὁ ἱερὸς ἔτι λέγει Διονύσιος, ἡ τῆς ἐποψίας ἑστίασις, τρέφουσα νοητῶς, καὶ θεοῦσα πάντα τὸν εἰς αὐτὴν ἀνατεινόμενον· ἀρχόμενον μέντοι ἀπὸ τῆς τῶν ὄντων θεωρίας καὶ γνώσεως, ὡς ἐκεῖσε οὗτος ὁ ἱεροφάντωρ φησὶν, ὅπου τὰ ἱερὰ τῆς καθ' ἡμᾶς ἱεραρχίας ἀνακαθαίρει γε σύμβολα. » Ὥσπερ οὖν καὶ ὁ μέγας Βασίλειος δίεισι λέγων· « Ἐπειδ' ἄν τις θεωρητικῶς τὸ ἐν τοῖς φαινομένοις κάλλος ὑπερβὰς, αὐτῷ παραστῇ τῷ Θεῷ, οὗ ἡ θέα μόναις ταῖς καθαραῖς καρδίαις ἐμφαίνεσθαι πέφυκεν· τότε ἐπὶ τὰ τῆς θεολογίας ἀνώτερα προκόψας, καὶ ἐποπτικὸς γενέσθαι δύναται. » Καὶ πάλιν· « Εἰς τὸ πρωῒ παραστήσομαί σοι καὶ ἐπόψομαι ῥητὸν τοῦ ἐν Πνεύματι λαλοῦντος Δαβὶδ ὁ μέγας, ἐπειδὰν φησι· Παραστῶ σοι,

A pliciorem visum. Quo effecto, mens inde adorandi spiritus benevolentia et propria etiam virtute in sacræ veritatis visum scientiamque adducitur, ut magnus ait Dionysius, sacrum contemplationis gradum, qui secundus proprie est, in divina spectacula, id est, absque revelationibus et figuris. Inde sane mens nuda tanquam ad nuda cogitabilia procedens et divinas manifestationes plurimi faciens; per propriam puritatem et ad Deum tendentiam in seipsa ferens, tanquam in splendidissimo speculo, solis fulgentes radios, gratiaque per viam nutrita iis quæ potest accipere, ad tertium gradum procedit, plurima illa beata spectacula et divinos progressus, uniformius, simpliciusque a B pluribus varietatibus in immutabilis et absconditæ unitatis ineffabilem amorem ardenter se ferens, cum omni spirituali sensu informata, quemadmodum contemplativa spiritus illuminantis veritate ac memoria in ignem et intimum Dei vivificantem et indesinentem amorem. Et hæc est, juxta magnum Dionysium, simplicis unius possessio in quantum potest fieri. In talibus igitur gradibus hujus in tribus personis simplicis, beatissime ea quæ Deum ita possidet et cogitat mens advolans, violentis divini ardoris aculeis et inde ferventi amore manifeste ac evidenter fruens et charitate vulnerata ac seipsam ut incensam videns ex propria inde oriente dispositione exsultat et vere in exstasim rapitur, ingrediens ineffabilia Theologiæ oculis mysteria, C spirituali impetu vescens æterno et infinito, incircumscripto et prorsus inenarrabili et cogitationem superanti. Atque imaginans infinitum quoddam substantiæ Oceanum et immensum, omnem temporis et naturæ, secundum laudatum Theologum, cogitationem transiens, « Et hoc est, inquit, contemplationis convivium, spiritualiter nutriens ac deificans omnem qui ad illud tendit; incipiens quidem a rerum contemplatione et cognitione, » ut ille dicit Theologus, quo in libro nostræ hierarchiæ sacra exponit symbola. Quemadmodum igitur et magnus Basilius explicat dicens: « Postquam contemplativus visibilium pulchritudinem transierit, ipsi Deo adstet; cujus contemplatio juris cordibus solummodo conceditur. Tunc ad ea D quæ apud Theologiam subliniora sunt accedens, et videns fieri potest. » Et rursum: « Mane adstabo tibi et videbo; quod in spiritu dixit magnus David: « Adstabo tibi, et ad ipsius tui contemplationem per mentem accedam; tunc videndi virtutem per scientiæ lumen accipiam. » Licet quoque beatum Maximum similia dicentem audire, et ostendentem manifeste quantus sit profectus contemplatio ac cognitio Dei per Scripturam et Creationem: cognitionis nempe lumen inde fieri solere, unde incipit ea vivida ac beata contemplatio; quod semper et nunc rarum fuit, et inventu difficile pacificis, quia desit qui ex gratiæ susceptione per experientiam doceat, ut summus pacis doctor sanctus Isaac Syrus, in quo libro De spirituali sensu

Ὁ ἐνδημῶν ἀεὶ τῇ ἑαυτοῦ καρδίᾳ, ἐκδημεῖ πάντως τῶν ὡραίων τοῦ βίου· πνεύματι γὰρ περιπατῶν, τὰς τῆς σαρκὸς ἐπιθυμίας εἰδέναι οὐ δύναται. Ἐπειδὴ λοιπὸν ἐν τῷ φρουρίῳ τῶν ἀρετῶν τοὺς περιπάτους ὁ τοιοῦτος ποιεῖται, αὐτὸς ὥσπερ τὰς ἀρετὰς πυλωροὺς ἔχων· διὸ δὴ καὶ ἄπρακτοι λοιπὸν αἱ τῶν δαιμόνων τότε ἐπ' αὐτῷ γίνονται μηχαναί· καλῶς εἶπεν ὁ ἅγιος ὅτι ἄπρακτοι μένουσιν αἱ τῶν ἐχθρῶν μηχαναί· ὅτε δηλονότι ἐν τῷ βάθει που τῆς καρδίας ἡμῶν διατρίβομεν, καὶ τοσοῦτον πλέον, ὅσον ἐκεῖ ἐγχρονίζομεν. Ἀλλ' οἶδα ὅτι ἐπιλείψει με ὁ χρόνος, βουλόμενον τῷ παρόντι διηγήματι τῶν Πατέρων πάντων κατατάττειν τοὺς λόγους. Διὸ ἑνὸς ἢ καὶ δύο μνησθεὶς, πρὸς τὸ τέλος τὸν λόγον τρέψομαι.

ram Deo in recordatione perversi amoris quo vitia sunt amplexi. Certemus, fratres, ex omni nostra virtute; et cooperabitur nobis Deus secundum multitudinem misericordiæ suæ. Et si non custodivimus cor nostrum, ut Patres nostri; saltem faciamus quantum possumus membra nostra impeccabilia: et confidimus facturum Deum misericordiam nobiscum in tempore famis quæ comprehendit nos, sicut et fecit in sanctis suis.»

Consolatur his magnus hic Pater valde infirmiores. Multa est condescensio et benigna pietas talis Patris.

Macarii Magni.

« Præcipuum intentum athletæ spiritualis hoc est: ut, ingressus in cor suum, bellum indicat Satanæ, exsecrans ipsum; et, strenue obluctans suggestionibus ejus, contra ipsum pugnet. Si vero in speciem quidem, et quantum apparet, custodiat quis corpus a corruptione et fornicatione; interius autem adulteret et fornicetur assensu voluntatis arcano: nihil tali prodest carnem habere virginem. Scriptum enim est in Evangeliis: «Omnis qui videt mulierem ad concupiscendum eam, jam mœchatus est eam in corde suo [7].» Est enim fornicatio per corpus consummata; est alia fornicatio perpetrata per animam adhærentem Satanæ.»

Videtur quidem magnus hic Pater affirmare contraria dictis prius memora Patris abbatis Isaiæ. Non est tamen ita, siquidem et hic, ut jubet Deus, commendat nobis ut præservemus a corruptione corpora nostra: quærit autem præterea puritatem spiritus et affectuum voluntatis. Et quod in hac parte præcipit, ex Evangelica trahit lege.

Diadochi.

«Qui habitat in suo corde, intra illud penitus immigrans, peregrinatur et longe disjunctus vivit ab omnibus in vita speciosis. Spiritu enim ambulans, carnis desideria nosse non potest. De cætero quippe intra munitissimam inaccessamque vitiis, virtutum arcem ambulationes suas facit: virtutes ipsas invictas custodes præ se habens quasi urbis cujusdam suæ pudicitiæ. Quare machinæ dæmonum istam urbem oppugnantium, vanæ irritæque fiunt.»

Recte dicit hic sanctus effectu cassas manere hostium nos oppugnantium machinas, quando nos scilicet in profundo cordis nostri habitamus attenti ac vigiles ei defendendo: idque tanto perfectius securiusque perficimus, quanto diutius et perseverantius in tali statione, cum ea quæ dicta est, obnixæ virtutis acrimonia, perduramus. Verum tempus me deficeret si vellem hac narratione recensere ad fidem dicto meo astruendam cuncta sanctorum Patrum quæ huc pertinent, dicta. Itaque, uno tantum adhuc et altero memorato, finem faciam dicendi.

[7] Matth. v, 28.

Ἰσαὰκ τοῦ Σύρου.

A Σπούδασον εἰσελθεῖν εἰς τὸ ταμιεῖον τὸ ἔνδοθέν σου, καὶ ὄψει τὸ ταμεῖον τὸ οὐράνιον. Ἓν γάρ ἐστι τοῦτο κἀκεῖνο· καὶ ἐν μιᾷ εἰσόδῳ θεωρεῖς ἀμφότερα. Ἡ κλίμαξ τῆς βασιλείας ἐκείνης ἔνδοθέν σού ἐστι κεκρυμμένη, ἤγουν ἐν τῇ ψυχῇ σου. Βάπτισον οὖν σεαυτὸν ἐκ τῆς ἁμαρτίας, καὶ εὑρίσκεις ἐκεῖ ἀναβάσεις ἐν αἷς ἀναβαίνειν δυνήσῃ.

Καρπαθίου.

Πολλοῦ ἀγῶνος καὶ κόπου χρεία ἐν ταῖς προσευχαῖς· ὅπως εὕρωμεν τὴν ἀπαρενόχλητον τῆς διανοίας κατάστασιν, ἕτερόν τινα ἐγκάρδιον οὐρανὸν, ἔνθα οἰκεῖ ὁ Χριστός· ὥς φησιν ὁ Ἀπόστολος. B « Εἰ οὐκ ἐπιγινώσκετε, ὅτι Χριστὸς οἰκεῖ ἐν ἡμῖν; εἰ μήτι ἄρα ἀδόκιμοί ἐστε. »

Συμεὼν τοῦ Θεολόγου.

Ἄδειαν εὗρεν ὁ διάβολος μετὰ τῶν δαιμόνων, ἀφ' οὗ τοῦ παραδείσου καὶ τοῦ Θεοῦ ἐξόριστον διὰ τῆς παρακοῆς εἰργάσατο τὸν ἄνθρωπον, τὸ λογιστικὸν παντὸς ἀνθρώπου σαλεύειν, καὶ ἐν νυκτὶ καὶ ἐν ἡμέρᾳ νοητῶς· τοῦ μὲν, ἐπὶ πολὺ, τοῦ δὲ, ἐπ' ὀλίγον, καὶ ἄλλου, ἐπὶ πλέον. Καὶ οὐκ ἄλλως δυνατὸν ὀχυρωθῆναι τοῦτο, ἢ μνήμῃ Θεοῦ διηνεκεῖ, ᾧ ἐὰν τῇ δυνάμει τοῦ σταυροῦ τυπωθεῖσα τῇ καρδίᾳ ἡ θεία μνήμη, πρὸς τὸ ἄσειστον στερεώσῃ τοῦτο. Εἰς τοῦτο γὰρ φέρει τὰ τοῦ νοητοῦ ἀγῶνος, ὃν ἕκαστος Χριστιανῶν ἀγωνίσασθαι, πρὸς τὸ στάδιον τῆς Χριστοῦ πίστεως ἀπεδύσατο· εἰ δὲ μὴ, μάτην ἀγωνιεῖται. Τοῦ τοιούτου ἀγῶνος ἕνεκεν ἡ πᾶσα καὶ ποικίλη παντὸς κακοπαθοῦντος διὰ τὸν Θεὸν ἄσκησις· ἵνα τις κάμψῃ τὰ σπλάγχνα τοῦ ἀγαθοῦ, καὶ δώσῃ πάλιν τὸ πρῶτον ἀξίωμα τοῦτο, καὶ σφραγισθῇ τῷ λογιστικῷ Χριστὸς, καθὼς λέγει ὁ Ἀπόστολος· « Τε- B κνία μου, οὓς πάλιν ὠδίνω, ἄχρις οὗ μορφωθῇ Χριστὸς ἐν ὑμῖν. » Κατεμάθετε, ἀδελφοὶ, ὡς ἔστι τέχνη πνευματικὴ, ἤγουν μέθοδος; ταχέως τὸν ταύτης ἐργάτην εἰς ἀπάθειαν καὶ θεοπτίαν ἀνάγουσα· πεπληροφόρησθε, πῶς πᾶσα πρακτικὴ ὡς φύλλα ἐν δένδρῳ χωρὶς καρποῦ λελόγισται τῷ Θεῷ, καὶ ὅτι πᾶσα ψυχὴ μὴ ἔχουσα νοῦ τήρησιν, εἰς κενὸν ταῦτα αὐτῇ ἀποβήσεται; Οὐκοῦν σπεύσωμεν, ἵνα μὴ ἄκαρποι τελευτήσαντες, μεταμεληθῶμεν ἀνόνητα.

Isaaci Syri.

« Stude intrare in receptaculum intimum tibi, et videbis receptaculum cœleste. Unum enim idemque est hoc et illud; et uno ingressu vides utrumque. C Scala quoque qua conscenditur in istam regiam intra te est abscondita in anima tua. Baptiza igitur teipsum et larga infusione cujusdam aquæ lustralis abrade ex imo animæ lutum omne ac fæces peccati : eo in loco sic deterso gradus invenies per quos possis ascendere quo dixi. »

Carpathii.

« Multo et certamine et tempore opus est in orationibus, ut inveniamus in imperturbabili mentis statu alterum quoddam corde nostro inclusum cœlum, ubi habitat Christus, ut ait Apostolus : « An nescitis quod Christus habitat in vobis, nisi forte reprobi estis [8]? »

Simeonis Junioris Theologi.

« Securitatem invenit diabolus, et ejus ministri, ex quo a paradiso et a Deo exterminavit hominem, concutiendi turbandique partem rationalem cujuscunque hominis, tam nocte quam die spiritualiter intellectis : hoc est, tam tempore desolationis, quam consolationis; cujusdam quidem in multis, cujusdam in paucis; alterius importunius et vehementius. Neque adversus hos insultus aliud munimentum est, quam memoria continua et mortis et Dei. Qua fiet ut virtute crucis consignata mens divinarum viva recordatione rerum ad immobilitatem solidetur; ad talem enim contendit palmam spirituale certamen, ad quod nos decertandum in Christi stadio, fidei armaturam induimus : qua qui non fuerit instructus, sine vincendi successu pugnabit. Hujus præmii spes, tota causa est variæ ac multiplicis in vitæ religiosæ duritie propter Deum suscepta exercitationis spiritualium athletarum, id scilicet unice spectantium, ut pro se quisque horum, quodammodo furetur, hoc est, quavis arte, quove conatu in se vertat atque attrahat boni Dei visceralem misericordiam. Eidemque vicissim reddat quam ejus summa dignitas meretur, infimam sui subjectionem ac venerationem : ita ut quasi sigillum imprimatur Christus in rationali parte ipsius, prout D dicit Apostolus : « Filioli, quos iterum parturio « donec formetur Christus in vobis [9]. »

Didicistis plane ex hic Patrum sententiis, spiritualem viam, artem esse ac methodum celeriter perducentem eum qui illa utitur, ad sublimem imperturbabilitatis ac Dei visionis statum. Persuasi prorsus estis, omnem mere externam operationem, non alio apud Deum loco censeri quam ut arborum fructu carentium folia; prætereaque omnem animam non exacte vigilantem in mentis custodia, in vanum currere. Omni ergo studio caveamus ne, sine fructu in morte deprehensi, inutili æternum pœnitudine cruciemur.

[8] II Cor. XIII, 5. [9] Galat. IV, 19.

A 'Ερώτ. Ὅτι μὲν ἀπὸ τοῦ νῦν συγγράμματος γινώσκομεν, τίς τε ἦν ἡ πρᾶξις τῶν εὐαρεστησάντων τῷ Κυρίῳ, καὶ ὅτι ἔστι τις ἐργασία ἡ τῶν παθῶν τὴν ψυχὴν ταχέως ἐλευθεροῦσα, καὶ τῇ τοῦ Θεοῦ ἀγάπῃ συνδέουσα, ἣν χρεὼν παντὶ τῷ τῷ Χριστῷ στρατευθέντι, οὐδ' ἡμεῖς ἀμφιβάλλομεν, ἀλλὰ καὶ λίαν πεπείσμεθα. Τί δέ ἐστι προσοχὴ, καὶ πῶς ἀξιοῦταί τις ταύτην εὑρεῖν, δυσωποῦμεν μαθεῖν. Εἰσάπαν γὰρ τοῦ τοιούτου πράγματός ἐσμεν ἀμύητοι.

'Απόκρ. Ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ εἰπόντος, « Χωρὶς ἐμοῦ οὐ δύνασθε ποιεῖν οὐδὲν, » τοῦτον βοηθὸν καὶ συνέριθον ἐπικαλεσάμενοι, τὸ κατὰ δύναμιν ὑποδεῖξαι πειράσομαι, τί ἐστι προσοχὴ, καὶ πῶς αὐτὴ, Θεοῦ θέλοντος, κατορθωθείη.

Τοῦ αὐτοῦ Νικηφόρου.

Τὴν μὲν προσοχὴν τινὲς τῶν ἁγίων, νοὸς τήρησιν ἔφησαν· ἄλλοι δὲ, καρδιακὴν φυλακήν· ἕτεροι δὲ, νῆψιν· καὶ ἄλλοι, νοερὰν ἡσυχίαν· καὶ ἄλλοι ἄλλως. Τὰ δὲ πάντα ἓν καὶ τὸ αὐτὸ δηλοῦσιν· ὡς ἄν τις εἴποι ἄρτον, καὶ εἴποι καὶ τεμάχιον, καὶ εἴποι καὶ βουκίον, οὕτω καὶ περὶ τούτων νόει. Τί δέ ἐστι προσοχὴ, καὶ τί τὰ ταύτης ἰδιώματα, ἀκριβῶς μάνθανε. Προσοχή ἐστι, μετανοίας ἀκραιφνοῦς γνώρισμα. Προσοχή ἐστι, ψυχῆς ἀνάκλησις· κόσμου μῖσος, καὶ πρὸς Θεὸν ἐπάνοδος. Προσοχή ἐστιν, ἀθέτησις ἁμαρτίας, καὶ ἀρετῆς ἐπανάληψις. Προσοχή ἐστι, συγχωρήσεως ἁμαρτιῶν ἀνενδύαστος πληροφορία. Προσοχή ἐστιν, ἀρχὴ θεωρίας· μᾶλλον δὲ, ὑπόθεσις θεωρίας. Διὰ ταύτης γὰρ ὁ Θεὸς παρακύψας, ἐμφανίζεται τῷ νοΐ. Προσοχή ἐστιν, ἀταραξία νοός· ἢ μᾶλλον, στάσις αὐτῆς, δι' ἐλέους Θεοῦ, τῇ ψυχῇ βραβευθεῖσα. Προσοχή ἐστι, [κα]θαίρεσις μὲν λογισμῶν· Θεοῦ δὲ μνήμη, ἀνάκτορον, καὶ τῆς τῶν ἐπερχομένων ὑπομονῆς ταμειοῦχος. Προσοχή ἐστι, πίστεως, ἐλπίδος, καὶ ἀγάπης παραίτιος. Εἰ μὴ γάρ τις πιστεύσειεν, οὐκ ἂν τὰ ἔξωθεν ἐπερχόμενα λυπηρὰ ὑποδέξηται· καὶ εἰ μὴ ἀσπασίως τὰ λυπηρὰ ὑποδέξηται, οὐκ ἂν ἐρῇ τῷ Κυρίῳ· « Ἀντιλήπτωρ B μου εἶ καὶ καταφυγή μου. » Καὶ εἰ μὴ τὸν Ὕψιστον θήσει καταφυγὴν, οὐκ ἂν τῆς ἀγάπης αὐτοῦ ἔνστερνος γένηται. Τούτου τοίνυν τοῦ μεγίστου τῶν μεγίστων κατορθώματος [Ἴσ. τοῦτο τὸ μέγιστον κατόρθωμα] ἐκ διδαχῆς μάλιστα τοῖς πολλοῖς, ἢ τοῖς πᾶσι, προσγίνεται. Σπάνιοι γὰρ οἱ ταύτην ἀδιδάκτως τῇ βίᾳ τῆς ἐργασίας καὶ τῇ θέρμῃ τῆς πίστεως ἐκ Θεοῦ κομισάμενοι, καὶ οὐ νόμος τὸ σπάνιον. Διά τοι τοῦτο χρὴ ζητεῖν ὁδηγὸν ἀπλανῆ· ἵνα διὰ τῆς ἐκείνου διατυπώσεως, τὰς ἐκ τῆς προσοχῆς προσπι-

Interrogatio.

Ex hactenus scriptis manifestum et in confesso cunctis nobis est, et quæ sit praxis placentium Domino : et esse quamdam operandi rationem, C quæ vitia ex anima velociter expellat, alligans ipsam charitati Dei, quæ ars ratione operandi sit omni sub Christo militanti necessaria. Tribus his satis cognitis, unum restat inquirendum : quid sit ea res quam « prosochen, » sive « attentionem » vel « advertentiam » vocamus. Id porro et nos discere cupimus ; utique qui nos ejus rei prorsus expertes sentiamus.

Responsio.

Hoc [illegible]tur, in nomine Domini nostri Jesu Christi, qui dixit : « Sine me nihil potestis facere, » ipsum adjutorem et cooperatorem invocans, quantum possum conabor demonstrare, clare docendo quid D sit « prosoche » et quomodo quis eam Deo volente perfecte exerceat.

Ejusdem Nicephori.

Prosochen alii sanctorum mentis observationem dixerunt; alii vero cordialem custodiam, nonnulli « nepsin » (quasi dicerent, sobriam circumspectionem), alii mentalem quietem, et alii aliter. Hæc cuncta unum et idem signant : ut si quis diceret « arton; temmachion » et « bukion, » tribus rem eamdem vocabulis exprimeret quæ panis nominari vulgo solet. Sic et tu de his cense. Atque adeo mox discendis serio attendens, diligenter percipe : quid « prosoche, » ac quænam ejus propietates sint. Est « prosoche » veræ pœnitentiæ nota insignis et minime dubius character. Est eadem revocatio animæ, mundi odium et ad Deum reditus. Prosoche est reconciliationis cum Deo inviolabile pignus. Prosoche est abrogatio peccati et virtutis resumptio. Prosoche est remissio peccatorum, et amicitiæ cum Deo indubitabilis fiducia. Prosoche est initium, aut potius fundamentum contemplationis. Per eam enim faciem inclinans suam Deus, conspicuum se menti præbet. Prosoche est tranquillitas mentis, aut potius stabilitas ejusdem per Dei misericordiam animæ concessa. Prosoche est expunctio turbantium cogitationum, Dei vero memoriæ et hanc consequentium bonorum palatium ac regia, præsertim vero patientiæ penus. Prosoche est fidei, spei, et charitatis causa. Nisi enim sibi attendat quis, haudquaquam supervenientia ad fidem extorquendam libenter potius perferat quam in apostasiam deficiat. Nemo etiam non attentus Domino dicet : « Susceptor meus es et refugium meum [14]. » Qui autem refugium in Altissimo non collocaverit, is veram intimis conceptum præcordiis non obtinebit charitatem.

Tanti porro hujus ac vere maximorum maximi plena perfectaque exsecutio negotii, plerisque, ne dicam omnibus, ex institutione ac magistri doctrina contingit. Rari enim valde sunt, qui sine ductu docentis, vi ac conatu operationis, et fervore, 'au-

[14] Psal. [illegible], 4.

πτούσας ἡμῖν δεξιὰς καὶ ἀριστερὰς ἐλλείψεις, λέγω δὴ καὶ ὑπερβολὰς, τὰς ἐκ τοῦ πονηροῦ εἰσαγομένας, ὑπ' αὐτοῦ διδασκώμεθα καὶ τυπούμεθα, ἐξ ὧν ἔπαθεν αὐτὸς πειρασθεὶς, δῆλα ἡμῖν ποιῶν, καὶ ἐκτὸς ἀμφιβολίας τὴν νοητὴν ταύτην ὁδὸν ὑποδεικνύει, καὶ οὕτως εὐκόλως ἡμεῖς διανύομεν. Εἰ δὲ ὁδηγὸς οὐκ ἔστι, χρὴ ζητεῖν ἐμπόνως· εἰ δ' οὐχ εὑρίσκεται, τὸν Θεὸν ἐπικαλεσάμενος ἐν συντριβῇ πνεύματος καὶ δάκρυσι, καὶ σὺν ἀκτησίᾳ τοῦτον καθικετεύσας, ποίησον ὃ λέγω σοι. Οἶδας ὅτι ἡ πνοὴ ἣν ἀναπνέομεν, ὁ ἀὴρ οὗτός ἐστιν, ἐκπνέομεν δὲ αὐτὸν, οὐ δι' ἕτερόν τι, ἀλλ' ἢ διὰ τὴν καρδίαν. Αὕτη γάρ ἐστιν ἡ τῆς ζωῆς παραίτιος, καὶ τῆς θέρμης τῷ σώματι. Ἐπισπᾶται τοίνυν ἡ καρδία τὸ πνεῦμα, ἵνα τὸ μὲν ἑαυτῆς θερμὸν ἔξωθεν διὰ τῆς ἐκπνοῆς διωθήσῃ, ἑαυτῇ δὲ B εὐκρασίαν παρέξῃ. Παραίτιος δὲ τῆς τοιαύτης οἰκονομίας, ἢ μᾶλλον ὑπουργὸς, ὁ πνεύμων ἐστίν· ὃς ἀραιῶς ὑπὸ τοῦ Δημιουργοῦ κτισθεὶς, οἷά τις φυσητὴρ, ἀλύπως εἰσάγει καὶ ἐξάγει τὸ περιέχον. Οὕτως ἡ καρδία, τὸ μὲν ψυχρὸν ἕλκουσα διὰ τοῦ πνεύματος, τὸ θερμὸν δὲ διωθοῦσα, τὴν τάξιν δηλονότι δι' ἣν ᾠκονομήθη πρὸς τὴν τοῦ ζώου σύστασιν, ἀπαραβάτως διατηρεῖ. Σὺ οὖν καθίσας καὶ συναγαγών σου τὸν νοῦν, εἰσάγαγε αὐτὸν, τὸν νοῦν δηλαδὴ, εἰς τῆς ῥινὸς τὴν ὁδὸν, ἔνθα τὸ πνεῦμα εἰς τὴν καρδίαν εἰσέρχεται· καὶ ὤθισαι αὐτὸν καὶ παραβίασαι συγκατ-

A ελθεῖν μετὰ τοῦ εἰσπνεομένου πνεύματο, εἰς τὴν καρδίαν. Εἰσελθόντος δὲ ἐκεῖσε, οὐκέτι ἀνεύφραντα, οὐδὲ ἄχαρι γενήσεται τὰ μετὰ ταῦτα· ἀλλ' ὥσπερ ἀνήρ τις τοῦ ἑαυτοῦ οἴκου ἀπόδημος, ἐπὰν ἐπιστρέψῃ οὐκ ἔχει ὅτι καὶ γένηται ἀπὸ τῆς χαρᾶς, ὅτι κατηξιώθη τοῖς τέκνοις καὶ τῇ γυναικὶ ἐντυχεῖν· οὕτω καὶ ὁ νοῦς, ἐπὰν μετὰ τῆς ψυχῆς ἑνωθῇ, ἄῤῥητον ἡδονὴν καὶ εὐφροσύνην ἐμπίπλαται. Τοίνυν, ἀδελφὲ, συνέθισον τὸν νοῦν, τοῦ μὴ ταχέως ἐκεῖθεν ἐξέρχεσθαι. Πάνυ γὰρ ἐν ταῖς ἀρχαῖς καταῤῥαθυμεῖ ἐκ τῆς τῶν ἔνδον συγκλείσεως καὶ στενώσεως. Ἐπὰν δὲ συνήθης γένηται, οὐκέτι στέργει ταῖς ἔξω περιφοραῖς. Ἡ γὰρ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἐντὸς ἡμῶν ἐστιν· ἣν ἐκεῖσε περισκοπῶν, καὶ διὰ καθαρᾶς προσευχῆς B ταύτην ἐπιζητῶν, τὰ ἔξω πάντα στυγητὰ ἡγεῖται καὶ μισητά. Εἰ μὲν οὖν ἐκ πρώτης, ὡς εἴρηται, διὰ νοὸς εἰσέλθῃς εἰς τὸν καρδιακὸν τόπον, ὃν σοι ὑπέδειξα, χάρις τῷ Θεῷ· καὶ δόξασον, καὶ σκίρτησον, καὶ ἔχου ταύτης τῆς ἐργασίας διαπαντός· καὶ αὕτη μέλλει διδάξαι σε, ἃ οὐκ ἐπίστασαι. Χρὴ δέ σε καὶ τοῦτο μαθεῖν, ὡς ἐκεῖσε τοῦ νοός σου τυγχάνοντος, οὐ σιωπᾷν καὶ ἀργὸς ἔκτοτε ἵστασθαι· ἀλλὰ τὸ, Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, Υἱὲ τοῦ Θεοῦ, ἐλέησόν με, ἔχειν ἔργον καὶ μελέτην ἄπαυστον· καὶ οὐδέποτε ἐκ τούτου ποτὲ παύσεται. Τοῦτο γὰρ ἀμετεώριστον συνέχον τὸν νοῦν, ἀχείρωτον δεικνύει αὐτὸν καὶ ἄψαυστον ταῖς προσβο-

hæc possessionem rei a divina sint nacti bonitate. C At rari eventus legem ac consuetudinem non faciunt. Quare decus istud affectanti ante omnia quærendus est dux viæ peritissimus, cujus certa informatione per varios qui spiritualem prosoches viam terentibus nobis a dextris et a sinistris occurrent anfractus ac periculosa diverticula, vitare incedendo recta possimus. Hæc diverticula sunt excessus et defectus a diabolo tironibus suggesti, ut aut plus aggredientes quam possunt, aut minus agentes quam debent, utrovis modo a rectitudine aberrent. Istas ejus artes hostis callidi nos experientia didicimus, ex iis quæ passi a tentatore sumus, docemus alios ut eos præmuniamus adversus ægre alioqui vitabiles illius laqueos. Tali qui obtemperat ductori, extra omne periculum dubii ancipitem istam et insidiis infestam multis tuto percurret viam. Qui autem duce caret, omni eum diligentia quærat. Quod si omnia conatus non invenit, Deum invocet in contritione spiritus et lacrymis. Hæ si cum vera expropriatione ac rerum affectuumque cunctorum abdicatione conjungantur, exorabunt, crede mihi, impetrabuntque quod mox dicam. Sit prior vita tua tranquilla, curis vanis vacua, et cum omnibus pacifica. Deinde ingressus cubiculum tuum, claude ostium super te, et sedens in quodam angulo fac, quæ suggero tibi.

Nosti spiritum quem ducimus Hic aer est. Exspiramus autem ipsum non aliam ob causam, nisi ut cordi consulamus. Cor enim est vitæ fons, et caloris corporei. Oportet autem, ut vita constet, invicem temperare caloris ardorem admistione frigoris: in cum usum aer nimium jam in corde calefactus, emittitur et alius aforis introducitur frigidus, ut qualitates se mutuo frangentes, in qualem vita exigit temperiem concilientur. Minister hujus negotii pulmo est, raræ ideo texturæ factus a Creatore. Is instar follis indesinenter intro pellit, et foras extrahit corpus tenue circumstans. Hujus beneficio cor, hinc quidem aerem frigidum respiratione attrahens; inde autem jam intra se ferventem reciproca inspiratione repellens, status sibi connaturalis necessariam ad animalis durationem perseverantiam, sine ulla officii ad quod D factum institutumque a providentissimo Conditore fuit, transgressione custodit. Tu ergo, ut dictum est, animo composito, collectaque tua mente in solertem indagationem viæ per quam spiritus divinus in cor tuum illabitur, age quidquid arte omni et contentione vales, quo illum istuc introducas. Præmium hujus operæ magnum est, quod ejus hospitis adventum ingenti tuo fructu senties. Ingresso enim ipso in cor tuum, tripudiis ibi et gratulationibus cuncta exsultabunt, quemadmodum quando illustris vir e longa peregrinatione, domum revertitur, gaudio fruitur inenarrabili, complexu filiorum et uxoris ex tanto intervallo revisorum sospitum: sic et mens, quando adducta ad se

λαῖς τοῦ ἐχθροῦ, καὶ εἰς ἀγάπην καὶ πόθον θεῖον τὸ καθ' A ἡμέραν ἀνάγει. Εἰ δὲ πολλὰ καμὼν, ὦ ἀδελφὲ, οὐ δύνασαι εἰσελθεῖν εἰς τὰ μέρη τῆς καρδίας, καθὼς σοι διεταξάμεθα, ποίησον ὃ λέγω σοι· καὶ μέλλεις, Θεοῦ συνεργοῦντός σοι, εὑρεῖν τὸ ζητούμενον. Οἶδας, ὅτι τὸ λογιστικὸν παντὸς ἀνθρώπου ἐν τῷ στήθει ἐστίν. Ἐντὸς γὰρ τοῦ στήθους, σιωπώντων ἡμῶν τῶν χειλέων, ἐκεῖσε λαλοῦμεν, καὶ βουλευόμεθα, καὶ εὐχὰς κατατάττομεν, καὶ ψαλμοὺς, καὶ ἄλλα τινά. Τούτῳ οὖν τῷ λογιστικῷ, πάντα λογισμὸν ἐξ αὐτοῦ περιάρας (δύνασαι γὰρ, ἐὰν θέλῃς), δὸς αὐτῷ τὸ, Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, Υἱὲ τοῦ Θεοῦ, ἐλέησόν με· καὶ βίασαι τοῦτο ἀντ' ἄλλης ἐννοίας πάντοτε ἔνδον βοᾷν. Τοῦτο δὲ ἐπὶ καιρὸν κρατήσας, ἀνοιχθήσεταί σοι διὰ τοῦτο καὶ ἡ καρδιακὴ εἴσοδος, καθὼς σοι γεγράφαμεν, ἐκτὸς πάσης ἀμφιβολίας· καθὼς καὶ ἡμεῖς πείρᾳ ἐγνώκαμεν. Ἐλεύσεται δέ σοι, σὺν τῇ πολυποθήτῳ καὶ τερπνῇ προσοχῇ, καὶ πᾶς ὁ τῶν ἀρετῶν χορὸς, ἀγάπη, χαρὰ, εἰρήνη, καὶ τὰ ἑξῆς· δι' ὧν πάντα σου τὰ αἰτήματα κομιεῖ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν· μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, δόξα, κράτος, τιμὴ, καὶ προσκύνησις, νῦν, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

anima fœdus firmum cum ipsa iniit, ineffabilem voluptatem et lætitiam percipit.

Igitur, oro te, frater mi, assuefac mentem tuam ad perseverandum in isto tam utili secessu; nec quantavis conditione acquiescendo in recessum inde. Novitatis periculum fac vincas impetu generoso animi. Ubi primas desidiæ ac tædii, de conclusione intra quasdam istas angustias, tentationes heroica virtute superaveris: prona deinceps planaque se omnia præbebunt. Assuetudo succedet lævigans omnia; nec ullum te desiderium capiet vanarum in exteriora evagationum, cum utique regnum cœlorum intra nos sit. Quod in illo statu, positum in sinu tuo undique intuens, et ut proprium id perpetuumque tibi sit, pura oratione postulans, exterius avocantia cuncta, abominanda et odio digna summo reputabis. Vide solum ut e primo, prout dictum est, ingressu penetrare ac subire contendas intra imum ac secretissimum cordis tui fundum: quem tibi, Deo mihi gratificante, monstravi. Exsulta deinceps tibi gratulans et Deum laudans, in eaque exercitatione constanter perdura. Hæc enim te docebit cætera quæ nondum nosti. Oportet autem te et hoc insuper nosse: haud convenire te, mente in eum quem dixi gradum evecta, silere deinceps ac desidere otiosum et elinguem. Exclames decet in hæc verba: «Domine Jesu Christe Fili Dei, miserere mei.» Idque tanquam opus demandatum, continue, usu nunquam intermisso, perge facere, nec desiste quavis causa. Sic enim indeflexe Deo affixam habens et præ te ferens mentem, omnem de te victoriæ spem tuæ salutis B hostibus auferes: efficiesque ut de cætero temperantibus iis a te lacessendo, intacta quietaque ab horum assultibus anima tua felici fruatur pace. Quod si, multo id aggressus conatu, frater mi, nequiveris pertingere (ut ubi præcepimus) in intimos tui cordis sinus; fac quod nunc dico tibi, et Deo adjuvante, per id, quod quæris invenies. Scis rationalem omnis hominis partem in pectore residere. Intra pectus enim, silentibus labiis, loquimur, et consultamus, et preces ordinamus et psalmos, et cætera quæpiam ejus generis. Ei ergo animæ parti quæ talia operanti præest pectori, reliquis prorsus cogitandi argumentis abstractis (potes enim id si velis) unam hanc operandi præscribe materiam; injungens ut semper dicat: «Domine Jesu C Christe, Fili Dei, miserere mei.» Compelleque ac coge ut, omni alia specie rejecta, solam hanc spectet imaginem, continue quod dixi clamans.

Hoc si viceris, aperietur tibi cordis introitus, quo in imum ejus, fructu tuo maximo descendas. Hos nos experientia didicimus: et scientes suademus. Ingredietur autem in te simul cum ista desiderabilissima et jucunda «prosoche», universus virtutum chorus: charitas, gaudium, pax, et quæ sequuntur, per quas omnium tuarum petitionum eventu beaberis, in Christo Jesu Domino nostro, cum quo Patri simul et sancto Spiritui, gloria, potestas, honor et adoratio sit, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen

MAXIMUS PLANUDES

CPOLITANUS MONACHUS

NOTITIA

(Fabric. Bibliotheca Græca ed. Harles., t. XI, p. 682.)

Maximus Planudes, monachus Constantinopolitanus, inter eruditissimos suæ ætatis, apud Andronicum Palæologum seniorem gratiosus, ab eodem ad Venetos a. 1327 ablegatus est cum Leone Orphanotropho, ut ex Pachymeris libro IX Histor. Allatius, *De consensu*, pag. 841, adnotavit. Vixit adhuc a. 1353 (*a*). Scripta ejus hæc mihi innotuere :

Versa in Græcam linguam.

1. *Ciceronis Somnium Scipionis.* Vide Lambecium V, pag. 153, necnon *Macrobii* in idem somnium *Commentaria.* Ms. in bibl. regis Christianissimi, in Seguieriana sive Coisliniana. Labbe, p. 280, *Bibl. novæ Mss.*, et Montfaucon. p. 520, *Bibl. Coislinianæ.* (*Fabr.*) In cod. nempe Coislin. 355, *Somnium Scipionis*, a Cicerone scriptum, explanatum a Macrobio Ambrosio, Gr. versum a Max. Planude ; inc. Ἡνίκα ἐπὶ τὴν Ἀφρικὴν ἀφικόμην· sequitur Macrobii Ambrosii Explanatio in Somnium Scipionis, Græce versa a Max. Planude ; inc. Μεταξὺ τὴν τοῦ Πλάτωνος καὶ Κικέρωνος. — Paris. in bibl. publ. sex codd. V. Indic. ad vol. II Catal. mss. bibl. publ. — Florent. in bibl. Laurent., cod. 33, n. 5, plut. 57, Cicer. *Somnium Scipionis*, a Planude Gr. versum ; V. Bandin. Cat. codd. Gr Laur. II, p. 387 ; ibique, n. 11, exstat *Cic. de memoria artificiali*, Gr. interprete forsan Maximo Planude, uti suspicatur Bandin., l. cit. — Ibid. in cod. 14, n. 1, plut. 80, Planudis versio Gr. Macrobii comment. in idem Somnium. V. Bandin., libro cit., tom. III, p. 213, sq. — *Venetiis* in bibl. Marc. cod. 508. Ciceronis *Somnium Scipionis* cum Expositione Macrobii ; omnia cum versione Græca Max. Planudis. V. Catal. codd. Gr. Marc. p. 273. — Fragmentum s. pars tertii et quarti cap. Macrobii comment. in Somnium Scipionis, a Planude Gr. versi Vindob. in cod. Cæs. 87, n. 18, uti pluribus docuit Kollar. in Supplem. ad Lambecii comment. tom. I, p. 559 sqq. — Ibid. in cod. 33, sunt excerpta quædam ex Planudis operibus philosophicis, non magni momenti, judice Kollario ad Lambec. VII, p. 156. (*Harl.*)

2. *Cæsaris commentarii de bello Gallico.* Hæc versio primum edita est a. 1606, ex codice Pauli Petavii, a Godofredo Ingermano. De ea illustris Huetius libro De claris Interpretibus, p. 219 : *Dubito equidem Gazæne an Planudæ, an alteri ejusdem ævi cuipiam Commentariorum de bello Gallico conversione in Græcam, quæ in Petaviana Bibl. habetur, ascribam. Cæsarem illa nonnunquam ducem deserit, et breves tenuat excursus, raro tamen et verecunde ; cæterum non impura ea, nec invenusta.* David Hœschelius epistola ad Ingermanum, 4 cal. April. a. 1606, *Interpretationem Planudis potius, qui et Ovidiana vertit quadam non infeliciter, quam Gazæ crediderim quod e phrasium similitudine facile conjecerim.* Petrus Scriverius litteris ad eumdem Ingermanum : *Belli Gallici interpres ille Græcus non est quidem contemnendus, sed tamen haud ita magno litterarum emolumento legitur, ut absque ulla studiosorum fraude poterit oblitterari, quisquis est.*

(*a*) De Maximo Planude confer Vossium, *De poetis Græcis*, cap. 9, pag. 80 sq., et *De scient. mathem.*, cap. 9. pag. 311 ; Montfauc. in Palæogr. Græca, pag. 38, qui ait Planudem sub initium sæculi decimi quarti floruisse, notatque Possevin. affirmantem, eum sæculo XV scripsisse. — A. C. 1302, manu sua scriptam esse CPoli in monasterio cognomento τοῦ Ἀκαταλείπτου metaphrasin Evangelii S. Joannis, in cod. bibl. Marc. Venet. 481, ipse profitetur in fine. V. Cat. codd. gr. Marc , pag. 253. — Oudin. *Comm. de SS. eccl.* tom. III. pag. 760 sqq., ad a. 1320, ubi multos codd. mss. in quibus Planudæ opera asservantur, enumerat : — Henr. Wharton, in append. ad Cavei *Hist. litter. SS. eccl.* tom. II, pag. 38, ad a. 1340. — Hamberger in *Zuverlässigen Nachricht.*, part. IV, p. 566 sqq. ; Saxium in *Onomast. lit.*, part. II, p. 354 sqq. ad a. 1327, qui profitetur, quando Planudes naturæ debitum persolverit, sibi non constare, et, si Dorville in *Obss. miscell.* vol. II, tom. III, pag. 429, scribit, *Maximum Planudem ab omnibus obiisse tradi* 1353, locupletem sane ejus famæ auctorem requirit, notatque Jo. Jac. Reiskium, in præfat. ad Anthol. Gr., p. XVIII, arbitrantem Planudem sæculi XIII hominem esse ; Shrœckh. in *Histor. Christ. eccl.*, tom. III, pag. 309. Adde, si lubet, quæ scripsi in *Introd. in histor. L. G.*, tom. II. part. I, p. 530 sqq., et in supplement. tom. II, p. 60. Harl.

3. *Ovidii Metamorphoseon libri* Græca prosa redditi, cujus met phraseos meminit Volaterranus libro XVII Commentar. urbanor. Loca quædam ex illa produxit Nicolaus Heinsius notis ad Ovidium. Etiam *Heroides* Ovidii Græce versas a Planude, memorat post Simlerum Huetius de claris interpretibus (*Fabr.*) p. 217 sq. ed. Stadæ 1680, 8, ubi agit de Max. Planudis versionibus Græcis. — Metamorphoseon versio Romæ in bibl. Vaticana, et Venet. in bibl. Marci. V. Montfauc. *Bibl. biblioth. mss.* p. 12 et 476. — *Epistolarum* ac *Metamorphos.* versio, Romæ in ead. bibl. ibid. p. 34, ibid. p. 501. In bibl. Ambros. Mediolani, sunt plura Max. Planudis opp. nempe de constructione verborum, bis; — de metris; *Metamorphos.* Ovidii; — de indissolubilibus contradictionibus; de pedibus oratorum; — dialogi; — epistolæ; — anthologia epigrammatum et Catonis sententiæ: ac p. 502 in ead. bibliotheca Ovidii *Metamorphoses* et *Heroides*, in Græcum a Max. Planude translatæ, cum scholiis, bis. — Ibid. p. 622 in bibl. Escorial. regis Hispan. Ovidii *Epistolæ*, per Planudem Gr. versæ. — Ibid. p. 632, in bibl. regis Angliæ, Ovidii *Metamorph.* a Planude Græce conversæ. — Paris. in bibl. publ. cod. 2849, Ovidii *Metam.* libri octo priores, e lingua Lat. in Græcam conversi a Max. Planude; et in cod. 848, eorumdem librorum quindecim priorum, atque *Heroid.* Ovidii metaphrasis, auctore Max. Planude. (*Harl.*)

4. *Catonis Disticha moralia* Græcis expressa versibus, de quibus in bibl. Latina lib IV., cap. I, § 8 (*e*). Adnotationes Græcæ marginales et interlineares, quæ mss. sunt in bibl. Cæsarea, Lambec. V, p. 215, non viderunt lucem. (*Fabr.*) Lamb. V, p. 442 sqq. ed Kollar. n. 34, cod. 267. — In eod. vol. p. 617, n. 20, cod. 332. — In vol. VII, p. 535, in cod. 133, n. 27, cum adnotatt. Græcis marginalibus atque interlinearibus. — Paris. in bibl. publ. undecim codd. (V. Ind. ad Cat. Mss. Paris. bibl.Reg. vol. II, sub voc. *Maximus Planudes.*) — Oxon. in cod. Barocc. 64. — Venetiis, in bibl. Marc. cod. 83, fin. V. Cat. codd. Gr. Marc. p. 60. — Florent. in bibl. Laurent. cod. 12, n. 2. plut. 32; — cod. 7, n. 16, plut. 55; — cod. 23, n. 8, plut. 56, cum glossis interlinearibus et scholiis marginalibus; — cod. 44, n. 15, plut. 59; — cod. 16, n. 6, plut. 60, cum permultis glossis interlinearibus instar perpetuæ paraphraseos et scholiis subjectis; — in cod. 13, n. 12, plut. 80; — in cod. 26, n. 1, plut. 80. cum uberrimis glossis interlinearibus; et in cod. 23, n. 2, plut. 81. V. Bandin. Cat. codd. Gr. Laurent. II, p. 135, 259, 327, 575, 606; et vol. III, p. 203, 215 atque 236. — Leidæ, in bibl. publ. inter codd. Vossianos, in duobus codd. V. Catal. bibl. Leidens. p. 396, n. 23, ac p. 398, n. 52. — Mosquæ in cod. synod. 247, n. 2, cum scholiis in margine adjectis, et cod. 248, n. 1. Vid. Matthæi Notitiam cit. p. 160. — Romæ, in bibl. Vatic. inter codd. reginæ Sueciæ, n. 653. Catonis *Sententiæ*, et Boethius, *De consolatione philosophiæ*, a Planude Gr. versus, atque ejusdem Epitaphium, auctore quodam Gregorio; ibid. n. 651. Diophanti *Arithmetica*, in cujus calce quædam ex Maximo Planude adjunguntur. V. Montfauc. *Bibl. biblioth. mss.* p. 28 *D.* — Ibid. p. 593 *E* Cato Planudis, in cod. August. Vindel. LXV. (*Harl.*)

5. *Boethii De consolatione philosophiæ*, cujus Græca versione ms. in bibl. regis Christianissimi, usus in sua Boethii editione Renatus Vallinus. Ex ms. Cæsareo quædam producit Lambecius, VII, p. 145 sq. [p. 310 sqq. ed. Kollar.] Alius pulcherrimus codex Græco-Latinus, ann. 1478, a Petro Montaguana donatur monasterio S. Justinæ; exstat in bibl. Seguieriana sive Coisliniana. Vide Montfauconum, p. 140. In Cæsareo codice leguntur etiam prolegomena Græca et adnotationes marginales. (*Fabr.*) Paris. in bibl. publ. codd. *De consolatione philosophiæ*, cum scholiis, 1992, tum 2094, et tribus sequentibus, in quorum ultimo ad calcem epilogus, ubi de Boethio quædam minus obvia occurrere dicuntur, et 2571, n. 5. — Ibid. Boethius *De dialectica*, interprete Planude in cod. 2094, 2, ubi tamen una tantum pagina superest: acc. quoque scholia; — in cod. 2103, n. 2, et 2830, n. 6, cum scholiis, ad marginem conjectis. Conf. Montfauc. Palæogr. Gr. p. 83. — Mosquæ, in codd. synod. 247, n. 3, cum scholiis, et 313, n. 1, Planudæ Interpretatio libr. Boethii de consolatione philosophiæ; v. Matthæi not. cit. p. 160 et 205. — Eadem, teste Montfauc. in *Bibl. biblioth. mss.* p. 7 *B, C.* Ibidem Planudis dialogi *De grammatica*; *De syntaxi*, et opera plurima, Romæ, in bibl. Vaticana, — p. 494 *A*; *De consol. philos.* cum scholiis, a Planude Gr. versus, item de *Trinitate*, bis, Mediolani in bibl. Ambros. — In bibl. Escorial. v. Plueri Itiner. per Hispan., p. 160. Boethius etc. Latine, et cum Græca Planudis versione, atque commentariis Latinis, in cod. Coislin. 84. V. Montfauc. l. cit. p. 140. (*Harl.*)

6. *S. Augustini de Trinitate libri XV*, mss. in bibl. Cæsarea. Vide Lambec. IV, p. 159, 160 (*f*).

(*e*) P. 259, tom. III ed. Ernesti: ego autem in Breviore notit. literaturæ Rom. pag. 698 sq. egi de edit. Catonis per Matthiam Garbicium (qui Planudis disticha e Catone correxit ac supplevit), Tubing. 1545, 8. — de edit. Antwerp. 1568. cum Planudis versione Gr. — de edit. Amstel. 1759, 8, cujus tomo II præmissa est Planudis metaphrasis Gr. cum castigat. Jos. Scaligeri; tum in Breviore notitia in usum scholarum p. 208, de Catonis sententiis Gr. per Planud. in vol. inscripto: Ἐγχειρίδιον γραμματικῆς εἰσαγωγῆς· Florent. 1515 et 1516. (Harl.)

(*f*) Sive p. 356, ed. Kollar. cujus notam conferes, n. 1, cod. 161, et p. 360; in cod. 162, — *Monac.* in cod. Bavar. 54. V. plura apud cl. Hardt. in Aretini *Beyträgen*, etc., a. 1804, part. 1, p. 22. — Florent. in bibl. Dominicanorum S. Marci. V. Franc. Anton. *Zachariæ iter litterar. per Italiam*, Venet. 1762, 4, p. 54. — Paris. in bibl. publ. codd. 828, n. 1, et 829. — Romæ in bibl. Vaticana, addita alia ejusdem operis a Demetrio Cydone facta versio, teste Montfauc. in *Bibl. biblioth. mss.* p. 12. (*Harl.*

Etiam illa, ubi de processione Spiritus S. ex Patre Filioque tractatur, fideliter vertisse, notat Bessarion apud Allatium, *De consensu*, p. 842. Locum ex ea versione Græce editum Romæ a. 1630 notat Whartonus [ad Cavei *Hist. litter.* cit. II, p. 58]. Græce et Latine cum Jo. Leunclavii versione prodiit ad calcem Leontii *De sectis* Basil. 1578, p. 584-599, et in *Auctario bibl. Patrum Ducæano*, Paris. 1624, tom. I.

7. Etiam *libros Augustini De civitate Dei* a Planude Græce versos tradit Gesnerus in bibl. p. 509.

8. Volaterranus lib. XVII *Commentar. urbanor.* et ex eo Gesnerus ac Simlerus scribunt, *Macrobii Saturnalia* a Planude Græce versa esse; quod ægre mihi persuadeo, et commentarios in Somnium intelligendos esse suspicor. (*Fabr.*) In inscriptione cod. 34, n. I, plut. 80. Florent. in bibl. Laurent. Σκηπίωνος ὄνειρος, etc. *Scipionis somnium, conscriptum quidem a M. T. Cicerone, expositum vero a Macrobio Ambrosio, et in Græc. linguam translatum a sapientissimo inter monachos Maximo Planude.* V. Bandin. Cat. codd. Gr. Laurent. III, col. 213 sq. Add. Lambec. IV, p. 125 seq., et de codd. Coisl. aliisque supra, ad n. I. (*Harl.*)

[*Thomæ Aquinatis* primæ partis Summæ quæstiones 49. Priores translatæ per Maximum Planudem. Oxon. in cod. Barocc. 65, ad quem confector mss. Angliæ etc. vol. I, p. 7.— « Liber ipse, ait, ἀνεπίγραφος. Planudi tamen tribuitur in catalogo impresso; nescio, quo auctore. Nam Demetrium Cydonium vertisse librum Aquinatis, testatur Possevinus. » Florentiæ in cod. Laurent. 18, n. 4, plut 4. Proœmium anonym. in versionem Gr. alicujus operis S. Thomæ Aquinatis, quod, Bandinius in Cat. codd. Gr. Laur. I, p. 515, « forte est, inquit, Maximi Planudis, aut alterius Græci viri Latinis infensi; illos enim in hoc Proœmio valde carpit. » Consule Echardum in *Historia scriptorum ordinis Prædicatorum*, tom. I, p. 346.. — Simpliciter vero a Montfaucon. in *Bibl. biblioth. mss.* p. 505 E., Mediolani in cod. bibl. Ambros. esse dicitur S. Thomæ Aquinatis Expositio orthodoxæ fidei, Græce, interprete Maximo Planude. (*Harl.*)]

9. *Donati grammatica parva*, mss. in bibl. Bodleiana cod. Barocc. 71. (*Fabr.*)

[*Maximo Planudi a Montfaucon.* l. c. p. 645 C, tribuitur versio Gnomarum Platonis, Oxon. in bibl. Bodlei. cod. Barocc. n. 124; sed nescio, an id culpa Montfauc. aut alius vitiose scriptum sit; in Cat. quidem mss. Angliæ etc. vol. I, p. 27, in illo cod. Barocc. inesse traditur Maximi Planudis versio Gnomarum Catonis. Ita quoque erravit Oudin. l. c. col. 762, cum scriberet, in cod. *Norfolc.* 529 s. n. 5428 Cat. mss. Angliæ, etc. tom. II exstare *Disticha Platonis* per Planudem; nam in Cat. dicto p. 84 diserte rectiusque editum est, Catonis disticha per Planudem. (*Harl.*)]

Græce scripta.

Romanæ initio fidei favisse Planudem (*g*) eamque ob rem ab imperatore CPol. multa passum, in custodiamque tandem conjectum et contra sentire coactum fuisse, tribus editis contra Romanam Ecclesiam argumentationibus refert Volaterranus.

10. *Capita* ejus tria *de processione Spiritus S.* cum Bessarionis et Georgii Metochitæ responsione, Græce et Latine edidit Petrus Arcudius in opusculis aureis, Rom. 1630, 1671, 4; Nesselius I, p. 22, etiam quartum Planudis caput commemorat, quod incipit: Ὅτι καὶ ἐν ἅπασι τοῖς οὖσιν ἡ Τριὰς θεωρεῖται, et p. 345: Λόγον περὶ πίστεως divisum in capita XX. Incip. Πάσης ἀγαθῆς πράξεως. (*Fabr.*) Secundum Lambec. Commentar. IV, p. 359. ed. Kollar. in cod. Cæsar. 16?, n. 4, *De processione Spirit. sancti* argumentationes tres contra Latinos: inc. Ἐρωτητέον, πότερον ἡ ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐκπόρευσις ἄλλη καὶ ἄλλη ἐστίν· et n. 6, argumentatio (quæ est quarta) contra Latinos *De process. Spir.*

(*g*) *Planudes vir elegantissimæ sapientiæ atque infinitæ eruditionis, quem sibi asserunt nequidquam Photiani, ut alibi* (in testimonio Græciæ) *ostendimus, æquandus sane cuilibet Latinorum sapientissimo, quippe mira felicitate et elegantia, difficillima quæque proponens et ardua dissolvens, infinitis operibus Græciam, imo litterariam remp. universam auxit.* Hæc Nic. Comnenus p. 190 *Prænot. mystag.* — Raphaelis Volaterrani, libro XVII *Commentariorum urbanorum*, notabile quoddam non solum ipsius, sed et cardinalis Bessarionis testimonium de eodem Planude, simul et judicium, subnectimus: *Maximus Planudes, monachus Constantinopolitanus, vir plane doctissimus, vehementisque ingenii, abhinc annos ferre centumquinquaginta, Romanæ ab initio fidei favit, ob quam rem ab imperatore Constantinopolitano multa passus, in custodiam tandem conjectus, contra sentire coactus est, tribus editis contra Romanam Ecclesiam argumentationibus. Quas nostra ætate Bessario cardinalis Nicænus perlegens mirari solebat, virum cæteris in scriptis excellentem, summumque philosophum, tam ineruditos infirmosque edidisse syllogismos: haud ob aliam putabat causam, quam quod ea quæ metu perscripserit, animo improbaverit, refellendaque ut cuivis facile præbuerit. Hujus plura exstant ingenii monumenta. Nam* Ovidii Metamorphoseos librum *et Macrobium* De Saturnalibus, *in Græcum sermonem convertit, ambos prosa oratione.* Problematum Volumen *composuit,* Rhetoricos Commentarios super Hermogenem *scripsit,* Epigrammata Veterum Græcorum *resectis lascivioribus, in unum jam vulgo sparsum volumen coegit.* Hæc de Maximo Planude Raphael Volaterranus. Bessarion autem *in Responsione ad quatuor argumenta Maximi Planudis, de processione Spiritus sancti,* ita de illo loquitur: Οὐ γὰρ ἂν ἐγὼ σοῦ, ἀνδρῶν ἄριστε καὶ σοφώτατε, καταγνοίην, οὕτω πᾶσαν ἐξησκημένου παιδείαν, οὕτω δὲ διαβεβηκότος ἐν φιλοσοφίᾳ καὶ θεωρίᾳ, καὶ διὰ πάντων μὲν μαθημάτων ὁδεύσαντος, εὐδοκιμήσαντος δὲ ἐν ἅπασι, πρὸς δὲ τῇ Ἑλλάδι καὶ τὴν Λατίνων γλῶτταν εἰς ἄκρον ἐξησκημένου. *Non enim de te, vir optime atque sapientissime, male sentirem: qui ita omni disciplinarum exercitatione versatus es, ita autem per philosophiam et contemplationem pertransisti, per omnes quidem scientias incessisti, et in omnibus approbationem habuisti, tum ad Græcam linguam Latinam quoque perfectissime adjungens.* Quibus et adversa in sibi Bessarionis verbis egregie summa Maximi Planudis eruditio concluditur. OUDIN.

sancti. Init. Ὅτι καὶ ἐν ἅπασι τοῖς οὖσιν ἡ Τριὰς θεωρεῖται. — Ibid. vol. V, p. 446, in cod. 269 n. 1, Λόγος περὶ πίστεως, sive liber contra Latinos *De process. Sp. sancti ex solo Patre*, in capp. viginti divisus, et Lambec. appellat Leon. Allat. lib. II, *De Eccles. Occid. et Orient perpetua consensione*, cap. 17, § 4.— Tres argumentationes, Venetiis in bibl. Marc. codd. 153 et 506. V. Cat. codd. Gr. Marc. p. 85 et 271. — Florent. in bibl. Laurent. cod 14, n. 6, plut. 10, *De process. Spir. sancti contra Latinos*, syllogismi quatuor cum Bessarionis responsionibus. V. Bandin. Cat. codd. Gr. Laur. I, p. 483.— Paris. in bibl. publ. codd. 828 n. 6, capita quatuor *de process. Sp. S.* cum Bessarionis et Demetrii Cydonii responsione, et cod. 1270, n. 6, capita de eadem ; et capitibus singulis subjunctæ sunt Bessarionis et Dem. Cydonii responsiones. (*Harl.*)

11. *Sylloge canonum* adhuc inedita, quam eloquentissimam vocat Nic. Comnenus, p. 4 ; *Nomocanonem* citat p. 363. Titulum περὶ χειροτονίας p. 70, 71, 190, 220, 274.

12. *Orationes II, de viribus precum*, ex quarum posteriore locum a Suario expressum, dissimulato nomine, notat id. p. 6.

13. *Orationem de veritate* laudat id. p. 343.

14. *Oratio in apostolorum principes Petrum et Paulum*, sub Gregorii Nysseni nomine edita Ingolstad. 1620, 4, a Gretsero, ab Allatio p. 87, *de Simeon.* et p. 294 et 295 *De consensu*, et a Lambecio IV, p. 57 [p. 119 sqq. Koll. n. 12, cod. 109,] et VIII. p. 70 sq. (*h*) Planudi vindicatur. Incipit : Ἐδόκει μοι λέγειν τι περὶ τῶν ἀποστόλων.

15. *Oratio in sepulturam Christi et B. Virginis planctum funebrem* : Εἰς τὴν θεόσωμον (*i*) ταφὴν καὶ εἰς τὸν ἐπιτάφιον θρῆνον, etc. Incipit : Ἃ μὲν ἄν τις εἰκάσῃ τεκμήριον. Græce prodiit Paris. 1557, apud Andream Wechelum : Latine ex Joachimi Axonii Gravian. versione exstat in *Supplemento Bibl. Patrum Coloniensi*, ann. 1622, et Morelliano Paris. 1639, tom. I, p. 836, et in *Bibl. Patrum* edit. Lugd. tom. XXVII. (*Fabr.*) Et Paris. 1644, fol. p. 836. V. ad n. 14. Eadem Paris. l. c. codd. 1187, n. 1; 1220, n. 10 ; 1248, n. 8 ; et 3010, n. 20. — Florent. in bibl. Laurent. cod. 35, n. 24, plut. 59. V. Bandin. l. c. II, p. 566. (*Harl.*)

16. *Laudatio S. Diomedis martyris* citatur ab Allatio, p. 202, contra Hottingerum. (*Fabr.*) Ms. Paris. in bibl. publ. cod. 1211, n. 5, et 3010, n. 22. — Mosquæ in cod. synod. 302, n. 80. V. Matthæi l. c. p. 198. — Lambec. IV, p. 124. — Florent. in cod. Laurent. 22, n. 4, plut. 56. V. Bandin. l. c. II, p. 327. (*Harl.*)

(*h*) In bibliotheca Cæsarea Vindobonensi, codice ms. theologico Græco 109, num. 12, ut habet Lambecius libro IV Commentariorum hujus bibliothecæ pag. 54, exstat et quidem a fol. 158, pag. 1, usque ad fol. 170 pag. ultima, Maximi Planudis oratio ἀκέφαλος sive mutila principio *in sanctos apostolos Petrum et Paulum*, quæ ibi nunc incipit his verbis, Καὶ ὡς πάντας εὐψύχως ἔφερεν, etc. Hanc autem orationem ita mutilam sub. S. Gregorii Nysseni nomine, ex hoc codice ms. Cæsareo separatim in lucem edidit Jacobus Gretserus 1620 Ingolstadii, Græce et Latine, typis Ederianis, in-8 ; ibique in Præfatione ad lectorem, ubi judicium suum de eadem oratione indicat, hujus ms. codicis Cæsarei unde orationem hanc eduxit, expresse atque etiam nominatim mentionem facit. Licet autem ex manuscripti codicis hujus fide ac titulo istam orationem S. Gregorio Nysseno inscripserit, fatetur tamen stylum illius a stylo S. Gregorii Nysseni discrepare non mediocriter. Sic revera S. Gregorius Nyssenus non est auctor hujus orationis, sed *Maximus monachus Constantinopolitanus cognomine Planudes*, qui integris circiter 938 annis S. Gregorio Nysseno junior est. Obiit enim S. Gregorius Nyssenus anno 395 vel 396. Maximus autem Planudes circa annum Christi 1330 floruit, ut non solum ex ipsius *Epistolis*, quæ in bibliotheca Cæsarea Viennensi mss. exstant, verum etiam ex allato Raphaelis Volaterrani testimonio, quod antea exhibitum est, luculenter videre licet. Eadem autem *oratio in sanctos apostolos Petrum et Paulum* quam Gretserus sub nomine sancti Gregorii Nysseni mutilam edidit, bis jam a Lambecio integra reperta est sub nomine Maximi Planudis, in duobus mss. codicibus Græcis bibliothecæ Cæsareæ, quorum unus ordine X inter mss. codices historicos Græcos, alter autem inter codices mss. philologicos Græcos locum obtinet. In priori horum duorum codicum exstant præter Nicephori Gregoræ et Gregorii Cyprii patriarchæ Constantinopolitani varias orationes panegyricas, etiam *orationes duæ Maximi Planudis* : altera num. 4, altera num. 5, quarum prima inscribitur, *In sepulturam Christi et beatissimæ Virginis Deiparæ planctum funebrem*, atque incipit his verbis : Μαξίμου μοναχοῦ τοῦ Πλανούδη εἰς τὴν θεόσωμον ταφὴν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ εἰς τὸν ἐπιτάφιον θρῆνον τῆς Θεοτόκου. Ἃ μὲν ἄν τις εἰκάσῃ τεκμήριον τὴν παροῦσαν ἔχων κατάστασιν, etc. Meminit hujus etiam orationis Leo Allatius in Diatriba *De Symeonum scriptis*, pag. 82. Secunda autem *In sanctos apostolos Petrum et Paulum* hoc modo : Τοῦ αὐτοῦ εἰς τοὺς ἁγίους, ἐνδόξους, πανευφήμους καὶ κορυφαίους τῶν ἀποστόλων τοῦ Χριστοῦ Πέτρον καὶ Παῦλον. Ἐδόκει μοι λέγειν τι περὶ τῶν ἀποστόλων προθυμουμένῳ, μηδὲν εἶναι πόνου πολλοῦ πρᾶγμα, μηδὲ χαλεπὸν ἐγχειρῆσαι, etc. Hæc nempe est illa ipsa oratio quam Gretserus sub S. Gregorii Nysseni nomine mutilate edidit, his verbis incipientem : Καὶ ὡς πάντας εὐψύχως ἔφερεν, etc. Ante hæc enim verba, integra tredecim folia in 4 desunt, minutis litteris compresse scripta. Eodem modo eadem oratio suppleri potest etiam ex altero illo codice ms. Cæsareo, qui inter *codices mss. philosophicos et philologicos Græcos* sexagesimus primus olim fuit. In eo enim præter *Maximi Planudis epistolas centum viginti duas*, *Comparationem veris et hiemis* et *Orationem in sanctum martyrem Diomedem* exstat quoque ejusdem Planudis supra dicta *Oratio in sanctos apostolos Petrum et Paulum* quæ inscribitur ibi atque incipit hoc modo : Τοῦ σοφωτάτου κυρίου Μαξίμου τοῦ Πλανούδη ἐγκώμιον εἰς τοὺς ἁγίους, ἐνδόξους καὶ πανευφήμους κορυφαίους τῶν ἀποστόλων Πέτρον καὶ Παῦλον. Ἐδόκει μοι λέγειν τι περὶ τῶν ἀποστόλων προθυμουμένῳ, μηδὲν εἶναι πόνου πολλοῦ πρᾶγμα, etc. Eadem exstat inter mss. codices Bodleianæ Bibliothecæ codice 44, num. 3, p. 304. Oudin.

(*i*) Ita lege pro θεόσημον, in Casaubonianis, p. 59.

17. *Vita Arsenii patriarchæ CPol.* a Nic. Comneno, pag. 74.

18. *Tria epigrammata historica in templum S. Andreæ* confessoris imaginum a Theodora Augusta instauratum, quæ Græce edidit Cangius ad Zonaram, p. 35 seq., et emendavit J. Boivinus notis ad Nicephorum Gregoram, p. 854. De templo illo idem Cangius, lib. IV *CPolis Christianæ*, p. 112.

19. *Aliud in templum SS. Marciani et Martyrii.* Cangius ad Zonaram, pag. 44. (*Fabr.*) Versus varii et precatiuncula, Paris. in bibl. publ. cod. 1211, n. 6. — Monac. in cod. Bavar. 49. Versus, hymnum habentes secundi adventus: In Christum; in supplicium, et in omnes SS.; tum versus 21, in humanum quemdam nobilem elegiaci; dein versus in crucem, quam tulit, et in reflexionem atque in S. Mariam; porro versus heroico-elegiaci in portam monasterii; alii versus; denique versus sex in Annuntiationem angelicam, totidem in Resurrectionem et quatuor in S. Constantinum. Plurima illa brevia carmina Gr. edidit cel. Hardt. in *Aretini Beyträgen*, etc. a. 1803, part. VI, p. 38, 45 seq. — Matriti in cod. regio 72, Laus Ptolemæi geographi, versus heroici 47, quos et seq. tristichon hexam. in eumd. Gr. publicavit Iriart. in Cat. codd. Græc. Matrit. p. 265, ibid. carm. in nobilem, etc. Florentiæ in cod. Laurent. 7, n. 13, plut. 55. Sententiæ et epigrammata externorum sapientum, ex iis quæ collecta sunt a Max. Planude, cum scholiis et glossis interlinear. de quo multus est Bandin. l. c. II, p. 256. — Ibid. p. 368 seq. Epigrammata duo moralia, n. 7, cod. 24, plut. 57; — n. 14, Tetrastichon elegiacum in novercam; — n. 15, Vita S. Mariæ Ægyptiacæ, versibus heroicis 20 conscripta, — n. 16 et 17, ejusd. forte Planudis duo Epigrammata iambica anepigrapha, alterum versibus 12, alterum versibus 13. — Versus heroici in Geographiam Ptolemæi, in cod. Coislin. 355. V. Montfauc. *Bibl. Coisl.* p. 520. Iidem et alii in cod. Monac. Bavar. C. V. Hardt l. c. a. 1804, part. 6, p. 29, ubi adnotat, illos versus falso attribui Manueli Moschopulo, et Gr. prodiisse in Iriart. Cat. (l. c.), tres autem ultimos etiam in ed. Basileensi. (*Harl.*)

20. *Enarratio de Dominicis thematibus Hierosolymis.* Meminit Gesnerus in bibl.

21. *Epistolæ* 122 mss. in bibl. Cæsarea, una cum ejus homiliis supra memoratis in Petrum et Paulum apostolos, martyremque Diomedem. Vide Lambecium IV, p. 56; Nesselium IV, p. 138. (*Fabr.*) Lambec. IV, p. 122, 124, ed. Kollar. ubi cod. quemdam, qui in bibl. Vindob. custoditur, laudat, et in nota: « Prima, inquit, illarum centum viginti duarum Epistolarum scripta est ad imp. Joannem Palæologum, imp. Andronici Junioris filium, qui cœpit imperare ann. 1347, et ann. 1384 obiit; secunda autem ad Manuelem, fratrem memorati Joannis natu minorem. » — Id. in vol. VII, p. 524, n. 3, cod. 123, in quo exstat Planudis Epistola, cujus principium est: Ἐρήμην ποτὲ καταδικασθείς. (V. n. 35) — Elenchum s. Indicem Epistolarum Planudis, centum et viginti, uti in codice Cæsareo exhibetur, Dorville in *Miscellan.* observat. in auctores, etc., vol. II. tom. III, Amstel. 1733, 8, p. 448 seq. edidit, et p. 446 seq. ex illo cod. epistolam quintam et octogesimam Planudis ad Manuelem Philen, Græce cum Lat. versione evulgavit. — Monaci, in cod. Bavar. 50, sunt 118 epistolæ ad diversos: sed si versus s. carmina inserta, et a me ad n. 19 relata, etiam epistolæ habentur, 122 epistolæ numerari possunt. Singularum vero epistolarum initium et finem, et nomina eorum, ad quos scriptæ sunt, nisi nomen exesum est, uberius reposuit Hardt, in *Aretini Beyträgen*, etc., ann. 1803, part. VI. p. 27-45. — Matriti in cod. Reg. 72, 114 seq. undecim Planudis epistolæ, quas recenset Iriarte in Cat. codd. Gr. Matrit. p. 260. — Taurini in bibl. reg. cod. 354 viginti Planudæ epistolæ. V. Cat. codd. Gr. Taur. p. 482. — Florent. in cod. bibl. Laurent. 16, n. 16, plut. 32, ex Planudæ epistolis excerpta; in cod. 3, n. 22, plut. 56, epistolæ 23, n. a nona usque ad tricesimam primam; in cod. 22, n. 1, plut. 56, in quo sunt 121 epistolæ. V. Bandin. Cat. codd. Gr. Laur. II, p. 142, 299, in primis p. 320 seq., ubi ille primum initia singularum, servato ordine, quo positæ sunt in isto cod. dein per alphabetum digesta principia exhibuit. — Ibid. in cod. 30, n. 6, plut. 59, Planudis epistola ad Philanthropenum, quæ est serie Epistolarum in cod. memor. 22, ordine 48 et anepigrapha. V. Bandin. l. c. p. 551. (*Harl.*)

22. *Comparatio hiemis et veris* in eodem codice Cæsareo. (*Fabr.*) *Monac.* in cod. Bavar. 50. V. Hardt, l. c. a. 1803, part. VI, p. 47. — Florentiæ in cod. Laurent. 22, n. 5, plut. 56, *Laudatio hiemis.* Inc. Οἶμαι καὶ πρὸ; μόνην τὴν ἀκοήν. V. Bandin. l. c. II, p. 327. — *Hiemis et veris comparatio*, Paris. in bibl. publ. codd. 1187, n. 3; 1638, n. 7; 3010, n. 23, et sec. Montfauc. *Bibl. biblioth. mss.* pag. 925 E, in cod. Colbert. (*Harl.*)

23. De Planudis *Grammatica*, *Dialogo de quæstionibus grammaticis*, qui inscribitur *Neophron et Palætimus*, nec non de *Syntaxi* dictum a me est volum. VI, p. 348 [ibique not.]. *Epimerismata* ejus memorat Gesneri bibl. (*Fabr.*) Adde in not. memor. citatis codd. Matriti in cod. Reg. 99, Planudæ Dialogus de Grammatica, qui inscribitur *Neophron et Palætimus*. — Ejusd. de syntaxi octo partium orationis, et de syntaxi verborum transitivorum et intransitivorum. — Ibid. in cod. 95, Planudæ de verborum syntaxi, de transitivis et intransitivis, ordine alphabetico; tum de syntaxeos speciebus, quæ syntaxis ex integro MSto, s. Grammatica (quæ etiam exstat Florent. in bibl. monasterii bibl. Mariæ Benedictinorum, teste Montfauc. in *Bibl. biblioth. mss.* p. 416 *B.* et in Palæogr. gr. p. 70), excerpta videtur: quos codd. plenius recenset Iriarte in cat. codd. Gr. Matrit. p. 387. seq. (ubi quoque alios codd. in aliis bibliothecis asservatos laudat), p. 391 et p. 371 seq. — Venetiis in cod. Naniano 304, de verborum syntaxi, de transitivis et intransitivis, etc. V. cat. codd. Gr. Nan. p. 509 seq., n. 5, 6, 7. — Secundum Montfauc.

Bibl. biblioth. mss. p. 6 *A*, p. 7 *C*, p. 8 *C*, p. 35 *A*, p. 91 *A*. ter. Romæ in codd. bibl. Vaticanæ Max. Plan. de grammatica græca, de syntaxi, etc. — ib. p. 501 *B*. Mediolani in bibl. Ambros. (v. supra ad n. 3.) — ibid. p. 1200 *B*. in bibl. *Guil. Pellisertii*, de syntaxi. — Florent. in bibl. Laurent. cod. 10, n. 13. plut. 81, inter codd. Gaddianos ex Technologia Planud. excerpta : inc. Ἐντέτηκεν ἀντὶ τοῦ ἐγκάθηται· v. Bandini cat. codd. Gr. Laur. II, col. 429 seq. — In cod. *Coislin*. 192, quædam ex Max. Planude, et ejusd. Quæstiones grammaticæ, s. dialogus Neophr. et Palætimi. V. Montfauc. *Bibl. Coisl.* p. 245. — Florent. in bibl. Laurent. cod. 24, n. 12, plut. 57, Planudis *Epimerismata* (ἐπιμερισμοί). opus valde longum, cujus inscriptio arcanis litteris est exarata : inc. Φοινίκη ἡ Συρία, καὶ Φοίνιξ ὁ Σύρος, καὶ φοίνιξ δένδρον, καὶ φοίνιξ τὸ μοναδικὸν ὄρνεον · vid. Bandin. cat. codd. Gr. Laur. II, p. 368. (*Harl.*)

24 *De vita Æsopi fabulisque Æsopicis*, Maximi Planudis stilo digestis, dixi lib. II, cap. 9, §. 2, et 5. (*Fabr.*) (Vol. I, p. 619 seq. et 624. sqq.) (*a*) Æsopi vita et fabulæ per *Max. Planudem*, *Mediolani* in bibl. Ambros. V. Montfauc. Diar. ital. p. 16. — Paris. in bibl. publ. codd. 1773, n. 23; 2899, n. 1; 2899. 2900 et seq. Æsopi vita. (*Harl.*)

25. *Anthologia epigrammatum Græcorum* a Planude recensita. Nemini enim persuadebit Jo. Harduinus, quod pag. 495 Opp. select. illum, scribit, *non repurgatorem tantum, ut vulgo habetur, sed verius auctorem esse anthologiæ*. Auctor tamen lemmatum, quæ epigrammatibus præfixa sunt, habetur, notantibus Huetio pag. 34, et Fabricio, qui etiam de titulo ἀνθολογίας citat *Benedicti Averanii* diss. I, tom. I Opp. et in ejus laudem diss. 21. Cephalæ autem anthologiæ novam induit formam, ita, ut illam, Agathiæ exemplo, in septem libros distribueret, neque tamen eadem, quæ Agathias, in quodque referret volumen. Multa enim omisit carmina, et quam plurima obsceniora vel resecuit, vel interpolavit. Atque schol. Græc. libro VII præmissum : Ἐν τῷδε τῷ ἑβδόμῳ τμήματι περιέχεται ἑταιρικά τινα ἀποφθέγματα. τὰ μὲν ὡς ἐγκώμια, τὰ δ' ὡς ἐπιστολαί, τὰ δ' ὡς ἂν ἕκαστον ἔτυχεν, ὅσα μὴ πρὸς τὸ ἀσεμνότερον καὶ αἰσχρότερον ἀποκλίνει. Τὰ γὰρ τοιαῦτα πολλὰ ἐν τῷ ἀντιγράφῳ ὄντα παρέλιπε, φησὶν ὁ Πλανούδης. Fulvius autem Ursinus in suo codice adnotavit : Ἀλλὰ καὶ ταῦτα ἐν παλαιῷ εἰσι παρ' Ἀγγέλου τοῦ Κολλωτίου (*a*). Planudes vero, quod obscena resecuit, id bene ac prudenter egit, nec ea iterare et quasi commendare personam monachi decuit. Enimvero cum neque historicus, neque poeta bonus esset, haud debuerat interpolare, multo minus, multa Meleagri Philippique proscribens obscena, ex recentiore tamen ævo Silentiarii, Macedonii aliorumque nihilo illis castiora recipere. Id igitur fecit, ut multa relinqueret, alia resecaret, non tam pudoris, quam compendii ratione ductus, Cephalæque volumen ad minorem redacturus molem. Alioquin non omisisset permulta, eaque pudica epigrammata dedicatoria. Illius quidem itidemque monachorum causam strenue defendit Vavassor; attamen eum non absolvit. Conf. Brunck. præfat. pag. 4 sq. Quæstio autem atque illius examen, num et quatenus carmina veterum flagitiosa typis evulgare liceat, ad nostrum non pertinet studium; et multi in hanc palæstram descenderunt. Vid. quæ Reiske et Klotz. in præfat. suis disputarunt, aliorumque attulerunt judicia. Ista a Planude compilata Anthologia per plura sæcula litterarum typis sola erat vulgata.

26. *Scholia ad libros priores duos arithmeticæ Diophanti* (*b*). Maximi Planudis scholia in arithmeticam

(*a*) Maximum Planudem partim ex mendaciis quæ ipse excogitarit, partim ex fabulosis Arabum traditionibus Æsopi vitam consarcinasse, judicat de la Croze in Thesauro epistol. Lacroziano, tom. III, pag. 153, in epistola quadam ad Jablonskium : qui in responsione (tom. II Thesauri, p. 170 sq.) non solum probat Crozii sententiam, sed addit quoque, se deprehendisse sæpius, Planudem ea quæ in vitis philosophorum de aliis relata legisset, more eorum qui fabulas romanenses contexunt, ad heroem suum transtulisse. Apophthegmata igitur, quæ Planudes Æsopo adfinxit, item narrationes de βραδυγλωσσία Æsopi aliasque uberius docet, non multum abhorrere ab iis quæ veteres de Demosthene, Biante aliisque commemorarunt, et Planudem plura deprompsisse e Plutarchi convivio VII sapientum, quia illic Æsopus interloquens introducatur. HARL. *tom. I Biblioth.*

(*b*) Diophantus, Alexandrinus, licet ab aliis ante Christum natum vixisse ([a]), ab aliis Neronis vel Antoninorum tempora attigisse tradatur, tamen quando vixerit, incertum relinquit; nullius enim scriptoris, nullius rei meminit, e quo tempus, quod ingenio suo illustravit, colligere possis. Annos natum fuisse 84, cum diem obiret, ex hocce gripho ejus epitaphii cognoscitur, quod ex anthologia inedita promit Bachetus in Notis ad lib. V, pag. 270 :

Οὗτός τοι Διόφαντον ἔχει τάφος, ὢ μέγα θαῦμα,
Καὶ τάφος ἐκ τέχνης μέτρα βίοιο λέγει.
Ἕκτην κουρίζειν βιότου θεὸς ὤπασε μοίρην,
Δωδεκάτῃ δ' ἐπιθεὶς μῆλα πόρεν χλοάειν.
Τῇ δ' ἄρ' ἐπ' ἑβδομάτῃ τὸ γαμήλιον ἥψατο φέγγος.
Ἐκ δὲ γάμων πέμπτῳ παῖδ' ἐπένευσεν ἔτει.
Αἶ, αἶ, τηλύγετον δειλὸν τέκος, ἥμισυ πατρὸς
Τοῦ δὲ καὶ ἡ κρυερὴ μέτρον ἑλὼν βιότου.
Πένθος δ' αὖ πισύρεσσι παρηγορέων ἐνιαυτοῖς,
Τῇ δὲ πόσου σοφίῃ τέρμ' ἐπέρησε βίου.

Hic Diophantus habet tumulum, qui tempora vitæ
Illius mira denotat arte tibi.
Egit sextantem ([b]) *juvenis, lanugine malas*
Vestire hinc cœpit parte duodecima ([c]).
Septante ([d]) *uxori post hæc sociatur, et anno*
Formosus quinto ([e]) *nascitur inde puer.*
Semissem ([f]) *ætatis postquam attigit ille paternæ,*
Infelix subita morte peremptus obit.
Quattuor ([g]) *æstates genitor lugere superstes*
Cogitur, hinc annos illius assequere.

Fuisse videtur idem Diophantus, in cujus Ἀστρο-

([a]) Vide Voss. *De Scient. math.* pag. 27, 341, 432, 464.
([b]) 14 annos.
([c]) 7. —
([d]) 12. —
([e]) 5 annos.
([f]) 42. —
([g]) 4. —
——————
Summa 84. —

Diophanti et alia quædam, Romæ, in bibl. Vaticana. V. Montfauc. *Bibl. biblioth. mss.* p. 7 *A.* — Ibid. p. 28 *D*, Diophant. *Arithmetica :* in cujus calce quædam ex Max. Planude adjunguntur: Romæ, ibid. in cod. reginæ Sueciæ, n. 651. — Ibid., p. 619 *D*, Dioph. *Arithmet.* cum expositione Planudis, in pluribus codd. bibl. Scorial. Regis Hispan. — Ibid. p. 650 *D*, in bibl. Bodlei. n. 720, Max. Planudis Arithmetica. (*Harl.*)

νουικὸν κανόνα scripserat olim (Suida teste) Hypatia, Theonis Alexandrini filia. Pythagoræ et Euclidi jungitur a Joanne Hierosolymitano in vita Joannis Damasceni, cap. 11, ubi Damascenum et Cosmam affirmat ita in arithmeticis profecisse, ut Pythagoras et Diophantus, in geometricis ut Euclides; Ἀναλογίας δὲ ἀριθμητικὰς οὕτως ἐξήσκησας εὐφυῶς, ὡς Πυθαγόραι καὶ Διόφαντοι. (*Fabric.*)— Fabricius secutus esse videtur Bachetum. Hambergerus, in *Zuverläss. Nachricht.* tom. II, pag. 335, ejus ætatem cum aliis collocat in an. Chr. circ. 160, sub imperatoribus Antoninis. At multo seriori ævo, n. Juliani imper. circa a. Chr. 362, alligat eum Saxius in *Onomastico*, etc. I, pag. 417, ubi, « Themistii ætate, inquit, adeoque principe Juliano, floruisse, ex Gregorii Abulpharaii *Historia dynastiarum* verisimiliter demonstravit ampliss. Gerard Meermannus, in Præfat. *Speciminis calculi fluxionalis*, Lugd. Batav. 1742, 4 (X, 3 sq.), et doct. Montucla in *Historia mathes.* Paris. 1758, 4, tom. I, part. I, lib. v, §. 6, pag. 315. »— Fabricium exscripsit Heilbronner in *Historia mathes. universæ*, pag. 338 sqq. Adde Scheibelii *Einleitung zur mathemathischen Bücher-Kenntniss*, part. xi, pag. 326. (*Harl.*)

X editi sunt e libris XIII quos scripserat ad Dionysium, nescio quem (Τιμιώτατον Diophantus appellat), et quos in Vaticana mss. asservari jam pridem testatus est Joannes Regiomontanus, Præf. in Alferganum, problematum *Arithmeticorum libri VI*, et *De numeris* polygonis sive *multangulis liber I* (a). Mira subtilitate excogitatas quæstiones subtilius resolvit nova ratione analytica, quam ipse ante se ignoratam profitetur, recentiores a Gebro Arabe *Algebraicam* appellant et Arabibus tanquam inventoribus falso tribuunt, cum hi illam utique a Græcis, ut alia pleraque, acceperint (b). Libro sexto arithmeticas suas speculationes etiam ad geometriam applicare incipit exemplo Euclidis, quem præter rem eo nomine reprehenderunt viri doctissimi (c). Libri v quæstio 23, metro sive epigrammate octasticho continetur, unde Bachetus ansam illo loco sumpsit ex inedita Anthologia XLV, ejusmodi griphos arithmeticos producendi atque interpretandi, ut notavi supra lib. III, cap. 32, § 6 [vol. IV, pag. 452]. Ubi etiam feci mentionem LXI Epigrammatum Græcorum, ænigmata jucunda arithmetica continentium, quæ composuit cumque versione et enodatione sua edidit et Otii Sorani titulo proscripsit Joannes Laurenbergius, Hafniæ 1640, 4. Bachetus in notis ad Diophantum, pag. 196, illustrat etiam griphum arithmeticum Latini epigrammatis, obvii in collectione veterum poematum Pithœana, quod incipit:

Ut tot emantur aves, bis denis utere nummis, etc.

Vide et Anthologiam epigrammatum Græcorum, lib. I, cap. 46, f. 97 sq., ac Maximi monachi (Planudæ) Scholia Græca, ante H. Stephani Adnotationes excusa in edit. Wechel.

Diophanti libri sex cum scholiis Græcis Maximi Planudæ in duos primores libros, atque liber Diophanti de numeris polygonis, collati cum Vaticanis codd. et Latine versi a Josepho Auria fuere in bibliotheca Caroli de Montchall, teste Labbeo in *Bibl. nova mss.* p. 191. Post Auriam, cujus versio adhuc inedita delitescit, eosdem Diophanti septem libros, quos ab Andrea Dudithio acceperat, et de numeris multangulis, Latine vertit, illaque lingua primus edidit, Planudæque scholia et sua ipsius perdocta commentaria adjunxit Guilelmus Xylander, Basil. 1575, fol. (d). Hinc præcipua laus est Claudii Casparis Bacheti (e) Meziriaci Sebusiani, qui nova versione et luculentis commentariis explicatum Diophantum (præmissis tribus suis porismatum libris et subjecta de polygonis numeris appendice), Græce et Latine vulgavit Paris. 1621, fol. (f), Xylandri observationes plerumque

(a) *Du Perron*, Pater purpuratus, Meziriaco affirmavit, se quoque habuisse cod. qui 13 libros Diophanti continuisset; se illum cod. communicasse cum Guil. Gosselino, novam edit. cum commentario paraturo : illo vero pestilentiæ atrocitate abrepto, periisse codicem, nec repertum fuisse. (*Harl.*)

(b) Diophanti lib. *De algebra* interpretatum esse *Mohammed Ebn Yhaya Ebn lo Wapha Albuziani*, ex Abulphar. observat Heilbronner l. c. pag. 473 (*Harl.*)

(c) Villoison, in *Anecd. Græc.* tom II, p. 153 sqq. animadvertit, anonymum auctorem dissertat. mathematico-criticæ de numeralium notarum minuscularum origine, in tomo XLVIII, *Raccolta d'Opusco i scientifici e filologici*, pag. 21—110, plurimis comprobare exemplis, minusculas numerorum notas, quas Arabicas immerito vocamus, Romanis innotuisse ; et illum auctorem pag. 70 affirmare Diophantum Alexandrinum, qui medio fere sæculo secundo algebram instituisse a plurimis putetur, illarum notarum non penitus fuisse ignarum. Plura ex illa dissert. scite excerpit cl. Villoison. (*Harl.*)

(d) Conf. cel. Kæstneri *Geschichte der Mathemat.* part. I, pag. 184—197, ubi multa is docte disserit de Xylandri labore et ipso Diophanto ; et pag. 195 memorat, in *Les œuvres mathématiques de Simon Stevin, par Albert Girard*, Leidæ 1634, fol. reperiri, pag. 102 sqq. *Les six livres de Diophante*, quatuor priores esse a Stevino ; duo posteriores a Girardo ex versione Xylandri in linguam Franco-Gallicam translatos. (*Harl.*)

(e) Qui non capiuntur libris studiisque, nisi quæ sunt πρὸς τὰ ἄλφιτα, iis utique sordebit Diophantus, sordebunt virorum doctorum in eum labores, quantumvis ingeniosissimi, quemadmodum Malherbius ex Bacheto, amicis quibusdam comitantibus et opus tanquam utilissimum extollentibus, Diophantum sibi offerente, rogare non dubitavit *s'il ferait amender le pain?* Bælius, *Dictionar. historico*, tom. III, pag. 3132, ex Malherbii Vita.

(f) Per errorem Kœnig, in *biblioth.*, pag. 252, scripsit, editionem illam in lucem emissam esse a. 1613 ; et Vossius, *De scient. mathem.* erravit in nota anni 1623, ut bene observavit Bayle in *Diction.* voc. *Meziriac*, tom III, p. 386 sqq. not. B, in qua et seq. nota *C* de Meziriaci meritis in Diophantum multus est. Adde (*De Sallengre*) *Mémoires de littérature*, Hagæ Com. 1715, 8, tom. I, ubi pag. 76-86 edit. Bacheti Meziriaci copiose recensetur, et de Diophanto ejusque ætate atque interpretibus fuse disputatur. (*Harl.*)

27. Ψηφοφορία κατ' Ἰνδούς, ἡ λεγομένη μεγάλη. *Calculatoria secundum Indos, magna appellata*, ms. in bibl. Vaticana, et teste Cangio in bibl. regis Gall. cod. 1304 (*k*). Primum fuisse Planudem e Græcis, qui zifris usus Indicis sive Arabicis in numerando fuerit, notat Papebrochius, in Tractatu præliminari ad tom. III, *Act. SS.* Maii pag. LVI, ex Athanasii Kircheri Arithmologia, Romæ anno 1665 edita, part. I, c. ult. et Stephanus le Moyne, Notis ad varia sacra, p. 797. (*Fabr.*) Villoison, qui l. c. p. 152 sqq multus est de origine et antiquitate notarum illarum, variorumque diversa recenset examinatque judicia, negat, minusculas nostras numerales notas, vulgo *cifras Arabicas*, a Persis primum, seu ab Indis ad Arabes, ab istis ad Africæ Mauros, ab hisce demum ad Hispanos et deinceps ad universam Europam transmigrasse; contra evincere studet, jam Romanos suis haud caruisse notis numeralibus minusculis et cursivis, et ab his nostras, quæ immerito vocentur Arabicæ, ita derivatas esse ut ab

non aspernatus, scholiasten vero Græcum nil fere nisi futilia et a Diophanti sensu prorsus aliena effutire observans. Non prætereundum, quod ad lib. II, quæst. 28, notat, sibi videri, sciolum quempiam e tredecim libris Diophanti eas quæ sibi viderentur, in unum colligentem quæstiones, eos quos habemus, sex arithmeticorum libros consarcinasse. Verum hæc conjectura parum mihi quidem videtur verisimilis. Cæterum Bacheti observationes versioque servatæ sunt in editione Græco-Latina, quæ prodiit Tolosæ 1670 fol., adjunctas habens notas quasdam breves ac subtiles et ingeniosas D. Pauli de Fermat, senatoris Tolosani, præfixo ejusdem invento novo doctrinæ analyticæ, quod ex epistolis ejus, ad se scriptis, collegit Jacobus de Billy, S. I. cujus Diophantus redivivus prodiit Lugd. 1670, 8, post vulgatum Paris. 1660. 4; librum, quo rationibus Euclideis enodare problemata geometrica instituit, quæ Diophantus algebraicis resolverat. Inedita Joannis Pellii, Britanni, m theseos in gymnasio Bredano professoris, commentaria vehementer laudat Vossius, *De scientiis math.*, pag. 57. Conferre etiam juvabit Bacheti ejusd m, quem jam dixi, librum, Gallice vulgatum, cui titulus *Problèmes plaisans et delectables qui se font par les nombres*. Lugd. 1612, 8. Caroli Renaldini, patricii Anconitani, algebram veterem Diophanteam, sive numerosam, Anconæ 1644, 4. Raphaelis Bombellii (a) algebram, Italico sermone editam Bononiæ 1567, 4, qui sua problemata Diophanteis admiscuit (b); et Guil. Oughtredi, Etonensis collegii regal. Cantabrig. socii, Opuscula mathematica, Oxon. 1677. 8, in quibus libri tres primores Diophanti algebraico more solvuntur. De ingeniosissimi Ozanami Diophanto vide Joannis Wallisi Opera, tom. III, pag. 681 sq. Diophantum editum esse ab Ism. Bullialdo, legi in Koenigii (c) biblioth. et Hendreicnii Pandectis Brandeb. Sed nunquam vidi neque alius quisquam ut puto. Quanquam exstat opus Bullialdi subtilissimum, a Diophanti argumento haud abludens, de arithmetica infinitorum libris VI. Paris. 1682 fol.

Harmonica Diophanti, quæ Gesnerus et alii memorant, intellige de harmonicis numeris, non de scripto quodam musici argumenti.

(*k*) Secundum catal. mss. Regg. Paris. vol. II, in codd. 2381, n. 1, 2382 et 2509, n. 6, Max. Planudæ calculatoria, secundum Indos, magna appellata; in cod. 2428, n. 6, Max. Planudæ et Nicolai Smyrnæi, Artabasdi Rhabdæ, Opusculum commune arithmeticum, de ratione numerandi apud Indos usurpata, sive de numerorum Arabicorum usu; opus ineditum. — Planudæ Calculatoria, etc., Monac. in cod. Bavar. 104, fin. V. Hardt, in *Aretini Beyträgen*, etc. a. 1804, part. VII, pag. 10; et part. VI, p. 28 sq. in cod. 100, Plan. 1) Calculatoria; inc. Οἱ τῶν ἀστρονόμων φιλοσοφώτεροι · 2) De subtractione aut ejectione numerorum; alia methodus probationis, ex additione Nicolai Rhabdæ et de multiplicato. Atque tria adhuc contineri in ipsius calculatoria, colligit ex eo, quod finitis his omnibus legitur: Τέλος ψηφοφορίας τοῦ Πλανούδη · idemque ex his ipsis se perspexisse profitetur, Planudem zifris Arabicis in numerando usum esse, sic: Λέγω 10 et 1, ἀφαιρῶ ἀπὸ τῶν 11, κ. τ. λ. — Plan. et Nic. Rhabdæ phrasis artis magnæ computandi apud Indos, in cod. Escor. teste Plüer. in *Itiner. per Hisp.* p. 181. — Romæ, in bibl. Vaticanæ cod. Ottobon. anonymi Ψηφηγορία κατ' Ἰνδούς, ἡ λεγομένη μεγάλη · init. Εἴπωμεν δὲ καὶ περὶ τῶν ψήφων τῆς ἀστρονομίας, etc. Plura v. in Montfauc. *Bibl. biblioth. mss.* pag. 187 *C*. Sed auctorem illius operis esse Planudem, patet ex cod. Marc. Venet. 303, qui eamdem habet inscriptionem idemque initium: de quo et altero cod. Marc. 323 curatius, quam confector catal. codd. Gr. Marc. pag. 143 et 148 fecerat, disserit cel. Morell. in bibl. mss. Gr. et Lat. tom. I, qui de priore cod. p. 185: « Est, ait, uberior tractatio hæc, quam alia Planudi nomine inscripta, in cod. 323 exarata, et non pauca ad astronomicas potissimum supputationes utilia præterea continet, iisdem licet doctrinis ac interdum iisdem quoque verbis adhibitis. Differentiam non animadvertit Villoison., qui de codice utroque scripsit, ac si unum idemque opus inesset; et numerorum figuras ære expressas ex utroque dedit *Anecdot.* tom. II, pag. 153. » — De posteriore cod. qui incipit, Οἱ τῶν ἀστρονόμων φιλοσοφώτεροι, ἐπεὶ ὁ μὲν ἀριθμὸς ἔχει τὸ ἄπειρον, pag. 204: « Operis, inquit, titulum ac initium post Kircherum corruptis verbis dedere Steph. le Moyne (jam citatus a Fabricio,) et Papebrochius, tom III, p. LIX, Maii Bolland. ed. Venetæ. Utrumque accuratissime ex cod. hoc Viloison. exhibet *Anecd.* tom. II, pag. 153, cum figg. ipsis numerorum, parum admodum differentibus ab iis quas Heilbronner habet *Histor. mathescos* p. 739. Ad opus Planudis hoc ipso codice, a se a 1788 inspecto, exaratum provocat Joann. Andres, in epistolis tom. III, pag. 63, ut numerorum notas, quibus utimur, ab Arabibus ad nostrates derivasse tueatur: qua de re multa his etiam temporibus disputata sunt. » Hactenus cl. Morell. Andres autem laudatus paulo uberius de illo codice et numerorum notis in epistola 3, in qua multa notatu digna de bibliotheca Marciana narrat fratri suo, disserit in libro docto: *Don Juan Andres Reise durch verschiedene Städte Italiens*, in den Jahren 1785 bis 1788, in vertrauten Briefen an seinen Bruder Don Carlos Andres. Aus dem Spanischen übersetzt von E. A. Schmidt, tom. II, Weimar 1792, 8, p. 42 sq. (*Harl.*)

(a) De hujus et Franc. Vietæ opera vid. Mezir. et Sallengre, *Mem.* l. c. pag. 83. (*Harl.*)

(b) Add. *I problemi di Diofanto Alessandrino, tradotti in Italiano e analiticamente dimostrati*, in tom. II, *Elementi di fisica* del P. Giovanni Crivelli Somasco, Venezia, nella Stamperia Baglioni, 1744, 4. Vid. Paitoni *Biblioth. degli autori volgarizzati*, tom I, pag. 292. (*Harl.*)

(c) Kœnigii errorem notavit Bayle l. c. pag. 387, not. B. (*Harl.*)

antiquo cursivo charactere minusculo ille defluxisset, qui Longobardicus vulgo dicitur. Sed uberior illius quæstionis investigatio longe abest ab instituto nostro : et præstat, quosdam libros, ex quibus cupidus illius rei plura haurire possit, tantum paucis commemorare. Haud inutiliter igitur conferri possunt Christi Guil. Büttneri, prof. quondam Gottingensis, *Vergleichungs-Tafeln der Schriftarten verschiedener Völker*, etc., part. I, Gottingæ et Gothæ 1771, 4, tab. II, ejusque *Brevis expositio alphabetorum omnium populorum et affinitatum, quibus illa inter se conjuncta sunt*, §. 2, in Nov. Commentar. Societatis Regiæ scientiarum Gottingensis, tom. VII, Gottingæ 1777, 4, p. 109; et Heilbronner, a Morellio jam laudatus, qui p. 741 vulgarem sententiam, Europæos accepisse characteres Indicos ab Hispanis, hos a Mauris, et hos ab Arabibus, hos autem non ipsos, sed Indos figuralem numerandi rationem excogitasse, et alia a Wallisio prolata, nec non contrarias sententias Wallisii ac Jo. Frid. Weidleri, qui in Dissert. de charact. numerorum vulgaribus et eorum ætatibus, Viteberg. 1727, arbitratur characteres numerorum, Arabicis similes, jam Boethio, a. Chr. 524 mortuo (adeoque ante Planudem), fuisse cognitos, aliorumque uberius refert. Sed illorum aliorumque opiniones copiose recitantur et partim oppugnantur in opere inscripto : *Neues Lehrgebäude der Diplomatik, welches in Frankreich von einigen Benedictinern — verfertiget worden. Aus dem Französischen übersetzt*, tom. V. Erfurt 1767, 4, lib. II, cap. 4, sect. 9, artic. 2, p. 76 sqq. Add. Jo. Christoph. Gatterer's *Abriss der Diplomatik*. Götting. 1798, 8, pag. 29 sqq. (*Harl.*)

28. *Problematum Volumen*, memorat Gesnerus in bibl. e Volaterrano.

29. *Commentarios in Rhetoricam Hermogenis*. Id. Planudis ad Hermogenem de statibus mss. in bibl. Caesarea, ad calcem Joannis Siculi ad Hermogenem περὶ ἰδεῶν. (*Fabr.*) Planudis scholia in Hermogenem, Mediolani in bibl. Ambros. *V.* Montfauc. *Bibl. biblioth. mss.* p. 501 *B.* — Rhetoricæ prolegomena inedita, Paris. in bibl. publ. cod. 2920, n. 1; in quo etiam sunt, n. 3, Hermogenis *Ars rhetorica, de partitione statuum et quæstionum oratoriarum*, adjunctis prolegomenis atque commentariis ; n. 4, ejusd. *De formis oratoriis* libri IV, adjunctis prolegom. et commentariis. — Plan. Rhetorices prolegomena et Hermogenis libri, Taurini, in cod. Reg. 77. V. Cat. codd. Gr. Taur. p. 171. — An huc etiam pertinent aut ad scripta grammatic. Plan. *Notationes variæ?* Mss. exstant Romæ in bibl. Vatic. V. *Montfauc. Bibl. biblioth. mss.*, p. 187 *C.* (*Harl.*)

30. *In Theophrasti Characteres* Gesnerus.

31. *Eclogam, quomodo appellentur animalia tum terrestria, tum aquatilia*. Id.

32. *Figuras de sole et luna*. Id.

33. Διάγνωσιν ὑελίων τοῦ οὔρου. *De colorum in urinis cognitione, et de sanguine phlebotomiæ*, carmine politico ex codice Regio 957, usus est Cangius in *Glossario Græco*. Exstat etiam in bibl. Caesarea. Lambec. V, pag. 218. (*Fabr.*) Sive pag. 450, Kollar. n. 9. cod. 269 Inc. Τῶν ἀσθενῶν ὑέλια μάθε τρισκαίδεκα. Hoc autem carmen in codd. Cæsar. 20, n. 2, 42, n. 2, et 40, n. 5, et alibi tribuitur Nicephoro Blemmidæ. *V.* Lambec. VI, part. II, p. 250, 355 et 359, n. 2. Add. supra ad vol. VII, pag. 672 seq. infra vol. XII, n. 779, et Indic. ad nostram bibl. Gr. voc. *Nicephorus Blemmidas*. — Planudæ tamen ascribitur prius carmen et vocatur De urinis omnium morborum humanorum, Monac. in codd. Bavar. 70, et 72, addito de sanguine phlebotomiæ. Inscr. *De coloribus urinæ in omnibus hominum morbis*. *V.* Hardt, in *Aretini Beyträgen*, etc., ann. 1804, part. IV, pag. 25 et 35. — Leidæ in bibl. publ. inter codd. Vossian. Planudis aliquid de urinis. *V.* Cat. bibl. Leid. p. 402, n. 18; in Cat. autem mss. Angl. II, n. 2301, inter codd. Vossian. inscribitur : *Max. Plan. prognostica de urinis.* — Dijuducatio vitrearum urinarum et de coloribus ac sedimentis earumdem, in catal. mss. Zenonis Pistoriens. *V.* Lamii *Delicias erudit.* ann. 1743, p. 107. — Mosquæ in cod. synod. 349, n. 57. Plan. Περὶ πάντων τῶν αἱμάτων τῆς φλεβοτομίας. Init. Μάθε καὶ τὰ αἵματα. *V.* Matthæi not. cit. p. 259. (Harl.)

34. *Aristotelem de Plantis* ex lingua Punica (imo ex Latino, interprete (*b*) Galli, nescio cujus, qui ex Arabico verterat) in Græcam retraxisse Planudem, notat Simlerus.

35. *Ænigma* ms. in bibl. Cæsarea, incip. ἐρήμην πότε δικασθείς, (*Fabr.*) in cod. 296, n. 5. *V.* Lambec. V, p. 544, Koll. add. ad n. 21. (*Harl.*)

36. *Adagiorum Centuriæ tres*, sæpe a Nic. Comneno citantur.

37. *Additiones ad bibliothecam Photii*; id. p. 16, 21, etc.

38. *Philologia de historia Dictyos et Troico bello*; id. p. 387, prænot. mystagog.

[Βασιλικός, in cod. Mosquensi synod. 302, n. 81. Inc. Πολλάκις μοι λογίσασθαι. Vid. *Matthæi* Notit. cit. p. 199. — Ibid. p. 252, in cod. 394, n. 14, incip. opusc. quoddam Planudæ, Ἐρωτητέον πρότερον. (*Harl.*)]

[Τεχνολογίαι καὶ μερισμοί. — *Technologiæ et particulares quædam expositiones in Philostrati imagines.* Incip. Τὸ ἀσπάζεσθαι καὶ τὸ φιλεῖν, etc. Florent. in cod. Laurent. 7, n. 6, plut, 55, sine nomine quidem auctoris ; quod tamen adnotante *Bandin.* in Cat. cit. II p. 246, Fabric. (supra, vol. V, p. 550, § 5) Max. Planudæ attribuere videtur. — Ibid. in eod. cod. n. 8, Philostrati Heroica, translata ab Italorum dialecto

(*a*) Atqui Ursinus videtur anthologiam Cephalæ respicere, et ex his Ursini verbis colligere licet, ipsum illum codicem Palatinum fuisse antea Angeli Collotii.

(*b*) Vide, quæ notavi lib. III, cap. 5, § 19 [vol. III, p. 241].

in Græcam linguam a Max. Planude, in dialogi formam; interloquuntur autem Vinitor et Phœnix, cum scholiis quibusdam et glossis interlinearibus. V. Bandin. l. c. p. 247, et supra vol. V, p. 543, et p. 546 seq. et 549 seq. de editt. Venet. ap. Ald. 1503, 1522. Florent. ap. Juntas; Ven. 1550, 8, ubi et in ed. Morell. p. 631-729, atque in ed. Olear. p. 660 sqq. ille dialogus prodiit. — Romæ in bibl. Vaticanæ cod. Planud. in Philostratum. V. Montfauc. *Bibl. biblioth. mss.*, p. 8 *C*. (*Harl.*)]

[*Excerpta e Theonis enarratione in Arati Phænomena, digesta a Max. Planude, Florent.* in cod. Laurent. 44, n. 5, plut. 28. V. Bandin. in Cat. cit. II, p. 67, qui adnotat, eadem esse cum scholiis ad Arati phænomena, auctoris nomine destitutis, in cod. Laur. 37, n. 4, plut. 28, ap. Bandin. l. c. p. 63. *Harl.*]

ΤΟΥ ΣΟΦΩΤΑΤΟΥ ΚΑΙ ΛΟΓΙΩΤΑΤΟΥ

ΜΑΞΙΜΟΥ ΤΟΥ ΠΛΑΝΟΥΔΟΥ

ΕΙΣ ΤΟΝ ΘΕΟΣΩΜΟΝ ΤΑΦΟΝ ΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ ΗΜΩΝ ΙΗΣΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ ΚΑΙ ΕΙΣ ΤΟΝ ΘΡΗΝΟΝ ΤΗΣ ΥΠΕΡΑΓΙΑΣ ΘΕΟΤΟΚΟΥ ΚΑΙ ΔΕΣΠΟΙΝΗΣ ΗΜΩΝ.

—

SAPIENTISSIMI ERUDITISSIMIQUE VIRI

MAXIMI PLANUDÆ

ORATIO

IN CORPORIS DOMINI DEI NOSTRI JESU CHRISTI SEPULTURAM ET IN SANCTISSIMÆ DEIPARÆ AC DOMINÆ NOSTRÆ LAMENTATIONEM.

(Prodiit Græce Parisiis ap. Andr. Wechelum, sub Pegaso, in vico Bellovaco, anno salutis 1555; Latine in Bibl. PP. Lugdun. tom. XXVII, ex interpretatione Joachimi Axonii, Graviani. — In margine exemplaris quo utimur manu editioni Wecheli coæva legitur: *Hanc concionem habuit Planudes Byzantii, quæ nunc Constantinopolis appellatur, coram imperatore et cæteris aulicis die Sabbati proxime antecedentis festum Paschatis.*)

—

Ἃ μὲν ἄν τις εἰκάσῃ, τεκμήριον τὴν παροῦσαν ἔχων κατάστασιν, οὐκ ἔξω δοκεῖ τοῦ μέγα τι συνενεχθῆναι, καὶ ἱκανὸν τὰς ἁπάντων ψυχὰς ἀναπεῖσαι πενθεῖν· ἃ δὲ, πρὸς ἃ παρασκευάσμεθα βλέπων, φαιδρότητος ταῦτα καὶ ἑορτῆς πασῶν μεγίστης ἐπαγγελία. Τί μὲν οὖν τούτων ἑκάτερον, καὶ ὅθεν, καὶ ὅπῃ τείνει, οὐδένα τῶν τῆς ἡμετέρας αὐλῆς ἀγνοεῖν οἶμαι. Τίνι γὰρ οὐ σαφὲς, ὅτι τὸ μὲν, Χριστός ἐστιν ἐν τάφῳ μετὰ νεκρῶν κείμενος· τὸ δὲ, τῆς ἐκείνῳ προῤῥηθείσης ἐλπὶς ἀναστάσεως; Ἐμοὶ δὲ ὁ μὲν περὶ τοῦ δευτέρου λόγος, σχολὴν ἀγέτω τὰ νῦν, εἰ μή που καὶ ἄμφω δείκνυται δι' ἀλλήλων, καὶ οὐκ ἔστι περὶ θατέρου διεξιόντα, θάτερον παρατρέχοντα λέγειν. Ἃ δ' οὖν τὸ πρότερον ἀπαιτεῖ, περὶ τούτων καὶ δὴ λέξων ἥκω, ἂν ἄρα μὴ βέλτιον ἐποίουν σιγῇ τὴν ἡμέραν τιμῶν, (B) ἢ τοῖς ἐμαυτοῦ λόγοις τοῦ πλείονος αὐτὴν τῆς οἰκείας δόξης ἀκρωτηριάζειν δοκῶν. Χθὲς μὲν οὖν ἐκεῖνα παρῆν ὁρᾷν, ἃ καὶ τοὺς παντάπασιν λιθίνους ἀποχρῶσαν εἶχε τὴν δύναμιν ἐπιστρέφειν πρὸς ἑαυτὰ, κἀκείνοις μονονουχὶ φωνὴν ἀφιέντα διδόναι μανθάνειν, ὡς οὐκ ἀνθρώπῳ ψιλῷ, θεανθρώπῳ δὲ τῶν Ἰουδαίων ὁ φθόνος ἐπέθετο. Τίνα δὴ ταῦτα

(A) Quidnam quis conjectet ex his signis, qem in præsenti rerum statu cernuntur (non enim sine magna causa accidisse videntur, ac ejusmodi sunt, ut omnium animos ad lugendum inducere possint), quid rursum is cogitet, qui ea ad quæ paramur, spectet, siquidem lætitiæ festivitatisque omnium maximæ hæc nuntia sunt? Quid igitur horum utrumque, et unde, ac quo tendit neminem qui ex nostro sit ovili, hoc ignorare arbitror. Cui enim ignotum est, illud esse, Christum in sepulcro jacere cum mortuis, hoc vero spem resurrectionis ab ipso prædictæ? Verum posteriori in præsentiarum supersedeamus (nisi forte ambo explicentur per se mutuo; quoniam de uno qui verba faciat, alterum silentio præterire nequeat), (B) ad ea vero, quæ quod prius est, exigit, dicturus accedo, etsi forsan satius esset, taciturnitate hunc me venerari diem, quam oratione mea videri magis, quam dignitas admittat, eum mutilate ante oculos ponere. Heri igitur illa videre libebat, quæ sat magnam habebant vim, ut homines prorsus lapideos ad se convertere possent, ac ipsis tantum non ea quæ vocem edunt, ostendere

quod non hominem merum solum, sed Deum hominem Judæorum gravasset invidia. Quæ autem hæc sunt, quæ dico? Tenebræ soli offusæ, terra e fundamentis convulsa, saxorum velut ab ictu facta diruptio, velum templi a nulla, quæ quidem vel tenui sensu percipi potuerit, vi discissum, et quod maxime fuit horribile, mortui e patefactis sepulcris prosilientes et in multorum conspectus prodeuntes. Hæc enim atque his multo magis admiranda necesse erat fieri, cum Deus in carne pateretur, et injuste suspensus esset in lignum.

λέγω; Σκότος ἡλίου καταχεόμενον, γῆν ἀναβρασσομένην ἐκ θεμελίων, ῥήξεις πετρῶν ὡς ἀπὸ πληγῆς, ναοῦ καταπέτασμα ὑπ' οὐδεμιᾶς αἰσθήσει ληπτῆς διαρούμενον βίας, τὸ φρικωδέστατον νεκροὺς τῶν μνημάτων ἐκπηδῶντας ἀνοιγομένων, καὶ πολλοῖς ἐρχομένους εἰς ὄψιν. Καὶ γὰρ ἔδει καὶ ταῦτα, καὶ τούτων μακροῦ θαυμασιώτερα τελεσθῆναι, Θεοῦ σαρκὶ πάσχοντος, καὶ ξύλῳ καταδίκης μετεωρισθέντος.

Quin etiam par erat, cum is qui omnia continet, contumeliis obrueretur, ut hæc quoque in discrimen pereundi et cœlum (quod dici solet) terra miscendi, adducerentur. Hodie autem et aliud contigit mysterium, nimirum Dei ad inferos descensus, ut qui in terris cum adhuc versaretur, Evangelium prædicavit vivis, non minus his qui a multis jam sæculis vita defuncti fuerant, annuntiaret similiter. Neque enim debuit, cum natura sua justus sit, horum nomine, qui inde fuerunt, ex quo apud nos est peregrinatus, et qui deinceps futuri sunt, quandiu nox et dies sibi mutuo sunt successura, conari omnia, quæ ad primum hominem nos reducant (1); eos vero, qui antea descenderant ad inferos, calamitose et quoquo tandem modo in tenebris agentes despicere. Nam decuit illum non solum vivorum, sed etiam mortuorum Deum et Servatorem declarari, et ita devastare regnum peccati, quod erat infernus et mors. Tantum enim valuit aditus peccati in homines, ut hæc secum intulerit, atque hoc jactare potuerit, quod naturam humanam illuc delapsam velut hæreditatem inevocabilem nactus fuerit.

Καὶ περιυβριζομένου τοῦ τὰ πάντα συνέχοντος, οἰκεῖον ἦν καὶ ταῦτα κινδυνεύειν διαῤῥυῆναι, καὶ τῇ γῇ τὸν οὐρανὸν ἀναμεμίχθαι, λέγεται. Σήμερον δὲ μυστήριον ἕτερον, εἰς ᾅδου Θεὸς κατιών, ἵν' ὁ τοῖς ζῶσιν ἐν γῇ πολιτευόμενος ἐκήρυττεν Εὐαγγέλιον, καὶ τοῖς ἐξ αἰῶνος τὸν βίον ἀπολιποῦσι διαγγείλῃ μηδὲν ἔλαττον. Οὐδὲ γὰρ ἔμελλε, φύσει δίκαιος ὤν, τοῖς μὲν ἐξ οὗ τοῖς καθ' ἡμᾶς ἐπεδήμησε, καὶ μέχρις ἂν ἡμέρα καὶ νὺξ ἀλλήλαις ὑπείκωσιν ἐσομένοις πάντα πράξειν ὅσα πρὸς τὸν πρῶτον ἄνθρωπον ἐπανάγει· οὓς δὲ πρόσθεν ᾅδης ἐδέξατο περιόψεσθαι ὑπὸ σκότῳ κακῶς καὶ ὡς ἔτυχε πράττοντας. Ἐχρῆν δὲ αὐτὸν καὶ μὴ ζώντων μόνον Σωτῆρα καὶ Θεὸν, ἀλλὰ καὶ νεκρῶν γνωρισθῆναι· καὶ τὸ βασίλειον ἀνάστατον θεῖναι τῆς ἁμαρτίας. Τὸ δὲ ἦν ᾅδης καὶ θάνατος. Ταῦτα γὰρ ἴσχυσεν ἡ πρὸς ἀνθρώπους τῆς ἁμαρτίας πάροδος ἑαυτῇ συνεισενεγκεῖν, καὶ τούτῳ μεγαλαυχεῖν εἶχεν, οἷς τὴν τῶν ἀνθρώπων φύσιν ἐκεῖσε παραπεμπομένην, ὡς ἀναφαίρετον ὑπεδέχετο κλῆρον.

Erat autem hoc quoque bonitati simul et magnitudini Dei proprium, ut quem immortalitatis munere donarat, hunc a peccato ad mortem protractum, non negligeret, sed manum porrigeret jacenti et de casu rursus ipsum levaret. Qui quæso convenisset, imo vel auditu penitus tolerabile fuisset, peccatum omnino efferri et attolli contra potentiam et bonitatem Dei; posteaquam bonum sit ejusmodi, ut per se exsistat (2), et omnia contineat, malum vero nihil sit, quo dici possit subsistere? Qua de causa cum statuisset Deus ad integritatem figmentum suum reducere, nec angelis nec archangelis redintegrationem commisit, quandoquidem nec primam fingendi nos copiam illis fecit, sed ipse hanc potestatem sibi sumpsit, qui præclarum illud manuum suarum opus (hominem dico) noxa premi non est passus, ut, quemadmodum ipse solus est Deus, ita et opifex esset et servator, et hunc solum agnosceremus cum esse, qui hæc fecerit, eique soli gratias ageremus, et reverentiam, sicut omnis creatura, exhiberemus.

Ἦν δὲ καὶ οἰκεῖον τῆς ἀγαθότητος ὁμοῦ καὶ μεγαλειότητος τοῦ Θεοῦ, τὸν ἀθανασίᾳ παρ' αὐτοῦ τιμηθέντα, τοῦτον ὑπὸ τῇ ἁμαρτίᾳ κατασυρέντα πρὸς θάνατον μὴ παριδεῖν· ἀλλὰ δοῦναι χεῖρα κειμένῳ, καὶ τοῦ πτώματος ἀναστῆσαι. Ποῦ δ' ἂν εἰκὸς ἦν καὶ τῶν ὅλως ἀκοῇ φορητῶν, τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως καὶ χρηστότητος, κατακαυχήσασθαι τὴν ἁμαρτίαν εἰς τέλος; Τοῦ αὐθυποστάτου ἀγαθοῦ καὶ πάντα συστησαμένου, τό γε μηδεμιᾶς ὑποστάσεως μετέχον κακόν; Τούτου δὴ χάριν τὸ ἑαυτοῦ πλάσμα βουληθεὶς ὁ Θεὸς ἀνασώσασθαι, οὐκ ἀγγέλων ἢ ἀρχαγγέλων τινὶ τὴν σωτηρίαν ἐπέτρεψεν· ὅτι μὴ δὲ τὴν ἐξ ἀρχῆς ἡμῶν πλάσιν· ἀλλ' αὐτὸς ἀνεδέξατο τὴν οἰκονομίαν, ὃς οὐκ ἠνείχετο τὸ μέγα τῶν ἑαυτοῦ χειρῶν ἔργον, τὸν ἄνθρωπον λέγω, ζημιωθῆναι· ὡς ἂν αὐτὸς ᾖ ὥσπερ μόνος Θεὸς, οὕτω δὴ καὶ Δημιουργὸς καὶ Σωτὴρ, κἀκεῖνον μόνον εἰδῶμεν ἡμεῖς ταυτὶ πεφυκότα, καὶ μόνῳ τὴν χάριν ὁμολογῶμεν, καὶ τὴν προσκύνησιν, ὥσπερ ἡ κτίσις πᾶσα, προσάγωμεν.

(1) Naturam illam hominis insontem, qualis in primo parente nostro fuit Adamo ante lapsum, intelligit.

(2) Videtur hic secutus Pythagoram, qui in ordine rerum quæ in natura sunt, *bonum* collocavit, *malum* vero in ordine eorum, quæ non exsistunt:

A Ὑπὲρ οὖν τούτων, οὐχ ἁπλῆν ἐξ οὐρανοῦ μέχρι γῆς τὴν κάθοδον ἐποιήσατο, ἀλλὰ καὶ εἰς ᾅδου κατῆλθε, καὶ κατελθὼν, πύλας τε χαλκᾶς συνέθλασε, καὶ μοχλοὺς συνέτριψε, καὶ τοὺς τῶν καθημένων ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου, καὶ πεπεδημένων ἐν πτωχείᾳ καὶ σιδήρῳ δεσμοὺς διέῤῥηξε· καὶ ἐξήγαγεν αὐτοὺς ἐκ μὲν τοῦ σκότους πρὸς ἀνέσπερον φῶς, πρὸς δὲ ζωὴν αἰώνιον ἐκ θανάτου. Οἷς εἰ καὶ βραδύτερον ὁ Σωτὴρ, ἀλλὰ ποθεινότερον ἐπέστη, τὴν ἐλευθερίαν διδούς. Ἐπέφανε μὲν γὰρ οὗτος αὐτοῖς πρὸς τῷ τέλει τῶν αἰώνων. Τοῖς δὲ, τὸ μὴ μέχρι παντὸς ἐπιλαθέσθαι τῆς αὐτῶν κραυγῆς τὸν μόνον δυνάμενον σώζειν, οὐκ ἔλαττον ἐνομίσθη τοῦ μὴ δὲ τὴν ἀρχὴν ἐκεῖσε πεσεῖν, ἔνθα, εἰ μή τις ἐξῃρεῖτο ἐκεῖθεν καὶ τοῖς χρηστοτέροις ἀνέψυχεν, οὐδὲν ἂν παθεῖν ἔδεισαν χαλεπώτερον.

B Πολλὰ μὲν οὖν τὰ κατὰ τὴν ἐν σαρκὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν πρὸς ἡμᾶς ἄφιξιν προβάντα μυστήρια, ἅπαντα πᾶσαν ὑπερβαίνοντα δύναμιν λόγων· ἓν δὲ οἷον καὶ μέγιστον τὸ τελούμενον σήμερον. Τοῦτο δ' ἐστι, νέκρωσις ᾅδου, θανάτου θάνατος, ἐλευθερία ψυχῶν, καὶ πρὸς οὐρανοὺς ἠνεῳγμένη τοῖς βουλομένοις ὁδός. Πρὸς ὃ καὶ τἄλλα φέρεται πάντα, κἂν πόῤῥωθεν ᾖ, κἂν ἐγγύθεν ἠργμένα· ὥς ποτε καὶ ξίφη, καὶ ἀσπίδες, καὶ κράνη, καὶ δόρατα καὶ τἄλλα τῶν ὅπλων, καὶ ὁπλιτῶν ὅμιλος, καὶ βάρος ἵππου, καὶ πρωτοστατῶν, καὶ τῶν ἐπιτεταγμένων σφίσι, καὶ τῶν οὐραγούντων συντάξεις, πρὸς ἓν πάντα βλέπει, τὸ τῶν ἐναντίων ὡς οἷόν τε περιγενέσθαι. C Ἀλλὰ γὰρ, εἰ δοκεῖ, μικρὸν ἐπισχόντες, καὶ ἡσυχίαν τῷ λόγῳ δόντες, μέχρις ἂν ὁ Σωτὴρ τὰ ἐν ᾅδου διάθηται, ἴωμεν ἐπὶ τὸν τάφον, τῶν τῆς Παρθένου καὶ Μητρὸς ἐπὶ τῷ Παιδὶ γοερῶν ἀκουσόμενοι θρήνων, καὶ τῶν ἑξῆς αὖθις ἑξόμεθα. Ἴωμεν δὲ σιωπῇ, οὐ τῷ δεδοικέναι καὶ νῦν, μή τινα λάβωμεν ὑποψίαν ἐκεῖσε βαδίζειν, ὡς Πέτρος πάλαι καὶ Ἰωάννης, τῷ δὲ μή τινα διακοπὴν ἢ θόρυβον τοῖς θρήνοις ἐπενεγκεῖν.

Ἐπεὶ δὲ καλῶς ποιοῦντες ὑπηκούσατε, καὶ πόῤῥω τοῦ τάφου ἑστήκατε, ἀκούσατε ἤδη, ὦ γῆ καὶ ἥλιε καὶ ἀὴρ, ὡς πολλῶν αἰσθήσεσθε τῶν ἐμῶν ὀδυρμῶν, εἴ τις αἴσθησις. Ὁπότε ὃς ἦν μοι μόνος D Υἱὸς, ὅς μοι μόνος παραψυχὴ, τοῦτον ἐπὶ τάφον βλέπω νεκρὸν, βραχεῖς δὲ καὶ τοὺς οἰκτείροντας τούτου τὸ πάθος, καὶ τούτους ἀγαπητὸν οἰομένους, ἂν μηδ' ἐξελεγχθῶσιν εἰδότες τὸν ἄνθρωπον. Τὸ γὰρ μηδ' ἐπιστένοντας τῷ κειμένῳ φωραθῆναι, καλῶς αὐτοῖς ἠσφάλισται πανταχόθεν. Ἀλλ' ἐμὲ πόσων θανάτων ἐπικρεμασθέντες φόβοι, πείθουσιν ἐθέλειν λανθάνειν; Πῶς δ' οὐκ ἐξάκουστον κλαύσομαι καὶ θρηνήσω, κἂν μηδεὶς βούληται, κἂν πάν-

Ob hanc igitur causam, non unum e cœlo in terram iter instituit, sed et ad inferos usque descendit, et postquam descendisset, æreas portas effregit et repagula subvertit; eorumque qui in tenebris et umbra sedebant (3), ærumna ferroque constricti, vincula abrupit, atque eduxit, e caligine quidem ad lucem vesperæ nesciam, ex morte vero ad vitam æternam. Quibus etsi tardior, tamen desideratior ad liberandum Servator adfuit. Apparuit enim illis in fine sæculi, his vero sic, ut non minus optabile fuerit, clamorem suum non fugere perpetuo illum, qui solus facere salvos poterat; quam ab initio non descendisse illuc, unde nisi quis exemptus esset et melioribus revixisset, perpeti nihil potuisset gravius.

Cum itaque multa sint admiranda opera, quæ carne indutus, in illa, qua ad nos venit, demigratione Servator noster ostendit, cuncta illa quidem talia, ut omnem dicendi vim superent; tum unum est et summum et maximum, confectum hodie, id autem est inferni vastatio, mortis mors, liberatio animarum et ad cœlos patefactus volentibus aditus, quo omnia alia, sive propius admota, sive longius amota, referuntur; haud aliter, quam gladii, quam clypei, quam galeæ, quam hastæ aliique armorum armatorumque apparatus, ut equorum conglobatio, ducumque et his subditorum ac subsidiorum acies, ad unum omnia spectant, ut scilicet circumveniatur hostis. Atqui (si videtur) paulum contineamus nos et a sermone quiescamus, donec Servator quæ apud inferos sunt agenda, perfecerit. Interim eamus ad sepulcrum, lamentabiles Virginis Matris, quos Filio effundit, audituri fletus, post ad ea quæ hic adnectenda fuerant, revertemur. Eamus autem tacito, non jam ambigentes aut propter hæsitationem aliquam morantes (4), sicuti Petrus olim et Joannes, sed ne interrumpamus aut disturbemus luctum.

Quia vero probe officio vestro functi, patientes huc usque aures præbuistis et procul a sepulcro constitistis, auscultate et nunc, o terra, o sol, o æther quantos percipitis (si quis vobis est sensus) hos meos ploratus. Qui quondam unicus mihi fuit Filius, qui unicum mihi solatium, hunc in sepulcro video jacere mortuum et paucos admodum, qui hujus cladem miserentur, præclare secum actum ratos, si non arguantur hunc novisse hominem (5). Nam ne hic jacenti adgemiscere deprehendantur, probe sibi caverunt undique. At, quam multi diversissimæ mortis undequaque mihi incumbentes metus suadent, ut hæc tegere ve-

hodie *privativa* seu *privationes* vocantur in scholis.

(3) Hoc illud est propheticum : *Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam* (*Isa.* IX, 2).

(4) Hinc cum ad ipsos allatum esset per mulieres de resurrectione Domini, non crediderunt, sed φάσματος loco nuntium habuerunt.

(5) Tangit verba Petri Dominum suum negantis.

lim? Qua ratione mihi imperem, ut non altissimo fletu planctuque exclamem, etiamsi nemo admittat, sed omnes prohibeant? O tristissima omnium dierum dies quæ tum mihi es exorta, cum Filium vidi e ligno suspensum clavisque perfixum, et latus ejus hasta apertum, atque ipsum ea perpetientem, ad quæ nec animum advertere queo. Cur hanc non e corpore evulsi animam, cum acerbitatem illam sim intuita præsentem quæ etiam nunc, quoties ad memoriam revoco, me pene exanimat? Heu tuam, nate, cædem, heu iterum atque iterum, quam injuste cruci es affixus, quam inique clavis es percussus, quam impie hasta ictus! Gravibus tu pressus malis, ex humanis migrasti; gravioribus vero ego afflicta cingor. Optatius enim est, mortem obire, quam in dolore vivere. Quam miseriam primo, quam deflebo postremo? Totis mihi opus foret fluminibus in lacrymas versis, si unicuique singulatim essem immoratura. Illusus es tu, ego me ploratu confeci; tu colaphis cæsus es, ego faciem texi, intuitum solis nequaquam ferens; tu sputo conspurcatus diffluxisti, me ignominia ista coegit, totam me lacrymis perluere; tu purpura cum derisione es indutus, mihi si quis saccum lugubrem porrexisset (6) libenter amplexantem vidisset; tuum arundine caput est percussum, ego meum caput manibus contudi; tu flagris laniatus es, ego me totam discerpsi: tu suspensus es, ego præ dolore concidi; tu clavis cruci es affixus, ego rigida et immota mansi; tu fel cum aceto bibisti, meam amaritudinem quo pacto eloqui possem? exspirasti, ego propemodum: hasta sauciatus es, meum cor acutus penetravit ensis: denique nunc in sepulcro jaces mortuus, mea conditio etiam mortuorum conditione est miserabilior et multis mortis generibus gravior.

A τες κωλύωσιν, ὦ πασῶν ἡμερῶν ἀλγεινοτάτη μοι ἀνασχοῦσα, καθ' ἣν τὸν Υἱὸν εἶδον ἐν ξύλῳ κρεμασθέντα, προσηλωθέντα, λόγχῃ τὴν πλευρὰν ὀρυγέντα, τἄλλα παθόντα, οἷς οὐδὲ προσβάλλειν τὴν διάνοιαν φέρω. Πῶς οὐκ ἀπέῤῥηξα τὴν ψυχὴν, ἡνίκα τὰ πικρὰ ταῦτα παρόντα ἑώρων; Ὁπότε καὶ νῦν, ἂν τούτων μνησθῶ, ἐγγὺς τοῦ καταστρέψαι γίνομαι τὴν ζωήν; Οἴμοι τῆς σῆς, ὦ τέκνον, σφαγῆς· οἴμοι μάλα αὖθις, ὡς ἀδίκως ἐσταύρωσαι, ὡς ἀνόμως προσήλωσαι, ὡς ἀνοσίως λελόγχευσαι. Ἐν δεινοῖς μὲν ἐξ ἀνθρώπων μετέστης αὐτός· ἐν δεινοτέροις δὲ κατελήφθην ἐγώ. Τοῦ γὰρ ἐν λύπῃ βιοῦν ἄμεινον τὸ θανεῖν. Τί τῶν παθημάτων πρῶτον, τί δ' ὕστατον ἀποδύρωμαι; Ὅλων μοι δεῖ ποταμῶν μεταστάντων εἰς δάκρυα, εἰ τοῖς καθ' ἕκαστον μέλλω B ἐπεξιέναι. Ἐνεπαίχθης· ἐγὼ δὲ περὶ θρήνους ἐσπούδασα. Ἐῤῥαπίσθης· ἐγὼ δὲ τὸ πρόσωπον συνεκάλυψα, μὴ φέρουσα τὸν ἥλιον βλέπειν. Ἐνεπτύσθης· ἐμοὶ δὲ τὸ πάθος ἐπέταττεν ὅλην ἐμαυτὴν λούειν τοῖς δάκρυσι. Πορφύραν μετὰ γέλωτος ἐνεδύθης· ἐμοὶ δ' εἴ τις πένθους ὤρεγε σάκκον, ἀσμένως εἶδεν ἂν ὑποδεχομένην. Καλάμῳ τὴν κεφαλὴν ἐτυπτήθης· ἐγὼ δ' ἐμαυτῆς κεφαλὴν ἐκοπτόμην χερσίν. Ἐφραγγελλώθης· ἐγὼ δ' ἐμαυτὴν ὅλην κατέξανα. Ἀνηρτήθης· ἐγὼ δ' ὑπὸ τῆς ὀδύνης κατέπεσον. Προσηλώθης· ἐγὼ δ' ἀκίνητος ἔμεινα. Χολὴν ἐποτίσθης σὺν ὄξει· τὴν δ' ἐμαυτῆς πικρίαν πῶς δυνηθῶ φράσαι; Ἐξέπνευσας· ἐγὼ δὲ παρὰ μικρόν. Ἐλογχεύθης· ἐμοῦ δὲ τὴν καρδίαν ξίφος διῆλθεν C ὀξύ. Καὶ νῦν ὕστατον ἐν τάφῳ κεῖσαι νεκρός. Τἀμὰ δ' ἀθλιώτερα καὶ νεκρῶν, καὶ πολλῶν θανάτων βαρύτερα.

Utinam in Ægypto tecum et propter te, Fili mi, illuc profecta, mansissem, nec ulla via ad Judæos revertissem! Forsan enim non assiderem nunc muto huic lapidi, lapidi meis lacrymis madenti, mœrorem mœrore atque dolore cumulans. Opportune declinavimus, o Nate, tunc temporis furorem Herodis. In peregrina, quam propria, eaque quæ nos tulit et educavit, vitam duximus tutiorem. Debebat alter scilicet Herodes iterum ad mortem persequi animam tuam, Herodes, inquam, cum Pilato, adversus te conspiratione conflata. Atque nunc quidem mortem oppetisti tu, ego vero miserrima mater gemitu contabesco. Defecerunt omnes amici, adeoque discipuli, tui exemplo securius se continere docti: ac incumbens periculum fuga evitant. Hei mihi! quod etiam latronibus pejor sis æstimatus, et Barrabas ad vitam, tu ad mortem sis expetitus. Multis tu quidem matribus e morte restituisti liberos, atque id nunc gaudent, et sibi gratulantur: mihi vero ecquid tale contigit? mortuum te lugere unigenam, primigenam, cur non me prohibuisti?

Ὢς ὤφελον ἐν Αἰγύπτῳ μένειν, φίλτατε Παῖ, σὺν σοὶ καὶ διὰ σὲ κατιοῦσα, καὶ μηδαμῶς πρὸς Ἰουδαίους ἐπανιέναι! Οὐδὲ γὰρ ἂν ἴσως λίθῳ νῦν κλαίουσα παρεκαθήμην κωφῷ, λίθῳ ποτιζομένῳ μὲν τοῖς ἐμοῖς δάκρυσιν, ἐπὶ δὲ λύπαις λύπας καὶ ὀδύνας μοι γεωργοῦντι. Καλῶς ἐκεῖνον, ὦ παῖ, τὸν χρόνον ἐκκλῖναι τὴν Ἡρώδου μανίαν ἡμῖν ἐξεγένετο. Ἀσφαλέστερον ἐπὶ τῆς ξένης ἢ τῆς ἐνεγκαμένης τὴν δίαιταν ἔσχομεν. Ἔμελλε δὲ ἄρα πάλιν Ἡρώδης D ἕτερος εἰς θάνατον τὴν ψυχήν σου ζητεῖν. Ἡρώδης καὶ Πιλάτος ἄρτι κατὰ σοῦ συμπεφρονηκότες. Καὶ δὲ νῦν τέθνηκας μὲν σὺ, στένω δ' ἡ μήτηρ ἐγώ. Φίλοι τε πάντες ᾤχοντο, καὶ μαθηταὶ, τῷ κατὰ σὲ ὑποδείγματι τῆς ἀσφαλείας γενόμενοι, φυγῇ τὸν ἐπιφερόμενον ἀποτρίβονται κίνδυνον. Οἴμοι, ὅτι καὶ λῃστῶν χείρων λελόγισαι, καὶ Βαραββᾶν μὲν πρὸς σωτηρίαν ἐξῃτήσαντο· σὲ δὲ πρὸς θάνατον. Πολλαῖς μὲν μητράσιν ἀνέδωκας ἐκ θανάτου τοὺς παῖδας καὶ χαίρουσι νῦν· ἐμὲ δὲ τί τοῦτο; νεκρόν σε θρηνεῖν, τὸν μονογενῆ, τὸν πρωτότοκον, οὐκ ἐκώλυσας; Ὠμμάτωσας μὲν σὺ τυφλοὺς, κωφοῖς παρέ-

(6) A more Judæis olim recepto hoc accepit, qui in rebus afflictis saccum induceban, ut in Ninivitarum historia legimus (Jon. I).

σχους ἀκοὴν, ἐτράνωσας φωνὴν μογιλάλου, ἠρτίωσας κυλλοὺς χεῖρας καὶ πόδας, μυρίων ὅσων θαυμάτων γέγονας αὐτουργὸς, τὸ μέγιστον, νεκροὺς ἤγειρας ὡς ἐξ ὕπνου. Ἐγὼ δ' ἐσεμνυνόμην τοιοῦδε Παιδὸς ἀκούουσα μήτηρ. Οὗ μὲν γὰρ σῶν μνήμη θαυμάτων, ἐκεῖ καὶ αὐτὸς παρῆς εὐφημούμενος. Οὗ δὲ σοὶ τὰ τῆς εὐφημίας ἀνῆγον, ἐκεῖ κἀμὲ τὴν γεννήσασαν ἠξίουν μακαριοῦν. Νυνὶ δὲ πᾶσι τούτοις βραχὺς ἤρκεσε χρόνος εἰς δάκρυα καὶ θρήνους μεταπεσεῖν. Συνέπαθέ σοι καὶ ἡ κτίσις, Υἱέ. Ἀλλ' ὅ τι τῶν στοιχείων ἕκαστον ἀνὰ μέρος ὑπέμεινεν, οὐδὲν τούτων ἦν κοῦφον, ὡς μὴ προσθήκη τοῖς ἄλλοις γενόμενον ἱκανὴ, πᾶσιν ἅμα τὴν ψυχήν μοι καταδραμεῖν. Οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ ἑκάστῳ συμπτώματι προσήκειν ἐνόμιζον ἐμαυτῇ, κατάλληλον δέχεσθαι τὴν πληγήν. Ἐσκοτιζόμην γὰρ ἡλίου σκοτιζομένου· καὶ γῆς σειομένης ἐκλονεῖτό μοι τὰ μέλη· ἂν διεῤῥήγνυντο πέτραι καὶ ἐσχίζετο καταπέτασμα, οὐδὲ τῆς ἐμῆς καρδίας ἡ ῥῆξις ἐφείδετο. Μνήματα ἀνεῴγνυτο, καὶ τῶν ἐπὶ τάφους ἐκφερομένων οὐδὲν ἄμεινον εἶχον. Ποσάκις ἄν τις ἀπηγγέλλετο τῶν Ἰουδαίων ἐνέδρα κατὰ σοῦ, καὶ χαλεπώτερον ἐγὼ τοῦ σκευωρουμένου τὸν κίνδυνον ὑφωρώμην. Οὐ γὰρ ἠφίει τὸ περὶ σὲ φίλτρον ἐπὶ μετρίων τὸν λογισμὸν, ἀλλ' ὑπώπτευον περὶ σοῦ ἅπερ οὐδὲ περὶ αὐτοῦ τις ὑπώπτευσεν ἄν. Λίθους αἰρομένους ἤκουσα κατὰ σοῦ, καὶ λίθου ψυχροτέρας ἐμαυτῆς ᾐσθανόμην. Τί δέ; Ἔθνησκεν Ἰωάννης, καὶ σοὶ τὸ ξίφος ἐπικεῖσθαι ἐφανταζόμην. Ὃν ἀναβλέψαι πεποίηκας ἐξεβλήθη τοῦ συνεδρίου, καὶ κατὰ σοῦ βαρὺν ἀνεπόλουν τὸν διωγμόν. * Τίς ἔτι Λάζαρος τὸν θάνατον ἐκφυγὼν ὑπὸ σοῦ πρὸς φόνον αὖθις ἀνηρευνᾶτο, καὶ τὸ περὶ σέ μοι δέος ἀνενεοῦτο. Ἀλλ' ἐκεῖνα μὲν ἄχρι τοῦ φόβον παρέχεσθαι προὔβαινε· τὰ δὲ νῦν τέλος μὲν φόβοις ἐπέθηκεν, ἀρχὴν δέ μοι θρήνων καὶ ὀδυρμῶν ἐνεστήσατο. Καὶ θρηνῶ σε διὰ ταῦτα καὶ ὀδύρομαι ἐπὶ σοὶ, τέκνον, καὶ τῶν δακρύων οὐκ οἶδα τίς ἐφέξει με χρόνος.

A Cæcos videndi munere donasti, surdis auditum instaurasti, impeditis lingua vocem explanasti, manus et pedes mancos in integrum restituisti, quantorum et quam multorum miraculorum tu unus fuisti auctor, ac quod maxime est, mortuos velut ex somno (7) exsuscitasti. Ego quod talis Filii Mater vocarer, gloriabar. Ubicunque enim tuorum miraculorum erat recordatio, ibi et tu bene audiens aderas; quo vero tui fama pervenerat, illic et me, quæ te genuissem, felicem prædicandam censebant. Nunc vero exiguum tempus sat fuit, ad pervertenda hæc in fletus et lacrymas. Commota est autem, Nate mi, tua afflictione omnis creatura. Atquod unumquodque elementorum singulatim sustinuerit, non difficile fuit videre, ne B qua accessio fiat cæteris animo meo percurrendis: cum tamen ad me pertinere judicarim, unoquoque casu cor meum percelli. Siquidem sole tenebris obducto, obducta sum tenebris; ac terra concussa, concussa sunt mihi membra. Cum vero saxa sunt perfissa, et velum discissum, non potuit cor meum non discindi: sepulcra sunt aperta, ego haud aliter fui affecta, quam qui ad sepulturam efferuntur. Quoties quis nuntiabat structas tibi a Judæis insidias, gravius ego timebam periculum vero: neque enim tui amor leves sollicitudinum cogitationes mihi injiciebat, sed metuebam tibi ea quæ nemo sibi ipse metueret. Lapides in te sublatos audivi, ac me lapide sensi frigidiorem. C Quid vero? occubuit Joannes, et tuæ cervici securim impendentem fingebam. Is cui tu visum donaras, e synagoga est ejectus, et ego sævam tui persecutionem apud me volvebam. Jam vero Lazarus tuo beneficio morte exemptus, ad necem rursum est quæsitus, et hic de te mihi renovabatur formido. Sed hæc eo sunt progressa, ut metum attulerint; quæ vero nunc evenerunt, finem metui imposuerunt, atque initium fletus et luctus mihi adduxerunt. Te, Nate, propter hæc defleo, et tuo nomine ploro, nec scio diem, quæ meas lacrymas sistere possit.

Cæterum apostoli neque in manifestissimis periculis defecerunt a pactis cum magistro initis; sed, si cui fides non tantum in oculis residet, is videbit eos ad pericula prius etiam exsurgere, præcurrere, et in adversis triumphare, et cum cruciatibus inde ortis fortiter confligere solitos. Grave enim ducebant, si, anima illæsa, corporis dolores superiores evaderent, et aliquando ab apostolica anima apostolicum corpus desereretur, debilitatumque probe sequi non posset. Præclarissime! ut anima invictam se præstiterit, corpusque paria cum anima fecerit, et quam generose anima et corpus sese gesserint, nullis verbis explicari poterit.

At quis mihi indicet, qua ratione sermo iterum ad apostolorum pericula delatus sit? quem Spiritus rursus quasi domum reducat, et ostendat illis, quibus nihil aut ad invidiam, aut ad satietatem generandam accommodatius est, quam de his vel dicere vel audire aliquid novi. Etiam Paulo Spiritum astitisse, documento sit vipera in Melita insula, quam ita tractavit, ut non videretur esse vipera, vel potius, ut ipse Paulus non homo, sed Deus censeretur [21]. Addatur et hæc, quam in præsentia prætermittere parum festivum esset, Melitensium nimirum de Paulo, tanquam de homicida, suspicio, qua prius imbuti fuerant, et mutatio ejusdem in contrariam prorsus opinionem, et justitia ab illis deprehensa, forsan et laudata, ita ut nihil eis obstaret, quominus arcana ejus penetrarent, quippe qui miraculo jam cederent, et cum mutatione rei suspiciones quoque mutarent. Nostis ipsimet, me itidem tacente, quantam gloriam et venerationem hæc res conciliarit Paulo, vel potius ante Paulum, Deo Pauli. Si enim præco sic suo miraculo viros illos permovere potuit, ut ex improviso deposita deteriore opinione ad meliorem transirent, quid de ipso, qui prædicabatur, suspicabimur?

Adjungantur et illa, ejusdem namque sunt Spiritus, quæ et tunc miraculo circa viperam adjecta fuerunt; enumerentur, inquam, fugati morbi, omnes infirmiores, quam ut resisterent, et Pauli conversatio ad tempus cum Publii patre; si quis vero omnia penitius scrutari velit, is intelliget, insulanis eum statum inde provenisse, qui illis ingentium bonorum fruendorum copiam suppeditaret, et eam gloriam parere, qua majore in eum usque diem nullus ex insulæ indigenis claruerat. Et Paulus quidem occultabat, num quis deus inter illos versaretur, tametsi videretur esse deus. Iterum enim et sæpius rei suavitas et jucunditas huc me trahit, nec præter rationem; nam si a perniciosissimis nihil nocumenti accipere posse, sufficit ad apotheosin; jure optimo Paulus habitus est deus: et si is qui majora, quam pro hominis facultate, beneficia conferre potest, deus censetur, neque hoc Paulo deficit: nam hoc erat quasi insigne Pauli, ut ubique

terrarum plus, quam homo, haberet, et valeret, et quæ aliis præstitu erant impossibilia, hæc præstare pronum ei ac proclive esset, quodque dictu maximum et admiratione dignissimum, captivus tenebatur; neque ulla ei in libertatem sese asserendi facultas suppetebat; nec quod eo venisset, ex arbitrio ejus acciderat, nec in manu ejus erat, rebus suis uti, et eis, ubi et quo modo vellet, pro libitu adesse. Iste tamen, in hoc statu constitutus, morbis medebatur, et facillime restituta sanitate ab adversa valetudine liberabat, et quæ quis in hac vita optare poterat, promptissime largiebatur.

Hæc et alia hujus generis Spiritus fecit in apostolis, quæ si pro dignitate dicta et celebrata sunt, gratia Spiritui: si autem, quod magis suspicor, a dignitate rerum quam longissime aberravi, venia mihi detur, quam etiam flexis genibus et humi procumbens peto: conscius mihi sum, me nihil eorum, quæ vires meæ ferebant, prætermisisse. Vos vero, auditores, mentis vestræ et sententiæ domini, qui hactenus me magna benevolentia audiistis, eamdem ad finem usque mihi exhibere dignemini. Quid amplius dicere oportet?

Jam dudum sentio aliquos exspectare, an non apostolos comparem iis, qui ex omni ævo pietate et virtute claruerunt. Et hoc mihi promptum est: nullus enim apostolis de principatu litem movebit, neque de victoria concertabit; sed omnes sponte cedent, et gloriæ primas apostolis tribuent. Quod mihi vel maxime persuadet, conatum hunc comparationis, non esse studio magno dignum. Si enim non pateret omnibus, quod illis decantatis et celebratis ab omnibus conceditur, forsan oratio aliquid levamenti invenisset; cum vero horum dignitas et celsitudo non sinat, ut quemquam ante illos admiremur, omnesque illis quasi de via decedant, quid quis dicendo amplius effecerit, quam ut superfluus judicetur, quando etiam illi, qui penitus silet, fas est, absque ulla contradictione, omnium calculis, primas apostolis elargiri? Nullum enim ex omni mortalium numero invenire est, qui cum audit apostolos coryphæos et principes nominari, animo non statim assurgat, pronuntietque eos omnium aliorum coryphæos et principes esse.

Et hæc vulgata est apud pios, et omnium tutissima persuasio, neminem mortalium, quocunque tandem statu insignium, apostolis æquiparari posse. Non enim eos, qui acriter rem dijudicare norunt, decet, ut cum apostolorum mentio incidit, adducant alios, admiratione quidem, sed non instar istorum, dignos, quia his quoque in comparationem adductis, apostoli excellentiores apparebunt; quemadmodum et hoc in primis apostolicum est, omni industria a initi, ut omnibus antecellant, ut ob magnitudinem et multitudinem recte factorum nullus omnino ulli comparationi relinquatur locus. Neque si solem in medium producamus, et cum qualibet stella conferamus et accurate

A θρώπου, καὶ ὧν ἀπορία τοῖς ἄλλοις ταῦτα ἐκείνῳ εὔπορα εἶναι χρῆσθαι, καὶ τὸ δὴ πάντων μέγιστον εἰπεῖν καὶ θαυμάσαι, δεσμώτης μὲν ἦν, καὶ οὐδ' ὅσον εἰς ἄνδρα ἧκεν ἐλεύθερον μετεῖχεν ἀδείας, οὐδ' ἐπ' αὐτῷ γε ἦν, οὐδὲ τὸ ἐκεῖσε ἀφῖχθαι, οὐδ' αἵρεσις προὔκειτο τοῖς καθ' αὐτὸν χρῆσθαι καὶ πρὸς ἐκείνοις γίνεσθαι ἔνθα ἂν καὶ καθ' ὃν βούληται τρόπον. Ὁ δὲ τοιοῦτος καὶ οὕτω τῶν περὶ αὐτὸν ἔχων, νοσημάτων μὲν ἀπέλυε, πρὸς δὲ ὑγείαν εὐχερέστατα ἐπανῆγε, καὶ τοῦ κακῶς ἔχειν ἀπήλλαττεν, καὶ ὅ τις μᾶλλον τῶν ἐν τῷ βίῳ πάντων ἂν εὔξαιτο, ῥᾷστα παρεῖχε.

Τοιαῦτα ἐπὶ τοῖς ἀποστόλοις καὶ οὕτως ἔχοντα τὰ τοῦ Πνεύματος. Εἰ μὲν μὴ τῆς ἀξίας ὡς πορρωτάτω B λεχθέντα καὶ ὑμνηθέντα, τῷ Πνεύματι χάρις· εἰ δ', ᾧ καὶ μᾶλλον τίθεμαι, πορρωτάτω, συγγνώμη πρῶτα μὲν ἐκεῖθεν ἡμῖν καταπέμποιτο, καὶ γὰρ οὖν γόνυ κλίνω καὶ ὑποπεσὼν δέομαι· καὶ γὰρ τοῦ γε κατὰ δύναμιν οὐκ ἐνέλιπον. Ἔπειτα δὲ καὶ ὑμεῖς, ὦ παρόντες, κύριοι γνώμης ὄντες, εὐγνωμονέστεροι εἴητέ μου τοὺς λόγους ἀκηκοότες, καὶ μέχρι δὴ καὶ εἰς πέρας ἀκούσοντες εἶτε. Τί δή μοι τὸ ἐπὶ τούτοις εἰπεῖν;

Αἰσθάνομαι μὲν πάλαι τινὰς τοῦτο προσδοκῶντας, εἴπου τοὺς ἀποστόλους τοῖς ἐκ τοῦ παντὸς αἰῶνος ἐπ' εὐσεβείᾳ καὶ ἀρετῇ λάμψασι παραβάλοιμι, καὶ τό γε ἀπ' ἐμοῦ πρόθυμον. Οὐδεὶς γὰρ ἡμῖν τῶν πρωτείων ἀμφισβητήσει, οὐδὲ ἀγωνιεῖται περὶ τῆς νίκης, πλὴν ὅτι καὶ ὑπείξουσι πάντες, καὶ παραχωρή- C σουσι τοῖς ἀποστόλοις τῆς δόξης. Ἐμὲ δὲ τοῦτο μάλιστα μηδέν τι σπουδαῖον εἶναι τὸ πρᾶγμα πείθει. Εἰ γὰρ μὴ πρόδηλον πᾶσιν ἦν τὸ παρὰ πάντων συγκεχωρηκὸς τοῖς εὐφημουμένοις, τάχα ἄν τινα καὶ παραμυθίαν τοῦτο τῷ λόγῳ παρείχετο. Ἐπεὶ δὲ τὸ τούτων ἀξίωμα καὶ τὸ ὕψος πρὸ αὐτῶν οὐδένα θαυμάζειν ἐᾷ, καὶ πάντες αὐτοῖς ὑπεξίστανται, τί τις ἂν πλέον δόξαι ποιεῖν, ἢ τί δή ποτε περιττὸς εἶναι βουληθείη τοῖς λόγοις, ὁπότε καὶ μηδὲν περὶ τούτου γε εἰπόντι πρόσεστι τὸ πάντας αὐτοῖς ἀναντιῤῥήτως τὰ πρῶτα τῶν ψήφων νέμειν; καὶ γάρ τοι καὶ οὐδενὶ τῶν ἁπάντων ἔστι περιτυχεῖν, ὃς τοὺς κορυφαίους τῶν ἀποστόλων ἀκούσας, οὐκ εὐθὺς τῇ ψυχῇ διανίσταται, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων ἀποφαίνεται κορυφαίους.

D

Καὶ δημοτελὴς αὕτη δὴ δόξα παρὰ τοῖς εὐσεβέσι καὶ ἀσφαλέστατα πασῶν ἔχουσα, μηδένα τῶν ἐν οἵῳ δή τινι τέλει κατειλεγμένων, μηδ' ἐξίσου τοῖς ἀποστόλοις γίγνεσθαι ἔχειν. Οὐ γὰρ ἐκεῖνό γε τῶν τὰ ἀσφαλῆ κρίνειν εἰδότων, ὅπου δὴ καιρὸς τῶν ἀποστόλων μεμνῆσθαι, καί τινας ἑτέρους παράγειν, ἄλλο τε ἂν καὶ μὴ κατὰ ταῦτα θαυμασθησομένους, ὡς δὴ τῇ τούτων παραθέσει, τῶν ἀποστόλων τὸ μεῖζον ἑξόντων ὥσπερ οὐδὲ τοῦτό γε τῶν ἀποστόλων τὸ μὴ πᾶσαν θέσθαι σπουδὴν, πάντας ἐν πᾶσιν ὑπερβαλέσθαι, ὡς μηδενὶ διδόναι τῷ μεγέθει καὶ πλήθει τῶν κατωρθωμένων, παραθέσεως πρὸς αὐτοὺς χώραν. Οὐκοῦν οὐδὲ τὸν ἥλιον περιάγοντες καὶ ἑκάστῳ τῶν ἀστέρων παρατιθέντες τε καὶ ἀντεξετάζοντες

A θαυμασόμεθα. Ἅλις γὰρ αὐτὸς αὐτοῦ μετρήσει καὶ κάλλος καὶ μέγεθος. Ἆρ' οὖν ὁρᾷν ἔστιν, ὅπως οὐ προσέσται τὴν πρὸς τοὺς ἄλλους ἀντεξέτασιν τῶν ἀποστόλων εὐπρόσωπον ἂν προσιέναι, καὶ προσίοι μηδ' ἔργον εἶναι ταύτης ἐν τῷ παρόντι μηδέν. Τοῦτο μὲν οὖν εἴ τις οὕτως ὡς ἐγώ φημι δεῖν οἴεσθαι κρίνει, κάλλιστα κρίνει· καὶ ἀπόχρη μηδὲν πλέον τοῖς εἰς ταῦτα ἔχουσιν ἐμβραδύνοντα λόγοις, τῶν πρόσω ἔχεσθαι.

Κἀκεῖνο δὲ εἴ τις ἐμοὶ ταῦτα σπουδάσαι θελήσας ἐκτὸς τοῦ καλῶς ἔχοντος οἴεται, παραβαλεῖν ἀλλήλοις τοὺς ἀποστόλους, μόνοι γάρ, εἰ θέμις εἰπεῖν, ἀλλήλοις καὶ ἴσοι καὶ κρείττους, καὶ οὗτος, ἐμοὶ δοκεῖ, νόμους ἂν εἰδείη παραβολῆς τε καὶ παραθέσεως. Δεῖ δὴ τεθαῤῥηκότως προσιέναι τοῖς λόγοις, καὶ B νομίζειν πρὸς γνώμης εἶναι τοῦτο δὴ καὶ τοῖς ἀποστόλοις, εἴ τις ὑψηλότερος ὢν τοῦ γε πρὸς χάριν λέγειν, ἔπειτα καὶ ἀλλήλοις αὐτούς, ὅπερ εἰσίν, ἐπὶ τῶν πραγμάτων ἴσους καὶ τοῖς λόγοις ἔχοι δεικνύναι. Καί τοι τοῦτο καὶ φανερώτατόν ἐστι πᾶσι γνῶναι, ὡς ἁπανταχοῦ τε τῆς τοῦ λόγου πραγματείας ἡμῖν ἐσπούδασται καὶ τετίμηται. Καὶ σκοπὸς οὗτος δὴ τοῖς ἐπαίνοις, πάντα πρὸς ἓν τοῦτο συνελαύνων τε καὶ συνείργων· οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ κἀνταῦθα γενομένοις τοῦ λόγου, καὶ οὗ πάντων μάλιστα τοῦτο καιρός, χρηστέον ἂν εἴη τῇ προθέσει ἐπιτείνοντας τὸ ἐφάμιλλον, καὶ ἀπολαύοντας τῆς τὴν ἰσότητα πρεσβευούσης εὐφημίας τῶν ἀποστόλων. Τί δή; Παῦλος ἡμῖν τὸ ἑαυτοῦ μέρος ἐνταῦθα προβάλλει· καὶ ἀκούετε C ὡς ὑπερφυές. Εἴτε γὰρ καὶ ἄλλῳ τῳ σκοπεῖ τις εἰ πρόσεστιν, ὄψεται προσὸν οὐδενί· εἴτε τῶν ἐπ' ἄλλοις παραδόξως προβάντων πρὸς θαῦμα ἐφέλκεται, πάντα μικρὰ δόξει παραβαλεῖν, καὶ οἷον πρὸς πέλαγος ποταμός. « Οἶδα, φησίν, ἄνθρωπον, » ἑαυτὸν λέγων, ὁ ὑπὲρ ἄνθρωπον, « εἰς τρίτον οὐρανὸν ἁρπαγέντα, καὶ εἰς παράδεισον αὖθις, καὶ ῥημάτων ἀῤῥήτων ἀκούσαντα, ἃ μὴ θέμις ἀνθρώπῳ λαλεῖν. » Ὢ τοῦ θαύματος! Ἄνθρωπος εἰς τρίτον οὐρανὸν ἀναβάς; εἰς οὐρανὸν ἄνθρωπος; ποίοις πτεροῖς κουφισθείς; ποίᾳ παραπεμφθεὶς κλίμακι; τίνι τῶν ὑψηλοτάτων ὀρῶν ἀφετηρίᾳ χρησάμενος; Ἀλλ' οὐκ ἀναβάς εἶπεν, ἀλλ' ἁρπαγείς; Τοῦ τεραστίου! Μεῖζόν μοι λέγεις τὸ θαῦμα. Θεῖον διέξει τὸ χρῆμα. Ἄνθρωπος οὐδέ ποτ' ἂν ἡρπάγη μὴ Θεοῦ προσλαμβάνοντος· ἄνθρωπος οὐκ ἂν D ἡρπάγη πρὸς οὐρανόν, μὴ τοῦ οὐρανοῦ γενόμενος ἄξιος. Θεὸς οὐκ ἂν ἥρπασε τὸν οὐχ ἑαυτὸν ἄξιον αὐτοῦ παρεσκευακότα. Οὐρανὸς οὐκ ἂν ἐδέξατο τόν, ὃς μὴ μελέτην ἀεὶ τὴν τῶν γηΐνων ἀπόθεσιν ἐποιεῖτο. Ἀνελήφθη καὶ Ἠλίας, ἀλλ' ὡς εἰς τὸν οὐρανόν, καὶ οὐδὲ πρῶτον οὐρανὸν ὑπερκύψας. Παῦλος δὲ καὶ τρίτον διέσχεν.

Ἤδη δὲ καὶ προφήτης ἕτερος *ἰδεῖν* εἶπεν *ἐπὶ θρόνου τὸν Κύριον*. Ἀλλ' εἶδεν ὅντινα δή ποτε τρόπον, εἶδεν οὐχ ἁρπαγείς, οὐδὲ τῷ βλεπομένῳ συνών. Παῦλος δὲ πηλίκα τε εἶδε, καὶ τίνι συνεῖναι εἶχεν ἐπὶ τοῦ τρίτου οὐρανοῦ; κἂν μὴ λέγω, συλλογίζεσθαι πάντας οἶμαι. Ἔνθους γίνομαι ταῦτα λέ-

componamus, magis eum propterea admirabimur; satis enim ipse suam magnitudinem et pulchritudinem testatur. Apparet igitur collationem apostolorum cum cæteris decore non posse institui, et si instituatur, nullius ponderis et valoris esse. De his igitur si quis mecum sentit, recte sentit. At oportet, ut oratio his diutius non immorans, ad ulteriora progrediatur.

Quod si quis studiosius hæc excuti volens, existimat, præter decorum actum iri, si apostoli inter se conferantur, solos enim, si fas est dicere, sibi et æquales et seipsis præstantiores esse, hic etiam, judicio meo, leges collationis et comparationis nescit. Par enim est, ut intrepide loquamur, credamusque hoc ex apostolorum mente esse, si quis ad gratiam nihil dicere, et nihil auribus dare consueverit, deinde si invicem, id quod sunt, rebus gestis æquales esse demonstrare quiverit: nam omnibus cognitu est facillimum, nos in id toto orationis decursu unice incubuisse, et laudationibus iste finis propositus est, ut omnia ad unum contrahant et conducant. Et quia huc processit oratio, quodque opportunitas maxime exigit, utendum esse censeo ratione, quæ ad paritatem ducit, fruendumque æqualitatis inter apostolos præconio. Et Paulus quidem suas partes nobis hic concedit; attendite, quam ingeniose. Nam licet quis circumspiciat, num alteri cuiquam conveniat, animadvertet, nulli alteri convenire, et si quid supra admirationem cum aliis gestum adducatur, omnia ad comparationem minuta videbuntur, et velut fluvius ad mare. « Scio, inquit, hominem, » de seipso loquens, is qui supra hominem erat, « in tertium cœlum raptum, et in paradisum, et ineffabilia verba audivisse, quæ non est fas eloqui homini [22]. » O miraculum! Homo in tertium cœlum ascendens? In cœlum homo? Qualibus alis sublevatus? Quibus transmissus scalis? Quo altissimorum montium adminiculo usus? At non dixit, ascendens, sed raptus. O prodigium! Majus miraculum narras. Divinam rem commemoras. Nunquam homo raptus fuisset, Deo non assumente. Homo nunquam ad cœlum raptus esset, qui cœlo dignus non esset. Deus non rapuisset, qui se Deo dignum non reddidisset. Cœlum [non] recepisset, cui de rebus terrenis derelinquendis assidua meditatio non fuisset. Assumptus est etiam Elias; sed quasi in cœlum, et neque primum cœlum transgressus. At Paulus tertium quoque tenuit.

Quidam itidem ex prophetis dicit, *se vidisse sedentem Dominum super thronum* [23]. Sed vidit quomodocunque. Vidit, non raptus, neque præsens ei, quem vidit. Paulus vero qualia vidit, et cui in tertio cœlo præsens? etiam me silente, omnes id colligere et intelligere reor. Extra me

[22] II Cor. XII, 3, 4. [23] Isa. VI, 1.

rapior, cum de his sermocinor, neque me continere valeo. Voluissem Paulum in hac sua illustri gloria eminus contemplari. Sed valida obstant interstitia, omnemque visionem arcentia cœlorum obstacula. Neque mentem in cœlum pure transmittere queo. Quid igitur? Audiam solummodo eum, qui inde venit, Paulum, et admirabor, et venerabor eum solum, qui hoc facere potuit : et gratias agam ei qui nostram naturam tantis gratiis cumulare dignatus est. Et quidem Paulum raptum esse, novit ipse et fatetur, sive in corpore, sive extra corpus, id in ambiguo relinquit. Cæterum mihi videtur ex submissione hæc dicere. Si enim et hominem novit, et exprimit eum qui raptus est, planum fit, etiamsi id occultare conetur, eum cum corpore eo delatum esse : homo enim neutrum eorum est, ex quibus componitur, sed est simul utrumque.

Circumfertur ejusmodi fabula a fabulatoribus, et qui propriæ turpitudinis monumenta reliquerunt, conficta, in qua si quid fide dignum insit, quanta mox, bone Deus! turpitudo inde emicat? si vero, ut est, pro fabula habeatur, mendacii simul et turpitudinis indicium exhibebit. Fabula est ista : Aloidas cum Pelio monti Ossam imposuissent, iter ad cœlum affectasse. Porro licet fabula sit, et omnia ficte composita, justam tamen pœnam his, qui talia ausi fuere, imposuit, ut ab incepto non sine damno desistere cogerentur, et eo magis aucta est fabula, quo minus illi conatum suum ad rem contulerunt. Hominem enim, ut homo est, quænam machina ad cœlum subvehat? Solus Deus hæc efficit; solus dignus est, qui existimetur hominem ex Dei lege perfectum in cœlum sublevare. Verum de fabulis hæc obiter.

Nostra autem, nam quæ Pauli sunt, nostra voco, quia reliqua omnia et pro Christo et pro nobis sustinebat et agebat, hæc, inquam, nostra deliriis illorum ex diametro opponuntur; quippe veritati præ omnibus maxime conformia, et summæ gravitatis plena. Sed hæc ei, qui illa administrat, possibilia sunt et facilia, siquidem, quæ hominibus sunt impossibilia, ea Deo possibilia sunt. Quemadmodum igitur Deum descendisse de cœlo miraculum est, quod omnem admirationem superat; prout universus terrarum orbis descensu illo salutem consecutus, venerabundus agnoscit; ita etiam hominem in cœlum ascendisse, illustris miraculi speciem et gratiam præfert. Semel quidem Deus in terra cum hominibus conversatus, carne vestitus, et semel in cœlum homo (secludo nunc illum, qui Deus et homo est) ascendit. Paulus hujus rei testis est, digna rerum retributio ac repensio : participatio scilicet gloriæ, qua claruit primus, quantum secundus illius est capax.

Sufficiebat Paulo ad gloriam ab Hierosolymis, et in circuitu usque ad Illyricum omnia implesse

A γων· οὐκ ἔχω, πῶς ἐμαυτὸν ἐπίσχω. Ἐβουλόμην πόῤῥωθεν γοῦν ἐκεῖ τὸν Παῦλον ἰδεῖν ἐπὶ τῆς περιφανοῦς ταύτης αὐτῷ δόξης, ἀλλὰ διατειχίσματά μοι στεῤῥά, καὶ διοπτείαν πᾶσαν ὑπερφρονοῦντα, τῶν οὐρανῶν τὰ παραπετάσματα, οὐδὲ τὸν νοῦν ἐκεῖσε καθαρῶς δύναμαι πέμπειν. Τί οὖν; ἀκούσομαι μόνον ἐκεῖθεν ἐλθόντος καὶ διηγουμένου τοῦτο τοῦ Παύλου, καὶ θαυμάσομαι, καὶ προσκυνήσω τὸν μόνον τοιαῦτα ποιεῖν δυνάμενον, καὶ ὁμολογήσω χάριτας τῷ τὴν ἡμετέραν φύσιν οὕτω μεγάλων ἀξιοῦντι χαρίτων. Ἀλλ' ὅτι μὲν ἡρπάγη Παῦλος, καὶ οἶδε καὶ ἀποφαίνεται· εἴτε δὲ μετὰ σώματος, εἴτε τούτου χωρὶς, ἐπ' ἀμφότερα τῇ γνώμῃ καθίσταται· ἐμοὶ δοκεῖ ὑφειμένῳ φρονήματι ταῦτα λέγων. Εἰ γὰρ ἄνθρωπον οἶδε, καὶ λέγει τὸν ἁρπαγέντα, δῆλός ἐστι, κἂν συσκιάζειν B σπουδάζῃ, μετὰ σώματος ἀνελθών. Ἄνθρωπος γὰρ οὐδέτερον καθ' αὑτὸ τούτων ἐξ ὧν ἄνθρωπος, τὸ συναμφότερον δέ.

Πέπλασται καὶ τοῖς ἀμφὶ τοὺς μύθους καλινδουμένοις ὑπομνήματα καταλιποῦσι τῆς οἰκείας ἀσχημοσύνης τοιάδε τινά, ὧν εἰ μέν τι πιστὸν εἴη, βαβαὶ τῆς αἰσχρότητος· εἰ δ' ὅπερ εἰσὶ τοῦτ' αὐτὸ μένουσι μῦθοι, τοῦ ψεύδους ἅμα καὶ τῆς αἰσχρότητος, δοκεῖ τῷ μύθῳ καὶ τοὺς Ἀλωείδας Ὄσσαν ἐπιτιθέντας Πηλίῳ, βιάζεσθαι τὴν εἰς οὐρανὸν ἄνοδον· ἀλλὰ καίτοι μῦθος ὤν, καὶ πάντα συντιθεὶς ἐξ αὐτοσχεδίου, δίκην ὅμως τοῖς τολμηταῖς ἐπέθηκεν εὔλογον, κακῶς ἀπαλλάξαι ποιήσας τοῦ ἐγχειρήματος. Καὶ τοῦτο μύθου τι πλέον ἔσχεν, οἷς οὐκ εἰς τέλος ἔγνω παρα- D τεῖναι τὴν ἀτοπίαν· ἀνθρώπῳ γὰρ κατ' ἄνθρωπον διαγιγνομένῳ, τίς ἂν μηχανὴ πρὸς οὐρανὸν ἀνάβασιν σχεδιάσει; Μόνος Θεὸς διατίθησι ταῦτα, καὶ μόνος τὸν κατὰ Θεὸν ἄνθρωπον εἰς οὐρανὸν ἀνάγειν δίκαιος ἂν εἴη πιστεύεσθαι. Πλὴν ἀλλὰ τὰ μὲν τῶν μύθων, ὁδοῦ φασι πάρεργον τοιαῦτα.

Τὰ δ' ἡμέτερα, καὶ γὰρ ἡμέτερα λέγω τὰ Παύλου, ἐπεὶ καὶ τἄλλα πάντα ἐκεῖνος ὑπὲρ Χριστοῦ καὶ ἡμῶν ὑπέμενε καὶ ἐπραγματεύετο, ταῦτα τὰ ἡμέτερα τῆς ἐκείνων ἀτοπίας ἐκ διαμέτρου φασίν· ἀληθείας μὲν εἴπερ τι τῶν ἁπάντων ἐχόμενα, σεμνότητος δὲ εἰς ἔσχατον ἀφιγμένα δυνατὰ τῷ ταῦτα διοικονομοῦντι καὶ ῥᾴδια· εἴπερ τὰ τοῖς ἀνθρώποις ἀδύνατα, δυνατὰ τῷ Θεῷ. Καθάπερ δὲ τὸ κατελθεῖν D Θεὸν ἐπὶ γῆς, τῶν οὐδεμίαν ὑπερβολὴν θαύματος παραλειπόντων ἐστὶ, καὶ τοῦτ' ἔδειξεν ἡ σύμπασα γῆ, καὶ τιμήσασα τὸ πρᾶγμα καὶ διὰ τούτου σωθεῖσα, κατὰ ταῦτα καὶ τὸ εἰς οὐρανοὺς ἄνθρωπον ἀνελθεῖν ἦ που περιφανὴς ἡ χάρις τοῦ θαύματος. Ἅπαξ τε γοῦν ἐπὶ γῆς Θεὸς ἀνθρώποις ὡμίλησε σαρκὶ δηλαδὴ, καὶ ἅπαξ εἰς οὐρανοὺς ἄνθρωπος, καὶ οὐ λέγω νῦν τὸν θεάνθρωπον, ἀνελήλυθε. Παῦλος οὗτός σοι τὸν λόγον ὄντα παρίστησιν, ἑπόμενον τῷ προτέρῳ τὸ δεύτερον. Τοῦτο δ' ἐστὶ τῶν τε πραγμάτων ἀμοιβὴ, καὶ ἀντέκτισις, καὶ τῆς τοῦ προτέρου δόξης μετουσία καθ' ὅσον τε τῷ δευτέρῳ.

Καὶ μὴν ᾧ τοῦτο πρὸς δόξαν ἤρκεσεν, ἀφ' Ἱερουσαλὴμ, καὶ κύκλῳ μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ πεπληρω-

κέναι τὸ Εὐαγγέλιον, καὶ οὐδείς ἐστι, ὃς μὴ τοῖς μεγίστοις τοῦτο συναριθμεῖ. Ποῦ δόξης ἂν τάττοιτο, ἐπειδὰν κἀκεῖνο προσλάβοιτο, μηδὲ τὸν οὐρανὸν ἄβατον αὐτῷ μεῖναι, ἀλλὰ κἀκεῖνον διερευνήσασθαι, καὶ τῶν ὄντως ἀδύτων εἴσω γενέσθαι, καὶ ἀποῤῥητοτέροις ἢ πάντες ἄνθρωποι τελεσθῆναι τοῖς μυστηρίοις ἐκεῖ, καὶ ἱεροφάντῃ χρήσασθαι τῷ Θεῷ; Καὶ ταῦτα δὴ τοῦτον ἔπειθεν ἐπιθυμεῖν ἀναλύσεως, καὶ τοῦ συνεῖναι Χριστῷ. Καὶ ἀπὸ τούτων ἤρχετο τοῦ πρὸς τὴν ἐκεῖσε μετάστασιν ἔρωτος ἀποστολικὸν ὄντως τὸ πάθος, καὶ Παύλῳ πρέπον· καὶ χρῆν γὰρ ταύτῃ γε ἔχειν, καὶ τὸν τῶν οὐρανῶν γεγευμένον τὴν γῆν ἀποστρέφεσθαι, καὶ σπεύδειν τῆς εἱρκτῆς ἀνεθέντα πρὸς βασίλεια μετοικίζεσθαι, καὶ συγγίνεσθαι διὰ πάντων τῷ Βασιλεῖ καὶ συμβασιλεύειν.

Χωρὶς δὲ τούτων, καὶ μεσίτης ἄλλος ἡμῖν τὰ πρὸς τὸν Θεὸν δοκεῖ Παῦλος γενέσθαι. Καὶ γὰρ καὶ πρεσβείαν ἂν εἴποιμι τοῦτον ἀνάγειν πρὸς τὸν ἐκεῖ Βασιλέα, καὶ τὴν προεσπεισμένην εἰρήνην αὖθις κυροῦν, καὶ ἅπερ ἐκείνου χρηματίζοντος, ὅσα δὴ μὴ τῶν ἀποῤῥήτων λέγω, πρὸς ἀνθρώπους κατακομίζειν. Καὶ γὰρ ἔδει μετὰ τὸν πρώτως ἡμῖν εὐαγγελισάμενον τὴν εἰρήνην, καὶ Παῦλον ἐκείνῳ κατ' ἴχνος ἑπόμενον, καὶ πρὸς τοῦτο δὴ τοῦ πράγματος ἥκειν, καὶ στήλην τῆς εἰρήνης ἐκείνης ἵστασθαι. Οὐ μὴν δὲ, ἀλλὰ καὶ δίκην ὕδατος μετεωρισθείς τε καὶ λεπτυνθεὶς αὖθις οἷά περ ὑετὸς κατεῤῥύη, τοῖς ὑπ' αὐτοῦ φυτευθεῖσιν ἀρδείαν παρέξων οὐράνιον. Καὶ τὸ μὲν δὴ τοῦδε τοῦ θαύματος μέγεθος οὕτω σεμνὸν, ἢ μᾶλλον ὑπέρσεμνον.

Ἥκει δὲ ἡμῖν ἑτέρωθεν Πέτρος, οὐ μετ' ἐλαττόνων τῶν σεμνολογημάτων, ἀλλ' οὕτω περιφανῶν, ὡς πλὴν τῶν τοῦ συναποστόλου μηδὲν εἶναι πρὸς τὰ τοῦδε τὰ πάντων. Τί γὰρ ἂν εἴποις τὴν ἀντὶ τῆς ἁπλῆς τῶν οὐρανῶν Τριάδος, ἐκδηλότατα πρησσομένην ἐνταῦθα Τριάδα, τοῦτο μὲν τὴν ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος τριττὴν ἐρώτησιν, εἰ φιλεῖ, τοῦτο δὲ, τὴν τρὶς γενομένην ὁμολογίαν τοῦ πράγματος, τοῦτο δὲ, τὴν τοσάκις ἐπιτροπὴν τῆς τῶν προβάτων ἐπιστασίας; Ἆρ' οὐχὶ σαφέστατα πάντων, κἂν εἰς τρίτον οὐρανὸν φθάνειν τὸ Παύλου σεμνόν· οὐδὲ τὸ Πέτρου τοιοῦτον, οἷον κάτω δὴ μένειν, ἀλλ' οἷον συνανιέναι τε καὶ συνεξισοῦσθαι;

Ἤρετο μὲν γὰρ τρὶς ὁ Σωτὴρ, εἰ τῶν ἄλλων πλέον φιλεῖ· ὁ δ' οὕτω σφόδρα φιλῶν ἦν, καὶ οὕτως ἠξίου μηδὲ πεύσεως ἐπὶ τούτῳ προσδεῖσθαι, μὴ ὅτι γε τὸν εἰδότα τὰ πάντα, ἀλλ' οὐδ' ὁστισοῦν ἂν εἴη ἁπάντων, ὥστε καὶ πρὸς λύπην ἤδη κατέπιπτεν, εἰ οὕτω πολλάκις ἐρωτηθήσεται, ὥσπερ οὐκ ἀρκοῦν οὐδὲ τὸ δὶς ἐρωτῆσαι, πλὴν ἀλλ' οὐδέν τι μᾶλλον τὴν ὁμολογίαν ἐπέσχεν, εἰ καὶ ἐλελύπητο. Καὶ γὰρ τὸ περὶ τὸν δεσπότην φίλτρον παντὸς κατεξανιστάμενον ἔφερε πάθους, καὶ ὁ Σωτὴρ αὐτίκα τῶν ὁμολογιῶν ἑκάστην τῇ τῆς ἡγεμονίας ἐπιτροπῇ βεβαιῶν φαίνεται, καὶ τὸ ἀξίωμα ἐντεῦθεν, οἷον οὐκ ἄλλου, καὶ ἡ χάρις ἄριστ' ἂν ἔχοι μηδεμιᾷ τῶν χαρίτων παραβαλεῖν ἀξιοῦν, καὶ τὰ τῆς τιμῆς ἐκτόπως ὑπερφυᾶ. Κἂν

A Evangelio; neque quisquam est, qui hoc præclarissimis rebus non annumeret. At quo in ordine gloriæ ponemus, quando et illud accessit, cœlum habuisse pervium, illudque perscrutatum esse, et in ipsa intima adyta admissum, majoribus illic et ineffabilioribus mysteriis initiatum fuisse, quam alios omnes homines, ipso Deo sacrorum monstratore? Et hæc suadebant Paulo, ut cuperet *dissolvi et esse cum Christo* [24]. Hinc etiam originem duxit amor ille migrandi in cœlum. Apostolica vere hæc affectio, et Paulo consentanea. Necesse erat hærere in terra, et qui cœlum jam gustaverat, terra contempta, properare, ut e custodia emissus, ad regales sedes transferretur, Regi semper adesset, et una cum illo regnaret.

B Præterea Paulus in iis quæ ad Deum sunt, alter nobis mediator factus videtur. Nam et legatione fungitur ad cœlestem illum Regem, et pacem prius pactam iterum confirmat, et responsa ejus (exceptis prorsus arcanis, quæ nemini fas eloqui) ad homines defert. Oportebat enim, ut post primum, qui nobis pacem annuntiavit, Paulus vestigia ejus legens in hanc muneris partem veniret, ac columnam pacis illius erigeret; quin ut et instar aquæ in sublime evectus et extenuatus, iterum, tanquam pluvia, descenderet his quæ plantaverat, cœlestem daturus irrigationem. Et hujus quidem miraculi magnitudo circa Paulum tantopere veneranda est, vel potius omnem venerationem transcendit.

C Ex altera parte adest nobis Petrus, non cum minoribus præconiis et recte factis, imo adeo claris et illustribus, ut exceptis coapostoli Pauli gestis, comparatione eorum cætera omnium aliorum pro nihilo reputentur. Annon simplicis in cœlo Trinitatis tres subsistentias manifestissime hic expressas cernis, partim per triplicem Christi interrogationem, num diligeret, partim ob triplicem confessionem rei, partim ob ter commissam ovium præfecturam? Annon clarissimum, licet in tertium cœlum pervenisse Pauli decus sit, Petro itidem hoc convenire, ut non in terris hæreat, sed quasi cum illo in cœlum introeat, eique coæquetur?

D Interrogavit ter Salvator, num cæteris plus diligeret. At ille vehementer diligebat, et sic interrogatione ne opus quidem esse censebat, non tantum apud eum, qui omnia noverit, sed et apud quoscunque alios; ita ut etiam in tristitiam incideret, ob toties repetitam interrogationem, quasi bis interrogasse non sufficeret. Neque tamen tristitia confessionem cohibuit; nam amor erga Dominum quamlibet in contrarium exortam affectionem ferebat: et Salvator quamlibet confessionem præfecturæ commissione statim confirmat. Ex quo ea dignitas Petro venit, qualis nulli alteri, et consultissimum fuerit, hanc gratiam et honorem istum excellentissimum, cum nullo alio comparare velle.

[24] Philipp. I, 23.

Et licet Paulus ad Christum in cœlum ascenderit, A ut disceret, quæ discere et alios docere decet; attamen Petrus eumdem jam cœlo delapsum præsentem habebat, et quæ facienda essent, et quæ non, exponentem, sibique ovium præfecturam tradentem, coram audiebat.

Et cur ego hoc patior? Etenim veritas ubique recte prædicatur et quodcunque horum in manus ad inquisitionem sumo, majus mihi altero, et hoc non hoc exiguo intervallo, apparet. Quid igitur hic dicendum? An id, quod jam passim in hujus orationis decursu dictum est, apostolis omnia esse paria? et hoc eo magis, quod utrumque extremum et majus et minus habere videatur, quæ est apertissima æqualitas. Quemadmodum si duobus pentathlis seu luctatoribus par lucta exsistat, quorum alter citius B alterum admirabitur, quam superet, ita ut neque vincendo possit de adversario gloriari, neque etiam vinci velit, quod metuat ne adversario sese jactandi et magnifice efferendi occasionem præbeat. Ita se habent res Pauli, ita et Petri. Et hic iterum orationi mora injicitur, nec ulterius progredi permittitur.

Salvatorem de amore Petri ex ignorantia interrogasse, nemo, nisi insanus, affirmaverit; sed quod hoc fecerit aliis in exemplum, et ne, qui supremus omnium est, injuste videretur cum qui paulo ante ceciderat, vicarium suo loco constituere, et præfectura in omnes donare, etiam alii ante nos docuerunt. Nec quod negaverit, considerandum est. C Sed quod et ante et post negationem tam generoso pectore fuerit, ut cum Domino simul in mortem ire optarit, quodque ad se reversus mox amare fleverit. Videtur Deus omnibus illis qui nunc ex peccatorum cœno ad pietatem vel virtutem veniunt, aut reveniunt, atque adeo mihi, et tibi pœnitenti, pœnitentiam Petri, qui primus erat, pro exemplari ad imitationem proposuisse, et tanquam fortem et validum cadere permisisse, ut sicut in aliis, ita et in pœnitentia crepido et fundamentum esset.

Num vero illos qui in uno virtutis genere excelluerunt, ut Abraham in hospitalitate, Josephum in studio temperantiæ, et in mansuetudine Moysen, et D alium in alio virtutis genere admirabimur et commendabimus; eum vero, qui pœnitentiæ, matris omnium virtutum, dux et auspex est, quasi nihil præclare fecerit, silentio transmittemus? Hoc certe hominum valde insipientium fuerit. Et si æqualitatem statuimus; at non dicimus, quod singuli sint caput omnium, quod merito posuimus et asseruimus. Alia quidem, quæ hic objiciuntur tacitus prætereo, excepto illo, quod alicui hæc apologia supervacua videri posset. Quid enim, dixerit forte quis, plura dicere oportet? Annon sufficit omnis contradictionis expers, Dominica sententia, quæ Petro primas in omnes concessit[84]? Verum de his iterum disseramus.

[84] Joan. XXI, 17.

εἰς οὐρανοὺς πρὸς Χριστὸν Παῦλος ἀνίῃ, παρ' ἐκείνου μαθησομένος, ἃ δεῖ μαθεῖν καὶ τοὺς ἄλλους διδάξαι, καὶ Πέτρος κατιόντα πρὸς αὐτὸν ἔχων ἐκεῖνον, καὶ τά τε ποιητέα παιδοτριβοῦντα καὶ μὴ, καὶ τὴν τῶν προβάτων ἐγχειρίζοντα προστασίαν.

Καὶ τί τοῦτ' ἐγὼ πάσχω; Καὶ γὰρ εὖ ἔχει πανταχοῦ τὰς ἀληθείας εἰπεῖν, ὁπότερον τούτων ἀνὰ χεῖρας πρὸς ἐξέτασιν φέρω, μεῖζόν μοι θατέρου καὶ τοῦτ' οὐχὶ μικρὸν φαίνεται. Τί ποτε οὖν ἐστιν ἐνταυθοῖ λέγειν; ἢ ὃ καὶ πανταχοῦ τοῦ λόγου πολλάκις, ὡς ἴσα τοῖς ἀποστόλοις τὰ πάντα; κἂν τοῦδε μᾶλλον, ἐκ τοῦ τὰ ἑκατέρου τῶν τοῦ λοιποῦ, καὶ τὸ μεῖζον καὶ τὸ ἔλαττον ἔχειν δοκεῖν· καὶ ἰσότης αὕτη δὴ σαφέστατα πασῶν ἔχουσα. Καθάπερ δυοῖν πεντάθλων ἰσοπαλής τις ἀντικατάστασις, ὧν θᾶττον θαυμάσειεν ἑκάτερος ἂν ἑκάτερον ἢ ὑπέρσχοι, οὔτε τῷ νικῆσαι δυνηθεὶς ἂν κατὰ τοῦ ἀνταγωνιστοῦ σεμνύνασθαι, οὔτ' αὐτῷ ἡττηθῆναι τὴν ἐξ ἐκείνου δείσας ὑψηγορίαν. Τοιοῦτον τὸ τοῦ Παύλου, τοιοῦτον τὸ τοῦ Πέτρου· τοῦτό γε μὴν καὶ ἔτι κατέχειν ἡμᾶς βούλεται καὶ οὐκ ἐᾷ πω τὸν λόγον προσωτέρω βαδίζειν.

Ὁ μὲν δὴ Σωτὴρ ὅτι μὲν οὐκ ἀγνοῶν ἠρώτα τὸ Πέτρου φίλτρον, οὐδ' ἂν εἷς ἀρνήσαιτο, εἰ μὴ μαίνεσθαι βούλοιτο. Ὅτι δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις τοῦτο παραστῆσαι φιλοτιμούμενος, καὶ τοῦ μὴ δόξαι τοὺς ἄλλους ὑπερβὰς οὐ σὺν δίκῃ, τὸν μικρῷ πρόσθεν πεσόντα χειροτονεῖν ἀνθ' ἑαυτοῦ, καὶ τὴν ἁπάντων ἐγχειρίζειν ἐπιστασίαν, ἐξέθεντο καὶ πρὸ ἡμῶν ἕτεροι. Καὶ γὰρ οὐχ ὅτι γε ἠρνήσατο, δεῖ σκοπεῖν, ἀλλ' εἰ μὴ τὰ πρὸ τούτου καὶ μετὰ τοῦτο τοιοῦτος ἦν, οἷος καὶ ὑπὲρ τοῦ Δεσπότου πρὸς θανάτους ὀμόσαι χωρεῖν, καὶ εἰ μὴ παραχρῆμα γενόμενος ἑαυτοῦ πικρῶς ἔκλαυσε. Καὶ μή μοι δυσχεράνῃς τῷ πράγματι, ὦ τὸν λόγον ἀκούων, εἴ τις ποτε νῦν πρὸς εὐσέβειαν ἢ ἀρετὴν ἔρχῃ ἢ ἐπανέρχῃ, εἰ τὴν ἐμὴν καὶ τὴν καὶ παντὸς οὑτινοσοῦν σωτηρίαν ἐκ μετανοίας, ἐπὶ πρώτῳ διεχείρισεν ἡ πρόνοια Πέτρῳ, καὶ τὸν οὕτω στεῤῥὸν ἀφῆκε πεσεῖν, κἀκεῖνον κρηπῖδα καὶ θεμέλιον ὡς ἐν τοῖς ἄλλοις, καὶ τῆς ἡμετέρας κατεβάλετο μετανοίας.

Οὐδὲ γὰρ τοὺς ἑνός γε τοῦ τῆς ἀρετῆς μέρους κατάρξαντας ὡς Ἀβραὰμ εἰπεῖν ἐπὶ φιλοξενίᾳ, καὶ Ἰωσὴφ ἐπὶ σωφροσύνῃ, ἐπὶ πρᾳότητι Μωϋσῆν, καὶ ἐφ' ἑτέρῳ ἕτερον θαυμασόμεθα· τὸν δὲ μητρὸς τῶν ἁπασῶν ἀρετῶν ἀρχηγέτην, Πέτρον λέγω τῆς μετανοίας, ὡς οὐδὲν τῶν γενναίων κατωρθωκότα παραδραμούμεθα; Πολὺ μὲν τόδ' ἂν ἀνδρῶν ἦν ἀγνωμόνων. Καὶ εἰ τῶν ἴσων ἠξιοῦμεν· ἀλλὰ μὴ κεφάλαιον ἁπάντων, ὃ δὴ καὶ εἰκὸς ἐπιθέμεθα, καὶ σιγᾷν μοι τἄλλα δοκῶ τῶν ἐνταῦθα λεχθησομένων. Πρὶν περιττήν τινι δόξαι τὴν ὑπὲρ τούτων ἀπολογίαν· ἔτι γὰρ φήσει τις; ἴσως πλείω δεῖ λέγειν· οὐκ ἀπόχρη δὲ τῇ Δεσποτικῇ κρίσει προσεῖναι τὸ ἀναντίῤῥητον, ἢ καὶ Πέτρῳ τὰ πρῶτα τῶν ἄλλων ἔνειμεν; Ἀλλ' ἐκεῖνο καὶ αὖθις δὴ λέγωμεν.

Ὁ μὲν Σωτὴρ, οὗ χάριν εἴρηται, τὸν Πέτρον ἠρώτα. Ὁ δὲ καίτοι τῶν συναποστόλων παρόντων, οὐ πρὸς τὸ σύστημα ἐκείνων ἀπεῖδεν, οὐκ ἐνενόησεν ὡς ἐκείνων τις φιλεῖσθαι μαρτυρούμενος ἦν· οὐ πρὸς χάριν αὐτοῖς ἐσκέψατο τὴν ἀπόκρισιν δοῦναι. Οὐκ εἰ μηδὲν ἄλλο, τό γε μὴ δόξαν ἀμαθίας καὶ αὐθαδείας ἀπενέγκασθαι ηὐλαβήθη, ἀλλ' οὕτως ὑπὸ τῆς τοῦ πράγματος ἀληθείας, πάντων τούτων ὑψηλότερα προήχθη φρονῆσαι, ὥστε καὶ τὴν ἐρώτησιν τοσάκις ἐκύρωσεν, ὁσάκις τὸν Δεσπότην πυνθανόμενον ἤκουεν. Ἤκουε μὲν γὰρ, εἰ φιλεῖ· διετείνετο δὲ, ὡς φιλεῖ, καὶ ἀντήκουε ποιμαίνειν τὰ πρόβατα· καὶ οὔτ' ἂν ὁ Σωτὴρ ἐπυνθάνετο, εἰ μὴ τοῦτο τὸν Πέτρον ἀποκριθησόμενον ᾔδει, ὥσπερ οὐδὲ τῷ Ἀβραὰμ ἂν ἐπέταξε τὸν υἱὸν θύειν, εἴ γε μὴ πρὸς τὸ ἔργον ἔμελλεν ἕτοιμος εἶναι. Ὅ τε Πέτρος, εἰ μηδαμῇ συνειδὼς ἦν ἑαυτῷ, μηδὲν πόῤῥω τῶν ὄντων λέγοντι, οὐδ' ἂν ἀπεθάῤῥει ταῦτα λέγειν τῷ γε πάντα γινώσκοντι. Καὶ αὖ πάλιν ὁ Σωτὴρ, μὴ Πέτρον εἰδὼς τἀληθῆ λέγοντα, οὐκ ἂν τὴν τῶν προβάτων παρέδωκε προστασίαν. Οὕτω πάντα δι' ἀλλήλων τε δείκνυται, καὶ ἀλλήλοις προσμαρτυρεῖ. Ἅμα γάρ τινι προκείμενον γέγονε τούτων ἓν θεωρῆσαι, καὶ τὰ λοιπὰ συνθεωρεῖσθαι παρέστηκε καὶ τούτων δίχα τοῦ καὶ τἄλλα συνεῖναι, θαυμάζειν πάρεστιν οὐδὲ ἕν.

Οὐκ ἄχαρι δὲ κἀκεῖνο τοῦ πράγματος συνιδεῖν· καὶ γὰρ ἐπὶ πολλαῖς ἄλλαις ταῖς πρόσθεν ὑπὲρ τῆς ὁμολογίας ἀμοιβαῖς, καὶ τοῦτο δὴ προσετέθη, μικρῶν μὲν οὐδ' ἐκείνων, ταύτης δὲ καὶ ἧς δήποτε βούλει μείζονος, καὶ ὑπεραιρούσης τῷ ἀξιώματι. Πρὸς δὲ τούτῳ καὶ πολλοῦ Πέτρος ἐτιμᾶτο καὶ πλείστης ἐπιστροφῆς ἄξιον ἦγεν, ἴσος αὐτὸς ἑαυτῷ πανταχοῦ δείκνυσθαι, καὶ πρὸς πᾶσαν ἐρώτησιν τὰ κράτιστα ἀποκρίνεσθαι, καὶ ἅπερ οὔτ' ἂν αὐτὸς ἄλλα φρονῶν λέγοι καὶ τὸν διδάσκαλον, οἷς ἔλεγεν εὐθὺς συντιθέμενον εἶχεν. Εἰ γὰρ μεταξύ τι συνέβη παθεῖν, ἀλλ' ἦν αὖθις, ὁ πάλαι Πέτρος ἰδεῖν. Δι' ἃ καὶ ταύτης ὑπὲρ ἅπαντας τῆς τιμῆς ἠξιώθη. Τίνων ἡγεμόνων οὐχὶ σεμνότερος; τίνων βασιλέων οὐ τιμιώτερος; μόνος ὃν ἴσμεν ἀντὶ Χριστοῦ καὶ παρὰ Χριστοῦ ποιμὴν καὶ διδάσκαλος τῶν ἁπανταχοῦ γῆς ἐθνῶν ᾑρημένος, καὶ τετηρηκὼς εἰς πᾶν τὸ ἀξίωμα.

Ἔστι μὲν οὖν ῥᾷστον πᾶσιν ἐντεῦθεν ὁρωμένοις ἰδεῖν, ὡς τοῖς ἀποστόλοις αἱ λαμπρότητες ἴσαι. Ἐμοὶ δὲ κἀκεῖνο τοῦ Πέτρου προσθεῖναι δοκεῖ, πρὸς τρίτον καὶ αὐτὸ τὸν οὐρανὸν ἀνατεῖνον. Τί δήποτ' οὖν εἰπεῖν βούλομαι; τὴν καθειμένην οὐρανόθεν ὀθόνην, ἣν ἀρχαῖς τέτταρσι Θεὸς πρὸς αὐτὸν καθιμήσατο τὴν πάντα δὴ φέρουσαν, ὅσα πνοῆς ἀλόγου μετέχει, καὶ τὴν ἐκεῖθεν ἀφιεμένην φωνὴν, ὡς ἀνίστασθαι τοῦτον δεῖ καὶ θύσαντα τῶν ὁρωμένων μεταλαβεῖν, καὶ Πέτρον ἀπαγορεύοντα προενέγκασθαι τῶν τοιούτων ὡς ἀκαθάρτων, καὶ τὴν φωνὴν οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ δὶς ἤδη καὶ τρὶς ἐπὶ τὸ ἴσον δεῖπνον

A Salvator eam ob causam, quam exposui, Petrum interrogabat. Ille autem, quamvis coapostolis præsentibus, non ad eorum cœtum respexit; nec cogitavit, num quis eorum amorem suum testaturus esset; nec ad eorum gratiam responsum suum attemperavit; nec, si nihil aliud, imprudentiæ et arrogantiæ notam incurrere timuit; sed sic a rei veritate omnibus his sublimiora sapere inductus est, ut et interrogationem toties firmaret, quoties Dominum interrogantem audiebat. Rogabatur enim, num diligeret, et ille se diligere asserebat. Repositum est: *Pasce oves meas* [24]. Nec Salvator interrogaturus erat, nisi hoc Petrum responsurum scivisset: quemadmodum nec Abrahamo mandasset filium immolare, nisi eum ad id præstandum paratum novisset: et Petrus nisi conscius sibi fuisset se nihil a vero abhorrens responsurum, non ausus fuisset hæc omnia scienti respondere. Iterum Salvator, nisi scivisset Petrum vera dicere, haud ei ovium præfecturam commisisset. Ita omnia per se mutuo demonstrantur, et sibi mutuo testimonium reddunt: nam simul ac quis aliquid horum contemplari ingreditur, reliqua etiam ad considerationem sese offerunt; et nisi quis alia intelligat, neque unum pro dignitate admirari poterit.

B

Non injucundum porro erit et illud perpendere; etenim multis aliis quæ præcesserant, confessionis retributionibus hoc non est adjectum, quamvis nec ipsæ exiguæ essent; at huic quacunque alia, si vis, majori et dignitate eminentiori, hæc merces

C adjuncta est. Ad hæc Petrus valde honorabatur, et cum plurima cura vitam agebat, ubique sibi semper similis; et ad omnem interrogationem aptissima quæque reddere promptus, et quæ ipse nequaquam diceret, si aliter saperet. Quapropter etiam magistrum his quæ dicebat, statim assentientem habebat. Si quid interea patiendum occurrebat, iterum in eodem, quo antea, statu Petrum videre erat. Propter quæ hoc etiam honore super omnes alios affectus est. Nam quibus principibus non est venerabilior, quibus regibus non augustior? solus, quem sciamus, loco Christi, et a Christo pastor et doctor omnium gentium ubique terrarum constitutus est, quam dignitatem in perpetuum servat.

D Ex his igitur facile videre est, quomodo apostolorum decora et ornamenta sint paria. Ego tamen hoc itidem de Petro apponam, quia et ipsum ad tertium cœlum tendit. Quid igitur illud, quod dicere institui? cœlitus demissum linteum, quod quatuor initiis Deus ad illum demisit, in quo erant omnis generis animantia rationis expertia; adjuncta hac voce, ut surgeret, occideret, manducaret; Petrumque hæc tanquam immunda tangere renuisse, cœlesti voce jam non semel, sed bis et ter eum ad idem epulum invitante. Scitis quid hæc visio sibi velit; nam qui vidit, exposuit. Dixi, hoc etiam ad

[24] Joan. XXI, 17.

tertium cœlum spectare; id inde liquet: nam quod tibi semel tertium cœlum impertit, hoc etiam tribuit revelatio et vox inde descendens, ter clare ad aures delapsa, ut sic utrumque et Petri et Pauli miraculum Triade seu Trinitate honoretur, hoc quidem trino seu tertio cœlo, illud vero, cœlesti voce ter repetita. Quomodo igitur non est utrinque æqualitas? Nam si Petri quoque miraculum Triade glorificari oportebat, glorificatum est; si divinis vocibus, neque istæ defuerunt. Hinc, quæ ipse hic velut in umbratili tabella depicta vidit, egregie postea ad rem contulit. Et universum orbem prædicatione sua intus esse fecit. Multum illustrat Petrum hæc revelatio, non minus autem illustratur rebus, ad quas hac visione impellebatur. Hæc de hac visione dixerim, non pro præstantia rei, sed pro viribus meis.

Illud minime silerem, quomodo Petrus in monte Thabor revelatam in Christo divinitatem spectaverit, et Patris vocem audiverit, nisi viderem quoque alios eodem beneficio decoratos esse. Si cui tamen videtur, addamus et hoc, nam et ibi Petrus primas tenuit. Gloriæ hujus etiam alii participes facti sunt, videndum, an non et istud prioribus simile sit. Et quidem apostolorum æqualitas in omnibus elucet, et ut in optima democratia illud: Nihilo plus. Hic insuper invenias illa a lancibus petita vocabula: æqualiter vergens, et pari pondere constans. Ego vero alterum horum admiror, sicut et alterum; ambos autem plus quam ullum alium.

Sed jam ad ulteriora orationem transferamus. Pronam enim et facilem viam beati mihi nunc aperuerunt: nec obscura est apostolorum præcellentia. Quæcunque enim rebus in humanis præcellentia excogitari et memoriæ succurrere possunt, illa et simul sumpta et sigillatim ita illis conveniunt, ut nullis aliis, imo ut nec ipsis, de quibus primario affirmantur. Hoc sic ostendimus. Reges ad summam potestatem inter homines effecti censentur, quod multis gentibus et civitatibus imperent, quod exercitibus stipati sint, quod divitiis abundent, quodque, quidquid præclari honoris est, id ad se trahant. Cæterum nihil horum est, quod apostolis non etiam competat, magisque quam regibus, et quidem infinito intervallo. Imperant namque et lubentibus quidem, quotquot per totum terrarum orbem sol aspicit. Ait enim: « Constitues eos principes super omnem terram [25]. » Totque sunt eorum exercitus, quot Christi; quorum divitiæ ipse etiam Christus, quem omnibus, quæ possidebant, emerunt, et illi qui quotidie per illos salutem consequebantur vel consecuturi erant. Honoribus vero, etiam secluso throno seclusaque cum Do-

[25] Psal. XLIV, 17.

A προτρεπομένην. Ἴστε, τί δήποτε τὰ τῆς ὁράσεως βούλεται· ὁ γὰρ ἰδὼν ἐξηγήσατο. Εἴρηκά τοι πρὸς τρίτον οὐρανὸν ἀνατείνειν καὶ τοῦτο, καὶ αὐτόθεν καταφανές. Ὃ γὰρ ἅπαξ ὁ τρίτος σοι δίδωσιν οὐρανὸς, τοῦτο ἡ ἐκεῖθεν ἀποκάλυψις καὶ φωνή. Τρὶς ἐνεχθεῖσα σαφῶς ἀκοῦσαι, καὶ τό γε ἑκάτερον τῶν Πέτρου καὶ Παύλου θαυμάτων Τριάδι τιμηθῆναι. Τοῦτο μὲν οὐρανῶν, ἐκεῖνο δὲ θείας φωνῆς, πόθεν οὐκ ἴσον; Εἴτε γὰρ ἔδει Τριάδι καὶ τὸ τοῦ Πέτρου δοξασθῆναι, δεδόξασται, εἴτε θείων ἀκοῦσαι φωνῶν, οὐδὲ τούτων ἀμοιροῦν φαίνεται. Ἐντεῦθεν καὶ ἅπερ οὗτος ὡς ἐπὶ σκιαγραφίας εἶδεν, ἐπὶ τῶν ἔργων αὐτῶν περιφανῶς ἐξενήνοχε, καὶ πᾶσαν ἐντὸς τὴν οἰκουμένην ἐποιήσατο τῷ κηρύγματι· ἔνδοξα μὲν γὰρ αὐτῷ καὶ τὰ τῆς ἀποκαλύψεως. Οὐδὲν δὲ B ἧττον καὶ τὰ πράγματα πρὸς ἅπερ ἐνῆγεν αὐτὸν τὰ τῆς ὄψεως. Τοῦτο μὲν οὖν εἶπον, εἰ καὶ μὴ ὅσον ἐστὶν, οἷός τ' ἐγενόμην ἐνδείξασθαι.

Κἀκεῖνό γε μὴν ἥκιστα ἂν ἐσιώπησα, ὡς παραγυμνουμένην Πέτρος εἶδεν ἐν Χριστῷ κατὰ τὸ Θαβὼρ τὴν θεότητα, καὶ τῆς φωνῆς τοῦ Πατέρος ἤκουσεν, εἰ μὴ καὶ ἄλλους ἑώρων τοῖς αὐτοῖς ἐκλαμπρυνομένους· εἰ δέ τῳ δοκεῖ, καὶ τοῦτο λελέχθαι, καὶ γὰρ ἐπὶ Πέτρῳ γοῦν κἀκεῖ πρώτῳ γεγενημένῳ. Μετασχεῖν ἐξεγένετο καὶ τοῖς ἄλλοις τῆς δόξης, σκοπεῖν χρεὼν, εἰ μὴ καὶ τοῦτο τοῖς προτέροις ἐφάμιλλον. Ἡ μὲν δὴ τῶν ἀποστόλων ἰσότης ἐν ἅπασι, καὶ ὡς ἐν ἀρίστῃ δημοκρατίᾳ, τὸ μηδὲν πλέον. Καὶ ταῦτα δὴ τὰ ἐκ πλαστίγγων ὀνόC ματα, ἰσόῤῥοπόν τε καὶ ἰσοστάσιον, οὕτω δέδεικται διὰ πάντων. Ἐγὼ δὲ τούτων μὲν ἑκάτερον θαυμάζω, οἷα καὶ τὸν λοιπόν· ἄμφω γε μὴν, ὡς οὐκ ἄλλον.

Ἀλλὰ γὰρ, ὡς ἐν τοιούτοις, καὶ πρὸς τὰ ῥηθησόμενα τὸν λόγον μετάγοντι, καὶ γὰρ ὑπτίαν μοι καὶ εὐήλατον οἱ μακάριοι νῦν τὴν ὁδὸν ἀνεπέτασαν, οὐκ ἂν ἀφανὲς εἴη τὸ τῶν ἀποστόλων ὑπέρσεμνον. Ὅσα γὰρ ἄν τις αὐτοὺς τῶν ἐν ἀνθρώποις σεμνῶν ὀνομάσειεν ἐπελθόντα τῇ μνήμῃ, καὶ ὁμοῦ καὶ καθέκαστον ἐφαρμόσειεν ἂν αὐτοῖς, ὡς οὔτ' ἄλλοις οὐδέσιν, οὔτ' αὐτοῖς ἐκείνοις, οἷς προηγουμένως ἐτέθη, καὶ σκοπῶμεν ὡδί. Βασιλεῖς τῆς μεγίστης πασῶν ἐξουσίας ἐν ἀνθρώποις ἐπέβησαν, ὅτι δὴ πολλῶν ἐθνῶν καὶ πόλεων ἄρχουσι καὶ στρατόπεδα D προβέβληνται, καὶ εἰς ὑπεροχὴν πλοῦτον περίκεινται, καὶ τὰς δευτέρας μετὰ τὸ κρεῖττον τιμὰς εἰς ἑαυτοὺς ἕλκουσιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀποστόλοις οὐδὲν, ὅτι μὴ τούτων, καὶ πέρα παντὸς βασιλέως, καὶ ἀπείρῳ τῷ μέσῳ διαρκεῖν μᾶλλον ἔχοντα. Ἄρχουσί τε γὰρ ἑκουσίου πάσης ὅσην ἥλιος ἐφορᾷ. « Καταστήσεις, γάρ φησιν, αὐτοὺς ἄρχοντας ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν· » καὶ στρατόπεδα τούτοις ὅσα δὴ καὶ Χριστοῦ, καὶ πλοῦτος αὐτὸς ὁ Χριστὸς, ὃν πάντων, ὧν εἶχον, ἐπρίαντο, καὶ οἱ δι' αὐτῶν καθεκάστην σωζόμενοί τε καὶ σωθησόμενοι. Τιμαὶ δὲ χωρὶς τῶν παρ' ἡμῶν, τῷ τῶν θρόνων ἀναμνησθέντι καὶ τῆς ἐπηγ-

γελμένης ἅμα τῷ Δεσπότῃ καθέδρας, τίνι πλείους δόξουσιν ἢ μείζους προσεῖναι;

Στρατηγοὶ μετὰ τούτους, καὶ ὅσα τῶν ἡγεμονικῶν ὀνομάτων τὰ μεγάλα χειρίζουσι, πολέμων οἰκονομίας δὴ λέγω, καὶ στρατοπέδων καταλόγους τε καὶ συντάξεις, ἔτι τε μάχης ἀγῶνας παντοδαπούς, καὶ πόλεων πολιορκίας τε καὶ ἁλώσεις, καὶ ὅσα περὶ νίκας καὶ τρόπαια καὶ τὴν ἄλλην ἐξετάζεται λείαν. Οὐκοῦν, οὐδεὶς τῶν ἀποστόλων παρόντων στρατηγίαν κομπάσει. Οὐ γὰρ περὶ μικρῶν, οὐδὲ πρὸς ὀλίγους, ἢ μετ' ὀλίγων, ἢ ἐπ' ὀλίγον αὐτοῖς ὁ πόλεμος, ἀλλὰ περὶ βασιλείας ἀθανάτου τῶν οὐρανῶν, καὶ πρὸς πάσας τὰς τοῦ σκότους ἀρχάς, καὶ μεθ' ὅσων ὁ κόσμος ἀνθρώπων φέρει καὶ ἐφ' ὅσον ἂν παρακμαίνοι τὰ τῆς γενέσεως. Οὐ γὰρ ἄδηλον, ὅτι καὶ νῦν στρατηγοῦσιν

Οὐκ ἄτιμον μετὰ τούτους ὁρῶ χρῆμα τὸν στρατιώτην. Καὶ γὰρ ἔκτοπον οὗτος θέαμα σὺν ὅπλοις ὁρώμενος, καὶ τοῖς ἐχθροῖς εἰς χεῖρας ἰών. Καὶ τοῦτο δὲ τίς οὐκ ἂν δοίη τοῖς ἀποστόλοις; Οὐ γὰρ ὅπως τοὺς ἄλλους πρὸς τὸν πνευματικὸν παραθήγοντες πόλεμον, αὐτοί γε ἠμέλουν, ἀλλὰ καὶ καθ' αὐτοὺς παρετάττοντο. Ἐδεδοίκεσαν γάρ, ὡς αὐτῶν ἔστι λεγόντων ἀκούειν, μήπως ἄλλοις κηρύξαντες, αὐτοί, τῷ δι' ἐκείνους θάρρει ψευσθέντες, ἀδόκιμοι γένωνται. Καὶ μὴν καὶ ἀριστεὺς στρατιώτου περιφανέστερος. Τί γὰρ τούτου μᾶλλον ἄν τις ἀγάσαιτο, φάλαγγα τῶν ἐναντίων ῥηγνύντος, καὶ τροπὴν αὐτῶν ποιουμένου, καὶ νικῶντος, τοῖς ὅλοις καὶ οἰκείοις αὐτὸ τοῦτο διδόντος, καὶ γέρας λαμβάνοντος; Εἰ δὲ καὶ τοῦτο τοὺς ἀποστόλων καλέσει τις, ἀληθέστατα πάντων κεκληκὼς ἔσται. Τάς γε μὴν ἀριστείας, ἃς κατὰ δαιμόνων ἠρίστευσαν, καὶ τῶν ἐπάθλων τὸ πλῆθος, ὅτι περ ἐκδηλότατα, καὶ ἄλλοις ὡς ἂν τοῖς ἀποστόλοις χαρίζοιντο, παρίημι καταλέγειν. Ταύτης τῆς μοίρας καὶ Ὀλυμπιονίκης ἄθλῳ τιμώμενος, καὶ οἱ ἀπόστολοι κατὰ πάντων ἀνταγωνιστῶν στεφανούμενοι· ἔτρεχον γὰρ ὡς οὐκ ἀδήλως· ἐπύκτευον ὡς οὐκ ἀέρα διακενῆς παίοντες.

Πρώτους τῶν παρ' αὐταῖς ἄγουσιν αἱ πολιτεῖαι τοὺς νομοθέτας, οἷα δὴ τὰ πρακτέα καὶ μὴ ταύταις ὑφηγουμένους, καὶ τίσι τοὺς ἀγαθούς τε καὶ χρησίμους στεφανωτέον, καὶ τοὺς τἀναντία τούτων δὴ κολαστέον. Ἀλλὰ κἂν ἐγὼ μὴ λέγω τουτὶ πεφυκέναι τοὺς ἀποστόλους, πάντες οἶδ' ὅτι βοήσετε καὶ προθήσετε τὰς ἐπιστολάς· καὶ προβαλεῖσθε τοὺς ἐν αὐταῖς νόμους, ἢ μᾶλλον ὅλας αὐτὰς νόμους εἶναι διατενεῖσθε· δι' ὧν οὐχὶ τήνδε τὴν πόλιν ἢ τήνδε καλῶς ἔστιν οἰκεῖσθαι, τὴν δ' οἰκουμένην πᾶσαν ὁμοῦ.

Δικασταῖς οἰκεῖον ἑκάστῳ νέμειν τὰ πρόσφορα. Τί δέ; Ἀπροσφυεῖς πρός γε τοῦτο τοὺς ἀποστόλους ἥκοντας ἔστιν ἰδεῖν; Πολλοῦ καὶ δεῖ· κἂν γὰρ τἄλλα τις αὐτῶν σιγῇ παραδράμῃ, τό γε κρινεῖν ἐπὶ θρόνων τὰς φυλὰς Ἰσραὴλ ἐξαρκεῖ τὴν δικαστικὴν ἐξουσίαν σοφωτάτων δηλῶσαι.

A mino promissa sessione, quis pluribus et majoribus cumulatus fuit?

Post reges sequuntur belli duces, et quotquot illustria præfectorum militarium nomina et munia gerunt, bellorum administratio, inquam, exercituum catalogi et ordines, varia pugnarum certamina, urbium obsidiones et occupationes, et ea quæ ad victorias, ad tropæa et ad cæteram prædam pertinent. At enim præsentibus apostolis nemo de re bellica facile se jactaverit: non enim fuit illis bellum de rebus exiguis, neque contra paucos, neque cum paucis, neque pauco tempore, sed de immortali cœlorum regno, et adversus omnes tenebrarum potestates, et cum tot, quot mundus homines progenerat, et quousque generatio

B hominum durat. Non enim obscurum est, eos etiam nunc militare.

Post hos sequitur miles, haud ignobile et inhonorum nomen: insigne enim spectaculum est videre armatum militem in hostes recta tendentem. Et quis hanc laudem apostolis non concesserit? Non enim alios in bellum spirituale acuebant, ipsi vero otiabantur, sed et seipsos hostibus objiciebant. Timebant namque, ut ipsimet testantur, ne aliis prædicantes ipsi, proprio robore falsi, efficerentur improbi. Atqui milite illustrior est, qui facinus omnium præclarissimum edidit: quem enim quis magis suspiciat isto, qui phalangem hostilem perrumpit eamque in fugam vertit, victoriam obtinet, eamque tam universis, quam familiaribus communicat,

C accepto munere honorario? Si quis hoc itidem nomine apostolos indigitare volet, is convenientissimum nomen imponet. Eximia enim facta, quæ contra dæmones patrarunt, et præmiorum multitudinem, tanquam res notissimas, et ut aliis apostolis eadem impertierint, prætermitto commemorare. Hujus sortis est quoque Olympionices præmio affectus, apostoli quoque coronam ab omnibus suis adversariis reportarunt; currebant enim non ut in incertum; pugnabant, non quasi aerem incassum verberantes.

Primas tenent in rebus publicis legislatores, quippe qui facienda et fugienda præscribant, doceantque, quibus laureis boni et utiles decorandi, et quibus

D suppliciis his contraria factitantes afficiendi sint. Si ego affirmem apostolos non fuisse tales, omnes, satis novi, exclamabitis, et prolatis epistolis, leges, quas continent, deprometis, vel potius ipsas integras epistolas, nil aliud nisi leges esse, contendetis, quibus non hæc vel illa civitas, sed universus orbis legitime administratur et gubernatur.

Familiare est judicibus, ut unicuique id quod conducibile est, reddant. Quid ergo? Num ad hoc ineptos accedere judicabimus apostolos? Et licet quis alia silentio prætereat, attamen quod sedentes super thronos judicaturi sunt duodecim tribus Israel, id satis est ad eorum, tanquam sapientissimorum, judiciariam potestatem declarandam.

Si vis quoque legatum, qui dissidia componat, necesse est ut legationi apostolorum præcellentiam inter omnes largiaris, quæ Deum hominibus reconciliavit; nam in cœlum ascendentes, nescio, num in corpore an extra corpus, ut ipsi loquuntur, inde pacem afferebant.

Hæc cum ita sese habeant, cernere licet, etiam summum pontificem inter honoratos numerari. Quibus vero pontificibus apostoli non sunt sublimiores? Quos si verum fateri volumus, merito pontifices pontificum appellabis, ad eum modum, quo cœlos cœlorum nominamus.

Si doctorem quoque in medium producere velis, invenies et hoc in apostolis apertissimum insigne. Non enim in magni illius doctoris Christi disciplina instituti fuissent, nisi et ipsi doctores futuri fuissent; et his mediis possumus nos Christum vocare doctorem, ut proinde impossibile sit Christum et doctorem vel nominare, vel animo efformare, nisi simul et apostolos concipiamus, quemadmodum qui ex puteo bibit, ille nonnisi interveniente vase bibit.

Quin et oratores et pastores recte illos nuncupabimus, quandoquidem omnia salutis nostræ procurandæ gratia egerunt, partim ad honesta excitando, partim ab inhonestis cohibendo, partim vero alendo, pinguefaciendo et conservando cohortationibus, quibus anima nutritur. Jam vero id quod mihi non modo non absurdum, sed potius justum videtur, depromam; videlicet ex pulcherrimis mundi partibus apostolis corollas necti, et tanquam primitias offerri debere, convenienter legibus exornationum. Non enim quia inanimata sunt, ideo contemnenda sunt, sed quia sine illis nihil nasci vel superesse potest, et quod majus est, quia Dei creatoris et laudatoris opera sunt, jure in admiratione habentur.

Principio occurrit cœlum pulcherrimum et maximum omnium corporum, sideribus ceu floribus depictum, motu suo dies et noctes efficiens. Si quis apostolos quoque cœlos et cœlos gloriam Dei enarrantes vocet, hunc ego non procul a Davidica cithara [88] ablusisse dicam. Nonne et ipsi maximi sunt omnium, qui vel sub lege, vel ante legem, vel nunc tempore gratiæ, pietatis et virtutis nomine celebrati sunt? Nonne et virtutibus et multitudine cœlestium donorum cœlo splendidiores et nitidiores exsistunt? Nonne hoc præ cœlo habent, quod solum diem efficiunt?

Verum, qui cœli mentionem facit, ei statim sol in mentem venit, quem David sæpius cœli et diei oculum appellat, pulcherrima certe universitatis hujus pars est, animalibus et plantis procreandis destinata. Hic quoque, si attendere velis, videbis pulcherrimos soles apostolos, ab oriente in occasum currentes, et illic cursum sistentes: qui

[88] Psal. XVIII, 1.

A Εἴπω καὶ πρεσβευτὴν πείθοντα τὰ διάφορα καθίστασθαι; λεγέτω τοίνυν, καὶ διδότω τὴν ὑπεροχὴν τῆς τῶν ἀποστόλων πρεσβείας συμβάλλειν, ἣ Θεὸν ἀνθρώποις κατήλλαξε. Πρὸς γὰρ οὐρανὸν ἀνιόντες ἀγνοῶ εἴτε ἐν σώματι, εἴτε ἐκτὸς τοῦ σώματος, κατ' ἐκείνους εἰπεῖν, ἐκεῖθεν κατεκόμιζον τὴν εἰρήνην.

Ὄντων δὴ τούτων τοιούτων, καὶ ἀρχιερεὺς ἀεὶ δήποτε, τοῖς ἐντίμοις ἐγγράφεται. Οἱ δ' ἀπόστολοι τίνων ἀρχιερέων οὐχ ὑψηλότεροι; Εἰ δὲ τὸ ἀληθέστερον σκοποῖτό τις, καὶ ἀρχιερεῖς ἂν εὐλόγως ἀρχιερέων καλοῖντο, ὥσπερ που καὶ οὐρανοὺς ἀκούομεν οὐρανῶν.

Εἰ δὲ καὶ διδάσκαλον εἰς μέσον παράγειν βούλει, καὶ τοῦτο σαφέστατον τῶν ἀποστόλων ἐστὶ γνώρισμα. B Οὐ γὰρ ἔμελλον τῷ μεγάλῳ φοιτήσαντες, αὐτοὶ μὴ διδάσκαλοι χρηματίσειν, καὶ τούτοις μέσοις ἡμεῖς διδάσκαλον ἔχομεν τὸν Σωτῆρα καλεῖν, ὡς ἀμήχανον ὂν εἰπεῖν ἢ ἀναμνησθῆναί γε τοῦτον ὁποῖα διδάσκαλον, ἂν μὴ καὶ τοὺς ἀποστόλους συνεπινοῶμεν εὐθύς· ὥσπερ τοῖς ἀπὸ φρέατος πίνουσιν, οὐκ ἄνευ ἀγγείου μέσου, τοῦ ὕδατος πίνειν ἔστιν.

Τὸ δὲ δὴ καὶ ῥήτορας αὐτοὺς καὶ ποιμένας καλῶς ἔχειν λέγεσθαι, τί ἂν εἴπόν τις; ἢ πάντα πρὸς ἡμετέραν σωτηρίαν αὐτοὺς μετιέναι, τοῦτο μὲν τἀγαθὰ πείθοντας, καὶ τῶν φαύλων ἀπείργοντας, τοῦτο δὲ τρέφοντας καὶ πιαίνοντας, καὶ φυλάττοντας λόγοις, οἷς ψυχὴ τρέφεται. Ἔτι τοίνυν οὐδὲν C ἄτοπόν μοι δοκεῖ, μᾶλλον μὲν οὖν καὶ δίκαιον, τοῦτ' ἐγὼ λέγω· κἂν τῶν ἐν κόσμῳ καλλίστων μερῶν, ὥσπερ ἀπαρχὰς ἀναθεῖναι τοῖς ἀποστόλοις φέροντα, λέγω δὲ τούτους ἐκείνοις, ὅσπερ ἐπαίνων νόμος, εἰκάζοντα τοὺς ἐπαίνους συνείρειν. Οὐ γὰρ ὅτι τε ἄψυχα τοῦδε χάριν περιοπτέα, ἀλλ' ὅτι τούτων ἐκτὸς οὐχ οἷόν τε διαγίγνεσθαι, καὶ τὸ μεῖζον, ὅτι Θεοῦ τετύχηκε ποιητοῦ τε καὶ ἐπαινέτου, εἰκότως δὴ θαυμαζέσθω.

Οὐρανὸς δὴ πρῶτον κάλλιστός τε ὁμοῦ καὶ μέγιστος σωμάτων ἁπάντων ἄστρασιν ὡς ἄνθεσι καταγεγραμμένος, ἡμέρας τε καὶ νύκτας τῷ κινεῖσθαι ποιῶν. Ὅς δὲ καὶ τοὺς ἀποστόλους οὐρανοὺς λέγει, καὶ οὐρανοὺς δόξαν διηγουμένους Θεοῦ, τοῦτον οὐ πόῤῥω τῆς Δαυιδικῆς ἐγὼ τίθεμαι χάριτος. Ἦ γὰρ D οὐχὶ καὶ οὗτοι μέγιστοι πάντων τῶν ἐν νόμῳ τε, καὶ πρὸ νόμου, καὶ κατὰ τὴν χάριν ἐπ' εὐσεβείᾳ κηρυχθέντων καὶ ἀρετῇ; οὐχὶ ταῖς ἀρεταῖς, καὶ τῷ πλήθει τῶν χαρισμάτων, καὶ οὐρανοῦ φαιδρότεροί τε καὶ ἐκπρεπέστεροι; οὐχὶ τοῦτο καὶ πλέον ἔχουσιν οὐρανοῦ, τὸ μόνην ἡμέραν εἰδέναι ποιεῖν;

Ἀλλὰ τῷ γε μνησθέντι τοῦ οὐρανοῦ καὶ ἥλιος εἰς νοῦν εὐθὺς ἥκει. Καὶ γὰρ καὶ τῷ Δαβὶδ πολλαχοῦ καὶ δέδοται τὸν ἥλιον οὐρανοῦ καὶ ἡμέρας ὀφθαλμὸν λέγειν, κάλλιστον τῶν ἐν κόσμῳ μερῶν, καὶ ζωογόνον καὶ φυτηκόμον. Ἐντεύξῃ δὲ καὶ τοῖς ἀποστόλοις, εἰ μὴ παρ' οὐδέν σοι ταῦτα σκοπεῖν, ἡλίοις ἄλλοις καλλίστοις, ἀπ' ἀνατολῶν ἐπὶ ἑσπέραν

δραμοῦσι, καὶ τὸν δρόμον ἐκεῖ στήσασι τοῦτο τοῦ κατὰ τὸν οὐρανὸν κἀνταῦθα πλεονεκτοῦσιν, ὅτι μηδὲ δύντες ἔδυσαν, ἀλλ' ὡς πρὶν δῦναι, καὶ μετὰ τοῦτο φωτίζουσι.

Δεδόσθω, καὶ νεφέλας τούτους εἰπεῖν. Ὑετὸν γοῦν πρώϊμόν τε καὶ ὄψιμον ὕουσι, ἅ τε τῷ βίῳ περιόντες ἐδίδαξαν, καὶ ἃ νῦν τε καὶ μέχρι παντός. Ἐξ ὧν τί γίνεται; Βλαστάνει σὺν τοῖς ὀρθοῖς δόγμασιν ἐν ἡμῖν ἀρετὴ καὶ ἀρδευομένη ἐπίδοσιν δέχεται. Οὕτω πᾶν ὅ τι τίμιον λεγόμενοι οἱ ἀπόστολοι, ἔτι μειζόνων καὶ καλλιόνων ἐφίστανται πράκτορες ὀνομάτων, ἅτε τῶν εἰρημένων ἁπάντων εἴσω πιπτόντων. Τί οὖν; ὑπερβῆναι δεήσει τὸν οὐρανόν; ἐκεῖ γὰρ τὰ μείζω καὶ κρείττω τῶν ἐνταῦθα ὀνόματα. Λεγέσθωσαν τοίνυν καὶ ἄγγελοι καὶ ἀρχάγγελοι, καὶ μέχρι τῶν πρώτων ἐφεξῆς ἀνιόντες, καὶ τέλος ὃ τῆς ἀκρότητος πάντων, θεοί, πάντων μὲν ὑστάτῳ, μεγίστῳ δὲ πάντων ἀπείρῳ τῷ μέσῳ. Νῦν οἶδα τιμηθέντας τοὺς ἀποστόλους, καὶ ἐπαναπαύομαι τῷ προσρήματι. Ἀποχρῶσα δὲ κἀκείνοις ἡ κλῆσις, καὶ οὐκ ἔστιν ᾗ προσέξουσι μείζονι. Οὕτω τοῖς καθέκαστον οἱ ἀπόστολοι θαυμαστοί· ὁμοῦ δὲ πᾶσι καὶ ὑπερθαύμαστοι.

Ἐδόκει μοι πέρας ἐπιθεῖναι τῷ λόγῳ. Οὐ μὴν οὕτως ἀτόπως ἔχω, ὥστε μὴ καὶ ἐκ τῆς Πέτρου ἁλείας, οἷον ἐπίδειπνον ἥδυσμά τι προθεῖναι, τοῖς καὶ ὁτιοῦν τῶν ἐκείνου περὶ πολλοῦ ποιουμένοις τρυφᾷν. Καὶ δεῦρ' ἴτε δή μοι παρὰ τὴν λίμνην Τιβεριάδος, καὶ ὁρᾶτε Πέτρον σὺν ἑτέροις τῶν μαθητῶν διανυκτερεύσαντα μὲν τῇ παλαιᾷ τέχνῃ, μηδὲν δὲ πλέον εἰς πρωΐαν αὐτῷ γεγονός· τηνικαῦτα δὲ καὶ τὸν Ἰησοῦν μετὰ τὴν ἀνάστασιν, ἐπὶ τοῦ χείλους τῆς λίμνης ἱστάμενον, καὶ μηδενὸς εἰδότος ὅσπερ ποτὲ ὁ φαινόμενος, εἴ τί που ὄψον ἔχοιεν ἐρωτῶντα, κἀκείνων μηδὲν ἔχειν φαμένων, αὖθις εἰς τὰ δεξιὰ τοῦ πλοίου χαλᾷν τὸ δίκτυον ἐπισκήπτοντα, ἦ μὴν εὑρήσειν ἐκεῖ τι χρηστὰς ὑποτείνοντα τὰς ἐλπίδας καὶ τοὺς μαθητὰς εἰς ἔργον ἀγαγόντας τὸν λόγον, τοσούτους συλλαβεῖν τῶν ἰχθύων, ὡς μηκέτι μηδαμῶς αὐτοῖς εἶναι πρὸς τὸ πλοῖον ἀνελκῦσαι τὸ δίκτυον, ἀλλ' ὑπὸ τὸ ὕδωρ σύροντας κατάγειν ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ Πέτρον μαθόντα τὸν Διδάσκαλον εἶναι τὸν ἐργάτην τοῦ θαύματος, εὐθὺς ὡς εἶχε, τὸν ἐπενδύτην περιζωσάμενον, καὶ πρὸς τὸ ὕδωρ ἑαυτὸν καθεικότα, καὶ διανηξάμενον ἧξαι πρὸς τὸν Διδάσκαλον· εἶτα καὶ τὸ δίκτυον ἐπὶ γῆς ἕλκοντα, καὶ τὸ δίκτυον πλῆρες ἰχθύων, καὶ οἱ ἰχθύες μεγάλοι, οἷοι δ', εἰ βούλει, πρόσθες καὶ πλεῖστοι· τρεῖς γὰρ ἐπὶ πεντήκοντα πρὸς τοῖς ἑκατόν. Ἆρ' οὐχ ἱκανὴ τοῦ θαύματος ἡ χάρις ὑμᾶς εἰς κόρον ἡδῦναι; Ἐγὼ δ' ἤδη τινῶν λεγόντων αἰσθάνομαι, ὡς μακάριοι οἱ τῶν ἰχθύων ἀπολελαυκότες ἐκείνων· Θαυμάσαιμι δ' ἄν, εἰ μὴ καὶ ὑμᾶς αὐτοὺς μακαρίους νομίζετε, ὑπὸ Χριστῷ καὶ Πέτρῳ τοῖς ἑστιάτορσι δαιτυμόνας γενομένους τοῦ θαύματος. Τάχα γὰρ οὐκ ἂν πρὸς ὑμᾶς ἐκεῖνό γε ῥηθείη,

[24] Joan. VI, 26.

A In hoc etiam cœlo præstant, quod neque post occasum occubuerunt, sed ut ante occasum, sic et post, lucent ac illuminant.

Concedamus, apostolos nubes quoque appellari. Pluviam igitur matutinam et serotinam suppeditant; nempe ea, quæ in hac vita, et nunc itidem indesinenter docuerunt et docent. Ex quibus quid nascitur? Germinat in nobis cum rectis dogmatibus virtus, rigataque incrementum capit. Ita cum omnia, quæ in pretio et honore sunt, de apostolis dixeris, ipsi jure suo majora semper nomina et encomia exigunt, ut necesse sit omnia prædicta ruere. Quid igitur? Num cœlum transcendere oportebit? ibi enim majora et meliora inveniuntur B nomina, quam apud nos. Appellentur ergo angeli et archangeli: et ordine usque ad primos ascendamus; et quod omnis celsitudinis supremum est dii vocentur, quod omnium ultimum vocabulum, infinitis autem partibus omnium maximum. Nunc scio honoratos laudatosque esse apostolos, et in hac appellatione acquiesco: quia sufficit, nec est quod celsiorem quæramus. Sic in singulis admirabiles sunt apostoli, in omnibus autem simul plus quam admirabiles.

Volebam orationi finem imponere. Cæterum non adeo absonus sum, ut ex piscatione Petri nihil bellariorum apponam illis, qui alioqui ea, quæ Petrum concernunt, in deliciis habere consueverunt. C Adeste mecum ad mare Tiberiadis et videte Petrum cum cæteris discipulis tota nocte in veteri suo artificio occupatum sine ullo usque ad matutinum tempus profectu. Videte etiam Jesum, post resurrectionem tunc in littore maris stantem et, nemine sciente quisnam esset, interrogantem quodnam pulmentarium haberent, illisque respondentibus, nullum se habere, in dexteram navigii partem retia laxare jubentem, et aliquid ibi repertum iri bonas spes suggerentem, et apostolos jussa capessentes, tot pisces cepisse, ut rete nullo modo amplius ad navigium trahere potuerint, sed sub aqua ad terram deduxerint; Petrumque, cum intellexisset Dominum tanti miraculi auctorem esse, statim, ut erat, tunica succinctum, in D aquam se demisisse, et natando ad Magistrum pervenisse; deinde rete ad terram traxisse, rete plenum piscibus, et quidem magnis, adde, si voles, etiam plurimis, utpote centum quinquaginta tribus. Annon miraculi hujus gratia ad satietatem usque vos oblectare potest? Ego vero animadverto quosdam dictitantes: Quam beati quibus piscibus illis frui concessum est! Mirarer, nisi et vos beatos censeretis, qui, Christo et Petro convivatoribus, miraculi hujus convivæ facti estis. In vos piscium miraculo satiatos nequaquam conjicietur, quod et aliis nonnullis exprobratum est: Quæritis me audire, non quia signa vidistis [24], sed quia panes meos comedistis.

πόῤῥω τῶν ἰχθύων ἐμφορουμένους τοῦ θαύματος, ὃ καὶ ἄλλοις τισὶν ὠνειδίσθη· Ζητεῖτέ με ἀκούειν, οὐχ ὅτι σημεῖα εἴδετε, ἀλλ' ὅτι μου τὸν ἄρτον ἐφάγετε.

O vocem, cui etiam pisces obtemperarunt, ut antea mare et venti! O discipulum, qui ante omnes miraculum profitetur, quia primus exsilit ad Magistrum! O discipulum qui etiam contra undas aliquid ausus est, cum præsentem cerneret Magistrum! O zelum ferventis discipuli, dilectione incensi, amore indomiti solumque Magistrum spirantis! Quid præclare de se cogitandi et loquendi iste non subministrat? Annon ad cœlum tunc natare videbatur, quando enatabat ad Magistrum?

A 'Αλλ', ὢ φωνῆς ἐκείνης! ᾗ καὶ ἰχθύες ὑπήκουσαν, ὡς πρὶν καὶ θαλάσσης ὕδωρ καὶ ἄνεμοι. Ὢ μαθητοῦ πρὸ πάντων ὁμολογοῦντος τὸ θαῦμα, τῷ πρώτως ἐκπηδῆσαι πρὸς τὸν Διδάσκαλον! Ὢ μαθητοῦ κατατολμᾷν καὶ κυμάτων ἤδη γεγονότος ἐν ἔθει, παρόντα τὸν Διδάσκαλον βλέποντος· ὢ μαθητοῦ θερμοῦ τὸν ζῆλον, πολλοῦ τὸ φίλτρον, ἀσχέτου τὸν ἔρωτα, καὶ μόνον τὸν Διδάσκαλον πνέοντος! Τί μὲν τῶν ἀγαθῶν οὐ δίδωσιν ἡμῖν ἐννοεῖν οὗτος περὶ αὐτοῦ; τί δὲ οὐ λέγειν; Ἆρ' οὐ πρὸς οὐρανὸν ἀνανήχεσθαι τηνικαῦτα ἐδόκει πρὸς τὸν Διδάσκαλον ἐκνηχόμενος;

At permittite mihi ut piscium multitudinem ad numerorum virtutem excutiam, quia non solum per unitates et decades, sed et per centuriam decurrit, et tribus quadrangulis, ut arithmeticus quispiam dixerit, constat. Quod si cui contemplari jucundum est, a quibus tria ista quadrangula progenerentur, hujus statim primum numerum parem et undequaque absolutum inveniet; illius vero, eum quem virginem appellant; tertii denique, numerum perfectum, ultra quem sine reflexione progredi non licet. Quæ omnia Petri piscationem perfectissimam fuisse indicant, ejusque in omnibus prærogativam et majestatem, quantum conjectare fas est, declarant. Et si his subest quædam ratio, prout revera subest, neque enim temere quidquam horum vel actum vel scriptum est, oratio tamen ad illam accurationem, quam propositam habet, pertingere nequit. Voluisse autem eum qui hæc litteris prodidit, et multitudini et magnitudini capturæ testimonium dare, inde apparet quod numerum perfectissimum adhibuit: quo sane immensam illam Petri piscaturam, qua homines piscaturus erat, et salutem partam luculentissime nobis exhibuit. Consentaneum enim rationi videbatur, ut quæ mirabili aliquo modo effecta sunt, illa litteris mandarentur, et eorum, quæ maximarum rerum erant symbola, nihil prætermitteretur. Talis tibi, o Paule, coapostolus obtigit; talis tibi, Petre, Paulus, quales oratio demonstrare quidem conata, sed nequaquam assecuta est; tametsi nihilominus sic quoque aliquid demonstravit. Tales vos et tantum uterque in Ecclesia Christi obinet, quantum luna inter sidera. Arbitror enim nullum mentis compotem esse, qui eorum animi magnitudinem, conversationem et opera non admiretur: magnitudinem quidem animi, qualem alibi non invenias; conversationem angelis similem; opera, quæ nulli cedant, multoque minus primas concedant.

Καὶ παρίετέ μοι τῶν ἰχθύων τὸ πλῆθος κατ' ἀριθμῶν δύναμιν ἐξετάζειν, ὡς οὐ μοναδικῶς δὴ μόνον καὶ δεκαδικῶς, ἀλλὰ καὶ καθ' ἑκατοντάδα συγκεφουφούμενος δείκνυται, καὶ ὡς τρισὶ δὴ B τετραγώνοις ἀριθμητικὸς ἄν τις εἴποι, συντέθειται· ὧν εἴ τινι τοὺς γεννῶντας αὐτοὺς ἂν σκοπεῖν ἦν, τοῦ μὲν ὁ πρῶτος εὐθὺς ἄρτιος ἂν ἀνεφάνη· τοῦ δ' ὃν παρθένον ὠνόμασαν, τοῦ δ' ἐπ' αὐτοῖς τρίτου ὁ τέλειος, καὶ μεθ' ὃν οὐκ ἔστι προβαίνειν μὴ ἀνακάμπτοντα. Ἃ δὴ πάντα τὴν τελεωτάτην ἄλειαν ὑποφαίνει τοῦ Πέτρου, καὶ τὸ ταύτης ἐν πᾶσι πρεσβεῖον, καὶ τὴν σὺν τούτῳ σεμνότητα, ὅσα γε καὶ συμβάλλειν τινά. Ταῦτα γὰρ εἰ πρός τινα φέρει λόγον, καὶ γὰρ οὖν φέρει, ὅτι μηδ' ἐκ τοῦ παρήκοντος οἶμαι πεπρᾶχθαί τε καὶ γεγράφθαι, ἀλλ' οὖν οὐχ ὥστε καὶ τῆς γινομένης ἀκριβείας, πρὸς ἣν ὁ λόγος βούληται χειραγωγεῖν, ἐφικνεῖσθαι. Τῷ δὲ δὴ καὶ προσμαρτυρῆσαι C τῷ πλήθει καὶ μεγέθει τῆς ἄγρας μηδὲ μέχρι τοῦ καὶ τὸν ἀκριβέστατον ἀριθμὸν προσθεῖναι τοῦ λόγου φείσασθαι, δῆλός ἐστιν ὁ ταῦτα γράφων τὴν οὐχ ὅσην ἄν εἴποι τις ἔσεσθαι μέλλουσαν ὑπὸ Πέτρου τῶν ἀνθρώπων ἄλειαν καὶ σωτηρίαν ἐκφανέστατα παριστῶν. Καὶ γὰρ εὔλογον ἐδόκει πως, ἃ τοῖς ἔργοις θαυμαστὸν δή τινα τρόπον ἐπράχθη, τούτων εἰς μέσον προτιθέναι τοὺς λόγους, καὶ ἃ τῶν μεγίστων ἦν σύμβολα, μηδοτιοῦν τῶν ἐν αὐτοῖς παραλείποντα λέγειν. Τοιοῦτός σοι, Παῦλε, ὁ συναπόστολος· τοιοῦτός σοι, Πέτρε, ὁ Παῦλος· οἵους ὁ λόγος δεῖξαι προτεθύμηται μὲν, ἥκιστα δ' ἐφικόμενος, οὐδὲν ἧττον καὶ οὕτως ἔδειξε. Τοιοῦτοι ὑμεῖς. Τοσοῦτον ἑκάτερος ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Χριστοῦ ἔχοντες, ὅσον ἡ σελήνη ἐν ἄστρασιν. Οἶμαι γὰρ, μηδένα νοῦν D ἔχοντα, μὴ θαυμάσαι τούτων τὸ φρόνημα, τὴν πολιτείαν, τὸ ἔργον, τὸ μὲν γὰρ, οἷον οὐκ ἄλλο, ἡ δὲ ἀγγέλοις ἐφάμιλλος, τὸ δὲ οὐδενὶ τῶν πρωτείων παραχωροῦν.

Cum enim probe nossent, sibi omnium præfecturam concessam esse, studiose enitebantur, ut omnes alios labore vincerent. Scit enim etiam dux belli, sibi plus laborandum esse, quam cuivis gregariorum militum. Igitur et laborat. Scit quoque gubernator navis, plus sibi vigilandum

Καὶ γάρ τοι συνειδότες ἑαυτοῖς τὴν προστασίαν πάντων ἀνῃρημένοις, καὶ ὑπὲρ ἅπαντας τοῖς πόνοις ἐντρυφᾷν ἐφιλοτιμοῦντο. Οἶδε μὲν γὰρ καὶ στρατηγὸς, ὡς πλειόνων αὐτῷ δεῖ πόνων, ἢ τῶν ὑποτεταγμένων ἑκάστοις. Οὐκοῦν καὶ πονεῖ. Οἶδε δὲ καὶ κυβερνήτης, μᾶλλον αὐτῷ προσῆκον τῶν ἐπιβατῶν καὶ

ναυτῶν ἀγρυπνεῖν· οὐκοῦν καὶ ἐγρήγορεν. Ὄντως πρόσθεν οὐρανὸς φύσει βοτάνας, καὶ ἀστέρες γῆν διαγράψουσιν, ἢ τοὺς ἀποστόλους ἔγωγε φαίην ἄν, μὴ πάντα πάντων προέχειν. Εἰ γὰρ μὴ καὶ τῷ χρόνῳ πάντας προέλαβον, ἔστι δ' ὧν οὐ μετρίων καὶ δεύτεροι πρὸς τὸν βίον ἀφίκοντο, ἀλλ' ὁμοῦ πάντα συλλαβόντες ἐν ἑαυτοῖς κατορθώματα, καὶ πάντων ὡς ἔνι μάλιστα ὑπερίδρυνται. Καὶ προκάθηνται μὲν προφητῶν, προκάθηνται δὲ τῶν συναποστόλων· τῶν μὲν, ὅτι τὰς ἐκείνων ῥήσεις ἐκύρωσαν, καὶ ἅπερ ἐκείνοις ἦν ἐν ἐφέσει, τούτοις ἐν ἀπολαύσει, προέβη, τῶν δὲ ὅτι τε τὸν Δεσπότην ἐφίλησαν πλέον πάντων, καὶ ἠγωνίσαντο πλέον πάντων. Προκάθηνται δὲ μαρτύρων ὁμοῦ καὶ ὁσίων· πρὸς ἐκείνους γὰρ οὗτοι βλέποντες, οἱ μὲν πρὸς ὁρατοὺς ὁμοῦ καὶ ἀοράτους ἐχθρούς, οἱ δὲ πρὸς μόνους ἀπεδύσαντο τοὺς δευτέρους. Προκάθηνται δι' ἱερέων, ὅσα καὶ παίδων πατέρες· προκάθηνται πάντων ὁμοῦ πάντα πάντων ὑπερβαλόμενοι. Καὶ πᾶσι πάντα τοῖς ἐπικαλουμένοις αὐτοὺς γίνονται. Τοῦτο γὰρ αὐτὸ καὶ περιόντες ἔτι παρείχοντο ἑαυτούς, καὶ πρὸς τοῦτο προθύμους ἴσμεν αὐτοὺς γιγνομένους, τοὺς Χριστοῦ στόμα λέγω γεγενημένους, τοὺς σκεύη τῆς ἐκλογῆς, τοὺς θεμελίους τῆς Ἐκκλησίας, τοὺς ταμίας τῶν οὐρανῶν, τοὺς τοῦ Σωτῆρος ἀκολούθους καὶ μιμητάς, τοὺς μετ' ἐκεῖνον τῆς οἰκουμένης σωτῆρας. Ταῦτα καὶ τούτων ἔτι πλείω τε καὶ οὐχ ἧττω, οἷς ἄν τις θαῤῥῶν χρήσαιτο, ἀηττήτοις προμάχοις, ἀῤῥαγέσι προβόλοις, ἀγρύπνοις φύλαξι, παρηγόροις ἐν λύπαις, ἐν κινδύνοις ῥύσταις, ἰατροῖς ἐν νόσοις, συνοδεύουσιν εἰ ὁδεύοι, κυβερνήταις εἰ πλέοι, ζῶν κηδεμόσι, καὶ θανὼν ἀντιλήπτορσιν.

A esse, quam vectoribus et nautis. Vigilat ergo. Vere cœlum prius plantas progenerabit, et stellis terra insignietur, quam ego affirmem, apostolos istos in omnibus et super omnes non eminere. Nam licet tempore non anteverterint omnes, tamen et secundis non mediocria capessenda proponuntur, et isti omnia præclare facta in se complexi, omnibus, quam maxime fieri potest, anteponuntur. Præsident prophetis, præsident et coapostolis : illis, quia eorum oracula confirmarunt, et quæ illis erant in optatis, horum fructus illis concessus est; istis, quia plus cæteris Dominum dilexerunt et plura quam cæteri certamina subierunt. Præsident insuper martyribus aliisque sanctis. Ad illos enim respicientes quidam et B cum aspectabilibus et cum inaspectabilibus adversariis in arenam descenderunt; alii tantum cum inaspectabilibus. Præsident sacerdotibus, ut pater filiis. Præsident omnibus simul omnes in omnibus supergressi, et omnibus se invocantibus omnia facti, et hoc ipsum, cum adhuc in terra superstites essent, prompte omnibus præstabant, et alacres se, ut singulis gratificarentur, exhibebant. Illi scilicet, qui os Christi erant, vasa electionis, fundamenta Ecclesiæ, quæstores cœlorum, Salvatoris pedisequi et imitatores; et post illum, orbis terrarum servatores. Hæc sunt et plura, nec minora his supersunt, apostolorum præconia, quos quis fidenter sibi asciscat, tanquam invi- C ctos propugnatores, propugnacula inexpugnabilia, custodes vigilantes, consolatores in adversis, in periculis liberatores, in morbis medicos, comites, si quis iter faciat, gubernatores, si quis naviget, quos quis vivens curatores, et mortuos adjutores habet.

Ὧν τῇ προστασίᾳ καὶ βοηθείᾳ ἤδη κἀμοὶ πρὸς τέλος ὁ λόγος, ὡς εἰς λιμένα καταίρει. Πάντα μὲν οὖν διὰ πάντων, εὖ μάλα τοῖς ἀποστόλοις εἴργασται καὶ τετέλεσται. Τί γάρ; ἔδει τῷ Χριστῷ προσελθεῖν; Προσῆλθον. Πανταχοῦ κηρύξαι; Ἐκήρυξαν. Πάντα καλῶς ἀγωνίσασθαι; Ἠγωνίσαντο. Ἐφάμιλλον τὸ πέρας ταῖς πράξεσιν ἐπιθεῖναι; Ἐπέθηκαν. Θάνατος γὰρ ὑπὲρ Χριστοῦ βίαιος παρέπεμψε πρὸς Χριστόν. Καὶ ὁ τοῦτο κελεύων Νέρων, ὃς ἐκφανέστατα ἀνθρώπων ἔδειξεν ἢ μόνος ἢ μάλιστα, ὅσα καὶ ἡλίκα ποιεῖν ἀρχὴ κακὴ δύναται κακοῦ τυχοῦσα τοῦ ἐφεστῶτος. Νῦν δὲ τῷ Χριστῷ συνόντες ἐν οὐρανοῖς, ᾧ καὶ ἐπὶ γῆς συνῆσαν ἀχώριστοι, ἀπέραντα χαίρουσιν.

Quorum ductu et auxilio mihi jam quoque oratio ad finem, velut ad portum, provehitur. Omnia igitur et per omnia apostolis admodum probe peracta sunt. Quid enim? Ad Christum oportebat accedere? Accesserunt. Ubique prædicare? Prædicarunt. In omnibus bonum certamen certare? Certarunt. Similem finem actionibus imponere? Imposuerunt. Violenta enim pro Christo suscepta mors ad Christum illos transmisit. Cujus mortis auctor Nero, qui vel solus, vel præcipue luculenter ostendit, quanta et qualia facinora im- D perium patrare possit, si malum præsidem nanciscatur. Nunc autem cum Christo in cœlis degentes, cui etiam in terris inseparabiliter adhæserant, sine fine exsultant.

Ἐμοὶ δὲ δοκεῖ καὶ ὡς ἐν κεφαλαίῳ τῶν λόγων προσειπόντα τοὺς ἀποστόλους καὶ ἐπευξάμενον, αὐτίκα δοῦναι τῷ λόγῳ στῆναι. Χαίρετε οὖν, ὦ μακάριοι, χαίρετε, Χριστοῦ μαθηταί. Χαίρετε, τῆς οἰκουμένης διδάσκαλοι. Καὶ γὰρ χαίρετε πρὸς οἷς ἀπολαύετε, τὸ ὑμέτερον ποίμνιον ἄνωθεν ἐφορῶντες εἰς οἷον ἀνθ' οἵου ταῖς ἀεὶ προσθήκαις ἐπέδωκεν. Εἰ μή τι παραιρεῖται τῆς ἡδονῆς τὸ τοὺς ἁπανταχοῦ γῆς τὸν ἕνα Χριστὸν ἐπικαλεσαμένους Θεὸν δι' ὑμῶν, τῇ τοῦ πονηροῦ κακοτεχνίᾳ πολλαχῇ διεσπά-

Ego vero consultum censeo ut, quia in termino versamur, apostolos compellem et invocem, moxque cursum sistam. Salvete igitur, o beati. Salvete, Christi discipuli, totius orbis magistri. Gaudetis etenim inter gaudia, quibus in cœlo fruimini, quando vestrum gregem quotidianis incrementis auctum aspicitis; nisi aliquid de voluptate decerpat, quod qui ubique terrarum a vobis instituti unum Christum, ut Deum, invocant, cacodæmonis malitia multifariam dissecti sunt; recta

dogmata in dubium revocantes, doctrinæque a vobis traditæ alii aliter adversari tentantes. Vos quidem omnibus prædicatis; veritas enim una est. At vero malignus pernicioso strategemate usus, quos a conculcato jam idolorum cultu avulsos cernebat, eos a cognita veritate, prætextu veritatis indagandæ, avellere studuit. Verus impostor et improbitatis instrumentum, qui ista commentus est, ut dum homines pro Deo pugnam ineunt, a Deo exciderent, et ut a Deo alienarentur, dum instinctu ejus pro Deo præter rationem et temere dimicant. Cæterum vos, si qua hujus rei cura vos tangit, ut profecto tangit, cohibete et componite dissidia, Ecclesiamque iterum in unum congregate. Memineritis, ipsa vestra nomina huc tendere et huc vos impellere. Paulus igitur pausam contentionibus afferat. Petrus vero supra immotam petram incorruptæ doctrinæ adductos confirmet. Et ingentes gratias vobis debebimus, partim propter illa quæ his in terris nostri causa sustinuistis, partim ob ea quæ iterum procurabitis. Capiamus et nos primæ illius vestræ curæ experimentum, ut quod auditione accepimus et fide credimus, oculis quoque intueamur, quomodo scilicet orbem terrarum ad salutem pertraxeritis, Christum in vobis ipsis habentes et circumferentes, quem simul cum Patre et Spiritu sancto adorandum prædicastis, nunc et semper, et in sæcula. Amen.

A σθαι, καὶ λόγου τοῦ ὀρθοῦ πάντας πᾶσιν ἀμφισβητεῖν, καὶ ἄλλους ἄλλως τῆς ὑμῶν διδασκαλίας ἀντέχεσθαι βούλεσθαι. Ὑμεῖς μὲν γὰρ ἐν πᾶσι τὸ κήρυγμα διηγγείλατε. Τὸ γὰρ ἀληθὲς ἕν· ὁ δὲ πονηρὸς πονηρῷ χρησάμενος στρατηγήματι, οὓς ἀφῃρέθη τῆς εἰδώλων πατηθείσης λατρείας ἀνταφαιρεῖν τῆς ἀληθείας ἐμηχανήσατο ὑποθήκῃ δῆθεν τοῦ τῆς ἀληθείας φροντίζειν Σοφιστὴς ὄντως ἐκεῖνος καὶ κακῶν ὄργανον. Τοιαῦτα δραματουργήσας, ὡς ὑπὲρ Θεοῦ τοὺς ἀνθρώπους μάχην ἀνῃρημένους ἐκπίπτειν Θεοῦ· καὶ ἵν' ἀλλοτριωθῶσι Θεοῦ, Θεῷ παρὰ λόγον βοηθεῖν ὑποβάλλων. Πλὴν ἀλλ' εἴ τί γε ὑμῖν τοῦδε μέλει, καὶ γὰρ οὖν μέλει, ἤδη ποτὲ λῆξαι τὴν στάσιν. Καὶ πάλιν τὴν Ἐκκλησίαν εἰς ἓν συναγάγετε. Μνήσθητε ὡς τῶν εἰς τοῦτο συντεινόντων ὑμεῖς ἐπώνυμοι. B Καὶ ὁ μὲν Παῦλος τῶν διαφορῶν ὀρεγέτω· ὁ δὲ Πέτρος ἐπὶ πέτραν ἀῤῥαγῆ πάντας ὁμοῦ στηριζέτω τῆς τῶν δογμάτων ὀρθότητος. Ἦ που πολλαπλασίους ὑμῖν εἰσόμεθα τηνικαῦτα τὰς χάριτας, ὧν τε τῷ βίῳ περιόντες ὑπὲρ ὑμῶν ἠνέσχεσθε, καὶ ὧν αὖθις ἐπιμελήσεσθε. Λάβοιμεν καὶ ἡμεῖς τῆς πρώτης ἐκείνης ἐπιμελείας ὑμῶν πεῖραν. Ὡς ἂν ὅπερ ἀκοῇ παρειλήφαμέν τε καὶ πεπιστεύκαμεν, καὶ ὀφθαλμοῖς δῆτα δεξώμεθα, ὡς ὑμεῖς τὸν οἰκουμένην ἐσώσατε, Χριστὸν ἐν ὑμῖν αὐτοῖς ἔχοντές τε καὶ περιφέροντες, ὃν ἅμα τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Πνεύματι προσκυνητὸν ἐκηρύξατε, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

MAXIMI PLANUDÆ

INTERPRETATIO

NONNULLORUM CAPITUM S. AUGUSTINI

EX DECIMO QUINTO DE TRINITATE

Quæ probant Spiritum sanctum etiam ex Filio procedere

(*Opuscula aurea theologica, Petro Arcudio editore, Romæ*, 1670.)

Quoniam Marcus Ephesius in privatis colloquiis etiam scripta sanctorum Patrum Occidentalium aiebat esse corrupta, huic stultæ assertioni Bessarion se opponens firmiter asseverabat, si ea omnia e codicibus deleantur, quæ hoc dogma probant, remansuras utique membranas albas. Non enim obiter unum, aut alterum verbum sancti proferunt ad id probandum, ut quis suspicetur eorum loca esse corrupta: sed integræ ea de re illorum paginæ, imo vero ad populum exstant homiliæ. Quare Græci quoque Catholici illius ætatis, præsertim Bessarion et Demetrius Cydones, integros ferme tractatus sancti Augustini verterunt. Mirabar autem cur non etiam vertissent librum *De Trinitate* sancti Augustini tanti doctoris, ubi consulto ac de industria quæstionem hanc tractat. Sed reperi postea Maximum Planudem, monachum Græcum, celeberrimum philosophum et theologum, et in utraque lingua exercitatissimum, sanctoque Augustino addictissimum aliquot annis prius eum librum εἰς τὴν Ἑλλάδα φωνὴν transtulisse. Ex eo nos excerpsimus quæ ad rem faciunt. Quæ sane quoniam in tertio tomo Augustini exstant, et prius tractata sunt, hic etiam ante alios ejus tractatus inserenda duximus.

Cæterum ne offendatur pius lector, quoniam Planudes quatuor argumentis adversus verum dogma Latinorum videtur insurgere, sciendum est eum timore principis illud fecisse, ut testatur Demetrius Cydones et Bessarion in solutione illorum argumentorum, quæ in calce post capita sancti Augustini ex libro *De Trinitate* desumpta, posuimus.

—

AUGUSTINI EX LIBRO XV DE TRINITATE.

—

CAPUT XVII.

Satis de Patre et Filio, quantum per hoc speculum atque in hoc ænigmate videre potuimus, locuti sumus. Nunc de Spiritu sancto, quantum, Deo donante, videre conceditur, disserendum est : qui Spiritus sanctus, secundum Scripturas sanctas, nec Patris solius est, nec Filii solius, sed amborum, et ideo communem, quia invicem se diligunt Pater et Filius, nobis insinuat charitatem. Ut autem nos exerceret sermo divinus, non res in promptu sitas, sed in abdito scrutandas, et ex abdito eruendas, majore studio fecit inquiri. Non itaque dixit Scriptura : Spiritus sanctus charitas est ; quod si dixisset, non parvam partem quæstionis istius abstulisset : sed dixit : « Deus charitas est [1] ; » ut incertum sit, et ideo requirendum, utrum Deus Pater sit charitas, an Deus Filius, an Deus Spiritus sanctus, an Deus ipsa Trinitas. Neque enim dicturi sumus, non propterea Deum dictum esse charitatem, quod ipsa charitas nulla substantia quæ Dei digna sit nomine, sed quod donum Dei sit, sicut dictum est Deo, A Quoniam tu es patientia mea. Neque enim propterea dictum est, quia Dei substantia est nostra patientia, sed quod ab ipso nobis est, sicut alibi legitur : « Quoniam ab ipso est patientia mea : » Hunc quippe sensum facile refellit Scripturarum ipsa locutio. Tale est enim, « Tu es patientia mea ; » quale est, « Tu es, Domine, spes mea ; » et : « Deus meus misericordia ; » et multa similia. Non est autem dictum, Domine, charitas mea, aut, Tu es charitas mea, aut, Deus charitas mea ; sed ita dictum est : « Deus charitas est, » sicut dictum est : « Deus Spiritus est. » Hoc qui non discernit, intellectum a Domino, non expositionem quærat a nobis. Non enim apertius quidquam possumus dicere. Deus ergo charitas est. Utrum autem Pater, B an Filius, an Spiritus sanctus, an ipsa Trinitas, quia et ipsa non tres dii, sed unus Deus, hoc quæritur. Sed jam in hoc libro superius disputavi, non sic accipiendam esse Trinitatem, quæ Deus est ex illis tribus, quæ in Trinitate nostræ mentis ostendimus, ut tanquam memoria sit omnium trium Pa-

ΚΕΦΑΛ. ΙΖʹ.

Περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ὅπερ τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ ἴσον λαμβάνεται, καὶ ἑκατέρου Πνεῦμα λέγεται, καὶ τῷ τῆς ἀγάπης νοεῖται ὀνόματι, καίτοι καὶ ἑκάστου τῶν ἐν τῇ Τριάδι προσώπων ἀγάπης ὄντος.

Ἅλις μὲν οὖν περὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, ὁπόσον διὰ τοῦδε τοῦ ἐσόπτρου καὶ ἐν τῷδε τῷ αἰνίγματι ἰδεῖν C ἠδυνήθημεν, διειλέγμεθα. Νυνὶ δὲ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ὁπόσον, τοῦ Θεοῦ χορηγοῦντος, ὁρᾷν συγχωρούμεθα, διασαφητέον· ὡς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον κατὰ τὰς ἱερὰς Γραφὰς οὔτε τοῦ Πατρός ἐστι μόνου, οὔτε τοῦ Υἱοῦ μόνου, ἀλλ' ἀμφοῖν· καὶ διὰ τοῦτο κοινὴν ἡμῖν τὴν ἀγάπην διδάσκει, καθ' ἣν ἀλλήλους ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς ἀγαπῶσιν. Ἵνα δ' ἡμᾶς ὁ θεῖος λόγος γυμνάσῃ, οὐκ εἰς προὖπτον κείμενα πράγματα, ἀλλ' ἐν ἀποκρύφῳ ἐρευνητέα, καὶ ἐξ ἀποκρύφου ἐξενεκτέα, μείζονι ἀγῶνι πεποίηκε ζητεῖσθαι· οὐδὲ γὰρ εἶπεν ἡ Γραφὴ, ὅτι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀγάπη ἐστίν. Εἰ γὰρ τοῦτ' εἴρηκεν, οὐ μικρὸν ἂν μέρος ἀφείλετο τοῦδε τοῦ ζητήματος, ἀλλ' εἶπεν, « Ὁ Θεὸς ἀγάπη ἐστὶν, » ὡς ἄδηλον εἶναι, καὶ διὰ ταῦτα ζητητέον, πότερον ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ D ἀγάπη ἐστὶν, ἢ ὁ Θεὸς καὶ Υἱὸς, ἢ ὁ Θεὸς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἢ ὁ Θεὸς αὐτὴ ἡ Τριάς. Οὐδὲ γὰρ ἐροῦμεν μὴ διὰ ταῦτα ἀγάπην τὸν Θεὸν εἰρῆσθαι, ὅτι ἡ ἀγάπη οὐκ ἔστιν ἡ οὐσία ἐκείνη, ἥτις ἐστὶν ἀξία τοῦ ὀνόματος τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ὅτι δῶρόν ἐστι τοῦ Θεοῦ, ὥσπερ εἴρηται πρὸς τὸν Θεὸν, ὅτι « Σὺ εἶ ἡ ὑπομονή μου. » Οὐ γὰρ πάντως διὰ ταῦτα εἴρηται, ὅτι τοῦ Θεοῦ ἐστιν οὐσία ἡ ἡμετέρα ὑπομονὴ, ἀλλ' ὅτι παρ' ἐκείνου ἡμῖν ἐστιν· ὥσπερ καὶ ἀλλαχοῦ ἀναγινώσκομεν, ὅτι « Παρ' αὐτοῦ ἡ ὑπομονή μου· » ταύτην γὰρ τὴν ἔννοιαν ῥᾳδίως ἀποκρούεται ἡ τῶν Γραφῶν ὁμιλία. Τοιοῦτον γάρ ἐστι τὸ, « Σὺ εἶ ἡ ὑπομονή μου, » ὁποῖόν ἐστι τὸ, « Σὺ, Κύριε, ἡ ἐλπίς μου, » καὶ, « Ὁ Θεός μου, τὸ ἔλεός μου· » καὶ πολλὰ παραπλήσια· οὐκ εἴρηται δὲ, Κύριε, ἡ ἀγάπη μου, ἢ, Σὺ εἶ ἡ ἀγάπη μου, ἢ, Ὁ Θεὸς ἡ ἀγάπη μου· ἀλλ' οὕτως εἰρημένον ἐστὶν, « Ὁ Θεὸς ἀγάπη ἐστὶν, » ὥσπερ εἴρηται « Ὁ Θεὸς πνεῦμά ἐστιν. » Ὁ δὲ δὴ τοῦτο μὴ διακρίνων νόησιν παρὰ Κυρίου, ἀλλὰ μὴ ἐξήγησιν παρ' ἡμῶν ζητείτω. Οὐδὲ γὰρ καθαρώτερόν τι λέγειν δυνάμεθα. Ὁ Θεὸς ἄρα ἀγάπη ἐστί. Πότερον δὲ ἢ ὁ Πατὴρ, ἢ ὁ Υἱὸς, ἢ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἢ αὐτὴ ἡ Τριάς· καὶ γὰρ καὶ αὐτὴ οὐ τρεῖς θεοὶ, ἀλλὰ Θεός ἐστιν εἷς· τοῦτο ζητεῖται. Ἀλλ' ἤδη ἐν τῷδε τῷ βιβλίῳ ἀνωτέρω διείλεγμαι, μὴ οὕτω χρῆναι λαμβάνειν τὴν Τριάδα, ἥτις ὁ Θεός ἐστιν ἐκ τῶν τριῶν ἐκείνων, ἅπερ ἐν τῇ Τριάδι,

[1] Joan. IV, 16.

ter, et intelligentia omnium trium Filius, et charitas omnium trium Spiritus sanctus, quasi Pater nec intelligat sibi nec diligat; sed ei Filius intelligat, et Spiritus sanctus ei diligat, ipse autem sibi et illis tantum meminerit; et Filius nec meminerit, nec diligat sibi, sed meminerit ei Pater, et diligat ei Spiritus sanctus, ipse autem et sibi et illis tantummodo intelligat; itemque Spiritus sanctus nec meminerit, nec intelligat sibi, sed meminerit ei Pater, et intelligat ei Filius, ipse autem et sibi et illis non nisi diligat: sed sic potius, ut omnia tria et omnes et singuli habeant in sua quisque natura; nec distent in eis ista, sicut in nobis aliud est memoria, aliud est intelligentia, aliud dilectio sive charitas; sed unum aliquid sit quod omnia valeat, sicut sapientia, et sic habeatur in uniuscujusque natura, ut qui habet, hoc sit quod habet, sicut immutabilis simplexque substantia.

Si ergo hæc intellecta sunt, et quantum nobis in rebus tantis videre et conjectare concessum est, vera esse claruerunt, nescio cur non sicut sapientia, et Pater dicitur et Filius, et Spiritus sanctus, et simul omnes non tres, sed una sapientia; ita charitas, et Pater dicatur et Filius et Spiritus sanctus, et simul omnes una charitas. Sic enim et Pater Deus, et Filius Deus, et Spiritus sanctus Deus, et simul omnes unus Deus. Et tamen non frustra in hac Trinitate non dicitur Verbum Dei nisi Filius, nec A donum Dei nisi Spiritus sanctus; nec de quo genitum est Verbum, nec de quo procedit principaliter Spiritus sanctus, nisi Deus Pater. Ideo autem addidi principaliter, quia et de Filio Spiritus sanctus procedere reperitur. Sed hoc quoque illi Pater dedit, non jam exsistenti, et nondum habenti, sed quidquid Unigenito Verbo dedit, gignendo dedit. Sic ergo eum genuit, ut etiam de illo donum commune procederet, et Spiritus sanctus, Spiritus esset amborum. Non est igitur accipienda transeunter, sed diligenter intuenda inseparabilis Trinitatis ista distinctio. Hinc enim factum est ut proprie Dei Verbum, etiam Dei Sapientia diceretur, cum sit Sapientia et Pater et Spiritus sanctus. Si ergo proprie aliquid horum trium charitas nuncupanda est, quid aptius quam B ut hoc sit Spiritus sanctus? Ut scilicet in illa (Trinitatis) simplici summaque natura non sit aliud substantia, et aliud charitas, sed substantia ipsa sit charitas, et charitas ipsa sit substantia, sive in Patre, sive in Filio, sive in Spiritu sancto, et tamen proprie Spiritus sanctus charitas nuncupetur. Sicut legis nomine aliquando simul omnia veteris instrumenti sanctarum Scripturarum significantur eloquia. Nam ex propheta Isaia testimonium ponens Apostolus, ubi ait: « In aliis linguis, et in aliis labiis loquar populo huic [1], » præmisit tamen: « In lege scriptum est. » Et ipse Dominus; « In lege, inquit, eorum scriptum est, quia Oderunt

τοῦ νοὸς ἡμῶν ὑπεδείξαμεν, ὡς μνήμην μὲν εἶναι τῶν τριῶν πάντων τὸν Πατέρα, καὶ νόησιν τῶν τριῶν C πάντων τὸν Υἱὸν, καὶ ἀγάπην πάντων τῶν τριῶν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὡς τὸν Πατέρα μήτε νοεῖν ἑαυτῷ, μήτε ἀγαπᾷν, ἀλλὰ τὸν Υἱὸν ἐκείνῳ νοεῖν, καὶ τὸ Πνεῦμα ἐκείνῳ ἀγαπᾷν, αὐτὸν δὲ καὶ ἑαυτῷ καὶ ἐκείνοις μόνον μεμνῆσθαι· καὶ μὴν καὶ τὸν Υἱὸν μήτε μεμνῆσθαι, μήτε ἀγαπᾷν ἑαυτῷ, ἀλλὰ μεμνῆσθαι αὐτῷ τὸν Πατέρα, καὶ ἀγαπᾷν αὐτῷ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· αὐτὸν δὲ καὶ ἑαυτῷ καὶ ἐκείνοις μόνον νοεῖν· ἔτι δὲ καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον μήτε μεμνῆσθαι, μήτε νοεῖν ἑαυτῷ, ἀλλὰ μεμνῆσθαι αὐτῷ τὸν Πατέρα, καὶ νοεῖν αὐτῷ τὸν Υἱόν· αὐτὸ δὲ καὶ ἑαυτῷ καὶ ἐκείνοις οὐδὲν ὅτι μὴ ἀγαπᾷν· ἀλλ' οὕτω μᾶλλον ὡς πάντα τὰ τρία καὶ πάντας καὶ ἕκαστον ἔχειν ἐν τῇ οἰκείᾳ ἕκαστον φύσει, καὶ μηδὲ διίστασθαι ἐν αὐτοῖς ταῦτα, ὥσπερ ἐν ἡμῖν ἄλλο D μὲν ἡ μνήμη, ἄλλο δὲ ἡ νόησις, ἕτερον δὲ ἡ ἀγάπη, ἀλλ' εἶναί τι τὸ πάντα δυνάμενον, ὥσπερ ἡ σοφία, καὶ οὕτως ἔχεσθαι ἐν ἑνὸς ἑκάστου φύσει, ὡς τὸν τόδε τι ἔχοντα εἶναι ὃ ἔχει, ὡς ἄτρεπτον καὶ ἁπλῆν οὐσίαν.

Οὕτω μὲν οὖν ταῦτα νενόηται, καὶ ὁπόσον ἡμῖν ἐν τηλικούτοις πράγμασιν ἰδεῖν στοχάσασθαι συγκεχώρηται, ἀληθῆ ὄντα ἀνεφάνη. Οὐκ οἶδα δὲ τί δήποτε μὴ ὥσπερ σοφία καὶ ὁ Πατὴρ λέγεται, καὶ ὁ Υἱὸς, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ ὁμοῦ πάντες οὐ τρεῖς, ἀλλὰ μία σοφία, οὕτως ἀγάπη καὶ ὁ Πατὴρ λέγεται, καὶ ὁ Υἱὸς, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ ὁμοῦ πάντες μία ἀγάπη. Οὕτω γὰρ καὶ ὁ Πατὴρ Θεὸς, καὶ ὁ Υἱὸς Θεὸς, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον Θεὸς, καὶ ὁμοῦ πάντες εἷς Θεός. Καὶ μέντοι οὐ μάτην ἐν τῇδε τῇ Τριάδι οὐ λέγεται Λόγος τοῦ Θεοῦ, εἰ μὴ ὁ Υἱὸς, οὐδὲ δῶρον Θεοῦ, εἰ μὴ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Οὐδὲ ἐξ οὗ ἐγεννήθη ὁ Λόγος, καὶ ἐξ οὗ ἐκπορεύεται ἀρχοειδῶς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, εἰ μὴ ὁ Πατήρ· διὰ τοῦτο δὲ προσέθηκα τὸ *ἀρχοειδῶς*. ἐπειδὴ καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον εὑρίσκεται ἐκπορευόμενον, ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ τοῦτο αὐτῷ ὁ Πατὴρ ἔδωκεν, οὐκ ἤδη ὑφεστηκότι, καὶ μήπω ἔχοντι, ἀλλ' ὅ τι ποτὲ τῷ μονογενεῖ Λόγῳ δέδωκεν, ἐν τῷ γεννᾷν δέδωκεν, οὕτως ἄρα αὐτὸν ἐγέννησεν, ὡς καὶ ἐξ αὐτοῦ τὸ δῶρον κοινὸν προέρχεσθαι, καὶ Πνεῦμα ἅγιον εἶναι ἀμφοῖν. Οὐκ ἄρα παροδικῶς ἀξία λαμβάνεσθαι, ἀλλ' ἐπιμελῶς ἐπισκοπεῖσθαι ἡ ἀδιαίρετος αὕτη τῆς Τριάδος διαστολή. Ἐντεῦθεν γὰρ γέγονεν ὡς κυρίως τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον Θεοῦ σοφίαν λέγεσθαι, καίτοι καὶ τοῦ Πατρὸς σοφίας ὄντος, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Εἰ τοίνυν κυρίως τῶν τριῶν τι τούτων ἀγάπην ὀνομάζεσθαι χρὴ, τί ποτ' ἂν ἁρμοδιώτερον εἴη τοῦτ' εἶναι ἢ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον; ὡς ἐν ἐκείνῃ δηλαδὴ τῇ ἁπλῇ καὶ ἀκροτάτῃ φύσει μὴ εἶναι ἕτερον μὲν τὴν οὐσίαν, ἕτερον δὲ τὴν ἀγάπην, ἀλλ' οὐσίαν εἶναι τὴν ἀγάπην, καὶ τὴν ἀγάπην οὐσίαν εἴτε ἐν τῷ Πατρὶ, εἴτε ἐν τῷ Υἱῷ, εἴτε ἐν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι; Ὅμως μέντοι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον κυρίως ἀγάπην προσαγορεύεσθαι· ὥσπερ καὶ τῷ τοῦ νόμου ὀνόματι ἔστιν ὅτε ὁμοῦ

[1] I Cor. XIV, 21.

me gratis [3] : » cum hoc legatur in Psalmo. Aliquando autem proprie vocatur lex, quæ data est per Moysen secundum quod dictum est : « Lex et prophetæ usque ad Joannem [4]. » Et : « In his duobus præceptis tota lex pendet et prophetæ [5]. » Hic utique proprie lex appellata est de monte Sina ; prophetarum autem nomine etiam psalmi significati sunt, et tamen alio loco ipse Salvator : « Oportebat, inquit, impleri omnia, quæ scripta sunt in lege, et prophetis, et psalmis de me [6]. » Hic rursus prophetarum nomen, exceptis psalmis, intelligi voluit. Dicitur ergo lex universaliter cum prophetis et psalmis ; dicitur et proprie, quæ per Moysen data est. Item dicuntur communiter prophetæ simul cum psalmis, dicuntur et proprie præter psalmos. Et multis aliis exemplis doceri potest multarum rerum vocabula et universaliter poni, et proprie quibusdam rebus adhiberi, nisi in re aperta vitanda sit longitudo sermonis. Hæc ideo dixi, ne quisquam propterea nos inconvenienter existimes charitatem appellare Spiritum sanctum, quia et Deus Pater et Deus Filius potest charitas nuncupari. Sicut ergo unicum Dei Verbum proprie vocamus nomine sapientiæ, cum sit universaliter et Spiritus sanctus et Pater ipsa Sapientia : ita Spiritus sanctus proprie nuncupatur vocabulo charitatis, cum sit

A universaliter charitas et Pater et Filius. Sed Dei Verbum, id est unigenitus Dei Filius, aperte dictus est Dei Sapientia, ore apostolico, ubi ait, Christum Dei virtutem et Dei sapientiam. Spiritus autem sanctus ubi sit dictus charitas, invenimus, si diligenter Joannis apostoli scrutemur eloquium. Qui cum dixisset : « Dilectissimi, diligamus invicem, quia dilectio ex Deo est, » secutus adjunxit : « Et omnis qui diligit, ex Deo natus est ; qui non diligit, non cognovit Deum; quia Deus dilectio est [7]. » Hic manifestavit eam se dixisse dilectionem Deum, quam dixit ex Deo. Deus ergo ex Deo est dilectio. Sed quia et Filius ex Deo Patre natus est, et Spiritus sanctus ex Deo Patre procedit, quem potius eorum hic debeamus accipere, dictum esse dile-
B ctionem Deum, merito quæritur : Pater enim solus ita Deus est, ut non sit ex Deo ; ac per hoc dilectio, quæ ita Deus est, ut ex Deo sit, aut Filius est, aut Spiritus sanctus. Sed in consequentibus cum Dei dilectionem commemorasset, non qua nos eum, sed qua ipse dilexit nos, et misit Filium suum liberatorem pro peccatis nostris, et hinc exhortatus esset ut et nos invicem diligamus, atque ita in nobis Deus maneat : quia utique dilectionem Deum dixerat, statim volens de hac re apertius aliquid eloqui : « In hoc, inquit, cognoscimus quia in ipso

πάντα τὰ τῆς παλαιᾶς καὶ θείας Γραφῆς δηλοῦνται λόγια· καὶ γὰρ ἐκ τῆς Γραφῆς τοῦ Ἡσαΐου μαρτυρίαν τιθεὶς ὁ Ἀπόστολος ἔνθα φησὶν, « Ἐν ἑτερογλώσσαις καὶ ἐν χείλεσιν ἑτέροις λαλήσω τῷ λαῷ τούτῳ, » προὔθηκεν ὅμως, « Ἐν τῷ νόμῳ γέγραπται. » Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Κύριος, « Ἐν τῷ νόμῳ, φησὶν, αὐτῶν γέγραπται, ὅτι, Ἐμίσησάν με δωρεὰν, » καίτοι τούτου ἀναγινωσκομένου ἐν τῷ ψαλμῷ. Ἐνίοτε δὲ νόμος κυρίως καλεῖται διὰ Μωϋσέως, κατὰ τὸ ῥηθὲν, « Ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται ἕως Ἰωάννου. » Καί· « Ἐν ταύταις ταῖς δυσὶν ἐντολαῖς ὅλος ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται κρέμανται. » Ἐνταῦθα γὰρ πάντως νόμος κυρίως προσαγορεύεται ὁ ἐκ τοῦ ὄρους Σινᾶ, τῷ τῶν προφητῶν δὲ ὀνόματι καὶ οἱ ψαλμοὶ σημαίνονται. Ἐν ἑτέρῳ μέντοι τύπῳ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ, « Ἔδει, » φησὶ, « πληρωθῆναι πάντα τὰ γεγραμμένα ἐν τῷ νόμῳ καὶ προφήταις καὶ ψαλμοῖς περὶ ἐμοῦ. » Ἐνταῦθα γὰρ πάλιν τὸ τῶν προφητῶν ὄνομα, ἐξαιρουμένων τῶν ψαλμῶν, νοεῖσθαι ἠθέλησε. Λέγεται ἄρα νόμος καθολικῶς σὺν τοῖς προφήταις καὶ ψαλμοῖς. Λέγεται καὶ κυρίως ὁ διὰ Μωσέως δοθείς. Ἔτι λέγονται κοινῶς οἱ προφῆται σὺν τοῖς ψαλμοῖς. Λέγονται δὲ καὶ ἰδίως πλὴν τῶν ψαλμῶν. Καὶ πολλοῖς δὲ παραδείγμασι καὶ ἄλλοις δυνατὸν ἡμᾶς γνῶναι, ὡς πολλῶν πραγμάτων ὀνόματα καὶ καθολικῶς τίθεσθαι, καὶ ἰδίως τισὶν ἀπονέμεσθαι· εἰ μὴ ἐν πράγματι φανερῷ φυλάττεσθαι χρὴ τὸ τοῦ λόγου μῆκος. Τοῦτο δὲ διὰ τοῦτ' εἶπον, ἵνα μή τις ἡμᾶς τούτου χάριν οἰηθείη, μὴ ἁρμοδίως ἀγάπην προσαγορεύειν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐπειδὴ καὶ ὁ

Θεὸς καὶ Πατὴρ, καὶ ὁ Θεὸς Υἱὸς δύναται ἀγάπη προσαγορεύεσθαι· ὥσπερ οὖν τὸν μονογενῆ τοῦ
C Θεοῦ Λόγον κυρίως καλοῦμεν τῷ τῆς σοφίας ὀνόματι, καίτοι καθόλου καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος καὶ τοῦ Πατρὸς σοφίας ὄντος, οὕτω καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον κυρίως τῷ τῆς ἀγάπης ὀνόματι, καθόλου καὶ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ ἀγάπης ὄντος. Ἀλλ' ὁ μὲν Λόγος τοῦ Θεοῦ, τουτέστιν ὁ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, φανερῶς εἴρηται τοῦ Θεοῦ σοφία τῷ ἀποστολικῷ στόματι, ἔνθα φησὶ, « Χριστὸν Θεοῦ δύναμιν, καὶ Θεοῦ σοφίαν. » Τὸ δὲ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ποῦ ποτε εἰρῆσθαι ἀγάπην εὑρίσκομεν ; ἄν περ ἐπιμελῶς τῷ τοῦ ἀποστόλου Ἰωάννου λογίῳ πρόσσχωμεν, ὃς εἰπὼν, « Ἀγαπητοὶ, ἀγαπῶμεν ἀλλήλους, ὅτι ἡ ἀγάπη ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστιν, » ἑπομένως συνῆψε, « Καὶ πᾶς ὁ ἀγαπῶν ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐγεννήθη· ὁ δὲ μὴ ἀγαπῶν οὐκ ἔγνω τὸν Θεὸν, ὅτι ὁ Θεὸς ἀγάπη ἐστίν. » Ἐν-
D ταῦθα ἐφανέρωσεν ἑαυτὸν αὐτὴν εἰρηκέναι ἀγάπην τὸν Θεὸν, ἣν εἶπεν ἐκ τοῦ Θεοῦ. Θεὸς ἄρα ἐκ Θεοῦ ἐστιν ἡ ἀγάπη· ἀλλ' ἐπεὶ καὶ ὁ Υἱὸς ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἐγεννήθη, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἐκπορεύεται, τίνα τούτων μᾶλλον ἐνταῦθα ἐκλαβεῖν ὀφείλομεν εἰρῆσθαι ἀγάπην τὸν Θεὸν, δικαίως ζητεῖται. Ὁ γὰρ Πατὴρ μόνος ἐστὶν οὕτω Θεὸς, ὡς μὴ ἐκ Θεοῦ εἶναι, καὶ διὰ ταῦτα ἡ ἀγάπη, ἥτις οὕτω Θεός ἐστιν, ὡς ἐκ τοῦ Θεοῦ εἶναι, ἢ Υἱός ἐστιν, ἢ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀλλ' ἐν τοῖς ἑπομένοις τὴν ἀγάπην τοῦ Θεοῦ ἀναμνήσας, οὐ καθ' ἣν ἡμεῖς αὐτὸν, ἀλλὰ καθ' ἣν αὐτὸς ἠγάπησεν ἡμᾶς, « Καὶ ἀπέστειλε τὸν Υἱὸν αὐτοῦ, »

[3] Joan. xv, 25. [4] Luc. xvi, 16. [5] Matth. xxii, 40. [6] Luc xxiv, 44. [7] I Joan. iv, 7, 8.

manemus, et ipse in nobis, quia de Spiritu suo dedit nobis[8]. » Spiritus itaque sanctus de quo dedit nobis, facit nos in Deo manere, et ipsum in nobis, hoc autem facit dilectio. Ipse est igitur Deus dilectio. Denique paulo post cum hoc ipsum repetisset, atque dixisset : « Deus dilectio est, » continuo subjecit : « Et qui manet in dilectione, in Deo manet, et Deus manet in eo. » Unde supra dixerat : « In hoc cognovimus quia in ipso manemus et ipse in nobis, quia de Spiritu suo dedit nobis. » Ipse ergo significatur ubi legitur : « Deus dilectio est. » Deus igitur Spiritus sanctus qui procedit ex Deo, cum datus fuerit homini, accendit eum in dilectionem Dei et proximi, et ipse dilectio est. Non enim habet homo unde Deum diligat, nisi ex Deo. Propter quod paulo post dicit : « Nos diligamus, quia ipse prior dilexit nos[9]. » Apostolus quoque Paulus : « Dilectio, inquit, Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis[10]. »

CAPUT XVIII.

Nullum est isto Dei dono excellentius. Solum est, quod dividit inter filios regni æterni et filios perditionis æternæ. Dantur et alia per Spiritum sanctum munera, sed sine charitate nihil prosunt. Nisi ergo tantum impertiatur cuique Spiritus sanctus, ut cum Dei et proximi faciat amatorem, sinistra non transfertur ad dextram. Nec Spiritus proprie dicitur donum, nisi propter dilectionem. Quam qui non habuerit, « Si linguis hominum loquatur et angelorum, sonans æramentum est, et cymbalum tinniens. Et si habuerit prophetiam, et scierit omnia sacramenta, et omnem scientiam, et si habuerit omnem fidem ita ut montes transferat, nihil est. Et si distribuerit omnem substantiam suam, et si tradiderit corpus suum ut ardeat, nihil ei prodest[11]. » Quantum ergo bonum est, sine quo ad æternam vitam neminem bona tanta perducunt? Ipsa vero dilectio, sive charitas, nam unius rei est utrumque nomen, si habeat eam, qui non loquitur linguis, nec habet prophetiam, nec omnia scit sacramenta, omnemque scientiam, nec distribuit omnia sua pauperibus, vel non habendo quod distribuit, vel aliqua necessitate prohibitus, nec tradit corpus suum ut ardeat, si talis passionis nulla tentatio est, perducit ad regnum, ita ut ipsam fidem non faciat utilem nisi charitas. Sine charitate quippe fides potest quidem esse, sed non prodesse. Propter quod et apostolus Paulus : « In Christo, inquit, Jesu neque circumcisio, neque præputium aliquid valet, sed fides, quæ per dilectionem operatur[12] : » sic eam discernens

φησὶν, « ἱλασμὸν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν· » κἀντεῦθεν ἐδίδαξεν ὡς καὶ ἡμεῖς ἀλλήλους ἀγαπῶμεν, καὶ οὕτως ὁ Θεὸς ἐν ἡμῖν μένει. Ἐπεὶ τοίνυν ἀγάπην τὸν Θεὸν εἴρηκε, εὐθὺς τέλων περὶ τοῦδε τοῦ πράγματος φανερώτερόν τι διαλεχθῆναι, « Ἐν τούτῳ, » φησὶ, « γινώσκομεν, ὅτι ἐν αὐτῷ μένομεν, καὶ αὐτὸς ἐν ἡμῖν, ὅτι ἐκ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ δέδωκεν ἡμῖν. » Τὸ Πνεῦμα τοίνυν τὸ ἅγιον, ἐξ οὗ δέδωκεν ἡμῖν, ποιεῖ ἡμᾶς ἐν τῷ Θεῷ μένειν, καὶ αὐτὸν ἐν ἡμῖν· τοῦτο δὲ ποιεῖ ἡ ἀγάπη· αὐτός ἐστιν ἄρα ὁ Θεὸς ἡ ἀγάπη. Καὶ τέλος μετὰ μικρὸν τοῦτ' αὐτὸ ἐπαναλαβὼν, καὶ εἰπὼν, « Ὁ Θεὸς ἀγάπη ἐστὶν, » ἑξῆς ἐπήγαγε, « Καὶ ὁ μένων ἐν τῇ ἀγάπῃ ἐν τῷ Θεῷ μένει, καὶ ὁ Θεὸς ἐν αὐτῷ μένει· » ὅθεν ἀνωτέρω εἴρηκεν, « Ἐν τούτῳ γινώσκομεν ὅτι ἐν αὐτῷ μένομεν, καὶ αὐτὸς ἐν ἡμῖν, ὅτι ἐκ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ δέδωκεν ἡμῖν. » Αὐτὸ ἄρα δηλοῦται ἔνθα ἀναγινώσκομεν, « Ὁ Θεὸς ἀγάπη ἐστίν· » ὁ Θεὸς τοίνυν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸ ἐκπορευόμενον ἐκ τοῦ Θεοῦ, ἐπειδὰν δοθῇ τῷ ἀνθρώπῳ, ἀνάπτει αὐτὸν εἰς τὴν ἀγάπην τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῦ πλησίον, καὶ αὐτὸ ἀγάπη ἐστίν. Οὐδὲ γὰρ ἔχει ὁ ἄνθρωπος ὅθεν τὸν Θεὸν ἀγαπήσῃ, ὅτι μὴ ἐκ τοῦ Θεοῦ. Διὸ μετ' ὀλίγα φησὶν, « Ἡμᾶς δὲ ἀγαπῶμεν, ὅτι αὐτὸς πρότερον ἠγάπησεν ἡμᾶς. » Καὶ ὁ ἀπόστολος Παῦλος « Ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ, » φησὶν, « ἐκκέχυται ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν διὰ Πνεύματος ἁγίου τοῦ δοθέντος ἡμῖν. »

ΚΕΦΑΛ. ΙΗ'.

Περὶ τῆς ὑπεροχῆς τῆς ἀγάπης, ἥτις οὕτως ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστιν, ὡς καὶ αὐτὴ Θεὸς εἶναι.

Οὐδέν ἐστι τοῦδε τοῦ δώρου τοῦ Θεοῦ ὑψηλότερον· μόνον γάρ ἐστι τὸ διαιροῦν μεταξὺ τῶν υἱῶν τῆς αἰωνίου βασιλείας, καὶ τῶν υἱῶν τῆς αἰωνίου ἀπωλείας. Δίδονται δὲ καὶ ἕτερα διὰ τοῦ Πνεύματος δῶρα, ἀλλὰ δίχα τῆς ἀγάπης οὐδὲν ὠφελοῦσιν, εἰ μὴ ἄρα τοσοῦτον διανεμηθείη τινὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὡς αὐτὸν τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ πλησίον ἐραστὴν ποιῆσαι· ἐκ γὰρ τῆς ἀριστερᾶς οὐ μετάγεται πρὸς τὴν δεξιάν. Ἀλλ' οὐδὲ τὸ Πνεῦμα κυρίως λέγεται δῶρον, ὅτι μὴ διὰ τὴν ἀγάπην, ἣν ὁ μὴ ἔχων, ἐὰν ταῖς γλώσσαις τῶν ἀνθρώπων λαλῇ, καὶ τῶν ἀγγέλων, ἠχῶν ἐστι χαλκὸς καὶ κύμβαλον ἀλαλάζον, καὶ ἐὰν ἔχῃ προφητείαν, καὶ εἰδῇ τὰ μυστήρια πάντα, καὶ πᾶσαν τὴν γνῶσιν, καὶ ἐὰν σχῇ πᾶσαν τὴν πίστιν, ὥστε ὄρη μεθιστάνειν, οὐδέν ἐστι· καὶ ἐὰν ψωμίσῃ πάντα τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ, καὶ ἐὰν παραδῷ τὸ σῶμα αὐτοῦ, ἵνα καυθῇ, οὐδὲν ὠφελεῖται. Πόσον τοίνυν ἀγαθόν ἐστι, οὗ χωρὶς πρὸς τὴν αἰώνιον ζωὴν οὐδένα τοσαῦτα ὁδηγοῦσιν ἀγαθά; Αὐτὴ δὲ ἡ ἀγάπη, εἰ καὶ μὴ γλώσσαις λαλεῖ, μήτ' ἔχει προφητείαν, μήτε πάντα οἶδε τὰ μυστήρια, καὶ πᾶσαν τὴν γνῶσιν, μήτε ψωμίζει πτωχοῖς πάντα τὰ ἑαυτῆς, ἢ τῷ μὴ ἔχειν τί ποτ' ἂν ψωμίσειεν, ἤ τινι ἀνάγκῃ κωλυθεῖσα, μήτε παραδώσει τὸ σῶμα ἑαυτῆς ὡς καυθῆναι, εἰ τοιούτου πάθους μηδείς ἐστι πειρασμὸς, χειραγωγεῖ πρὸς τὴν βασιλείαν ὡς καὶ αὐτὴν τὴν πίστιν μηδὲν

—

[8] Joan. IV, 13. [9] ibid. 19. [10] Rom V, 5. [11] I Cor. XIII, 1 seqq. [12] I Cor. V, 6.

ab ea fide qua « et dæmones credunt, et contremiscunt[13]. » Dilectio igitur quæ ex Deo est, et Deus est, proprie Spiritus sanctus est, per quem diffunditur in cordibus nostris Dei charitas, per quam nos tota inhabitat Trinitas. Quocirca rectissime Spiritus sanctus, cum sit Deus, vocatur etiam donum Dei. Quòd donum proprie quid nisi charitas intelligenda est, quæ producit ad Deum, et sine qua quodlibet aliud donum Dei non producit ad Deum?

CAPUT XIX.

An et hoc probandum est, Dei donum dictum esse in sacris Litteris Spiritum sanctum? Si et hoc exspectatur, habemus in Evangelio secundum Joannem Domini Jesu Christi verba dicentis: « Si quis sitit, veniat ad me, et bibat. »—« Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ. » Porro evangelista secutus adjunxit: « Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum[14]. » Unde dicit etiam Paulus apostolus: « Et omnes unum Spiritum potavimus[15]. » Utrum autem donum Dei sit appellata aqua ista, quæ est Spiritus sanctus, hoc quæritur. Sed sicut hic invenimus hanc aquam Spiritum sanctum esse, ita invenimus alibi in ipso Evangelio hanc aquam donum Dei appellatam.

A Nam Dominus idem quando cum muliere Samaritana ad puteum loquebatur, cui dixerat: « Da mihi bibere, » cum illa respondisset, quod « Judæi non coutuntur Samaritanis, » respondit Jesus, et dixit ei: « Si scires donum Dei, et quis est qui dicit tibi, Da mihi bibere, tu forsitan petisses ab eo, et dedisset tibi aquam vivam. » Dixit ei mulier: « Domine, neque in quo haurias habes, et puteus altus est; unde ergo habes aquam vivam? » et cætera. Respondit Jesus et dixit: « Omnis qui biberit ex hac aqua sitiet iterum; qui autem biberit ex aqua, quam dabo ei, non sitiet in æternum; sed aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam[16]. » Quia ergo hæc aqua viva, sicut evangelista exponit, Spiritus B est sanctus, procul dubio Spiritus donum Dei est, de quo hic Dominus ait: « Si scires donum Dei, et quis est qui dicit tibi, Da mihi bibere, tu forsitan petisses ab eo, et dedisset tibi aquam vivam. » Nam quod ibi ait, « Flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ, » hoc isto loco; « Fiet in eo, inquit, fons aquæ salientis in vitam æternam. » Paulus quoque apostolus, « Unicuique, inquit, nostrum datur gratia secundum mensuram donationis Christi[17]. » Atque ut donationem Christi Spiritum sanctum ostenderet, secutus adjunxit: « Propter quod dicit: Ascendit in altum; captivavit captivitatem,

ἕτερον ποιεῖ ὠφέλιμον εἶναι, ὅτι μὴ ἡ ἀγάπη. Χωρὶς γὰρ ἀγάπης ἡ πίστις δύναται μὲν εἶναι, οὐ μὴν δὲ καὶ ὠφελεῖν. Ἔνθεν τοι καὶ ὁ ἀπόστολος Παῦλος, « Ἐν Χριστῷ, » φησὶν, « Ἰησοῦ οὔτε περιτομή τι ἰσχύει, οὔτε ἀκροβυστία, ἀλλὰ πίστις, ἡ διὰ τῆς ἀγάπης ἐνεργουμένη, » οὕτως αὐτὴν διακρίνων ἀπὸ τῆς πίστεως, καθ' ἣν « καὶ τὰ δαιμόνια πιστεύουσι καὶ φρίττουσιν. » Ἡ ἀγάπη τοίνυν, ἥτις ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστὶ, καὶ Θεός ἐστι κυρίως, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιόν ἐστι, δι' οὗ ἐκκέχυται ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν ἡ τοῦ Θεοῦ ἀγάπη, δι' ἧς ἐν ἡμῖν ἡ Τριὰς ὅλη ἐνοικεῖ. Ἀμέλει καὶ ὀρθότατα τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον Θεὸς ὂν, καὶ δῶρον Θεοῦ καλεῖται. Ὃ δῶρον κυρίως τί ποτε ἕτερον νοητέον, ὅτι μὴ τὴν ἀγάπην, τὴν πρὸς τὸν Θεὸν προσάγουσαν, καὶ ἧς χωρὶς πᾶν ὁτιοῦν ἕτερον Θεοῦ χάρισμα οὐ προσάγει πρὸς τὸν Θεόν;

ΚΕΦΑΛ. ΙΘ'.

Τίνι λόγῳ δῶρον καὶ χάρισμα τοῦ Θεοῦ λέγεται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον.

Ἆρ' οὖν καὶ τοῦτ' ἀποδεικτέον, δῶρον Θεοῦ εἰρῆσθαι ἐν ταῖς ἁγίαις Γραφαῖς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον; Ἀλλὰ καὶ τοῦτο τίς ἐκδέχεται; Ἔχομεν ἐν τῷ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγελίῳ τὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν ῥήματα λέγοντος, « Εἴ τις διψᾷ, ἐρχέσθω πρός με, καὶ πινέτω. »—« Ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, » ὡς εἶπεν ἡ Γραφὴ, « ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ῥεύσουσιν ὕδατος ζῶντος. » Εὐθὺς δὲ καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς ἑπόμενος συνῆψε, « Τοῦτο δὲ εἶπε περὶ τοῦ Πνεύματος, οὗ ἔμελλον λαμβάνειν οἱ πιστεύοντες εἰς αὐτόν. » Ὅθεν φησὶ καὶ ὁ ἀπόστολος Παῦλος, « Καὶ πάντες ἓν Πνεῦμα ἐπίομεν. » Πότερον δὲ C δῶρον Θεοῦ ὠνομάσθη τόδε τὸ ὕδωρ, ὅπερ ἐστὶ τὸ Πνεῦμα, τοῦτο ζητεῖται. Ἀλλ' ὥσπερ ἐνταῦθα εὑρίσκομεν τόδε τὸ ὕδωρ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον εἶναι, οὕτως εὑρίσκομεν καὶ ἀλλαχοῦ ἐν αὐτῷ τῷ Εὐαγγελίῳ τοῦτο τὸ ὕδωρ *τοῦ Θεοῦ δῶρον* προσαγορευθέν. Καὶ γὰρ ὁ αὐτὸς Κύριος τῇ Σαμαρείτιδι γυναικὶ παρὰ τῷ φρέατι ὁμιλῶν, ᾗπερ εἰρήκει, « Δός μοι πιεῖν, » ἐκείνης ἀποκριθείσης, ὅτι « Ἰουδαῖοι οὐ συγχρῶνται τοῖς Σαμαρείταις, » ἀπεκρίθη καὶ εἶπεν, « Εἰ ᾔδεις τὴν δωρεὰν τοῦ Θεοῦ, καὶ τίς ἐστιν ὁ λέγων σοι, Δός μοι πιεῖν, σὺ ἂν ᾔτησας αὐτὸν, καὶ ἔδωκέ σοι ὕδωρ ζῶν. » Λέγει αὐτῷ ἡ γυνὴ, « Κύριε, οὔτε ἄντλημα ἔχεις, καὶ τὸ φρέαρ ἐστὶ βαθύ· πόθεν οὖν ἔχεις τὸ ὕδωρ τὸ ζῶν; » καὶ τὰ ἑξῆς. Ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς καὶ εἶπεν αὐτῇ, D « Πᾶς ὁ πίνων ἐκ τοῦ ὕδατος τούτου διψήσει πάλιν, ὁ δὲ πίνων ἐκ τοῦ ὕδατος, οὗ ἐγὼ δώσω αὐτῷ, γενήσεται αὐτῷ πηγὴ ὕδατος ἁλλομένου εἰς ζωὴν αἰώνιον. » Ἐπειδὴ τοίνυν τὸ ὕδωρ τοῦτο τὸ ζῶν, καθάπερ ὁ εὐαγγελιστὴς ἐξηγήσατο, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιόν ἐστιν, ἀναμφιβόλως δῶρον τοῦ Θεοῦ τὸ Πνεῦμά ἐστι, περὶ οὗ ἐνταῦθά φησιν ὁ Κύριος, « Εἰ ᾔδεις τὴν δωρεὰν τοῦ Θεοῦ, καὶ τίς ἐστιν ὁ λέγων σοι, Δός μοι πιεῖν, σὺ ἂν ᾔτησας αὐτὸν, καὶ ἔδωκέ σοι ὕδωρ ζῶν. » Ὃ γὰρ ἐκεῖ εἴρηκε, « Ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ῥεύσουσιν ὕδατος ζῶντος, » τοῦτο ἐνταῦθά φησι, « Γενήσεται αὐτῷ

[13] Jac. II, 19. [14] Joan. VII, 37-39. [15] I Cor. XII, 13. [16] Joan. IV, 10-14. [17] Ephes. IV, 7.

dedit dona hominibus [18]. » Notissimum est autem, Dominum Jesum, cum post resurrectionem a mortuis ascendisset in cœlum, dedisse Spiritum sanctum, quo impleti qui crediderant linguis omnium gentium loquebantur. Nec moveat, quod ait, *Dona*, non donum; id enim testimonium ex psalmo posuit. Hoc autem in psalmo ita legitur: « Ascendisti in altum, captivasti captivitatem, accepisti dona in hominibus [19]. » Sic enim plures codices habent, et maxime Græci, et ex Hebræo sic interpretatum habemus. *Dona* itaque dixit Apostolus, quemadmodum Propheta, non donum. Sed cum Propheta dixerit: « Accepisti in hominibus, » Apostolus maluit dicere, « Dedit dona hominibus, » ut ex utroque scilicet verbo, uno prophetico, apostolico altero, quia in utroque est divini sermonis auctoritas, sensus plenissimus redderetur. Utrumque enim verum est, et quia dedit hominibus, et quia accepit in hominibus. Dedit hominibus, tanquam caput membris suis. Accepit in hominibus idem ipse utique in membris suis, propter quæ membra sua clamavit de cœlo: « Saule, Saule, quid me persequeris [20]? » Et de quibus membris suis ait: « Quando uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis [21]. » Ipse ergo Christus et dedit de cœlo, et accepit in terra. Porro autem dona ob hoc ambo dixerunt, et propheta, et Apostolus, quia per donum, quod

A est Spiritus sanctus, in commune omnibus membris Christi multa dona quæ sunt quibusque propria dividuntur. Non enim singuli quique habent omnia, sed hi illa, et alii alia, quamvis ipsum donum, a quo cuique propria dividuntur, omnes habeant, id est Spiritum sanctum. Nam et alibi cum multa dona commemorasset: « Omnia, inquit, hæc operatur unus atque idem Spiritus, dividens propria unicuique, prout vult [22]. » Quod verbum et in Epistola, quæ ad Hebræos est, invenitur, ubi scriptum est: « Attestante Deo signis et ostentis, et variis virtutibus, et Spiritus sancti distributionibus [23]. » Et hic cum dixisset: *Ascendit in altum, captivavit captivitatem, dedit dona hominibus*: « Quod autem ascendit ait, quid est nisi quia
B et descendit in inferiores partes terræ? Qui descendit, ipse est et qui ascendit super omnes cœlos, ut adimpleret omnia. Et ipse dedit quosdam quidem apostolos, quosdam autem prophetas, quosdam vero evangelistas, quosdam autem pastores et doctores. » Ecce quare dicta sunt dona, quia sicut alibi dicit: « Nunquid omnes apostoli? Nunquid omnes prophetæ [24]? » et cætera: hic autem adjunxit: « Ad consummationem sanctorum, in opus ministerii, in ædificationem corporis Christi [25]. » Hæc est domus, quæ, sicut Psalmus canit, ædificatur post captivitatem; quoniam qui sunt a

πηγὴ ὕδατος ἀλλομένου εἰς ζωὴν αἰώνιον. » Καὶ Παῦλος ὁ ἀπόστολος, « Ἑκάστῳ, » φησὶν, « ἡμῶν
C δίδοται χάρις κατὰ τὸ μέτρον τῆς δωρεᾶς τοῦ Χριστοῦ. » Καὶ ἵνα τὴν δωρεὰν τοῦ Χριστοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον εἶναι ἀποδείξῃ, ἑπόμενος συνῆψε, « Διὸ καὶ φησὶν, Ἀναβὰς εἰς ὕψος ᾐχμαλώτευσεν αἰχμαλωσίαν, ἔδωκε δόματα τοῖς ἀνθρώποις. » Γνωριμώτατον δέ ἐστι, τὸν Κύριον Ἰησοῦν, μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν εἰς οὐρανὸν ἀνελθόντα, δοῦναι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὗ πλησθέντες οἱ πιστεύσαντες, ταῖς τῶν ἐθνῶν γλώσσαις πάντων ἐλάλουν· μὴ δὲ θροείτω ἡμᾶς, ὅτι φησὶ, δόματα, οὐχὶ δόμα. Ταύτην γὰρ τὴν μαρτυρίαν ἐκ τοῦ ψαλμοῦ τέθεικε, τοῦτο δ' ἐν τῷ ψαλμῷ οὕτως ἀναγινώσκεται, « Ἀνέβης εἰς ὕψος, ᾐχμαλώτευσας αἰχμαλωσίαν, ἔλαβες δόματα ἐν ἀνθρώποις. » Οὕτω γὰρ τὰ πλεῖστα τῶν βιβλίων
D ἔχουσι, καὶ μάλιστα τῶν Γραικῶν καὶ τῶν Ἑβραίων οὕτως ἑρμηνευθὲν ἔχομεν. Δόματα τοίνυν φησὶν ὁ Ἀπόστολος ὃν τρόπον ὁ προφήτης, οὐ δόμα, ἀλλὰ τοῦ προφήτου φαμένου, « Ἔλαβες ἐν ἀνθρώποις, » ὁ Ἀπόστολος μᾶλλον εἵλετο εἰπεῖν, « Ἔδωκε τοῖς ἀνθρώποις· » ὡς ἐξ ἑκατέρου δηλαδὴ λόγου, ἑνὸς μὲν τοῦ προφητικοῦ, ἑτέρου δὲ τοῦ ἀποστολικοῦ (καὶ γὰρ ἐν ἑκατέρῳ αὐθεντία τοῦ θείου λόγου) πληρεστάτη ἀποδοθῇ ἡ ἔννοια· ἑκάτερον γὰρ ἀληθὲς καὶ ὅτι δέδωκε τοῖς ἀνθρώποις, καὶ ὅτι ἔλαβεν ἐν ἀνθρώποις. Ἔδωκε μὲν γὰρ τοῖς ἀνθρώποις, ὡς ἂν κεφαλὴ τοῖς οἰκείοις μέλεσιν, ἔλαβε δὲ ἐν ἀνθρώποις ὁ αὐτὸς, δηλονότι ἐν τοῖς οἰκείοις

μέλεσι, δι' ἅπερ οἰκεῖα μέλη ἐξ οὐρανοῦ ἐβόησε,
C « Σαῦλε, Σαῦλε, τί με διώκεις; » Καὶ περὶ τῶν οἰκείων μελῶν φησιν, « Ἐφ' ὅσον ἑνὶ τῶν ἐλαχίστων μου ἐποιήσατε, ἐμοὶ ἐποιήσατε. » Αὐτὸς ἄρα ὁ Χριστὸς καὶ ἔδωκεν ἐξ οὐρανοῦ, καὶ ἔλαβεν ἐν τῇ γῇ. Διὰ ταῦτα δὲ δόματα καὶ ἄμφω εἶπον, ὅ τε προφήτης καὶ ὁ Ἀπόστολος, ὅτι διὰ τοῦ δώρου, τουτέστι τοῦ ἁγίου Πνεύματος, εἰς κοινὸν τοῖς ἀνθρώποις τοῖς τοῦ Χριστοῦ μέλεσι πολλὰ δῶρα, ἅπερ εἰσὶν ἑκάστῳ ἴδια, διαιροῦνται· οὐδὲ γὰρ ἕκαστοι πάντα ἔχουσιν, ἀλλ' οἱ μὲν τάδε, οἱ δὲ τάδε, καίπερ αὐτὸ τὸ δῶρον, ἀφ' οὗ ἑκάστῳ ἴδια διαιροῦνται, πάντες ἔχουσι, τουτέστι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Καὶ γὰρ ἀλλαχοῦ πολλῶν δώρων εἴτ' οὖν χαρισμάτων μνημονεύσας, « Πάντα δὲ ταῦτα, » φησὶν, « ἐνεργεῖ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα, διαιροῦν
D ἑκάστῳ καθὼς βούλεται. » Ὃ ῥῆμα κἀν τῇ πρὸς Ἑβραίους Ἐπιστολῇ εὑρίσκεται, ἔνθα γέγραπται, « Συνεπιμαρτυροῦντος τοῦ Θεοῦ σημείοις καὶ τέρασι, καὶ ποικίλαις δυνάμεσι, καὶ Πνεύματος ἁγίου μερισμοῖς· » κἀνταῦθα δὲ εἰπὼν, « Ἀναβὰς εἰς ὕψος ᾐχμαλώτευσεν αἰχμαλωσίαν, ἔδωκε δόματα τοῖς ἀνθρώποις. » — « Τὸ δὲ *ἀνέβη*, φησὶ, τί ἐστιν, εἰ μὴ ὅτι καὶ κατέβη εἰς τὰ κατώτερα μέρη τῆς γῆς; Ὁ δὲ καταβὰς αὐτός ἐστι καὶ ὁ ἀναβὰς ὑπεράνω πάντων τῶν οὐρανῶν, ἵνα πληρώσῃ τὰ πάντα. Καὶ αὐτὸς δέδωκεν οὓς μὲν ἀποστόλους, οὓς δὲ προφήτας, οὓς δ' εὐαγγελιστὰς, οὓς δὲ ποιμένας καὶ διδασκάλους. » Ἰδοὺ τίνος ἕνεκεν εἴρηνται δόματα. Καὶ γὰρ

[18] Eph. IV, 8. [19] Psal. LXVI, 19. [20] Act. IX, 4. [21] Matth. XXV, 40. [22] I Cor. XII, 11. [23] Hebr. II, 4. [24] I Cor. XII, 78, 29. [25] Ephes. IV, 12.

diabolo eruti, a quo captivi tenebantur; de his A ædificatur domus Christi, quæ domus appellatur Ecclesia. Hanc autem captivitatem ipse captivavit, qui diabolum vicit. Et ne illa, quæ futura erant sancti capitis membra, in æternum supplicium secum traheret, eum justitiæ prius, deinde potentiæ vinculis alligavit. Ipse itaque diabolus est appellata captivitas, quem captivavit, qui ascendit in altum, et dedit dona hominibus, vel accepit in hominibus. Petrus autem apostolus, sicut in eo libro canonico legitur, ubi scripti sunt actus apostolorum, loquens de Christo, commotis corde Judæis et dicentibus: « Quid ergo faciemus, fratres, monstrate nobis, » dixit ad eos: « Agite pœnitentiam, et baptizetur unusquisque vestrum in nomine Domini Jesu Christi in remissionem peccatorum, et accipietis donum Spiritus sancti[26]. » Itemque in eodem libro legitur, Simonem Magum apostolis dare voluisse pecuniam, ut ab eis acciperet potestatem, qua per impositionem manus ejus daretur Spiritus sanctus. Cui Petrus idem: « Pecunia, inquit, tua tecum sit in perditionem, quia donum Dei æstimasti te per pecunias possidere[27]. » Et alio ejusdem libri loco, cum Petrus Cornelio, et eis, qui cum eo fuerant, loqueretur, annuntians, et prædicans Christum, ait Scriptura: « Adhuc loquente Petro verba hæc, cecidit Spiritus sanctus super omnes qui audiebant verbum, et obstupuerunt, qui ex circumcisione fideles simul cum Petro venerant, quia et in nationes donum Spiritus sancti effusum est: audiebant enim illos loquentes linguis, et magnificantes Deum[28]. » De quo facto suo quod incircumcisos baptizaverat, quia priusquam baptizarentur, ut nodum quæstionis hujus auferret, in eos venerat Spiritus sanctus, cum Petrus postea redderet rationem fratribus, qui erant Hierosolymis, et hac re audita movebantur, ait post cætera: « Cum cœpissem autem loqui ad illos, cecidit Spiritus sanctus in illos, sicut et in nos in initio. Memoratusque sum verbi Domini, sicut B dicebat: Quia Joannes quidem baptizavit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu sancto. Si igitur æquale donum dedit illis, sicut et nobis, qui credidimus in Dominum Jesum Christum: ego quis eram, qui possem prohibere Deum non dare illis Spiritum sanctum[29]. » Et multa alia sunt testimonia Scripturarum, quæ concorditer attestantur, donum Dei esse Spiritum sanctum, in quantum datur eis qui per eum diligunt Deum; sed nimis longum est cuncta colligere. Et quid eis satis est, quibus hæc quæ diximus, satis non sunt? Sane admonendi sunt, quandoquidem donum Dei jam

ὡς ἀλλαχοῦ φησι, « Μὴ πάντες ἀπόστολοι; μὴ πάντες προφῆται; » καὶ τὰ ἑξῆς. Ἐνταῦθα δὲ συνῆψεν, « εἰς τελείωσιν τῶν ἁγίων, εἰς ἔργον διακονίας, εἰς οἰκοδομὴν τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ. » C Οὗτός ἐστιν ὁ οἶκος, ὁ, καθάπερ ὁ ψαλμὸς ᾄδει, οἰκοδομούμενος μετὰ τὴν αἰχμαλωσίαν. Καὶ γὰρ ἐκ τῶν ἐκ τοῦ διαβόλου ῥυσθέντων, παρ' οὗ κατείχοντο αἰχμάλωτοι, οἰκοδομεῖται ὁ τοῦ Χριστοῦ οἶκος, ὃς οἶκος Ἐκκλησία προσαγορεύεται. Ταύτην δὲ τὴν αἰχμαλωσίαν αὐτὸς ᾐχμαλώτευσεν, ἐπειδὴ τὸν διάβολον ἐνίκησε, καὶ ἵνα μὴ τὰ μέλλοντα μέλη τῆς ἁγίας κεφαλῆς ἔσεσθαι, εἰς τὴν αἰώνιον κόλασιν μεθ' ἑαυτοῦ ἐπισπάσηται, πρότερον μὲν ταῖς τῆς δικαιοσύνης αὐτὸν, ἔπειτα δὲ ταῖς τῆς δυνάμεως πέδαις συνέδησεν. Αὐτὸς τοίνυν ὁ διάβολος αἰχμαλωσία προσηγορεύθη, ὃν ᾐχμαλώτευσεν ὁ ἀναβὰς εἰς τὸ ὕψος καὶ δοὺς δόματα τοῖς ἀνθρώποις, ἢ λαβὼν ἐν ἀνθρώποις. Πέτρος δὲ ὁ ἀπόστολος, D ὥσπερ ἐν τῇ κεκανονισμένῃ βίβλῳ ἀναγινώσκομεν, ἔνθα αἱ τῶν ἀποστόλων Πράξεις γεγραμμέναι εἰσὶ, διαλεγόμενος περὶ τοῦ Χριστοῦ, κατανυγέντων τῇ καρδίᾳ τῶν Ἰουδαίων, καὶ λεγόντων, « Τί οὖν ποιήσομεν, ἀδελφοὶ, δείξατε ἡμῖν; » εἶπε πρὸς αὐτοὺς, « Μετανοήσατε, καὶ βαπτισθήτω ἕκαστος ὑμῶν ἐπὶ τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, καὶ λήψεσθε τὴν δωρεὰν τοῦ ἁγίου Πνεύματος. » Καὶ αὖθις ἐν τῇ αὐτῇ βίβλῳ ἀναγινώσκομεν, « Σίμωνα τὸν Μάγον τοῖς ἀποστόλοις δοῦναι θελήσαντα χρήματα, ἵνα παρ' αὐτῶν λάβῃ ἐξουσίαν, καθ' ἣν ἂν δι' ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν αὐτοῦ διδῷτο τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. » Ὥπερ ὁ αὐτὸς Πέτρος, « Τὸ ἀργύριόν σου, φησὶ, σὺν σοὶ εἴη εἰς ἀπώλειαν· ὅτι τὸ δῶρον τοῦ Θεοῦ ὑπέλαβες χρημάτων κτᾶσθαι. » Καὶ ἐν ἑτέρῳ δὲ τῆς αὐτῆς βίβλου χωρίῳ, ἡνίκα Πέτρος τῷ Κορνηλίῳ καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ οὖσι διελέγετο ἀπαγγέλλων καὶ κηρύττων τὸν Χριστὸν, φησὶν ἡ Γραφὴ, « Ἔτι λαλοῦντος τοῦ Πέτρου τὰ ῥήματα ταῦτα, ἐπέπεσε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπὶ πάντας τοὺς ἀκούοντας τὸν λόγον, καὶ ἐξεπλάγησαν οἱ ἐκ περιτομῆς πιστοὶ, οἱ σὺν τῷ Πέτρῳ ἐλθόντες· ὅτι καὶ εἰς τὰ ἔθνη ἡ δωρεὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐκκέχυται. Ἤκουον γὰρ αὐτῶν λαλούντων γλώσσαις, καὶ μεγαλυνόντων τὸν Θεόν· » περὶ ἧς αὐτοῦ πράξεως, ὅτι τοὺς ἀπεριτμήτους ἐβάπτισε, πρὶν γὰρ ἢ βαπτισθῆναι, ὡς τὴν ἀπορίαν τοῦδε τοῦ ζητήματος ἀφέληται, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἦλθεν ἐπ' αὐτοὺς, λόγον μετὰ ταῦτα ὁ Πέτρος ἀποδιδοὺς τοῖς οὖσιν ἐν Ἱεροσολύμοις ἀδελφοῖς, καὶ τοῦδε τοῦ πράγματος ἀκουσθέντος ταραττομένοις εἶπε μεθ' ἕτερα, « Ἀρξαμένου δέ μου λαλεῖν πρὸς αὐτοὺς, ἐπέπεσε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπ' αὐτοὺς, ὥσπερ καὶ ἐφ' ἡμᾶς ἐν ἀρχῇ, καὶ ἐμνήσθην τοῦ λόγου Κυρίου, ὡς ἔλεγεν, ὅτι *Ἰωάννης μὲν ἐβάπτισεν ἐν ὕδατι, ὑμεῖς δὲ βαπτισθήσεσθε ἐν Πνεύματι ἁγίῳ*. Εἰ τοίνυν ἴσην δωρεὰν δέδωκεν αὐτοῖς, ὥσπερ καὶ ἡμῖν τοῖς πιστεύουσιν εἰς τὸν Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, τίς ἤν ἐγὼ ὁ δυνάμενος κωλῦσαι τὸν Θεὸν μὴ δοῦναι αὐτοῖς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον; » Καὶ πολλαί εἰσιν ἕτεραι τῶν Γραφῶν μαρτυρίαι, αἳ συμφώνως μαρτυροῦσι δῶρον Θεοῦ εἶναι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον παρ' ὅσον δίδοται τοῖς δι' αὐτοῦ τὸν Θεὸν

[26] Act. II, 37, 38. [27] Act. VIII, 20. [28] Act. X, 44-46. [29] Act. XI, 15-17.

vident Spiritum sanctum, ut cum audiunt donum Spiritus sancti, illud genus locutionis agnoscant, quo dictum est, in explicatione corporis carnis. Sicut enim corpus carnis nihil est aliud quam caro, sic donum Spiritus sancti nihil est aliud quam Spiritus sanctus. In tantum ergo donum Dei est, in quantum datur eis, quibus datur. Apud se autem Deus est, et si nemini datur, quia Deus erat Patri et Filio coæternus, antequam cuiquam daretur. Nec quia illi dant, ipse datur, ideo minor est illis. Ita enim datur sicut donum Dei, ut etiam seipsum det, sicut Deus. Non enim dici potest, non esse suæ potestatis, de quo dictum est : « Spiritus ubi vult spirat[30]. » Et illud apostolicum, quod jam supra commemoravi : « Omnia hæc operatur unus, atque idem Spiritus, dividens propria unicuique, prout vult[31]. » Non est illic conditio dati, et dominatio dantium, sed concordia dati et dantium. Quapropter si sancta Scriptura proclamat, « Deus charitas est ; » illa quæ ex Deo est, et in nobis id agit, ut in Deo maneamus, et ipse in nobis, et hoc inde cognoscimus, quia de Spiritu suo dedit nobis ; ipse Spiritus ejus, est Deus charitas : deinde si in donis Dei nihil majus est charitate, et nullum est majus donum Dei, quam Spiritus sanctus, quid consequentius quam ut ipse sit charitas, qui dicitur et Deus et ex Deo ? Et si charitas, qua Pater diligit Filium, et Patrem diligit Filius, ineffabiliter communionem demonstrat amborum, quid convenientius quam ut ille dicatur charitas proprie qui Spiritus est communis ambobus ? Hoc enim sanius creditur vel intelligitur, ut non solus Spiritus sanctus charitas sit in illa Trinitate, sed non frustra proprie charitas nuncupetur, propter illa quæ dicta sunt : sicut non solum est in illa Trinitate vel Spiritus vel sanctus, quia et Pater Spiritus, et Filius Spiritus ; et Pater sanctus, et Filius sanctus, quod non ambigit pietas, et tamen iste non frustra proprie dicitur Spiritus sanctus. Quia enim est communis ambobus, id vocatur ipse proprie, quod ambo communiter. Alioquin si in illa Trinitate solus Spiritus sanctus est charitas, profecto et Filius non solum Patris, verum etiam Spiritus sancti Filius invenitur. Ita enim locis innumerabilibus dicitur et legitur Filius unigenitus Dei Patris : ut tamen et illud verum est, quod Apostolus ait de Deo Patre : « Qui eruit nos de potestate tenebrarum, et transtulit in regnum Filii charitatis suæ[32], » non dixit, Filii sui ; quod si diceret, verissime diceret, quemadmodum, quia sæpe dixit, verissime dixit, sed ait, « Filii charitatis suæ. » Filius

ἀγαπῶσιν. Ἀλλὰ σφόδρα μακρὸν ἀναλέγεσθαι πάσας. Καὶ ἄλλως δὲ τί ποτ' ἂν ἀποχρήσειε τοῖς ἅπερ ἔφημεν μὴ ἀποχρῶντα ; Τοῦτό γε μὴν χρὴ τούτους διδάξαι, ὡς ὁπότε δῶρον Θεοῦ ἤδη συνορῶσιν εἰρῆσθαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐπειδὰν ἀκούωσι, « δῶρον τοῦ ἁγίου Πνεύματος, » ἐκεῖνο τὸ γένος ἐπιγινώσκει τῆς διαλέξεως, ὅπερ εἴρηται ἐν τῇ ἐπεκδύσει τοῦ σώματος τῆς σαρκός. Ὥσπερ γὰρ τὸ σῶμα τῆς σαρκὸς οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν ἢ ἡ σάρξ, οὕτω τὸ δῶρον τοῦ Πνεύματος οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν ἢ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ἐπὶ τοσοῦτον τοίνυν δῶρόν ἐστι τοῦ Θεοῦ, ἐφ' ὅσον δίδοται, οἷς δίδοται. Παρ' ἑαυτῷ δὲ ὁ Θεός ἐστιν, εἰ καὶ μηδενὶ δίδοται, ἐπειδὴ Θεὸς ἦν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ συναΐδιος πρὶν ἢ ἑκάστῳ δοθῆναι. Οὐδὲ μὴν ἐπειδὴ οἱ μὲν διδόασι, τὸ δὲ δίδοται, διὰ ταῦτα ἔλαττον ἐκείνου ἐστίν. Οὕτω γὰρ δίδοται ὥσπερ τοῦ Θεοῦ δῶρον, ὡς καὶ αὐτὸ ἑαυτὸ διδόναι ὥσπερ Θεός. Οὐδὲ γὰρ δυνατὸν λέγεσθαι μὴ εἶναι τῆς ἑαυτοῦ ἐξουσίας, περὶ οὗ εἴρηται, « Τὸ Πνεῦμα, ὅπου θέλει πνεῖ. » Καὶ παρὰ τῷ Ἀποστόλῳ, ὅπερ ἤδη ἀνωτέρω ἀνέμνησα, « Πάντα δὲ ταῦτα ἐνεργεῖ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα, διαιροῦν ἴδια ἑκάστῳ καθὼς βούλεται. » Οὐδ' ἔστιν ἐκεῖ ὑποταγὴ τοῦ διδομένου καὶ τῶν διδόντων, ἀλλ' ὁμόνοια τοῦ διδομένου καὶ τῶν διδόντων. Διὰ δὴ ταῦτα εἴπερ ἡ θεία Γραφὴ βοᾷ, « Ὁ Θεὸς ἀγάπη ἐστίν, » ἡ ἐκ τοῦ Θεοῦ οὖσα, καὶ ἐν ἡμῖν τοῦτο ποιοῦσα, ὡς ἐν τῷ Θεῷ ἡμᾶς μένειν, καὶ αὐτὸν ἐν ἡμῖν, καὶ τοῦτο ἐντεῦθεν γινώσκομεν, ὅτι ἐκ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ ἔδωκεν ἡμῖν, αὐτὸ τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ ἐστιν ὁ Θεὸς ἀγάπη. Ἔπειτα δὲ εἰ ἐν τοῖς χαρίσμασι τοῦ Θεοῦ οὐδέν ἐστι μεῖζον τῆς ἀγάπης, καὶ μηδέν ἐστι μεῖζον δῶρον τοῦ Θεοῦ ἢ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τί καταλληλότερον ἢ αὐτὸ εἶναι ἀγάπην, ἥτις ἐκ Θεοῦ καὶ Θεὸς εἶναι λέγεται ; Εἰ δὲ καὶ ἡ ἀγάπη, καθ' ἣν ὁ Πατὴρ ἀγαπᾷ τὸν Υἱόν, καὶ ὁ Υἱὸς ἀγαπᾷ τὸν Πατέρα, ἀῤῥήτως, τὴν κοινωνίαν δείκνυσιν ἀμφοῖν, τί ποτ' ἂν ἁρμοδιώτερον ἢ ὡς αὐτὸ κυρίως λέγεσθαι ἀγάπην, ὅπερ Πνεῦμα ἅγιόν ἐστι κοινὸν ἀμφοτέρων ; Τοῦτο γὰρ ὑγιέστερον πιστεύεται, ἢ νοεῖται, ὡς μὴ μόνον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀγάπην εἶναι ἐν τῇ Τριάδι, ἀλλὰ μὴ μάτην ἰδίως προσαγορεύεσθαι ἀγάπην διὰ τὰ εἰρημένα· ὥσπερ οὐ μόνον εἴρηται ἐν τῇ Τριάδι ἢ Πνεῦμα ἢ ἅγιον. Καὶ γὰρ καὶ ὁ Πατὴρ Πνεῦμα, καὶ ὁ Υἱὸς Πνεῦμα, καὶ ὁ Πατὴρ ἅγιος, καὶ ὁ Υἱὸς ἅγιος, ὅπερ ἡ εὐσέβεια οὐ διστάζει, ὅμως οὐ μάτην αὐτὸ ἰδίως Πνεῦμα ἅγιον λέγεται· ἐπειδὴ γὰρ κοινόν ἐστιν ἀμφοῖν, τοῦτο ἰδίως αὐτὸ καλεῖται, ὅπερ ἄμφω κοινῶς· εἰ μή, εἰ ἐν τῇ Τριάδι μόνον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀγάπη ἐστί, παντάπασι καὶ ὁ Υἱὸς οὐ μόνον τοῦ Πατρὸς, ἀλλὰ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος Υἱὸς εὑρίσκεται. Οὕτω γὰρ ἐν μυρίοις τόποις λέγεται καὶ ἀναγινώσκεται ὁ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, ὡς κἀκεῖνο ἀληθὲς εἶναι, ὅ φησιν ὁ Ἀπόστολος περὶ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, « Ὃς ἐῤῥύσατο ἡμᾶς ἐκ τῆς ἐξουσίας τοῦ σκότους, καὶ μετήνεγκεν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Υἱοῦ τῆς ἀγάπης αὐτοῦ, » καὶ οὐχ εἶπε, τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ, ὅπερ εἰ εἶπεν, ἀληθέστατα ἂν εἶπε, καθὰ δὴ πολλάκις εἰπών, ἀληθέστατα εἶπεν· ἀλλ' ἔφη, « τοῦ Υἱοῦ τῆς ἀγάπης αὐτοῦ. » Ὁ

[30] Joan. III, 8. [31] I Cor. XII, 11. [32] Coloss. I, 13.

ergo est etiam Spiritus sancti, si non est in illa Trinitate charitas (Dei) nisi Spiritus sanctus. Quod si absurdissimum est, restat ut non solus ibi sit charitas Spiritus sanctus, sed propter illa, de quibus satis disserui, proprie sic vocetur. Quod autem dictum est : « Filii charitatis suæ, » nihil aliud intelligatur, quam Filii sui dilecti, quam A Filii postremo substantiæ suæ. Charitas quippe Patris, quæ in natura ejus est ineffabiliter simplici, nihil est aliud, quam ejus ipsa natura atque substantia, ut sæpe jam diximus, et sæpe iterare non piget. Ac per hoc Filius charitate ejus nullus est alius, quam qui de substantia ejus est genitus.

Υἱὸς ἄρα καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματός ἐστιν, εἰ μή ἐστιν ἕτερόν τι ἐν τῇ Τριάδι ἀγάπη τοῦ Θεοῦ, ὅτι μὴ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ὅπερ εἰ ἀμαθέστατόν ἐστι, λείπεται, ὡς μὴ μόνον ἐκεῖ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον εἶναι ἀγάπην, ἀλλὰ δι' ἐκεῖνα, περὶ ὧν ἅλις διεσάφησα, ἰδίως οὕτω καλεῖσθαι. Τὸ δὲ ῥηθὲν τοῦ Υἱοῦ τῆς ἀγάπης αὐτοῦ μηδὲν ἕτερόν τι νοεῖσθαι ἢ τοῦ ἠγαπημένου Υἱοῦ αὐτου, ἢ τέλος, τοῦ Υἱοῦ τῆς οὐσίας αὐτοῦ. Ἡ γὰρ ἀγάπη τοῦ Πατρὸς, ἡ ἐν τῇ ἀῤῥήτως ἁπλῇ φύσει αὐτοῦ οὖσα, οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν ἢ ἡ αὐτοῦ φύσις καὶ οὐσία, ὡς πολλάκις ἤδη εἰρήκαμεν, καὶ πολλάκις ἐπαναλαμβάνει οὐκ ὀκνηρόν. Καὶ διὰ ταῦτα ὁ Υἱὸς τῆς ἀγάπης αὐτοῦ οὐδείς ἐστιν ἕτερος ὅτι μὴ ὁ ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ γεννηθείς.

ΜΑΞΙΜΟΥ ΜΟΝΑΧΟΥ

ΤΟΥ ΠΛΑΝΟΥΔΗ

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΚΠΟΡΕΥΣΕΩΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΝΕΥΜΑΤΟΣ ΚΑΤΑ ΛΑΤΙΝΩΝ

ΣΥΛΛΟΓΙΣΜΟΙ

—

MAXIMI PLANUDÆ

SYLLOGISMI

DE PROCESSIONE SPIRITUS SANCTI CONTRA LATINOS.

—

Vide tom. CLXI, col. 309, ubi cum Bessarionis et Demetrii Cydonii refutationibus eduntur. — « Miraretur quispiam, inquit ibi Cydonius, virum hunc, qui, ob hæc pauca et imbecilla argumenta, conatur evertere librum sancti Augustini, in quo transferendo in linguam Græcam multum elaboravit. Si enim illum laborem subiit, volens nocere iis qui legerint, absurdus revera est, ac dignus inter pios multæ reprehensionis laborare, ut animis aliorum nocens ; sin autem sciens utilem fore quibus erit obvius, et nostratibus gratificaturus vertere illum elegit, quid rursus quasi pœnitentia ductus, veluti nocua cavere hortatur, quæ propter utilitatem legentium interpretatus est ? Cæterum absurdi hujus causa est, terror illius qui tunc imperabat, quem inexorabilem sciens fore his qui Spiritum sanctum ex Patre Filioque procedere asserunt, hisce argumentis carcere ac vinculis seipsum liberare voluit. »

—

S. AUGUSTINI

TRACTATUS IN EVANGELIUM JOANNIS

DE SPIRITUS SANCTI PROCESSIONE.

(Interpretibus, ut Petro Arcudio visum est, Bessarione vel Demetrio Cydonio.

—

Ex Tractatu XCIV, super illis verbis : *Nunc vado ad eum, qui me misit, et nemo, inquit, ex vobis interrogat me, Quo vadis?*

Significat Dominus Jesus sic se iturum, ut nullus interroget, Quo vadis? quod palam fieri visu corporis cernerent; nam superius interrogaverant eum discipuli quo esset iturus, et responderat eis se iturum quo ipsi tunc venire non possent. Nunc vero ita se promittit iturum, ut nullus eorum, quo vadit interroget. Nubes enim suscepit eum quando ascendit ab eis; et euntem in cœlum, non verbis quæsierunt, sed oculis deduxerunt. « Sed quia hæc locutus sum vobis, inquit, tristitia implevit cor vestrum. » Videbat utique quid illa sua verba in eorum cordibus agerent : spiritalem quippe nondum interius habentes consolationem, quam per Spiritum sanctum fuerant habituri, id quod exterius in Christo videbant, amittere metuebant. Et quia se amissuros esse illum vera de- A nuntiantem dubitare non poterant : contristabatur humanus affectus, quia carnalis desolabatur aspectus. Noverat autem ille quid eis potius expediret, quia visus interior ipse est utique melior, quo eos consolaturus fuerat Spiritus sanctus: non cernentium corporibus ingesturus corpus humanum, sed seipsum credentium pectoribus infusurus. Denique adjungit : « Sed ego veritatem dico vobis, expedit vobis, ut ego vadam. Si enim non abiero, Paracletus non veniet ad vos : si autem abiero, mittam eum ad vos. » Tanquam diceret : Expedit vobis, ut hæc forma servi auferatur a vobis. Caro quidem factum Verbum habito in vobis : sed nolo me carnaliter adhuc diligatis, et isto lacte contenti semper infantes esse cupiatis. « Expedit vobis, ut ego B vadam. Si enim non abiero, Paracletus non veniet ad vos. » Si alimenta tenera, quibus vos alui, non subtraxero, solidum cibum non esurietis : si carni carnaliter hæseritis, capaces Spiritus non eritis.

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΑΥΓΟΥΣΤΙΝΟΥ

ΕΚ ΤΗΣ ΕΙΣ ΤΟ ΚΑΤΑ ΙΩΑΝΝΗΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ

ΠΡΑΓΜΑΤΕΙΑΣ

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΝΕΥΜΑΤΟΣ.

—

Ἐκ τοῦ ϞΔ' λόγου, ἐν ἐκείνοις τοῖς ῥήμασι, *Νῦν δὲ ὑπάγω πρὸς τὸν πέμψαντά με, καὶ οὐδεὶς ἐξ ὑμῶν ἐρωτᾷ με, Ποῦ ὑπάγεις;*

Ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐδήλωσεν ἑαυτὸν οὕτως ἀπελευσόμενον, ὡς μηδένα αὐτὸν ἐρωτήσειν, Ποῦ ὑπάγεις; ὅπερ τῇ τοῦ σώματος ὄψει φανερῶς ἔμελλον ὄψεσθαι. Ἀνωτέρω γὰρ ἠρωτήκεσαν αὐτὸν, ποῦ ὑπάγει. Οἷς ἀπεκρίθη, Ἐκεῖ μέλλει ἀποδημήσειν, ὅποι νῦν ἐκεῖνοι ἀπαχθῆναι οὐχ οἷοί τε ἦσαν. Νῦν δὲ ἑαυτὸν οὕτως ἀπελευσόμενον προλέγει, ὡς μηδένα ἐκείνων ἐρωτήσειν, Ποῦ ὑπάγεις; Νεφέλη γὰρ ὑπέλαβεν αὐτὸν, ὅτ' ἀπ' αὐτῶν διιστάμενος ἀνῄει. Καὶ τότε τοῦτον εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνιόντα οὐ λόγοις ἠρώτων, ἀλλὰ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐθεώρουν. « Ἀλλ' ὅτι ταῦτα λελάληκα ὑμῖν, φησὶν, ἡ λύπη πεπλήρωκεν ὑμῶν τὴν καρδίαν· » ἑώρα γὰρ τί ποτε τὰ ῥήματα ταῦτα ἔδρων ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν. Οὔπω γὰρ τὴν πνευματικὴν παράκλησιν ἔχοντες, ἣν διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἔμελλον C ἕξειν, ὅπερ ἔξωθεν ἑώρων ἐν τῷ Χριστῷ, τοῦτ' ἀποβαλεῖν ἐδεδίεσαν. Καὶ ἐπειδήπερ ἀναμφίβολον ἦν ἡ ἀποβολὴ τοῦ Χριστοῦ προλέγοντος τούτοις τὰ ἀληθῆ, ἀναγκαῖον ἦν ἀλγεῖν τὴν ἀνθρωπίνην διάθεσιν ἀνενεργήτου τῆς ἀνθρωπίνης ὄψεως καταλειπομένης. Ἀλλ' ἐκεῖνος ᾔδει τί μᾶλλον ἐκείνοις ἐλυσιτέλει· ἡ γὰρ ἔνδον ὄψις βελτίων ἐστὶν, ᾗ ἔμελλε παραμυθήσεσθαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐκ ἀνθρώπινον σῶμα εἰς τὰς τῶν ὁρώντων ὄψεις εἰσάγειν, ἀλλ' αὐτὸ ἐνιὲν ταῖς τῶν πιστευόντων καρδίαις. Ἀμέλει τούτοις συνάπτει, « Ἀλλ' ἐγὼ τὴν ἀλήθειαν λέγω ὑμῖν, συμφέρει ὑμῖν, ἵνα ἐγὼ ἀπέλθω. Ἐὰν γὰρ ἐγὼ μὴ ἀπέλθω, ὁ Παράκλητος οὐκ ἐλεύσεται πρὸς ὑμᾶς. » Ὡσανεὶ λέγων, Συμφέρει ὑμῖν, ὑμῶν ἀφαιρεθῆναι τὴν μορφὴν ταύτην D τοῦ δούλου· νῦν μὲν γὰρ σὰρξ γεγονὼς ὁ Λόγος ὑμῖν ἐνοικῶ, ἀλλ' οὐ βούλομαι ἔτι σαρκικῶς ὑμᾶς ἐμὲ ἀγαπᾶν, ἀρκουμένους τε τῷ γάλακτι τούτῳ, νηπίους ἐπιθυμεῖν εἶναι διὰ παντός. Συμφέρει ὑμῖν

Nam quid est, « Si non abiero, Paracletus non veniet ad vos; si autem abiero, mittam eum ad vos? » Nunquid hic positus, eum non poterat mittere? Quis hoc dixerit? Neque enim ubi ille erat, iste inde recesserat: vel sic venerat a Patre, ut non maneret in Patre? Postremo quomodo eum etiam hic constitutus non poterat mittere, quem scimus super eum baptizatum venisse, atque mansisse: imo vero a quo scimus eum nunquam separabilem fuisse? Quid est ergo: « Si non abiero, Paracletus non veniet ad vos, » nisi, Non potestis capere Spiritum quandiu secundum carnem persistitis nosse Christum? Unde ille, qui jam acceperat Spiritum, « Et si noveramus, inquit, secundum carnem Christum, sed nunc jam non novimus. » Etiam ipsam quippe carnem Christi, non secundum carnem novit, qui Verbum carnem factum spiritaliter novit. Hoc nimirum significare voluit Magister bonus, dicendo: « Si enim non abiero, Paracletus non veniet ad vos; si autem abiero, mittam eum ad vos. » Christo autem discedente corporaliter, non solum Spiritus sanctus, sed et Pater et Filius illis affuit spiritualiter. Nam si ab eis sic abscessit Christus, ut pro illo, non cum illo in eis esset Spiritus sanctus, ubi est ejus promissio dicentis: « Ecce ego vobiscum sum usque in consummationem sæculi? » et: « Veniemus ad eum ego, et Pater, et mansionem apud eum faciemus, » cum et Spiritum sanctum ita se promi-

A serit esse missurum, ut cum eis esset in æternum. Ac per hoc cum ex carnalibus, vel animalibus, essent spiritales futuri, profecto et Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum capacius fuerant habituri. In nullo autem credendus est esse Pater sine Filio, et Spiritu sancto, aut Pater et Filius sine Spiritu sancto; aut Filius sine Patre et Spiritu sancto; aut sine Patre et Filio Spiritus sanctus; aut Pater et Spiritus sanctus sine Filio; sed ubi eorum quilibet unus, ibi Trinitas Deus unus. Oportebat autem ita insinuari Trinitatem, ut quamvis nulla esset diversitas substantiarum, sigillatim tamen commendaretur distinctio personarum: ubi eis qui recte intelligunt, nunquam videri potest separatio naturarum.

B Ex Tractatu XCV, super illis verbis: *Cum venerit, inquit, ille arguet mundum de peccato, et de justitia, et judicio.*

Quid est hoc? Nunquidnam Dominus Christus arguit mundum de peccato, cum ait: « Si non venissem, et locutus eis fuissem, peccatum non haberent, nunc autem excusationem non habent de peccato suo? » Sed ne quis forte dicat hoc ad Judæos proprie pertinere, non ad mundum, nonne alio loco inquit: « Si de mundo essetis, mundus quod suum erat diligeret? » Nunquid non arguit de justitia, ubi ait: « Pater juste, mundus te non cognovit? » Nunquid non arguit de judicio, ubi se ait sinistris esse dicturum: « Ite in ignem æternum,

ἵνα ἐγὼ ἀπέλθω. Ἐὰν γὰρ ἐγὼ μὴ ἀπέλθω, ὁ Παράκλητος οὐκ ἐλεύσεται πρὸς ὑμᾶς. Ἂν μὴ τὴν ἁπαλὴν τροφὴν, ἣν ὑμᾶς μέχρι τοῦ νῦν ἔθρεψα, μὴ ἀφέλωμαι, τῆς στερεᾶς οὐκ ἐπιθυμήσετε. Εἰ σαρκικῶς ἀνθέξεσθε τῆς σαρκὸς, οὐκ ἔσεσθε τοῦ Πνεύματος δεκτικοί. Τί γὰρ βούλεται, « Εἰ μὴ ἀπέλθω, ὁ Παράκλητος οὐκ ἐλεύσεται πρὸς ὑμᾶς, ἐὰν δὲ ἀπέλθω, πέμψω τοῦτον πρὸς ὑμᾶς; » Μὴ γὰρ ἐνταῦθα ὢν, τοῦτον οὐκ ἠδύνατο πέμψαι; Τίς τοῦτ' ἂν εἴποι; οὐδὲ γὰρ ὅπου ἦν οὗτος, ἐκεῖνος ἀπῆν. Ἢ παρὰ τοῦ Πατρὸς οὕτως ἦλθεν, ὡς μὴ μένειν ἐν τῷ Πατρί; Εἶτα καὶ πῶς ἐκεῖνον κἀνταῦθα διατρίβων οὐκ ἠδύνατο πέμψαι; ὃν ἴσμεν καὶ ἐλθεῖν πρὸς αὐτὸν βαπτιζόμενον καὶ μεῖναι· μᾶλλον μὲν οὖν ὃν ἴσμεν τούτου διαπαντὸς ἀχώριστον ὄντα. Τί τοίνυν ἐστὶν, « Ἐὰν μὴ ἀπέλθω, ὁ Παράκλητος οὐκ ἐλεύσεται πρὸς ὑμᾶς, ἢ πάντως, Οὐχ οἷοί τε ἔσεσθε δέξασθαι τὸ Πνεῦμα, ἐφ' ὅσον τὸν Χριστὸν κατὰ σάρκα γινώσκειν σπουδάζετε; » Ὅθεν ἐκεῖνος ὁ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἤδη δεξάμενος, εἰ καὶ ᾔδει μὲν τὸν Χριστὸν κατὰ σάρκα, φησὶν, « Ἀλλὰ νῦν οὐκ ἔτι οἴδαμεν. » Καὶ αὐτὴν γὰρ τὴν τοῦ Χριστοῦ σάρκα οὐ σαρκικῶς οἶδεν ὁ τὸν Λόγον σάρκα γεγονότα πνευματικῶς εἰδώς. Τοῦτο πάντως ὁ ἀγαθὸς διδάσκαλος δηλοῦν ἐβούλετο λέγων· « Ἐὰν ἐγὼ μὴ ἀπέλθω, ὁ Παράκλητος οὐκ ἐλεύσεται πρὸς ὑμᾶς. Ἐὰν δὲ ἀπέλθω, πέμψω τοῦτον ὑμῖν. » Τοῦ Χριστοῦ δὲ σωματικῶς διαστάντος, οὐ μόνον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀλλὰ καὶ ὁ Πατὴρ, καὶ ὁ Υἱὸς ἐκείνοις πνευ-

C ματικῶς παρεγένετο. Εἰ γὰρ οὕτως ὁ Χριστὸς ἐκείνων διέστη, ὡς ἀντ' ἐκείνου, ἀλλ' οὐ μετ' ἐκείνου τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκείνοις παρεῖναι, ποῦ ἡ ἐπαγγελία τούτου λέγοντος, « Ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος. » Καὶ πάλιν, « Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἐλευσόμεθα, καὶ μονὴν παρ' αὐτῷ ποιήσομεν. » Ἀλλὰ καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον οὕτως αὐτοῖς ἐπηγγείλατο πέμψειν, ἵνα μετ' αὐτῶν ᾖ εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ διὰ ταῦτα ἀπὸ σαρκικῶν γεγονότες πνευματικοὶ, ἀναγκαίως καὶ τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἔμελλον ἔσεσθαι δεκτικώτεροι. Ἐν οὐδενὶ γὰρ πιστευτέον εἶναι τὸν Πατέρα ἄνευ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· ἢ τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν ἄνευ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· ἢ τὸν Υἱὸν
D ἄνευ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· ἢ χωρὶς τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ τὸ ἅγιον Πνεῦμα· ἢ τὸν Πατέρα καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἄνευ τοῦ Υἱοῦ. Ὅπου γὰρ εἷς τις τούτων ἐστὶν, ἐκεῖ καὶ εἷς Θεὸς ἡ Τριάς. Ἔδει δ' οὕτω τὴν Τριάδα παραδειχθῆναι, ὥστ' εἰ καὶ μηδεμία ἦν ἐν τῇ οὐσίᾳ διαφορὰ, ὅμως παραδειχθῆναι τῶν προσώπων ἰδίως, καὶ οὕτως τοῖς νοοῦσιν ὀρθῶς χωρισμὸν φύσεως οὐδαμῶς θεωρεῖσθαι.

Ἐκ τοῦ ἐνενηκοστοῦ πέμπτου λόγου· *Ἐλθὼν δὲ ἐκεῖνος, ἐλέγξει τὸν κόσμον περὶ ἁμαρτίας, καὶ περὶ δικαιοσύνης, καὶ περὶ κρίσεως.*

Τί βούλεται τοῦτο; μὴ γὰρ ὁ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς οὐκ ἤλεγξε τὸν κόσμον περὶ ἁμαρτίας, ὅταν λέγῃ, « Εἰ μὴ ἦλθον καὶ ἐλάλησα αὐτοῖς, ἁμαρτίαν

qui paratus est diabolo et angelis ejus? » Et multa alia reperiuntur in sancto Evangelio, ubi de his Christus arguit mundum. Quid est ergo, quod tanquam proprie tribuit hoc Spiritui sancto? An forte, quia Christus in Judæorum gente tantum locutus est, mundum non videtur arguisse, ut ille intelligatur argui, qui audit arguentem? Spiritus autem sanctus in discipulis ejus toto orbe diffusis non unam gentem intelligitur arguisse, sed mundum; nam hoc illis ait ascensurus in cœlum: « Non est vestrum scire tempora, vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate, sed accipietis virtutem Spiritus sancti supervenientis in vos, et eritis mihi testes in Jerusalem, et in tota Judæa, et in Samaria, et usque in fines terræ. » Hoc est arguere mundum. Sed quis audeat dicere, quod per discipulos Christi arguit mundum Spiritus sanctus, et non arguat ipse Christus, cum clamet Apostolus: « An vultis experimentum accipere ejus, qui in me loquitur Christus? » Quos itaque arguit Spiritus sanctus, arguit utique et Christus. Sed quantum mihi videtur, quia per Spiritum sanctum diffundenda erat charitas in cordibus discipulorum, quæ foras mittit timorem, quo impediri possent, ne arguere mundum, qui persecutionibus fremebat, auderent; propterea dixit, « Ille arguet mundum. » Tanquam diceret: Ille diffundet in cordibus vestris

A charitatem; sic enim timore depulso, arguendi habebitis libertatem. Sæpe autem diximus inseparabilia opera esse Trinitatis; sed sigillatim commendare oportebat personas, ut non solum sine separatione, verum etiam sine confusione et unitas intelligatur et Trinitas.

Exponit deinde quomodo arguet, dicens, « de peccato, et de justitia, et de judicio. De peccato quidem, inquit, quia non crediderunt in me. » Hoc enim peccatum, quasi solum sit, præ cæteris posuit: quia hoc manente, cætera detinentur, et hoc discedente cætera remittuntur. « De justitia vero, inquit, quia ad Patrem vado, et jam non videbitis me. »

Hoc primo videndum est, si recte quisque arguitur de peccato, utrum recte arguatur et de justitia. Numquid enim si arguendus est peccator proB pterea quia peccator est, arguendum putabit quisquam, et justum propterea quia justus est? Absit! nam si aliquando justus arguitur, ideo recte arguitur, quia, sicut scriptum est, « Non est justus in terra, qui faciet bonum et non peccabit. » Quocirca etiam cum justus arguitur, de peccato arguitur, non de justitia. Quoniam et in illo quod legimus divinitus dictum: « Noli effici justus multum; » non est notata justitia sapientis, sed superbia præsumentis; qui ergo fit multum justus, ipso nimio fit injustus. Multum enim se facit justum, qui dicit se non habere peccatum; aut qui se putat non gratia

οὐκ εἶχον· » νῦν δὲ πρόφασιν οὐκ ἔχουσι περὶ τῆς ἁμαρτίας αὐτῶν; Ἀλλ᾽ ἵνα μή τις εἴπῃ, οὐ περὶ τοῦ κόσμου, ἀλλὰ περὶ τῶν Ἰουδαίων μόνον ἰδίως εἰρῆσθαι, ἀλλαχοῦ φησιν· « Εἰ ἐκ τοῦ κόσμου ἦτε, ὁ κόσμος ἂν τὸ ἴδιον ἐφίλει. » Μὴ οὐκ ἤλεγξε καὶ περὶ δικαιοσύνης, ὅπου φησί· « Πάτερ δίκαιε, καὶ ὁ κόσμος σὲ οὐκ ἔγνω; » Ἀλλὰ καὶ περὶ κρίσεως ἤλεγξεν, ὅπου ἑαυτόν φησιν ἐρεῖν τοῖς ἐξ εὐωνύμων, « Πορεύεσθε ἀπ᾽ ἐμοῦ οἱ κατηραμένοι εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον, τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ. » Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα εὕροι τις ἂν ἐν τῷ ἁγίῳ Εὐαγγελίῳ, ὅπου περὶ τούτων τὸν κόσμον ὁ Κύριος ἤλεγξε. Πῶς τοίνυν ὥσπερ ἰδίως τοῦτ᾽ ἀπένειμε τῷ ἁγίῳ Πνεύματι; Ἢ τάχα ὅτι ὁ Χριστὸς τῷ τῶν Ἰουδαίων ἔθνει μόνον διαλεχθεὶς, οὐκ ἂν δόξειεν αὐτὸς τὸν κόσμον ἐλέγξαι, ἀλλὰ τὴν ἀκούσαντα τῶν ἐλέγχων ἐκεῖνον μόνον ἐλεγχθῆναι; Τὸ δὲ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν τοῖς ἀποστόλοις κατὰ τὴν οἰκουμένην πᾶσαν διασπαρεῖσιν οὐχ ἓν μόνον ἔθνος, ἀλλὰ τὸν κόσμον ὅλον ἐλέγξαι δοκεῖ· τοῦτο γὰρ εἶπεν αὐτοῖς μέλλων εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβαίνειν, « Οὐκ ἔστιν ὑμῶν γνῶναι χρόνους ἢ καιροὺς οὓς ὁ Πατὴρ ἔθετο ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ, ἀλλὰ λήψεσθε δύναμιν ἐπελθόντος τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐφ᾽ ὑμᾶς· καὶ ἔσεσθέ μοι μάρτυρες ἔν τε Ἱερουσαλὴμ καὶ πάσῃ τῇ Ἰουδαίᾳ καὶ Σαμαρείᾳ, καὶ ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς. » Ὅπερ ἐστὶ τὸ τὸν κόσμον ἐλέγξαι. Ἀλλὰ τίς τολμήσειε καὶ μόνον εἰπεῖν, οὐκ οὐδὲν τὸν Χριστὸν ἐλέγξαι τὸν κόσμον, ἀλλὰ μόνον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον διὰ τῶν ἀποστόλων τοῦ Χριστοῦ, τοῦ Ἀποστόλου βοῶντος, « Ἢ ζητεῖτε πεῖραν

λαβεῖν τοῦ ἐν ἐμοὶ λαλοῦντος Χριστοῦ· » οὓς τοίνυν ἐλέγχει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τούτους ἐλέγχει καὶ ὁ C Χριστός. Ἀλλ᾽ ἵνα τὸ ἐμοὶ δοκοῦν εἴπω, τούτου χάριν εἴρηκε, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐλέγξαι τὸν κόσμον, ἐπεὶ διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐκχεῖσθαι ἔμελλεν ἡ ἀγάπη ἐν ταῖς καρδίαις τῶν μαθητῶν, ἡ τὸν φόβον ἔξω βάλλουσα, ᾧ δυνατὸν ἦν κωλύεσθαι τοῦ τολμᾷν τὸν κόσμον ἐλέγχειν τοῖς κατ᾽ αὐτῶν διωγμοῖς φρυαττόμενον. Ὡσανεὶ λέγων, Ἐκεῖνο ἐκχεῖν μέλλει τὴν ἀγάπην ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, καὶ οὕτω τοῦ δέους ἐξελθόντος, μετ᾽ ἀδείας τὸν κόσμον ἐλέγξετε. Πολλάκις δὲ εἴπομεν τὰ τῆς Τριάδος ἔργα ἀχώριστα εἶναι· ἐχρῆν δὲ καὶ τὰ πρόσωπα ἰδίως παραδοθῆναι, ἵνα μὴ μόνον ἀδιαίρετος ἡ μονὰς, ἀλλὰ ἀσύγχυτος νοῆται καὶ ἡ Τριάς.

Ἐφεξῆς δὲ ἑρμηνεύει, ὅπως ἐλέγξει. « περὶ ἁμαρD τίας λέγων, καὶ περὶ δικαιοσύνης, καὶ περὶ κρίσεως· περὶ ἁμαρτίας μέν φησιν, ὅτι οὐ πιστεύουσιν εἰς ἐμέ. » Ταύτην γὰρ ὥσπερ μόνην οὖσαν παρὰ τὰς ἄλλας ἁμαρτίαν τέθεικεν. Ἐπεὶ ταύτης μενούσης, τὰ ἄλλα κεκράτηνται, καὶ ταύτης ἀποχωρούσης, καὶ τὰ ἄλλα ἀφίενται. Περὶ δὲ δικαιοσύνης φησὶν, ὅτι « Πρὸς τὸν Πατέρα μου πορεύομαι, καὶ οὐκ ἔτι με θεωρεῖτε. »

Ἐνταῦθα πρῶτον θεωρητέον, εἴ τις ὀρθῶς περὶ ἁμαρτίας ἐλέγχεται, πῶς ἂν καὶ περὶ δικαιοσύνης ὀρθῶς ἐλεγχθείη. Εἰ γάρ τις τὸν ἁμαρτωλὸν ἐλέγχει ὅτι ἁμαρτωλός ἐστι, μὴ καὶ τὸν δίκαιον ἔξεστιν ἐλέγχειν, ὅτι δίκαιός ἐστιν; Μὴ γένοιτο. Εἰ γάρ ποτε καὶ τὸν δίκαιον δεῖν ἐλέγχειν συγχωρηθείη, διὰ τοῦτ᾽ ἂν εἰκότως ἐλέγχοιτο, ἐπεὶ, καθὼς

Dei, sed sua voluntate sufficiente effici justum; nec recte vivendo justus est, sed potius inflatus, putando se esse quod non est. Quo pacto igitur mundus arguendus est de justitia, nisi de justitia credentium? Arguitur itaque de peccato, quia in Christum non credit, et arguitur de justitia eorum qui credunt; ipsa quippe fidelium comparatio, infidelium est vituperatio. Hoc et ipsa expositio satis indicat. Volens enim aperire quid dixerit: « De justitia vero, inquit quia ad Patrem vado, et jam non videbitis me. » Non ait, Et jam non videbunt me, de quibus dixerat: « Quia non credunt in me. » Sed peccatum quid vocaret exponens, de illis locutus est, dicens: « Quia non credunt in me. » Exponens autem, quam diceret justitiam, de qua dixit: « Mundus arguitur, » ad ipsos, quibus loquebatur, se convertit, atque ait: « Quia ad Patrem vado, et jam non videbitis me. » Quapropter mundus de peccato quidem suo, de justitia vero arguitur aliena, sicut arguuntur de lumine tenebræ; « Omnia enim, quæ arguuntur, ait Apostolus, a lumine manifestantur. » Quantum enim malum sit eorum qui non credunt non solum per seipsum, verum etiam ex bono potest eorum apparere qui credunt. Et quoniam ista vox infidelium esse consuevit, Quomodo credimus quod non videmus? ideo credentium justitiam sic oportuit definiri: « Quia ad Patrem vado, et jam non videbitis me; beati enim qui non vident, et credunt. » Nam et qui viderunt Christum, non in eo laudata est fides eorum, quia credebant quod videbant, id est, Filium hominis, sed quia credebant quod non videbant, id est, Filium Dei. Cum vero et ipsa forma servi subtracta eorum esset aspectibus, tum vero ex omni parte impletum est, « Justus ex fide vivit; » est enim fides, sicut in Epistola quæ ad Hebræos est, definitur, « sperantium substantia, convictio rerum, quæ non videntur: » sed quid est, « Jam non videbitis me? » Non enim ait: « Ad Patrem vado, et non videbitis me, » ut temporis intervallum, quo non videbitur, significasse intelligeretur, sive breve, sive longum, utique tamen terminatum, sed dicendo: « Jam non videbitis me, » velut nunquam de cætero visuros esse Christum veritas prænuntiavit. Hæccine justitia est nunquam Christum videre, et in eum tamen credere: cum propterea laudatur fides, ex qua justus vivit, quoniam credit, quem modo non videt Christum, sed aliquando esse visurum? Postremo secundum hanc justitiam nunquid dicturi sumus Paulum apostolum non fuisse justum, confitentem se Christum vidisse post ascensionem ejus in cœlum, de quo utique jam tempore dixerat, « Jam non videbitis me? » Nunquid secundum hanc justitiam justus non erat gloriosissimus Stephanus, qui, cum lapidaretur, ait: « Ecce video cœlum apertum, et Filium hominis stantem ad dextram

γέγραπται, « Οὐκ ἔστι δίκαιος ἐπὶ γῆς, ὃς ποιήσει ἀγαθὸν, καὶ οὐχ ἁμαρτήσει. » Ὥστ' εἰ κἀκεῖνος ἐλέγχοιτο, περὶ ἁμαρτίας, ἀλλ' οὐ περὶ δικαιοσύνης ἐλέγχοιτο ἄν. Ἐπεὶ καὶ τὸ θεῖον λόγιον, « Μὴ γίνου κατὰ πολὺ δίκαιος, » φάσκον, οὐ τῆς τοῦ σοφοῦ δικαιοσύνης ἐπιλαμβάνεται, ἀλλὰ τὴν δι' ὑπόνοιαν ὑπερηφανίαν κολάζει. Καὶ γὰρ λίαν γενόμενος δίκαιος, ἄδικος αὐτῇ γίνεται τῇ ὑπερβολῇ. Κατὰ πολὺ γὰρ ἑαυτὸν ποιεῖ δίκαιον ὁ λέγων ἑαυτὸν ἁμαρτίαν μὴ ἔχειν, ἢ ὁ μὴ τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι, ἀλλὰ τῇ ἰδίᾳ βουλήσει τὴν ἑαυτοῦ δικαιοσύνην ἀνατιθεὶς, ὁ δὲ τῇ ὀρθότητι τοῦ βίου δίκαιός ἐστιν, ἀλλὰ μᾶλλον πεφυσιωμένος, οἰόμενος ἑαυτὸν εἶναι ὅπερ οὐκ ἔστι. Ποίῳ τοίνυν λόγῳ ἔδει τὸν κόσμον ἐλεγχθῆναι περὶ δικαιοσύνης; Πάντως ἐκ τῆς τῶν πιστευόντων δικαιοσύνης. Ἐλέγχεται τοίνυν περὶ ἁμαρτίας ὁ κόσμος, ὅτι μὴ πιστεύει εἰς τὸν Χριστόν. Ἐλέγχεται καὶ περὶ δικαιοσύνης ἐκ τῆς τῶν πιστευόντων δικαιοσύνης· αὐτὴ γὰρ ἡ τῶν πιστῶν πρὸς τοὺς ἀπίστους παράθεσις αὐτῶν τῶν ἀπίστων ἐστὶν ὄνειδος. Τοῦτο δὲ ἱκανῶς δηλοῖ καὶ τὸ ἐπαγόμενον. Βουλόμενος γὰρ διανοῖξαι τὸ εἰρημένον, « Περὶ δὲ δικαιοσύνης, φησὶν, ὅτι πρὸς τὸν Πατέρα πορεύομαι, καὶ οὐκ ἔτι με θεωρεῖτε. » Οὐκ ἔφησεν, Οὐκ ἔτι με θεωροῦσι, περὶ ὧν εἶπεν, ὅτι « Οὐ πιστεύουσιν εἰς ἐμέ. » Ἀλλὰ τὴν μὲν ἁμαρτίαν τί ἐκάλεσεν, ἐξηγούμενος περὶ ἐκείνων, λέγων, φησὶν, « Ὅτι οὐ πιστεύουσιν εἰς ἐμέ· » ἣν δ' ἔφησε δικαιοσύνην ἐξηγούμενος περὶ ἧς ἐλεγχθήσεσθαι τὸν κόσμον εἰρήκει, ἀπ' ἐκείνων πρὸς τοὺς προσδιαλεγομένους στρέφεται, καὶ φησὶν, ὅτι « Πρὸς τὸν Πατέρα μου ὑπάγω, καὶ οὐκ ἔτι με θεωρεῖτε. » Ὅθεν δῆλον, ὡς περὶ ἁμαρτίας μὲν ἐκ τῆς ἰδίας ἁμαρτίας ὁ κόσμος ἐλέγχεται, περὶ δὲ δικαιοσύνης ἐκ τῆς ἀλλοτρίας δικαιοσύνης, ὥσπερ ἐκ τοῦ φωτὸς τὸ σκότος ἐλέγχεται. « Τὰ γὰρ ἐλεγχόμενα, φησὶν ὁ Ἀπόστολος, ὑπὸ τοῦ φωτὸς φανεροῦται. » Ὅσον γάρ ἐστι τὸ τῶν ἀπίστων κακὸν, οὐκ ἀφ' ἑαυτοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐκ τοῦ τῶν πιστευόντων ἀγαθοῦ δυνατὸν δῆλον γενέσθαι. Καὶ ἐπεὶ ταύτην εἰώθασιν οἱ ἄπιστοι τὴν φωνὴν ἀφιέναι, Πῶς ἄρ' ὅπερ οὐχ ὁρῶμεν πιστεύομεν; τούτου χάριν ἐδέησε τὴν τῶν πιστῶν δικαιοσύνην ὁρίσασθαι, τῷ πρὸς τὸν Πατέρα τοῦτον πορεύεσθαι, καὶ μηκέτι ὑπ' αὐτῶν θεωρεῖσθαι. « Μακάριοι γὰρ οἱ μὴ ἰδόντες καὶ πιστεύσαντες. » Καὶ γὰρ καὶ τῶν τὸν Χριστὸν ἰδόντων ἡ πίστις οὐ τούτου χάριν ἐγκωμιάζεται, ὅτι τοῦθ' ὅπερ ἑωράκασι πεπιστεύκασι, τουτέστι τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, ἀλλ' ὅτι πεπιστεύκασιν ὅπερ οὐκ ἔβλεπον, τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ δηλονότι. Ἐπεὶ δὲ καὶ αὐτὴ ἡ τοῦ δούλου μορφὴ τῆς ὄψεως αὐτῶν ἀφῃρέθη, τότε πανταχόθεν πεπλήρωται τὸ, « Ὁ δὲ δίκαιος ἐκ πίστεως ζήσεται. » Ἔστι γὰρ ἡ πίστις, ὡς αὐτὴν ὁ Ἀπόστολος ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους ὁρίζεται, « ἐλπιζομένων πραγμάτων ὑπόστασις, ἔλεγχος μὴ βλεπομένων. » Τί δέ ἐστιν, « Οὐκ ἔτι με θεωρήσετε; » Οὐ γὰρ οὕτως ἔφησε, « Πορεύομαι πρὸς τὸν Πατέρα, καὶ οὐκ ἔτι με θεωρήσετε, » ὡς δηλῶσαι καὶ διάστημα χρόνου, εἴτε μετὰ μήκους, εἴτε συνεσταλμένον, πλὴν ἑκατέρωθεν ὡρισμένον ἐν ᾧ οὐκ ὀφθήσεται, ἀλλ' εἰπὼν, « Οὐκ ἔτι με θεωρήσετε, » ὥσπερ

Dei ? » Quid ergo est, « Ad Patrem vado, et jam non videbitis me, » nisi quomodo sum, cum vobiscum sum ? Tunc enim adhuc erat mortalis, in similitudine carnis peccati, qui esurire poterat, atque sitire, fatigari, atque dormire. Hunc ergo Christum, id est, talem Christum, cum transisset de hoc mundo ad Patrem, non erant jam visuri, et ipsa est justitia fidei, de qua dicit Apostolus : « Et si noveramus Christum secundum carnem, sed nunc jam non novimus. » Erit itaque, inquit, vestra justitia, qua mundus arguetur, «Quia vado ad Patrem et jam non videbitis me ; » quoniam in eum, quem non videbitis, credetis in me ; et quando me videbitis, quo tunc ero, non videbitis me, quo sum vobiscum, modo. Non videbitis (me) humilem, sed excelsum ; non videbitis mortalem, sed sempiternum ; non videbitis judicandum, sed judicaturum, et de hac fide vestra, id est, justitia vestra, arguet Spiritus sanctus incredulum mundum. Arguet etiam de judicio, quia princeps hujus mundi judicatus est. Quis est iste, nisi de quo ait alio loco : «Ecce venit princeps mundi, et in me nihil inveniet, » id est, nihil juris sui, nihil quod ad eum pertineat, nullum scilicet omnino peccatum ? Per hoc enim est diabolus princeps mundi. Non enim cœli, et terræ, et omnium quæ in eis sunt, est diabolus princeps, qua significatione intelligitur mundus, ubi dictum est : «Et mundus per eum factus est, » sed mundi est diabolus princeps, de quo mundo ibi continuo subjungit, atque ait : «Et mundus eum non cognovit, » hoc est homines infideles, quibus toto orbe terrarum mundus est plenus : inter quos gemit fidelis mundus, quem de mundo elegit, per quem factus est mundus, de quo ipse dicit : «Non venit Filius hominis, ut judicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum. » Mundus, eo judicante, damnatur. Mundus, eo subveniente, salvatur. Quoniam sicut arbor foliis et pomis, sicut area paleis et frumentis, ita infidelibus et fidelibus plenus est mundus. Princeps ergo mundi hujus, hoc est princeps tenebrarum harum, hoc est infidelium, de quibus eruitur mundus, quibus dicitur : «Fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino ; » princeps mundi hujus, de quo alibi dicit : «Nunc princeps mundi hujus missus est foras, » utique judicatus est, quoniam judicio ignis æterni irrevocabiliter destinatus est. Et de hoc itaque judicio, quo princeps judicatus est mundi, arguitur a Spiritu sancto mundus : quoniam cum suo principe judicatur, quem superbum atque impium imitatur. Si enim « Deus, sicut dicit apostolus Petrus, peccantibus angelis non pepercit, sed carceribus caliginis inferi retrudens, tradidit in judicio puniendos servari : » quomodo non »

μηδαμῶς τοῦ λοιποῦ τὸν Χριστὸν ὀψομένους ἡ ἀλήθεια προηγόρευσεν. Αὕτη ὁμολογουμένως ἀδικία ἐστὶ, πιστεύειν μὲν εἰς Χριστὸν, μήποτε δὲ αὐτὸν ὄψεσθαι. Διὰ τοῦτο γὰρ ἐπαινεῖται ἡ πίστις ἐξ ἧς ὁ δίκαιος ζήσεται· ὅτι ὃν νῦν οὐ βλέπει Χριστὸν, τοῦτον ὄψεσθαι πιστεύει ποτέ. Εἶτα κατὰ ταύτην τὴν δικαιοσύνην, οὐδὲ τὸν ἀπόστολον Παῦλον δίκαιον ἐροῦμεν γενέσθαι, λέγοντα τὸν Χριστὸν ἰδεῖν μετὰ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνάβασιν· καίτοι περὶ τοῦ καιροῦ τούτου εἰρηκότα, « Οὐκ ἔτι με ὄψεσθε. » Μὴ κατὰ ταύτην τὴν δικαιοσύνην οὐκ ἦν δίκαιος καὶ ὁ ἐνδοξότατος Στέφανος, ὃς λιθαζόμενος ἔφησεν· « Ὁρῶ τὸν οὐρανὸν ἀνεῳγμένον, καὶ τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἑστῶτα ἐκ δεξιῶν τοῦ Θεοῦ ; Τί τοίνυν ἐστὶ, « Πρὸς τὸν Πατέρα μου πορεύομαι, καὶ οὐκ ἔτι με θεωρήσετε, » ἢ ὥσπερ νῦν εἰμι μεθ' ὑμῶν ; Τότε γὰρ ἔτι θνητὸς ἦν ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας, καὶ πεινῆν ἠδύνατο καὶ διψῆν καὶ πονεῖν καὶ καθεύδειν. Τοῦτον τοίνυν τὸν Χριστὸν, τουτέστι τοιοῦτον, οὐκ ἔτι ἔμελλον ὄψεσθαι, μετὰ τὸ τὸν κόσμον ἀφεῖναι· καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ τῆς πίστεως δικαιοσύνη, περὶ ἧς φησιν ὁ Ἀπόστολος, « Εἰ καὶ ᾔδειμεν τὸν Χριστὸν κατὰ σάρκα, ἀλλὰ νῦν οὐκ ἔτι γινώσκομεν. » Ἔσται τοίνυν, φησὶν, ἡμετέρα δικαιοσύνη, δι' ἧς ὁ κόσμος ἐξελεγχθήσεται, τὸ πορεύεσθαί με πρὸς τὸν Πατέρα, καὶ οὐκ ἔτι με θεωρεῖν ὑμᾶς, ὅτι εἰς ὃν οὐκ ὄψεσθέ με πιστεύετε. Ὅταν δὲ ἴδητέ με ὅπερ ἔσομαι, τότε οὐκ ὄψεσθε ὃ νῦν εἰμι μεθ' ὑμῶν· οὐκ ὄψεσθέ με ταπεινὸν, ἀλλὰ ὑψηλόν· οὐκ ὄψεσθέ με θνητὸν, ἀλλ' αἰώνιον· οὐκ ὄψεσθέ με κρινόμενον, ἀλλὰ δικαστήν. Ἐκ τῆς ὑμετέρας τοίνυν ταύτης πίστεως, τουτέστι τῆς δικαιοσύνης ὑμῶν, τὸν ἄπιστον κόσμον ἐλέγξει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ἐλέγξει δὲ τοῦτον καὶ περὶ κρίσεως, ὅτι ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου κέκριται. Τίς ἐστιν οὗτος ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου ; Ἐκεῖνος περὶ οὗ ἔφησεν ἀλλαχοῦ· « Ἔρχεται ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου, καὶ ἐν ἐμοὶ εὑρήσει οὐδέν, » τουτέστιν, οὐδὲν ἁμάρτημα, δηλονότι οὐδὲν τῶν αὐτοῦ. Κατὰ γὰρ τὴν ἁμαρτίαν ὁ διάβολός ἐστιν ἄρχων τοῦ κόσμου. Οὐ γὰρ τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, καὶ πάντων τῶν ἐν αὐτοῖς ἄρχων ἐστὶν ὁ διάβολος, καθ' ἣν σημασίαν τοῦ κόσμου λέγεται, « Ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ ἐγένετο· » ἀλλ' ἐκείνου τοῦ κόσμου ἄρχων ἐστὶν ὁ διάβολος, περὶ οὗ φησιν ἐφεξῆς, « Καὶ ὁ κόσμος αὐτὸν οὐκ ἔγνω, » τουτέστιν οἱ ἄπιστοι ἄνθρωποι, ὧν καθ' ὅλον ἑαυτὸν πλήρης ἐστὶν ὁ κόσμος. Ὧν μεταξὺ ὁ πιστὸς κόσμος στένει, ὃν ἐκ τοῦ κόσμου ἐξελέξατο ἐκεῖνος, δι' οὗ γέγονεν ὁ κόσμος. Περὶ οὗ φησιν ὁ αὐτός· « Οὐκ ἦλθεν ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἵνα κρίνῃ τὸν κόσμον, ἀλλ' ἵνα ὁ κόσμος σωθῇ δι' αὐτοῦ. » Ὁ κόσμος τούτου κρίνοντος κατακρίνεται, ὁ κόσμος τούτου βοηθοῦντος σώζεται. Ὥσπερ γὰρ τὸ δένδρον καὶ φύλλων, καὶ μήλων, καὶ ἡ ἅλως καὶ ἀχύρων καὶ σίτου, οὕτως ὁ κόσμος καὶ πιστῶν καὶ ἀπίστων ἐστὶ πλήρης· ὁ ἄρχων τοίνυν τοῦ κόσμου, τουτέστι τοῦ σκότους τούτου, ἤγουν τῶν ἀπίστων, ὧν ἀπαλλάττεται ὁ κόσμος, περὶ οὗ φησιν, « Ἦτέ ποτε σκότος, νῦν δὲ φῶς ἐν Κυρίῳ· » περὶ οὗ φησιν ἀλλαχοῦ, « Νῦν ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου ἐκβληθήσεται ἔξω, » ἤδη κέκριται, ἐπείπερ ἀνεπίστροφος ὢν ὥρισται κρίσει πυρὸς αἰωνίου. Περὶ ταύτης τοίνυν τῆς κρίσεως,

Spiritu sancto de hoc judicio mundus arguitur, quando in Spiritu sancto hæc loquitur Apostolus? Credant itaque homines in Christum, ne arguantur de peccato infidelitatis suæ, quo peccata omnia detinentur. Transeant in numerum fidelium, ne arguantur de justitia eorum quos justificatos non imitantur; caveant futurum judicium: ne cum mundi principe judicentur, quem judicatum imitantur: etenim ne sibi existimet parci superbia dura mortalium, de superborum supplicio terrenda est angelorum.

Ex Tractatu XCVI, super illis verbis: *Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo.*

Et post pauca:

Quæ ista sint, quæ apostoli tunc portare non poterant, vultis forsitan scire. Sed quis nostrum audeat eorum se dicere jam capacem, quæ illi capere non valebant? Ac per hoc nec a me exspectanda sunt, ut dicantur, quæ forte non caperem si ab alio dicerentur: nec vos ea portare possetis, etiamsi ego tantus essem, ut a me ista, quæ vobis altiora sunt, audiretis. Et fieri quidem potest, ut sint in vobis aliqui ad ea capienda jam idonei, quæ alii capere nondum valent, et si non omnia, de quibus magister ille Deus dicebat, « Adhuc multa habeo vobis dicere, » tamen eorum fortasse nonnulla; sed quænam sint ista, quæ ipse non dixit, temerarium est velle præsumere et dicere. Nam et

A mori pro Christo nondum erant idonei tunc apostoli, quibus dicebat, « Non potestis me sequi modo. » Unde primus eorum Petrus, qui jam hoc se posse præsumpserat, aliud expertus est, quam putabat: et tamen postea, et viri et mulieres, pueri et puellæ, juvenes et virgines, seniores cum junioribus innumerabiles martyrio coronati sunt, et posse inventæ sunt portare oves quod tunc, quando ista Dominus loquebatur, nondum poterant portare pastores. Nunquid ergo debuit illis omnibus dici in illo tentationis articulo, quo certare usque ad mortem pro veritate oportebat, et pro Christi nomine, vel doctrina sanguinem fundere; nunquid, inquam, debuit eis dici: Quis vestrum audeat idoneum martyrio se putare? cui Petrus idoneus nondum B fuerat, quando eum os ad os ipse Dominus instruebat? Sic itaque dixerit aliquis, non debere dici populis Christianis audire cupientibus, quæ sint de quibus Dominus tunc dicebat: « Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo: » Si apostoli nondum poterant, multo minus vos potestis, quia forte sic multi possunt audire, quod tunc nondum poterat Petrus, sicut multi possunt martyrio coronari, quod tunc nondum poterat Petrus: præsertim jam misso Spiritu sancto, qui tunc nondum erat missus, de quo continuo subjungit, atque ait: « Cum autem venerit ille Spiritus

καθ' ἣν ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου κέκριται, ἐλέγχει τὸν κόσμον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὅτι μετὰ τοῦ ἰδίου ἄρχοντος, ὃν ὑπερήφανον ὄντα καὶ ἀσεβῆ ζηλοῖ, κρίνεται. Εἰ γὰρ « ὁ Θεὸς, καθώς φησιν ὁ ἀπόστολος Πέτρος, ἀγγέλων ἁμαρτησάντων οὐκ ἐφείσατο, ἀλλ' εἱρκταῖς ζόφου ᾅδου ταρταρώσας παρέδωκεν εἰς κρίσιν τηρουμένους, » πῶς οὐχ ὑπὸ Πνεύματος τοῦ ἁγίου περὶ ταύτης τῆς κρίσεως ὁ κόσμος ἐλέγχεται, ἐν ἁγίῳ Πνεύματι τοῦ Ἀποστόλου ταῦτα λαλήσαντος; Πιστευέτωσαν οὖν οἱ ἄνθρωποι τῷ Χριστῷ, ἵνα μὴ αὐτοὺς ἐλέγξῃ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον περὶ τοῦ τῆς αὐτῶν ἀπιστίας ἁμαρτήματος, ἐν ᾧ ἁμαρτήματι πάντα τὰ ἄλλα κεκράτηνται. Συναριθμηθείτωσαν τοῖς πιστοῖς, ἵνα μὴ ἐλεγχθῶσιν ὑπὸ τῆς ἐκείνων δικαιοσύνης, οὓς δικαιωθέντας οὐ μιμοῦνται· φυλαττέσθωσαν τὴν μέλλουσαν κρίσιν, ἵνα μὴ σὺν τῷ ἄρχοντι τοῦ κόσμου κριθῶσιν, ὃν ἤδη κεκριμένον μιμοῦνται· ἵνα γὰρ μὴ ἡ σκληρὰ τῶν θνητῶν ὑπερηφανία φείσασθαι ταύτης οἴηται τὸν Θεὸν, ταῖς ποιναῖς τῶν ὑπερηφάνων ἀγγέλων κατασειέσθω.

Ἐκ τοῦ ϞϚ' λόγου, ἐν ἐκείνοις τοῖς ῥήμασιν· *Ἔτι πολλὰ ἔχω λέγειν ὑμῖν, ἀλλ' οὐ δύνασθε βαστάζειν ἄρτι. Καὶ μετ' ὀλίγα·*

Γινώσκειν ἴσως ἐπιθυμεῖτε, ἅπερ οἱ ἀπόστολοι τότε βαστάζειν οὐχ οἷοί τε ἦσαν. Ἀλλὰ τίς ἂν ἡμῶν τολμήσειε τούτων χωρητικὸν ἑαυτὸν ἤδη λέγειν, ἅπερ ἐκεῖνοι τότε γινώσκειν οὐκ ἴσχυον; Ὅθεν οὐδὲ παρ' ἐμοῦ ταῦτ' ἀναμένειν μαθησομένους προσήκει, ἅπερ ἴσως οὐδὲ παρ' ἄλλου λεγόμενα δυνατός εἰμι δέξασθαι. Ἀλλ' οὐδ' ὑμεῖς δύναισθ' ἂν ταῦτα βαστάζειν, εἰ κἀγὼ τοσοῦτος ἦν, εἰ παρ' ἐμοῦ τὰ τὴν διάνοιαν ὑπερβαίνοντα τὴν ὑμετέραν ἠκούετε. **C** Δυνατὸν μὲν οὖν ἐν ὑμῖν εἶναί τινας ἱκανοὺς μᾶλλον τῶν ἄλλων πρὸς ὑποδοχὴν, εἰ καὶ μὴ πάντων ἐκείνων, περὶ ὧν ἔλεγεν ὁ διδάσκαλος καὶ Θεὸς, « Ἔτι πολλὰ ἔχω λέγειν ὑμῖν, » ὅμως τινῶν ἐξ ἐκείνων. Ἀλλὰ τίνα ἂν εἶεν ἐκεῖνα περὶ ὧν ἐκεῖνος οὐκ ἔφησεν, αὔθαδες τολμᾷν λέγειν ἐπιχειρεῖν. Καὶ γὰρ καὶ πρὸς τὸν ὑπὲρ Χριστοῦ θάνατον οὔπω ἦσαν οἱ ἀπόστολοι ἱκανοὶ, οἷς ἔλεγεν, « Οὐ δύνασθέ μοι νῦν ἀκολουθῆσαι. » Καὶ ὅ γε πρῶτος αὐτῶν Πέτρος, ὃς ἱκανῶς ᾤετο πρὸς τοῦτο παρεσκευάσθαι, ἑτέρου πεπείραται ἅπερ ᾤετο. Ἀλλ' ὅμως ὕστερον καὶ ἄνδρες, καὶ γυναῖκες, καὶ παῖδες, καὶ μείρακες, καὶ παρθένοι, καὶ νέοι καὶ πρεσβύτεροι μετὰ νεωτέρων, ἀναρίθμητοι δῆμοι ὑπὲρ αὐτοῦ μαρτυροῦντες ἐστεφανοῦντο· καὶ **D** μετὰ ταῦτα εὑρέθησαν δυνάμενα βαστάζειν τὰ πρόβατα, ἅπερ ὅτε ταῦτ' ἔλεγεν ὁ Σωτὴρ βαστάζειν οἱ ποιμένες οὐχ οἷοί τε ἦσαν. Ἆρα τοίνυν ἐχρῆν τοῖς προβάτοις ἐκείνοις ῥηθῆναι, ἐπηρτημένου τοῦ πειρασμοῦ ἐν ᾧπερ ἔδει μέχρι θανάτου πρὸς τὴν ἁμαρτίαν ὑπὲρ τῆς ἀληθείας ἀντικαθίστασθαι καὶ ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ Χριστοῦ, καὶ τῆς ἐκείνου διδασκαλίας τὸ αἷμα προΐεσθαι; ἆρα τοίνυν, ὅπερ ἔφην, ἐχρῆν ἐκείνοις εἰρῆσθαι, Τίς ὑμῶν πρὸς τὸ μαρτύριον ἱκανὸν ἑαυτὸν λέγειν τολμήσειε, πρὸς ὃ πρότερον ὁ Πέτρος οὐκ ἤρκει, ὅτε στόμα πρὸς στόμα αὐτὸν ὁ Κύριος ἤλειφεν; Οὐδαμῶς. Οὕτω τοίνυν καὶ νῦν εἴποι τις ἂν, μὴ δεῖν τοῖς τῶν Χριστιανῶν λέγεσθαι δήμοις ἐπιθυμοῦσιν ἀκοῦσαι, τίνα ἦν περὶ ὧν ὁ Κύριος ἔλεγε τότε, « Πολλὰ ἔχω λέγειν ὑμῖν,

veritatis, docebit vos omnem veritatem, » sic utique A demonstrans illos ideo quæ habebat dicere, portare non posse: quia nondum ad eos venerat Spiritus sanctus. Ecce concedamus ut ita sit, multos ea modo portare posse, jam misso Spiritu sancto, quæ tunc eo nondum misso, non poterant portare discipuli: nunquid ideo scimus, quæ sint quæ dicere noluit, quæ tunc sciremus si ab eo dicta legeremus, vel audissemus? Aliud est enim scire, utrum a nobis, vel a vobis portari possint, aliud scire quænam essent, sive portari possint, sive non possint. Quæ cum ipse tacuerit, quis nostrum dicat, Ista, vel illa sunt? Aut si dicere audeat, unde probat? Quis enim est tam vanus aut temerarius, qui cum dixerit aliquis etiam vera quibus voluerit, quæ voluerit, sine ullo testimonio divino affirmet ea esse, quæ tunc dicere noluit? Quis hoc nostrum faciat, et non maximam culpam temeritatis incurrat, in quo nec prophetica, nec apostolica excellit auctoritas? Non profecto si eorum aliquid legissemus in libris canonica auctoritate firmatis, qui post Ascensionem Domini scripti sunt, parum fuerit hoc legisse: nisi illic id etiam legeretur, hoc ex eis esse, quæ tunc Dominus noluit discipulis dicere, quia non poterant illa portare.

Et post nonnulla:

Quapropter, charissimi, non a nobis exspectetis audire, quæ tunc noluit Dominus discipulis dicere, quia nondum poterant illa portare: sed potius in charitate proficite, quæ diffunditur in cordibus vestris per Spiritum sanctum, qui datus est vobis, ut spiritu ferventes, et spiritualia diligentes, spiritalem lucem spiritalemque vocem, quam carnales et animales homines ferre non possunt, non aliquo signo corporalibus oculis apparente, nec aliquo sono corporalibus auribus instrepente, sed interiore conspectu et auditu nosse possitis. Non enim diligitur quod penitus ignoratur, sed cum diligitur, quod ex quantulacunque parte cognoscitur, ipsa efficitur dilectione, B ut melius et plenius cognoscatur. Si ergo in charitate proficiatis, quam diffundit in cordibus Spiritus sanctus, «Docebit vos omnem veritatem;» vel, sicut alii codices habent, «Deducet vos in omni veritate.» Unde dictum est: «Deduc me, Domine, in via tua, et ambulabo in veritate tua.» Sic fiet, ut non a doctoribus exterioribus illa discatis, quæ noluit Dominus tunc dicere, sed sitis omnes docibiles Deo: ut ea ipsa, quæ per lectiones atque sermones extrinsecus adhibitos didicistis, et credidistis de natura Dei non corporea, nec loco aliquo inclu-

ἀλλ' οὐ δύνασθε βαστάζειν ἄρτι· » Εἰ ταῦτα οἱ ἀπόστολοι τότε βαστάζειν οὐκ ἴσχυον, πολλῷ τοῦθ' ἧττον ὑμεῖς δύνασθε· ἐπεὶ τυχὸν οὕτω πολλοὶ δύνανται νῦν ακούειν, ἅπερ ὁ Πέτρος τότε οὐκ ἴσχυεν, ὥσπερ πολ- C λοὶ δύνανται νῦν μαρτυρίῳ στεφανωθῆναι, ὅπερ τότε ὁ Πέτρος οὐκ ἴσχυε, μάλιστα καὶ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου πεμφθέντος νῦν, ὅπερ οὔπω τότε ἀπεσταλμένον ἦν, περὶ οὗ συνάπτων ἐφεξῆς λέγει· « Ὅταν δὲ ἔλθῃ ἐκεῖνος, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, διδάξει ὑμᾶς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν· » ἐντεῦθεν δηλαδὴ δεικνὺς διὰ τοῦτο ἐκείνους μὴ δυναμένους βαστάζειν τὰ παρ' ἐκείνου ῥηθησόμενα, ὅτι μὴ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον παρεγένετο. Πλὴν ἀλλὰ καὶ συγχωρηθέντος πολλοὺς εἶναι τοὺς νῦν δυναμένους βαστάζειν, πεμφθέντος τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἃ τότε μήπω πεμφθέντος οἱ ἀπόστολοι βαστάζειν οὐχ οἷοί τε ἦσαν, μὴ παρὰ τοῦτο ἴσμεν, τίνα ἂν εἴη, ἅπερ τότε εἰπεῖν οὐ βεβούληται, ἃ τότε ἴσως ἔγνωμεν ἄν, D εἰ παρ' ἐκείνου ῥηθέντα ἢ ἠκούομεν ἢ ἀνεγινώσκομεν; Ἕτερον γάρ ἐστιν εἰδέναι πότερον παρ' ὑμῶν, ἢ παρ' ἡμῶν ἐκεῖνα δυνατὸν βασταχθῆναι, ἕτερον εἰδέναι τίνα ἦσαν, εἴτε δυνατὰ βαστάζεσθαι εἴτε μή. Ἅπερ ἐπείπερ ἐκεῖνος ἐσίγησε, τίς ὑμῶν ἐρεῖ ἐκεῖνα εἶναι ἢ ταῦτα; εἰ δὲ καὶ λέγειν τολμήσειε, πῶς τοῦτ' ἀποδείξει; Τίς γὰρ οὕτω μάταιος, ἢ αὐθάδης, ὃς καὶ τυχὸν εἰπόντος τινὸς ἅπερ βεβούληται, καὶ οἷς βεβούληται, διισχυρίσαιτο ταῦτ' εἶναι ἅπερ ὁ Κύριος τότε παρῃτήσατο λέγειν, ἄνευ θείας τινὸς μαρτυρίας; Τίς ἡμῶν τοῦτο ποιήσας, οὐ μεγίστῳ περιπεσεῖσαι αὐθαδείας ἐγκλήματι, οὕτως εὐκόλως συντιθέμενος, μήτε προφητικῆς, μήτε ἀποστολικῆς αὐθεντίας ἡγουμένης τῶν λόγων; Πάντως γὰρ εἰ καί τι τούτων ἐτύχομεν ἀναγνόντες ἐν τοῖς κανονικοῖς καὶ ἀξιώματι βεβαιωθεῖσι βιβλίοις, καὶ μετὰ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνάβασιν τοῦ Χριστοῦ γραφεῖσιν, οὐκ ἂν ἤρκεσε τοῦτ' ἀναγνῶναι, εἰ μὴ καὶ τοῦτ' αὐτόθι C πρὸς τοῖς μαθηταῖς εἰπεῖν οὐκ ἠθέλησεν, ὅτι μηδὲ ἠδύναντο βαστάζειν ἐκεῖνα.

Καὶ μεθ' ἕτερα·

Ὅθεν, ἀγαπητοί, μὴ παρ' ἡμῶν ἀναμένητε ταῦτ' ἀκοῦσαι, ἅπερ ὁ Κύριος τότε τοῖς μαθηταῖς εἰπεῖν παρῃτήσατο, ἀλλὰ μᾶλλον ἐν τῇ ἀγάπῃ προκόπτετε, τῇ διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος τοῦ δοθέντος ἡμῖν ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν χεομένῃ, ἵνα τῷ πνεύματι ζέοντες, καὶ τῶν πνευματικῶν ἐρῶντες, πνευματικῆς ὄψεως καὶ πνευματικῆς διδασκαλίας, δυνηθῆτε γνῶναι τὰ παρὰ τῶν ψυχικῶν ἀνθρώπων βαστάζεσθαι μὴ δυνάμενα, οὐ σημείοις ἔξωθεν τοῖς σωματικοῖς ὀφθαλμοῖς φαινόμενα, οὐδέ τισιν ἤχοις τοῖς σωματικοῖς ὠσὶν ἐνηχούμενα, ἀλλὰ τῇ ἔνδον D ὄψει καὶ ἀκοῇ. Οὐ γὰρ ἂν φιληθείη τὸ παντελῶς ἀγνοούμενον, ἀλλ' ὅταν ἀμηγέπη γινώσκηται τὸ φιλούμενον, αὐτῇ τῇ ἀγάπῃ συμβαίνει καὶ πλέον ἐκεῖνο καὶ βέλτιον γινώσκεσθαι. Ἂν τοίνυν, ὅπερ ἔφην, ἐν τῇ ἀγάπῃ προκόπτητε, ἣν ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν ἐκχεῖ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, αὐτὸ διδάξει ὑμᾶς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν. Ἢ καθὼς ἐν ἄλλοις βιβλίοις εὑρίσκεται: « ὁδηγήσει ὑμᾶς εἰς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν. » Ὅθεν εἴρηται· « Ὁδήγησόν με, Κύριε, ἐν τῇ ὁδῷ σου, καὶ πορεύσομαι ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου. » Καὶ οὕτως ὑμῖν συμβήσεται οὐ παρὰ τῶν ἔξωθεν διδασκάλων ὑμᾶς ἐκεῖνα μαθεῖν, ἅπερ ὁ Κύριος εἰπεῖν οὐκ ἠθέλησεν, ἀλλὰ γενέσθαι διδακτοὺς τοῦ Θεοῦ, ἵν' ἅπερ δι' ἀναγνώσεως καὶ λόγων ἔξωθεν προσενεχθέντων ἐμάθετε, καὶ πεπιστεύκατε περὶ τῆς ἀσωμάτου φύσεως τοῦ Θεοῦ, καὶ μηδενὶ τόπῳ

sa, nec per finita spatia locorum, quasi mole distenta, sed ubique tota, et perfecta, et infinita sine nitoribus colorum, sine figuris lineamentorum, sine notis litterarum, sine serie syllabarum, ipsa mente conspicere ac perspicere valeatis. Ecce dixi aliquid, quod forte inde sit, et tamen accepistis, et non solum ferre potuistis, verum etiam libenter audistis. Sed ille Magister interior, qui cum adhuc discipulis exterius loqueretur, ait : « Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo, » si vellet nobis id quod de incorporea Dei natura dixi, intrinsecus ita dicere, sicut sanctis angelis dicit, qui semper vident faciem Patris, nondum ea portare possemus. Proinde quod ait : « Docebit vos omnem veritatem ; » vel : « Deducet vos in omni veritate, » non arbitror in hac vita in cujusquam mente posse compleri. Quis enim vivens in hoc corpore, quod corrumpitur, et aggravat animam, possit omnem cognoscere veritatem, cum dicat Apostolus : « Ex parte scimus? » Sed quia per Spiritum sanctum fit, unde nunc pignus accepimus, ut ad ipsam quoque plenitudinem veniamus, de qua idem dicit Apostolus : « Tunc autem facie ad faciem : » et : « Nunc scio ex parte, tunc autem cognoscam, sicut et cognitus sum ; » non quod in hac vita, sed totum, quod usque ad illam perfectionem futurum est, quam nobis Dominus promisit, A per charitatem Spiritus, dicens : « Docebit vos omnem veritatem, » vel : « Deducet vos in omni veritate. » Quæ cum ita sint, dilectissimi, moneo vos in charitate Christi, ut seductores caveatis impuros, et obscenæ turpitudinis sectas, de quibus ait Apostolus : « Quæ autem occulte fiunt ab istis, turpe est et dicere ; » ne cum horrendas immunditias docere cœperint, quas humanæ aures qualescunque sint portare non possunt, dicant ipsa esse, quæ Dominus ait : « Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo, » et per Spiritum sanctum asserant fieri, ut possint illa immunda et nefanda portari. Alia sunt mala, quæ portare non potest qualiscunque pudor humanus, et alia sunt bona, quæ portare non potest parvus sensus humanus. B Ista fiunt corporibus impudicis, illa remota sunt a corporibus universis, hoc impura carne committitur, illud pura mente vix cernitur. Renovamini ergo Spiritu mentis vestræ, et intelligite, quæ sit voluntas Dei, quod bonum, et beneplacitum, et perfectum est, ut in charitate radicati et fundati possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit longitudo, latitudo, altitudo, et profundum, cognoscere etiam supereminentem scientiæ charitatem Christi, ut impleamini in omnem plenitudinem Dei. Isto enim modo vos docebit Spiritus sanctus omnem veritatem, cum magis magisque diffundet in cordibus vestris charitatem.

περιεχομένης, μήτ' ἀπείροις διαστήμασι τόπων, ὥσπερ τι μέγεθος διατεταμένης, ἀλλὰ πανταχοῦ ὅλης, τελείας καὶ ἀπείρου, ἄνευ χρωμάτων αὐγῆς, ἄνευ σχημάτων γραμμικῶν, ἄνευ σημείων γραμμάτων, ἄνευ ὑφῆς συλλαβῶν, αὐτῇ τῇ διανοίᾳ κατοπτεύειν καὶ νοεῖν δυνηθῆτε. Ἰδοὺ εἶπον ὑμῖν τι, ἴσως ἐκεῖθεν ὄν, καὶ ὅμως τοῦτο δεξάμενοι, οὐ μόνον βαστάζειν δεδύνησθε, ἀλλὰ καὶ ἡδέως ἠκούσατε. Ἀλλ' εἴπερ ὁ ἔνδον ἐκεῖνος διδάσκαλος, ὃς τοῖς μαθηταῖς ἔξωθεν ἔτι διαλεγόμενος, « Πολλὰ, εἶπεν, ἔχω λέγειν ὑμῖν, ἀλλ' οὐ δύνασθε βαστάζειν ἄρτι, » ἠθέλησεν ὑμῖν ἔνδοθεν οὕτω διαλεχθῆναι, περὶ ἧς εἶπον ἀσωμάτου φύσεως τοῦ Θεοῦ, ὥσπερ τοῖς ἁγίοις ἀγγέλοις φησὶν, οἳ διὰ παντὸς βλέπουσι τὸ πρόσωπον τοῦ Πατρὸς, οὐκ ἂν ἠδυνήθημεν τὴν διδασκαλίαν βαστάσαι. Ὅθεν ὅ φησι, « Διδάξει ὑμᾶς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν, » ἢ, « Ὁδηγήσει ὑμᾶς εἰς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν, » ἥκιστα νομίζω κατὰ τὸν παρόντα βίον ἐν διανοίᾳ τινὸς δύνασθαι πληρωθῆναι. Τίς γὰρ ἐν τῷ φθαρτῷ τούτῳ σώματι ζῶν, καὶ βαρύνοντι τὴν ψυχὴν, πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν δυνήσεται γνῶναι, τοῦ Ἀποστόλου λέγοντος, « Ἐκ μέρους γινώσκομεν ; » ἀλλὰ τοῦτο εἴρηται, ὅτι διὰ Πνεύματος ἁγίου γίνεται, οὗ νῦν τὸν ἀῤῥαβῶνα λαμβάνομεν, ὡς καὶ ἐπ' αὐτήν ποτε τὴν τελειότητα ἀφικέσθαι, περὶ ἧς ὁ αὐτὸς Ἀπόστολος λέγει· « Τότε δὲ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον· » καὶ, « Νῦν γινώσκω ἐκ μέρους, τότε δὲ ἐπιγνώσομαι καθὼς καὶ ἐπεγνώσθην· » οὐκ ἐν τῇ παρούσῃ τοσοῦτον ζωῇ, ἀλλ' ἐν τῇ μελλούσῃ τελειότητι, ἣν ὁ Κύριος ὑπέσχετο δι' ἀγάπης τοῦ C Πνεύματος, λέγων· « Διδάξει ὑμᾶς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν. » ἢ, « Ὁδηγήσει ὑμᾶς εἰς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν. » Ἅπερ ἐπείπερ οὕτως ἔχει, φίλτατοι, ὑμῖν ἐν τῇ ἀγάπῃ τοῦ Χριστοῦ παραινεῖ τοὺς ἀκαθάρτους ἀπατεῶνας φυλάττεσθαι, καὶ τὰς αἰσχύνης αἱρέσεις, περὶ ὧν φησιν ὁ Ἀπόστολος· « Τὰ γὰρ κρυφῇ ἀπ' αὐτῶν γινόμενα αἰσχρόν ἐστι καὶ λέγειν· » ἵνα μὴ τὰς ἀποτροπαίους ἀκαθαρσίας διδάσκειν ἀρχόμενοι, ἃς ἀνθρώπιναι ἀκοαὶ, οἷαι ἂν ὦσι, βαστάζειν ἀδυνατοῦσι, λέγωσι ταῦτα εἶναι ἐκεῖνα, περὶ ὧν ὁ Κύριος ἔφησε· « Πολλὰ ἔχω λέγειν ὑμῖν, ἀλλ' οὐ δύνασθε βαστάζειν ἄρτι, » καὶ Πνεύματι ἁγίῳ διισχυρίζονται γίνεσθαι, δυνατὸν εἶναι τὸ ἀνόσια ἐκεῖνα βαστάζεσθαι, καὶ ἀκάθαρτα. Εἰσὶ μὲν γάρ τινα κακὰ, ἃ φέρειν ἀδυνατεῖ καὶ ἡ τυχοῦσα τῶν ἀνθρώπων D αἰδώς· εἰσὶ δέ τινα ἀγαθὰ, ἅπερ ἀνθρωπίνη γνῶσις μικρὰ φέρειν οὐ δύναται. Ταῦτα ἐν τοῖς ἀναιδέσι σώμασι γίνονται· ἐκεῖνα πόῤῥω πάντων σωμάτων εἰσί. Ταῦτα ἐν μόνῃ τελεῖται τῇ σαρκί· ἐκεῖνα μόλις ὁρᾶται καὶ καθαρᾷ διανοίᾳ. Ἀνακαινίζεσθε τοίνυν τῷ πνεύματι τοῦ νοὸς ὑμῶν, καὶ κατανοεῖτε τί τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ τὸ ἀγαθὸν καὶ εὐάρεστον καὶ τέλειον· ἵνα ἐν τῇ ἀγάπῃ ἐῤῥιζωμένοι, καὶ τεθεμελιωμένοι, δύνησθε μετὰ πάντων τῶν ἁγίων καταλαβεῖν, τί τὸ μῆκος, καὶ ὕψος, καὶ πλάτος, καὶ βάθος, γνῶναι τί τὸ ὑπερέχον τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ· ἵνα πληρωθῆτε παντὶ πληρώματι τοῦ Θεοῦ· οὕτω γὰρ ὑμᾶς διδάξει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν, ὅταν μᾶλλον καὶ μᾶλλον ἐκχέῃ τὴν ἀγάπην ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν.

Ex Tractatu XCIX, super illis verbis : *Non enim loquetur a semetipso, sed quæcunque audiet loquetur*, de quibus circa medium hæc ait :

Cum igitur Spiritus sanctus nulla susceptione hominis sit homo factus, nulla susceptione angeli sit angelus factus, nulla susceptione cujuscunque creaturæ creatura sit factus, quomodo de illo intelligendum est, quod Dominus ait : « Non enim loquetur a semetipso, sed quæcunque audiet loquetur ? » Ardua quæstio, nimis ardua. Ipse adsit Spiritus, ut saltem, sicut eam cogitare possumus, sic eloqui possimus, ac sic ad intelligentiam vestram pro mei moduli facultate perveniam. Prius itaque nosse debetis, et intelligere quod potestis, credere autem quod intelligere nondum potestis, in ea substantia, quæ Deus est, non quasi per corporis molem B sensus locis propriis distributos, sicut in carne mortali animalium alibi est visus, alibi auditus, alibi gustus, alibi olfactus, per totum autem tactus. Absit hoc credere in illa incorporea immutabilique natura ! Audire ergo ibi et videre, unum est. Dicitur et olfactus in Deo ; unde dicit Apostolus : « Sicut et Christus dilexit nos, et tradidit semetipsum pro nobis oblationem et hostiam Deo in odorem suavitatis. » Et gustus intelligi potest, secundum quem Deus, et odit amaricantes, et nec frigidos, nec calidos, seu tepidos evomit ex

A ore suo ; et Jesus Christus dicit : « Meus cibus est, ut faciam voluntatem ejus qui misit me. » Est etiam tactus ille divinus, unde dicit Sponsa de Sponso : « Sinistra ejus sub capite meo, et dextera illius complectitur me. » Non sunt hæc in Deo per diversa corporis loca. Cum enim dicitur scire, ibi sunt omnia ; et videre, et audire, et olfacere, et gustare, et tangere, sine ulla ejus mutatione substantiæ, sine ulla mole, quæ in alia parte major, in alia minor, etiam in sensibus [*al.* senibus] puerili errore cogitatur, quando Deus sic cogitatur. Nec mireris, quod ineffabilis Dei scientia, qua novit omnia, per varios humanæ locutionis modos omnium istorum corporalium sensuum nominibus nuncupatur : cum et ipsa mens nostra, hoc est homo interior, cui uniformiter scienti per hos quinque, veluti nuntios corporis diversa nuntiantur, quando immutabilem veritatem intelligit, eligit, diligit, et lumen videt, de quo dicitur : « Erat lumen verum ; » et Verbum audit, de quo dicitur : « Post odorem unguentorum tuorum currimus ; » et fontem bibit, de quo dicitur, « Mihi autem adhærere Deo bonum est ; » non aliud, atque aliud, sed una intelligentia tot sensuum nominibus nuncupatur. Cum ergo de Spiritu sancto dicitur : « Non enim loquetur a semetipso, sed quæcunque audiet, loquetur, » multo magis ibi simplex natura, ubi verissime simplex

Ἐκ τοῦ ϞΘʹ λόγου, ἐξηγούμενος ἐκεῖνο τὸ ῥητόν· *Οὐ γὰρ λαλήσει ἀφ' ἑαυτοῦ οὐδὲν, ἀλλ' ὅσα ἂν ἀκούσῃ λαλήσει*, περί που τὰ μέσα τῆς πραγματείας οὕτω φησίν·

C Ἐπεὶ τοίνυν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐδὲ μιᾷ προσλήψει φύσεως ἀνθρωπίνης γέγονεν ἄνθρωπος, οὐδὲ μιᾷ προσλήψει ἀγγέλου γέγονεν ἄγγελος, οὐδὲ μιᾷ προσλήψει κτίσματος γέγονε κτίσμα, πῶς περὶ ἐκείνου τὸ παρὰ τοῦ Κυρίου ῥηθὲν νοηθήσεται· « Οὐ γὰρ λαλήσει ἀφ' ἑαυτοῦ οὐδὲν, ἀλλ' ὅσα ἂν ἀκούσῃ λαλήσει ; » Μέγα τὸ ζήτημα, καὶ πάνυ μέγα. Αὐτὸ παρείη τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἵνα τοὐλάχιστον οὕτως εἰπεῖν αὐτὸ δυνηθῶμεν, ὃν τρόπον λογίσασθαι δεδυνήμεθα, καὶ οὕτω κατὰ τὴν ἐμὴν εὐτελῆ ταύτην δύναμιν ἐπὶ τὴν ὑμετέραν νόησιν δυνηθῆναι διαβιβάσαι. Πρῶτον τοίνυν γινώσκειν ὠφείλετε, καὶ νοεῖν δύνασθε, πιστεύειν δὲ οἱ νοεῖν οὐχ οἷοί τε ὄντες ἐν D τῇ οὐσίᾳ ἐκείνῃ, ἥτις ἐστὶν ὁ Θεὸς, οὐχ ὥσπερ ἐν μεγέθει σώματος αἰσθήσεις ἰδίοις τόποις διανεμημένας, ὥσπερ ἐν τοῖς τῶν ζώων σώμασιν ἀλλαχοῦ μὲν ἔστιν ὄψις, ἀλλαχοῦ δὲ ἀκοὴ, ὡσαύτως δὲ καὶ γεῦσις καὶ ὄσφρησις, πανταχοῦ δὲ ἁφή. Μὴ γένοιτο τοῦτο πιστεῦσαι τινὰ περὶ τὴν ἀσώματον φύσιν ἐκείνην καὶ ἀμετάβλητον. Ἐκεῖ τοίνυν τὸ ὁρᾷν καὶ ἀκούειν ἕν ἐστι καὶ ταυτόν. Λέγεται καὶ ὄσφρησις ἐπὶ Θεοῦ, ὥς φησιν ὁ Ἀπόστολος, « Ὥσπερ καὶ ὁ Χριστὸς ἠγάπησεν ἡμᾶς, καὶ παρέδωκεν ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν προσφορὰν καὶ θυσίαν τῷ Θεῷ εἰς ὀσμὴν εὐωδίας. » Ἀλλὰ καὶ γεῦσιν ἐκεῖ νοεῖν δυνατὸν, καθ' ἣν ὁ Θεὸς μισεῖ τοὺς παραπικραίνοντας, καὶ τοὺς μήτε ψυχροὺς, μήτε θερμοὺς, ἀλλὰ χλιαροὺς ἐξεμεῖ τοῦ στόματος αὐτοῦ. Καὶ ὁ Σωτὴρ φησιν, « Ἐμὸν βρῶμά ἐστιν, ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με. » Ἔστι καὶ ἁφὴ θεία, ὅθεν ἡ νύμφη περὶ τοῦ νυμφίου φησίν· « Ἡ ἀριστερὰ αὐτοῦ ὑπὲρ τὴν κεφαλήν μου, καὶ τῇ δεξιᾷ περιλαμβάνει με. » Ἀλλ' αὐτὰ πάντα οὐκ εἰσὶν ἐν τῷ Θεῷ ἐν διαφόροις τοῦ σώματος χώραις. Ὅταν γὰρ λέγηται γινώσκειν αὐτὸν, ἐκεῖ πάντα ταῦτά εἰσι, καὶ τὸ ὁρᾷν, καὶ τὸ ἀκούειν, καὶ ὀσφραίνεσθαι, καὶ γεύεσθαι, καὶ ἅπτεσθαι ἄνευ τινὸς μεταβολῆς τῆς οὐσίας ἐκείνης, ἄνευ μεγέθους, ὅπερ ἄλλοθι μὲν μεῖζον, ἄλλοθι δὲ ἔλαττον, κἂν ταῖς αἰσθήσεσι [*ἐν ἄλλῳ*, κἂν τοῖς γέρουσι] παιδικῇ διανοίᾳ νοῆται, ὅταν οὕτω λογίζηται περὶ Θεοῦ. Μὴ θαυμάσῃς δὲ εἰ διαφόροις τρόποις ἀνθρωπίνης φωνῆς ἡ ἄῤῥητος τοῦ Θεοῦ ἐπιστήμη, ᾗ πάντα οἶδε, πᾶσι τοῖς τῶν ἀνθρώπων αἰσθήσεων τρόποις κατονομάζεται, ἐπεὶ καὶ αὐτὴ ἡ ἡμετέρα διάνοια, ὁ ἐντὸς ἄνθρωπος δηλονότι, ᾧτινι μονοειδῶς ἐπισταμένῳ διὰ τῶν πέντε τούτων αἰσθήσεων, ὥσπερ διά τινων ἀγγέλων σωματικῶν, πάντα σημαίνεται, τοσούταις αἰσθήσεων ὀνόμασιν ὀνομάζεται· οὐκ ἄλλῳ καὶ ἄλλῳ, ἀλλὰ μιᾷ νοήσει, ὅταν τὴν ἀμετάβλητον ἀλήθειαν ἐκείνην ὁρᾷ, αἱρῆται, ἀγαπᾷ, ὁρᾷ τὸ φῶς, περὶ οὗ λέγεται, « Ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, » καὶ ἀκούῃ τὸν λόγον, περὶ οὗ εἴρηται, « Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, » καὶ δέχηται τὴν ὀσμὴν, περὶ ἧς εἴρηται, « Ὀπίσω τῆς ὀσμῆς τῶν μύρων σου δραμούμεθα· » πίνῃ τῆς πηγῆς, περὶ ἧς γέγραπται, « Παρὰ σοὶ πηγὴ ζωῆς· » ἀπολαύῃ τῆς ἁφῆς, περὶ ἧς λέγεται, « Ἐμοὶ δὲ τὸ προσκολλᾶσθαι τῷ Κυρίῳ ἀγαθόν ἐστιν. » Ὅταν τοίνυν περὶ τοῦ

est, et intelligenda est, vel credenda, quæ longe lateque naturam nostræ mentis excedit. Mutabilis quippe est mens nostra, quæ percipit discendo quod nesciebat, et amittit dediscendo, quod sciebat : et veri similitudine fallitur, ut pro vero approbet falsum, et obscuritate sua, quasi quibusdam tenebris impeditur, ne perveniat ad verum : et ideo non est ista substantia verissime simplex, cui non hoc est esse quod est nosse ; potest enim esse, nec nosse. At illa divina non potest, quia id, quod habet est. Ac pro hoc non sic habet scientiam, ut aliud illi sit scientia, qua scit, aliud essentia, qua est ; sed utrumque unum est. Nec utrumque dicendum est, quod simpliciter unum est, sicut habet Pater vitam in semetipso, nec aliud est ipse quam vita, quæ in ipso est ; et dedit Filio habere vitam in semetipso, hoc est, genuit Filium, qui et ipse vita esset ; sic itaque debemus accipere, quod de Spiritu sancto dictum est : « Non enim loquetur a semetipso, sed quæcunque audiet loquetur, » ut intelligamus non eum esse a semetipso; Pater quippe solus de alio non est. Nam et Filius de Patre natus est ; et Spiritus de Patre procedit. Pater autem nec natus est de alio, nec procedit. Nec ideo sane aliqua disparilitas in summa illa Trinitate cogitationi occurrat humanæ ; nam, et Filius ei de quo natus est, et Spiritus sanctus ei de quo procedit, æqualis est. Quid autem

A illic intersit inter procedere et nasci, et longum est quærendo disserere, et temerarium, cum dissserueris, definire : quia hoc, et menti uteunque comprehendere, et si quid forte mens inde comprehenderit, linguæ difficillimum est explicare, quantuslibet præsit doctor, quantuslibet adsit auditor. Non ergo loquetur a semetipso, quia non est a semetipso, sed quæcunque audiet loquetur. Ab illo audiet a quo procedit. Audire illi scire est, scire vero esse, sicut superius disputatum est. Quia ergo non est a semetipso, sed ab illo a quo procedit, a quo illi est essentia, ab illo scientia, ab illo igitur audientia, quod nihil est aliud, quam scientia. Nec moveat, quod verbum futuri temporis positum est. Non enim dictum est, Quæcunque audivit, aut Quæcunque audit, sed : Quæcun-
B que audiet loquetur ; illa quippe audientia sempiternum est, quia sempiterna scientia. In eo autem quod sempiternum est, sine initio, et sine fine, cujuslibet temporis verbum ponatur, sive præteriti, sive præsentis, sive futuri, non mendaciter ponitur. Quamvis enim natura illa immutabilis, et ineffabilis, non recipiat fuit, et erit, sed tantum est, ipsa enim veracior est, quia mutari non potest, et ideo illi tantum convenerat dicere : « Ego sum, qui sum : » et : « Dices filiis Israel : Qui est, misit me ad vos ; » tamen propter mutabilitatem temporum, in quibus versatur nostra mortalitas, et nostra mutabilitas,

Πνεύματος τοῦ ἁγίου λέγηται, « Οὐ γὰρ λαλήσει ἀφ' ἑαυτοῦ, ἀλλ' ὅσα ἂν ἀκούσῃ λαλήσει, » πολλῷ μᾶλλον ἐκεῖ δεῖ νοεῖν ἁπλῆν φύσιν, ὅπου ἀληθέστατα ἁπλῆν ἢ νοεῖν ἢ πιστεύειν χρὴ, ἐπ' ἄπειρον μῆκος καὶ πλάτος τὴν τῆς ἡμετέρας διανοίας ὑπερβαίνουσαν φύσιν. Μεταβλητὴ γάρ ἐστιν ἡ ἡμετέρα διάνοια, ἐπεὶ μανθάνουσα δέχεται ὃ ἠγνόει, καὶ ἀπομανθάνουσα ἀπώλεσεν ὃ ἠπίστατο, καὶ τοῦ ἀληθοῦς ὁμοιότητι σφάλλεται· ὡς ἀντὶ τῶν ἀληθῶν τοῖς ψεύδεσι συντίθεται, καὶ τῇ ἑαυτῆς ἀμαυρότητι, ὥσπερ τινὶ σκότει πρὸς τὸ ἀληθὲς ἀφικέσθαι κωλυομένη. Ὅθεν ἀληθέστατα οὐκ ἔστιν ἁπλῆ οὐσία ἐκείνη, ᾗ μὴ ἔστιν ὅπερ τὸ εἶναι τοῦτο καὶ τὸ γινώσκειν. Δύναται γὰρ εἶναι καὶ μὴ νοεῖν. Τὴν δὲ θείαν ἐκείνην ἀδύνατον οὕτως εἶναι· ὃ γὰρ ἔχει, τοῦτο καὶ ἔστι. Κἀντεῦθεν οὐχ οὕτως ἔχει τὴν ἐπιστήμην, ὥσθ' ἕτερον ἐκείνῃ τὴν ἐπιστήμην, ᾗ ἐπίστασθαι εἶναι, καὶ ἕτερον τὴν οὐσίαν ᾗ ἐστιν. Ἀλλ' ἑκάτερον ἐκεῖ ἕν, μᾶλλον δὲ οὐδ' ἑκάτερον αὐτόθι λέγεσθαι δεῖ, ἔνθα ἁπλῶς ἕν ἐστιν· ὥσπερ τοίνυν ὁ Πατὴρ ἔχει ζωὴν ἐν ἑαυτῷ, καὶ οὐχ ἕτερόν ἐστιν αὐτὸς ἢ ἡ ἐν αὐτῷ οὖσα ζωὴ, οὕτως ἔδωκε καὶ τῷ Υἱῷ ζωὴν ἔχειν ἐν ἑαυτῷ, τουτέστι γεγέννηκεν Υἱὸν καὶ αὐτὸν ὄντα ζωήν. Οὕτω τοίνυν ὀφείλομεν λαμβάνειν καὶ τὸ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος εἰρημένον· « Οὐ γὰρ λαλήσει ἀφ' ἑαυτοῦ οὐδὲν, ἀλλ' ὅσα ἂν ἀκούσῃ λαλήσει, » ἵν' ἐκεῖνο νοῶμεν, μὴ ἀφ' ἑαυτοῦ εἶναι. Ὁ μὲν γὰρ Πατὴρ μόνος οὐκ ἔστι παρ' ἄλλου· καὶ γὰρ καὶ ὁ Υἱὸς ἐκ τοῦ Πατρὸς γεγέννηται, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται. Ὁ δὲ Πατὴρ οὔτ' ἄλλων ἔσχε γεννήτορα, οὔτ' ἐκπορεύεται παρ' ἑτέρου. Οὐ μὴν διὰ τοῦτό τις ἀνισότης ἐν τῇ ἄκρᾳ ἐκείνῃ
C Τριάδι τοῖσδε ἀνθρωπίνοις λογισμοῖς συναντάτω· καὶ γὰρ καὶ ὁ Υἱὸς τῷ ἐξ οὗ γεγέννηται, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τῷ παρ' οὗ ἐκπορεύεται, ἴσοι εἰσί. Τί δὲ ἐκεῖ διαφέρει τὸ γεννᾶσθαι καὶ ἐκπορεύεσθαι καὶ μακρόν ἐστι ζητοῦντα σαφηνίζειν, καὶ προπετὲς διορίζεσθαι. Τοῦτο γὰρ καὶ τῇ διανοίᾳ καταλαβεῖν ἀμηγέπη, καὶ εἴ τί ποτ' ἴσως ἡ διάνοια ἔγνω, δυσχερέστατον ἀνελίττειν τῇ γλώττῃ, κἂν ἐφθονοῦν τῆς περὶ ταῦτα τριβῆς ἢ ὁ διδάσκαλος προῆλθεν, ἢ ὁ ἀκροατὴς ἕπηται. Οὐ τοίνυν ἀφ' ἑαυτοῦ λαλεῖ, ὅτι ἀφ' ἑαυτοῦ οὐκ ἔστιν, ἀλλ' ὅσα ἂν ἀκούσῃ, λαλήσει. Παρ' ἐκείνου ἀκούσει παρ' οὗ ἐκπορεύεται. Ἀκούειν ἐκείνῳ τὸ γινώσκειν ἐστί. Γινώσκειν δὲ τὸ εἶναι, ὥσπερ ἀνωτέρω διειλέγμεθα. Ἐπεὶ τοίνυν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐκ ἔστιν ἀφ' ἑαυτοῦ,
D ἀλλ' ἀπ' ἐκείνου παρ' οὗ ἐκπορεύεται, παρ' οὗ ἐστιν ἐκείνῳ ἡ ὕπαρξις, παρ' ἐκείνου καὶ ἡ γνῶσις, παρ' ἐκείνου τοίνυν καὶ ἡ ἀκρόασις, ἥτις οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν ἢ ἡ γνῶσις. Μὴ ταραττέτω δὲ ὑμᾶς, ὅτιπερ ἐνταῦθα κεῖται ῥῆμα μέλλοντος χρόνου. Οὐ γὰρ εἴρηται, Ὅσα ἤκουσεν, ἢ, Ὅσα ἀκούει, ἀλλ', Ὅσα ἂν ἀκούσῃ, λαλήσει. Ἐκείνη γὰρ ἡ ἀκρόασις αἰωνία ἐστὶν, ἐπεὶ καὶ ἡ γνῶσις αἰωνία. Ἐν δὲ τῷ ἄνευ ἀρχῆς καὶ τέλους αἰωνίῳ ὅπερ ἂν ῥῆμα χρόνου ῥηθείη, εἴτε παρῳχημένου, εἴτε ἐνεστῶτος, εἴτε καὶ μέλλοντος, οὐ ψευδῶς τοῦτο εἰρήσεται. Εἰ γὰρ ἡ ἀμετάβλητος καὶ ἄῤῥητος ἐκείνη φύσις οὐ δέχεται τὸ ἦν, καὶ τὸ ἔσται, ἀλλὰ μόνον τὸ ἐστὶν, αὕτη γὰρ ἀληθῶς ἐστὶν, ὅτι ἀμετάβλητός ἐστιν, καὶ διὰ τοῦτο ἐκείνῃ λέγειν ἁρμόζει, « Ἐγώ εἰμι ὁ ὤν, » καὶ,

non mendaciter dicimus, et fuit, et erit, et est; fuit in præteritis sæculis, est in præsentibus, erit in futuris; fuit, quia nunquam defuit; erit, quia nunquam deerit; est, quia semper est. Neque enim velut qui jam non sit cum præteritis occidit, aut cum præsentibus, velut qui non maneat, labitur, aut cum futuris, velut qui non fuerat, orietur. Proinde cum secundum volumina temporum locutio humana variatur, qui per nulla deesse potuit, aut potest, aut poterit tempora, vera de illo dicantur cujuslibet temporis verba. Semper itaque audit Spiritus sanctus, quia semper scit. Ergo et scivit, et scit, et sciet. Ac per hoc et audivit, et audit, et audiet; quia sicut jam diximus, hoc est illi audire, quod scire; et scire illi hoc est quod esse. Ab illo igitur audivit, audit, et audiet a quo est: ab illo est, a quo procedit. Hic aliquis fortisan quærat, utrum et a Filio procedat Spiritus sanctus. Filius enim solius Patris est Filius; et Pater solius Filii est Pater: Spiritus autem sanctus non est unius eorum Spiritus, sed amborum. Habes ipsum Dominum dicentem: « Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis. » Habes et Apostolum: « Misit Deus, inquit, Spiritum Filii sui in corda vestra. » Numquid, duo sunt, alius Patris, alius Filii? Absit! « Unum enim corpus, » ait, cum

A significaret Ecclesiam; moxque addidit, « et unus Spiritus. » Et vide quemodo ille impleat Trinitatem: « Sicut vocati estis, inquit, in una spe vocationis vestræ; unus Dominus. » Hic utique Christum intelligi voluit. Restat, ut etiam Patrem nominet. Sequitur ergo: Una fides, unum baptisma, unus Deus, et Pater omnium, qui super omnes, et per omnia et in omnibus nobis. » Cum ergo, sicut unus Pater, et unus Dominus, id est Filius, ita sit et unus Spiritus sanctus, profecto amborum est, sicut ipse Christus Jesus dixit: « Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis. » Et dicit Apostolus: « Misit Deus Spiritum Filii sui in corda nostra. » Habes et alio loco eumdem Apostolum dicentem: « Si autem Spiritus ejus, qui suscitavit Jesum ex mortuis,
B habitat in vobis. » Hic utique Spiritum Patris intelligi voluit. De quo tamen alio loco dicit: « Quisquis autem Spiritum Christi non habet, hic non est ejus. » Et multa alia sunt testimonia, quibus hoc evidenter ostenditur, et Patris, et Filii, ipsum esse Spiritum, qui in Trinitate dicitur Spiritus sanctus. Nec ob aliud existimo ipsum vocari proprie Spiritum, cum etiam si de singulis interrogemur, non possimus nisi Patrem et Filium dicere, quoniam Spiritus est Deus, id est, non corpus est Deus, sed Spiritus. Quod ergo communiter vocantur et singuli, hoc proprie vocari oportuit eum qui non est unus eorum.

« Τάδε ἐρεῖς τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ· Ὁ ὢν ἀπέσταλκέ με πρὸς ὑμᾶς· » ἀλλ' ὅμως διὰ τὴν τῶν χρόνων μεταβολὴν, οὐ ψευδῶς λέγομεν καὶ τὸ ἦν, καὶ ἔστι, καὶ ἔσται, ἐν ᾗ στρέφεται ἡ ἡμετέρα θνητότης καὶ μεταβολή· ἦν ἐν τοῖς παρελθοῦσιν αἰῶσιν, ἔστιν ἐν τοῖς παροῦσιν, ἔσται ἐν τοῖς μέλλουσιν· ἦν, ὅτι μηδέποτ' ἀπῆν· ἔσται, ὅτι μηδέποτ' ἀπέσται· ἔστιν, ὅτι ἀεί ἐστιν. Οὐδὲ γὰρ ὡς ἂν ἤδη μὴ ὢν μετὰ τῶν παρῳχημένων λήγει, ἢ μετὰ τῶν παρόντων, ὡς ἂν μὴ μένων ῥεῖ, ἢ μετὰ τῶν μελλόντων, ὡς ἂν μὴ πρότερον ὢν ἀνίσχει. Ὅθεν ἐπεὶ κατὰ τὰς τῶν χρόνων περιδρομὰς ἡ ἀνθρωπίνη ποικίλλεται διάλεξις, ὁ κατὰ μηδένα χρόνον ἢ δεδυνημένος, ἢ δυνάμενος, ἢ δυνησόμενος ἀπεῖναι, ἀληθῶς ἔχει κατηγορούμενα πάντων τῶν χρόνων τὰ ῥήματα. Ἀεὶ τοίνυν ἀκούει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· ἀεὶ γὰρ οἶδεν. Ὥστε καὶ οἶδε, καὶ ᾔδει, καὶ εἴσεται, καὶ διὰ τοῦτο ἀκήκοε, καὶ ἀκούει, καὶ ἀκούσεται· ἐπεὶ, καθὼς ἔφημεν ἤδη, τοῦτ' ἐστὶν ἐκείνῳ τὸ ἀκούειν ὅπερ τὸ εἰδέναι, καὶ τὸ εἰδέναι ὅπερ τὸ εἶναι; Παρ' ἐκείνου τοίνυν ἀκήκοεν, ἀκούει, καὶ ἀκούσεται παρ' οὗ ἐστι· παρ' ἐκείνου ἐστὶ παρ' οὗ ἐκπορεύεται. Ἐνταῦθα τοίνυν ἴσως ζητεῖ τις, Πότερον καὶ παρὰ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον; Ὁ γὰρ Υἱὸς μόνου τοῦ Πατρός ἐστιν Υἱὸς, καὶ ὁ Πατὴρ μόνου τοῦ Υἱοῦ Πατήρ ἐστι· τὸ δὲ Πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐ θατέρου τούτων μόνον ἐστὶ Πνεῦμα, ἀλλ' ἀμφοτέρων. Ἔχεις αὐτὸν τὸν Κύριον λέγοντα· « Οὐ γὰρ ὑμεῖς ἐστε οἱ λαλοῦντες, ἀλλὰ τὸ Πνεῦμα τοῦ Πατρὸς ὑμῶν τὸ λαλοῦν ἐν ὑμῖν. » Ἔχεις καὶ τὸν Ἀπόστολον, « Ἀπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ

αὐτοῦ εἰς τὰς καρδίας ὑμῶν. » Ἀλλ' ἄρα μὴ δύο
C εἰσὶν, ἕτερον τὸ τοῦ Πατρὸς Πνεῦμα, καὶ ἕτερον τὸ τοῦ Υἱοῦ; Μὴ γένοιτο! « Ἓν γὰρ εἰπὼν σῶμα, » ὅτε τὴν Ἐκκλησίαν ἐδήλου, εὐθὺς προστίθησι, « Καὶ ἓν Πνεῦμα. » Καὶ θεάσασθε πῶς ἐκεῖ συμπληροῖ τὴν Τριάδα. « Ὥσπερ ἐκλήθητε, φησὶν, ἐν μιᾷ ἐλπίδι τῆς κλήσεως ὑμῶν, εἷς Κύριος. » Ἐνταῦθα σαφῶς τὸν Χριστὸν νοεῖσθαι ἠθέλησε. Λείπεται λοιπὸν ὀνομάσαι καὶ τὸν Πατέρα. Ἐπάγει τοίνυν, « Μία πίστις, ἓν βάπτισμα, εἷς Θεὸς καὶ Πατὴρ πάντων, ὁ ἐπὶ πάντων καὶ ἐν πᾶσιν. » Ἐπεὶ τοίνυν ὥσπερ εἷς Πατὴρ, καὶ εἷς Κύριος, τουτέστιν Υἱὸς, οὕτω εἴη καὶ ἓν Πνεῦμα ἅγιον, ἀναμφιβόλως ἀμφοτέρων ἐστίν· ὥσπερ ὅταν αὐτὸς μὲν ὁ Χριστὸς Ἰησοῦς λέγῃ, « Τὸ Πνεῦμα τοῦ Πατρὸς ὑμῶν, τὸ λαλοῦν ἐν ὑμῖν· » ὁ δὲ Ἀπόστολος λέγει, « Ἀπέ-
D στειλεν ὁ Θεὸς τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ εἰς τὰς καρδίας ὑμῶν. » Ἔχεις ἑτέρωθι τὸν αὐτὸν Ἀπόστολον λέγοντα· « Εἰ δὲ τὸ Πνεῦμα τοῦ ἐγείραντος Ἰησοῦν ἐκ νεκρῶν οἰκεῖ ἐν ὑμῖν· » ἐνταῦθα πάντως τὸ Πνεῦμα τοῦ Πατρὸς νοεῖσθαι ἠθέλησεν. Ἀλλ' ὅμως ἐν ἑτέρῳ τόπῳ περὶ τούτου φησίν· « Εἰ δέ τις Πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ. » Πολλαὶ δὲ καὶ ἕτεραί εἰσι μαρτυρίαι, δι' ὧν ἀριδήλως δείκνυται τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ εἶναι τὸ Πνεῦμα, ὅπερ ἐν τῇ Τριάδι λέγεται Πνεῦμα ἅγιον. Καὶ οὐ δι' ἕτερον δὲ νομίζω Πνεῦμα τοῦτο κεκλῆσθαι, ὅπερ καὶ ἐφ' ἑκάστου ἐρωτώμενοι οὐ δυνησόμεθα, μὴ καὶ τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν εἰπεῖν Πνεῦμα. Πνεῦμα γάρ ἐστιν ὁ Θεὸς, τουτέστιν, οὐ σῶμά ἐστιν ὁ Θεὸς, ἀλλὰ Πνεῦμα. Ὁ τοίνυν κοινῶς

sed in quo communitas apparet amborum. Cur ergo non credamus, quod etiam de Filio procedat Spiritus sanctus, cum Filii quoque ipse sit Spiritus? Si enim non ab eo procederet, non post resurrectionem se repræsentans discipulis suis insufflasset, dicens: « Accipite Spiritum sanctum. » Quid enim aliud significavit insufflatio, nisi quod procedat Spiritus sanctus et de ipso? Ad hoc pertinet etiam illud, quod de muliere quæ fluxum sanguinis patiebatur, ait: « Tetigit me aliquis; ego enim sensi de me virtutem exiisse. » Nam virtutis nomine appellari etiam Spiritum sanctum, et eo loco clarum est, ubi angelus, dicenti Mariæ: « Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? » respondit: « Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi. » Et ipse Dominus promittens cum discipulis, ait: « Vos sedete in civitate, quousque induamini virtute ex alto. » Et iterum: « Accipietis, inquit, virtutem Spiritus sancti, supervenientem in vos, et eritis mihi testes. » De hac virtute credendus est dicere evangelista: « Virtus de illo exibat, et sanabat omnes. » Si ergo et de Patre et de Filio procedit Spiritus sanctus, cur Filius dixit: « De Patre procedit? » Cur putas, nisi quemadmodum ad eum solet referre, et quod ipsius est, de quo et ipse est? Unde illud est, quod ait: « Mea doctrina non est mea, sed ejus qui misit me. »

A Si igitur intelligitur hic, ejus doctrina, quam tamen dixit non suam, sed Patris, quanto magis illic intelligendus est, et de ipso procedere Spiritus sanctus, ubi sic ait: « De Patre procedit, » ut non diceret: De me non procedit? A quo autem habet Filius ut sit Deus, est enim de Deo Deus, ab illo habet utique, ut etiam de illo procedat Spiritus sanctus, ac per hoc Spiritus sanctus, ut etiam de Filio procedat, sicut procedit de Patre, ab ipso habet Patre. Hic utcunque etiam illud intelligitur quantum a talibus, quales nos sumus, intelligi potest, cur non dicatur natus esse, sed potius procedere Spiritus sanctus. Quoniam si et ipse Filius diceretur, amborum utique Filius diceretur, quod absurdissimum est: Filius quippe nullus est duorum, nisi B patris, et matris. Absit autem, ut inter Deum Patrem, et Deum Filium tale aliquid suspicemur! Quia nec Filius hominis simul, et ex patre et ex matre procedit; sed cum procedit ex patre, non tunc procedit et ex matre; et cum in hanc lucem prodit, procedit ex matre, non tunc procedit ex patre. Spiritus autem sanctus non de Patre procedit in Filium, et de Filio procedit ad sanctificandam creaturam, sed simul de utroque procedit: quamvis hoc Filio Pater dederit, ut quemadmodum de se, ita de illo quoque procedat. Neque enim possumus dicere quod non sit vita Spiritus san-

καὶ ἑκάτερος καλοῦνται, ἰδίως τοῦτο ἔδει καλεῖσθαι ἐκεῖνο ὅπερ οὐ θατέρου τούτων ἐστὶν, ἀλλ' ἐν ᾧ φαίνεται τὸ κοινὸν ἀμφοτέρων. Διατί τοίνυν μὴ πιστεύσωμεν καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐπεὶ καὶ τοῦ Υἱοῦ ἐστιν αὐτὸ Πνεῦμα; Εἰ γὰρ μὴ παρ' αὐτοῦ ἐξεπορεύετο, οὐκ ἂν μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἑαυτὸν ἐμφανίζων τοῖς μαθηταῖς, ἐνεφύσησεν αὐτοῖς λέγων· « Λάβετε Πνεῦμα ἅγιον. » Τί γὰρ ἕτερον ἐδηλοῦτο δι' ἐκείνου τοῦ ἐμφυσήματος, εἰ μὴ ὅτι καὶ παρ' ἐκείνου τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεται; Πρὸς τοῦτο δ' ἀνήκει κἀκεῖνο, ὅπερ φησὶ περὶ τῆς αἱμορῥοούσης γυναικός· « Ἥψατό μού τις· ἐγὼ γὰρ ἔγνων δύναμιν ἐξελθοῦσαν ἐξ ἐμοῦ· » τὸ γὰρ τῷ ὀνόματι τῆς δυνάμεως καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον καλεῖσθαι δῆλον ἐξ ὧν ὁ ἄγγελος, τῇ Μαρίᾳ λεγούσῃ, « Κατὰ τί γνώσομαι τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω; » ἀπεκρίνατο· « Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι. » Ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ Κύριος ὑπισχνούμενος αὐτὸ τοῖς μαθηταῖς φησιν· « Ὑμεῖς δὲ καθίσατε ἐν τῇ πόλει Ἱερουσαλὴμ ἕως οὗ ἐνδύσησθε δύναμιν ἐξ ὕψους, » καὶ πάλιν· « Λήψεσθε, φησὶ, δύναμιν ἐπελθόντος τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐφ' ὑμᾶς, καὶ ἔσεσθέ μοι μάρτυρες. » Περὶ ταύτης τοίνυν τῆς δυνάμεως πιστευτέον τὸν εὐαγγελιστὴν λέγειν, « Δύναμις παρ' αὐτοῦ ἐξήρχετο, καὶ ἰᾶτο πάντας. » Εἰ τοίνυν καὶ παρὰ τοῦ Πατρὸς, καὶ παρὰ τοῦ Υἱοῦ τὸ ἅγιον ἐκπορεύεται Πνεῦμα, τίνος χάριν ὁ Υἱὸς εἴρηκε, « Παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται; » Διατί οὖν οἴει; Πάντως ὃν τρόπον εἴωθεν ἀναφέρειν πρὸς τὸν Πατέρα καὶ τὰ ἑαυτοῦ,

παρ' οὗ καὶ αὐτός ἐστιν. Ὅθεν κἀκεῖνό ἐστιν, ὅ C φησιν, « Ἡ ἐμὴ διδαχὴ οὐκ ἔστιν ἐμὴ, ἀλλὰ τοῦ πέμψαντός με Πατρός. » Εἰ τοίνυν κἀνταῦθα νοεῖται καὶ αὐτοῦ ἡ διδασκαλία, καίτοι ταύτην οὐχ ἑαυτοῦ, ἀλλὰ τοῦ Πατρὸς εἶναι φήσαντος, πῶς οὐ μᾶλλον κἀκεῖ δεῖ νοεῖν καὶ παρ' αὐτοῦ ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἔνθα οὕτως ἔφησεν, ἐκ τοῦ Πατρὸς αὐτὸ ἐκπορεύεσθαι, ὡς μὴ λέγειν καὶ « παρ' ἐμοῦ μὴ ἐκπορεύεσθαι; » παρ' οὗ δὲ ἔχει ὁ Υἱὸς τὸ εἶναι Θεὸς, ἔστι γὰρ Θεὸς ἐκ Θεοῦ, παρ' αὐτοῦ ἔχει πάντως τὸ καὶ παρ' αὐτοῦ ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ἐνταῦθα ὁπωσοῦν κἀκεῖνος νοεῖται, ὡς δυνατὸν παρὰ τὸ, οἷοι ἡμεῖς, νοεῖσθαι, πῶς οὐ μᾶλλον γεννᾶσθαι, ἀλλ' ἐκπορεύεσθαι λέγεται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον; Εἰ γὰρ τοῦτο Υἱὸς ἐλέγετο, ἀμφοτέρων ἂν υἱὸς ἐλέγετο, ὅπερ ἀνοητότατόν ἐστιν. D Οὐδεὶς γὰρ Υἱὸς δυεῖν ἐστι πλὴν τοῦ πατρὸς καὶ τῆς μητρός. Ἀπείη δὲ τοιοῦτόν τι μεταξὺ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς καὶ τοῦ Θεοῦ καὶ Υἱοῦ ἡμᾶς ὑποπτεύειν. Ἐπεὶ καὶ ὁ υἱὸς τῶν ἀνθρώπων οὐχ ἅμα ἐκ τοῦ πατρὸς πρόεισι καὶ τῆς μητρός· ἀλλ' ὅταν προΐῃ ἐκ τοῦ πατρὸς, οὔπω πρόεισιν ἐκ τῆς μητρός· καὶ ὅταν εἰς τοῦτο τὸ φῶς προέρχηται, οὔ τι προέρχεται καὶ ἐκ τοῦ πατρός. Τὸ δὲ Πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐκ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται εἰς τὸν Υἱὸν, κἀκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεται πρὸς τὸ ἁγιάζειν τὴν κτίσιν, ἀλλ' ὁμοῦ ἐξ ἀμφοτέρων ἐκπορεύεται, εἰ καὶ ὁ Πατὴρ τοῦτο δέδωκε τῷ Υἱῷ, ἵν' ὥσπερ ἐξ ἑαυτοῦ, οὕτω καὶ ἐξ ἐκείνου ἐκπορεύηται. Οὐδὲ γὰρ δυνάμεθα λέγειν, μὴ εἶναι ζωὴν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· ἐπεὶ καὶ ὁ Πατὴρ ζωή ἐστι καὶ ὁ Υἱός. Καὶ διὰ τοῦτο

ctus: cum vita sit Pater, vita sit Filius. Ac per hoc sicut Pater cum habeat vitam in semetipso, dedit et Filio habere vitam in semetipso: sic ei dedit vitam procedere de illo, sicut procedit et de ipso. Sequuntur autem verba Domini dicentis: «Et quæ ventura sunt annuntiabit vobis. Ille me clarificabit, quia de meo accipiet et annuntiabit vobis.»

Ex Tractatu C, super illis verbis: *Ille me clarificabit*.

Quod enim ait: «Ille me clarificabit,» potest intelligi, quia diffundendo in cordibus credentium charitatem, spiritualesque faciendo, declaravit eis quomodo Filius Patri esset æqualis: quem secundum carnem prius tantummodo noverant, et hominem sicut homines cogitabant. Vel certe quia per ipsam charitatem fiducia repleti, et timore depulso, annuntiaverunt hominibus Christum; ac sic fama ejus diffusa est in toto orbe terrarum, ut sic dixerit: «Ille me clarificabit.» Tanquam diceret: Ille vobis auferet timorem, et dabit amorem: quo me ardentius prædicantes, gloriæ meæ per totum mundum dabitis odorem, commendabitis honorem. Quod enim facturi fuerant in Spiritu sancto, hoc eumdem Spiritum dixit esse facturum. Quale est etiam illud: «Non enim vos estis, qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in

A vobis.» Verbum quippe Græcum, quod est, δοξάσει, alius *clarificabit*, alius *glorificabit*, Latini interpretes in sua quisque translatione posuerunt, quoniam ipsa quæ Græce dicitur δόξα, unde dictum est verbum δοξάσει, et *claritas* interpretatur, et *gloria*. Gloria namque fit quisque clarus, et claritate gloriosus; ac per hoc, quod utroque verbo significatur, idipsum est. Sicut autem definierunt antiqui Latinæ linguæ clarissimi auctores, Gloria est frequens de aliquo fama cum laude; quæ cum est in hoc mundo facta de Christo, non Christo credenda est magnum aliquid contulisse, sed mundo. Bonum enim laudare, non laudato, sed laudantibus prodest.

Et infra versus finem:

B Nihil hoc loco dicendum est de iis qui Christum vituperant atque blasphemant, quia de gloria ejus loquimur, qua est glorificatus in mundo; non enim glorificavit Spiritus sanctus vera gloria, nisi in Ecclesia sancta catholica. Alibi enim, id est, vel apud hæreticos, vel apud quosdam paganos, vera ejus in terris gloria non potest esse, et ubi videtur esse frequens de illo fama cum laude. Vera ergo ejus gloria in Ecclesia catholica sic a Propheta cantatur: «Exaltare super cœlos, Deus, et super omnem terram gloria tua.» Quia itaque post ejus exaltationem venturus erat Spiritus sanctus, et eum

ὥσπερ Πατὴρ ζωὴν ἔχων ἐν ἑαυτῷ, ἔδωκε καὶ τῷ Υἱῷ ζωὴν ἔχειν ἐν ἑαυτῷ· οὕτως ἔδωκε ζωὴν ἐκπορεύεσθαι καὶ ἐξ ἐκείνου, ὥσπερ ἐκπορεύεται καὶ ἐξ ἑαυτοῦ. Ἐφεξῆς εἰσι ῥήματα τοῦ Κυρίου λέγοντος, «Καὶ τὰ ἐρχόμενα ἀναγγελεῖ ὑμῖν. Ἐκεῖνος ἐμὲ δοξάσει, ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν.»

Ἐν δὲ τῷ ἑκατοστῷ λόγῳ μετ' ὀλίγα τινὰ οὕτω φησίν·

Ὃ γὰρ λέγει, «Ἐκεῖνος ἐμὲ δοξάσει,» οὕτω δυνατὸν τοῦτο νοεῖσθαι, ὅτι τὴν ἀγάπην ἐν ταῖς τῶν πιστευόντων καρδίαις ἐκχέον, πνευματικούς τε ποιοῦν, φανερὰν τούτοις ποιήσει τὴν τοῦ Υἱοῦ πρὸς τὸν Πατέρα ἰσότητα· ὃν κατὰ τὴν σάρκα μόνον ᾔδεισαν πρότερον, καὶ ἄνθρωπον μόνον ὡς ἄνθρωποι ἐλογίζοντο. Ἢ καὶ τοῦτο ἀληθές, ὅτι διὰ τῆς ἀγάπης παῤῥησίας πλησθέντες, καὶ τὸν φόβον ἀπωσάμενοι, τοῖς ἀνθρώποις ἀνήγγειλαν τὸν Χριστόν· καὶ οὕτως ἡ ἐκείνου φήμη εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐκκέχυται. Καὶ οὕτω λέγων, «Ἐκεῖνος ἐμὲ δοξάσει,» ὅμοιόν φησιν, ὥσπερ ἂν ἔλεγεν, Ἐκεῖνος ἀφελὼν τὸν φόβον, παρέξεται τὴν ἀγάπην, δι' ἣν με θερμότερον κηρύττοντες, καθ' ὅλον τὸν κόσμον τῆς ἐμῆς δόξης διαδώσετε τὴν ὀσμήν, βεβαιώσετε τὴν τιμήν. Ὃ γὰρ ἐκεῖνοι πράττειν ἔμελλον ἐν ἁγίῳ Πνεύματι, τοῦτό φησιν, ὅτι πράξει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Οἷόν ἐστι κἀκεῖνο· «Οὐ γὰρ ὑμεῖς ἐστε οἱ λαλοῦντες, ἀλλὰ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τοῦ Πατρὸς ὑμῶν, τὸ λαλοῦν ἐν ὑμῖν.» Τὸ γὰρ Ἑλληνικὸν ῥῆμα, τὸ, *δοξάσει*, οἱ μὲν τῶν Λατίνων ἑρμηνέων *κλαριφικάμπειτ*, οἱ δὲ *γλοριφικάμπειτ* ἐν ταῖς ἑαυτῶν ἑρμη-

νείαις ἐξέδωκαν. Ὃ γὰρ Ἑλληνικῶς λέγεται *δόξα*, ὅθεν καὶ τὸ *δοξάσει* λέγεται ῥῆμα, καὶ *κλάριτας*,

C καὶ *γλόρια* ἑρμηνεύεται. Καὶ γὰρ τῇ τε γλορίᾳ γίνεταί τις κλάρους, καὶ τῇ κλαριτάτι γλοριόζους· κἀντεῦθεν ταυτὸ δι' ἑκατέρου δηλοῦται ῥήματος. Καὶ γὰρ ὥσπερ οἱ ἀρχαῖοι τῆς Λατινικῆς γλώσσης λαμπρότεροι ἡγεμόνες ὡρίσαντο, γλόριά ἐστι συνεχὴς τῶν μετ' ἐπαίνου περί τινος φήμη· ἥτις ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ περὶ τοῦ Χριστοῦ κηρυχθεῖσα, δῆλον ὡς οὐ μέγα τι συνεισήνεγκε τῷ Χριστῷ, ἀλλὰ τῷ κόσμῳ. Τὸ γὰρ ἐπαινεῖν τἀγαθὸν οὐ τῷ ἐπαινουμένῳ, ἀλλὰ τοῖς ἐπαινοῦσι λυσιτελεῖ.

Ἔτι δὲ ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ πρὸς τὸ τέλος·

Ἐν τούτῳ δὲ τῷ τόπῳ οὐδὲν δεῖ λέγειν περὶ τῶν τὸν Χριστὸν ὑβριζόντων ἢ βλασφημούντων· ἐπεὶ περὶ τῆς ἐκείνου δόξης διαλεγόμεθα, καθ' ἣν δεδό-

D ξασται ἐν τῷ κόσμῳ. Οὐ γὰρ ἐδόξασε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸν Χριστὸν ἀληθεῖ δόξῃ εἰ μὴ ἐν μόνῃ τῇ καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ. Ἀλλαχοῦ γὰρ ἢ παρὰ τοῖς αἱρετικοῖς, ἢ παρά τισι τῶν ἀσεβῶν, ἀληθῆ δόξαν εἶναι περὶ ἐκείνου ἀδύνατον, ἢ συνεχῆ εἶναι περὶ ἐκείνου φήμην μετ' ἐπαίνου. Ἀληθὴς δὲ ἐκείνου δόξα ἐν τῇ καθολικῇ ἐστιν Ἐκκλησίᾳ. Οὕτω δὲ καὶ ὁ Προφήτης ψάλλει· «Ὑψώθητι ἐπὶ τοὺς οὐρανούς, ὁ Θεός, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν ἡ δόξα σου.» Ἐπεὶ τοίνυν μετὰ τὴν ὕψωσιν αὐτοῦ ἔμελλεν ἥξειν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ τοῦτον δοξάσειν, καὶ ὁ ἱερὸς ψαλμὸς καὶ αὐτὸς ὁ Μονογενὴς προεῖπεν ἐσόμενον, ὃ πεπληρωμένον ὁρῶμεν. Ὃ δὲ εἴρηκεν, «Ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν,» ὀρθόδοξοι ὦσιν ἀκούετε, ὀρθόδοξοι, ὃ ἀνοίαις νοεῖτε· οὐ

glorificaturus : hoc sacer psalmus, hoc ipse Unigenitus promisit futurum, quod videmus impletum. Quod autem ait : «De meo accipiet, et annuntiabit,» catholicis audite auribus, catholicis percipite mentibus. Non enim propterea, sicut quidam hæretici A putaverunt, minor est Filio Spiritus sanctus ; quasi Filius accipiat a Patre, et Spiritus sanctus a Filio quibusdam gradibus naturarum. Absit hoc credere ! absit hoc dicere ! absit a Christianis cordibus cogitare !

γάρ ὥσπερ τινὲς φήθησαν τῶν αἱρετικῶν, ἔλαττόν ἐστι τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· ὡς ἂν τοῦ μὲν Υἱοῦ λαμβάνοντος παρὰ τοῦ Πατρὸς, τοῦ δὲ ἁγίου Πνεύματος παρὰ τοῦ Υἱοῦ βαθμοῖς τισι φύσεων. Ἀπείη τοῦτο πιστεύειν, ἀπείη τοῦτο λέγειν, ἀπείη Χριστιανῶν καρδίαις ταῦτα λογίζεσθαι!

Præter hæc testimonia certissima sancti Augustini, placet addere etiam testimonium a nostratibus quoque in Græcum conversum ex libro, qui *De cognitione veræ vitæ* inscribitur cap. 10, tom. IX ; qui liber, quamvis non sit certum esse Augustini, quod non reperiatur in *Retractationibus*, neque in Indiculo Possidii, et theologi Lovanienses negent ex phrasi illum esse Augustini, Bellarminus tamen in libro *De scriptoribus ecclesiasticis*, de opusculis ejusmodi quæ sunt in tomo IX Augustini, censurat, nec posse certo astruere eos esse Augustini, cum diligentissimus collector Possidius eos prætererit, neque inveniantur a Beda citari, qui ex operibus Augustini Commentaria in Epistolas beati Pauli confecit ; neque audere plerosque horum librorum negare esse Augustini, cum pii sint et docti, et Augustini ingenio non indigni. Sic igitur auctor quicunque sit, disserit de Trinitate in eo libro, in quo, tanquam in Dialogo, *Fratres* interrogant, *Magister* respondet.

Cap. 10, ac deinceps :

Fratres. Sed quia pondus carnis animam aggravat, ecce iterum carnalis cogitatio mentem divina contemplantem pulsat. Cum enim superius ratio unum Deum verissime esse demonstraverit, et ipsum solum cuncta ex nihilo fecisse probaverit, quomodo quasi tres deos adorare docemur, dum Patrem perfectum Deum, Filium perfectum Deum, Spiritum sanctum perfectum Deum confiteri monemur ? Dum enim subdistinctæ tres personæ distinguuntur, quid aliud quam tres dii a nobis intelliguntur ?

Magister. In ipsa veritate se demonstrante, et ratione probante, citius videbitis necessariam in una essentia personarum Trinitatem, item per omnia necessariam tribus personis individuæ substantiæ unitatem. Cum jam superius ænigmatice de eo B loquerer, quia non poteram proprie, quid dixi essentiam Dei esse?

Fratres. Lucem.

Magister. De luce quid gignitur?

Fratres. Splendor.

Magister. Quid in luce et splendore simul consideratur?

Fratres. Calor.

Magister. Num in substantia lucis, splendoris et caloris invenitur diversitas ?

Fratres. Non, sed identitas.

Magister. Num in vocabulis, vel officiis prædicatur identitas ?

Fratres. Minime, sed diversitas ; nam lucis vocabulum ipsam substantiam, splendoris vocabulum C lucis gratiam, caloris vero vocabulum videtur exprimere lucis efficaciam.

Ἀποκοπὴ εἴτε ἀπόσπασμα ἐκ τοῦ βιβλίου τοῦ περὶ τῆς γνώσεως τῆς ἀληθοῦς ζωῆς, ἐν ᾧ ὡς ἐν διαλόγῳ ἐρωτῶσι μὲν οἱ ἀδελφοί, ἀποκρίνεται δὲ ὁ διδάσκαλος.

Ἀδελφοί. Ἀλλ' ὅτι τὸ τῆς σαρκὸς βάρος πιέζει τὴν ψυχὴν, ἀμέλει καὶ ὁ σαρκικὸς λογισμὸς τὴν θεωρὸν τῶν θείων διάνοιαν ἐνοχλεῖ. Ἀνωτέρω μὲν ὁ σὸς λόγος ἕνα Θεὸν ἀπέδειξεν ἀληθέστατα, καὶ αὐτὸν μόνον παρέστησεν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος πάντα παραγαγεῖν, ἀλλὰ νῦν πάλιν τρεῖς θεοὺς προσκυνεῖν ἡμᾶς εἴποι τις ἂν, διδάσκοντός σου, τέλειον Θεὸν τὸν Πατέρα, τέλειον Θεὸν τὸν Υἱὸν, τέλειον Θεὸν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον δεῖν ὁμολογεῖν. Ὅταν γὰρ D τρία πρόσωπά τις ὁμολογῇ διακεκριμένα, ἕτερον ἢ τρεῖς θεοὺς ἀναγκασθήσεται πάντως ὁμολογεῖν.

Διδάσκαλος. Αὐτῆς τῆς ἀληθείας ἑαυτὴν δεικνυούσης, καὶ τοῦ λόγου συνεπιψηφιζομένου, ὄψεσθε ἐξ ἀνάγκης ἐν μιᾷ οὐσίᾳ Τριάδα προσώπων, καὶ πάλιν ἀναγκαίαν διὰ πάντων ἐν τοῖς τρισὶ προσώποις μίαν ἀδιαιρέτου οὐσίας ἑνότητα. Ὅτε τοίνυν ἀνωτέρω διελεγόμην περὶ Θεοῦ δι' αἰνίγματος, ἐπεὶ κυρίως οὐχ οἷός τε ἦν, τί ποτε τὴν οὐσίαν ἔφην τοῦ Θεοῦ, εἰ μέμνησθε;

Ἀδελ. Φῶς.

Διδ. Ἐκ τοῦ φωτὸς τί γεννᾶται;

Ἀδελ. Ἀπαύγασμα.

Διδ. Τί δὲ πάλιν ἐν τῷ φωτὶ καὶ τῷ ἀπαυγάσματι κοινῶς θεωρεῖται;

Ἀδελ. Θέρμη.

Διδ. Μὴ τοίνυν ἐν τῇ τοῦ φωτὸς, τοῦ ἀπαυγάσματος, τῆς θέρμης οὐσίᾳ ἐστί τις διαφορά;

Ἀδελ. Οὐδαμῶς, ἀλλὰ μᾶλλον ταυτότης.

Διδ. Ἀλλ' ἄρα μὴ ἡ αὐτὴ καὶ τοῖς ὀνόμασι, καὶ ταῖς ἐνεργείαις θεωρεῖται ταυτότης;

Ἀδελ. Οὐδαμῶς, ἀλλὰ μᾶλλον διαφορά· τὸ μὲν γὰρ τοῦ φωτὸς ὄνομα αὐτὴν τὴν οὐσίαν, τὸ δὲ τοῦ ἀπαυγάσματος τὴν τοῦ φωτὸς χάριν, τὸ δὲ τῆς θέρμης τὴν τοῦ φωτὸς καὶ τοῦ ἀπαυγάσματος δρᾶσιν ἐκφαίνειν δοκεῖ.

permanet. Nihil quippe aliud est ars, quam anima, et anima nihil aliud est quam ars ejus, et ars ejus nihil aliud est quam ipsa vita. Sic Verbum Dei nihil aliud est quam ars ejus, et ars nihil aliud est, quam ipsa vita, et in hac cuncta immutabiliter permanebunt, quæ in substantia sui mutabilia deficiunt.

Fratres. Cum evidens ratio idem Verbum cum Patre, et Spiritu sancto, unam et individuam substantiam inexpugnabiliter probaverit, quomodo solum incarnari potuit? Si enim a Patris et Spiritus sancti essentia est separatum, et sic singulariter in substantia non est individua, quæ potuit pati separationis discrimina.

